OMNIA
D. ANSELMI CANTVARIENSIS ARCHIEPISCOPI THEOLOGORVM OMNIVM SVI TEMPORIS FACILE PRINcipis opuſcula: Cum luculentiſsimis eiuſdem in aliquot euangelia enarrationibus,

Antonij Democharis Reſſonæi induſtria nunc primum reſtituta.

*

Catalogum omnium pagina quinta demonſtrat.

I a 111

ſpes eius: & non reſpexit



Beatus uir, cuiuseſt Dominus

in uanitates, & inſanias falſas.

Venetijs ad ſignum Spei.
1549

IOANNI HANGESTAEO NOVIODVNÆORVM PONTIFICI AC COMITI ANTONIVS DEMOCHARES RESSONEVS SORBONICVS. S. P. D.

IS MIHI *planè ingratus eſſe uidetur, Ioannes præſulum decus, & uirtutum ac literarum Antiſtes, qui ſuppreſſa omni beneficiorum acceptorum ratione his, à quibus & eſſe & uiuere accipit, beneuolentiæ nihil, nihilq; ingenuitatis præſefert. Nam æquum eſt ualde, ubi quis ſoluendo eſſe nequit, ut facultatem non bonum animum ſibi deeſſe proteſtetur: ne ingratus, ſed miſer uerius appareat. Grati enim eſt, cum mutues meritorum uices rependere non ualet, ingenue fateri libenterq;, per quos profecerit, creditores agnoſcere. Id quod mihi ſequendum eſſe putaui, ut omnem ingratitudinis ſuſpitionem longè latéq; propulſarem, qua iuſtè infamari poſſem, ſi meos labores meáq; ſtudia tibi uni deberi diffiterer, cui ob multa ſimulq; ampla in me collata à te beneficia, quibus uiuo, & ſum id quod ſum: non tantum mea omnia, ſed me ipſum debeo. Eam ob rem nunc meam quantulamcunque induſtriam, quam in reſtituendis Diui Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis opuſculis adhibui, fideliſsimam animi mei erga te beneuoli teſtem, debitam tibi offero: quæ ut locupletiora purgatioráq; recto & pulchro ordine te ſalutarent, & tandem te duce in lucem magno omnium uſu prodirent, quamplurima ueterum exemplaria, & manu ſcripta & typis excuſa, quorũ lectione iuuari confidebã, ex uarijs bibliothecis diligenter collegi. Verũ in his omnibus multa deprauata uel ꝑtermiſſa, ſed multo plura confuſa uel inuerſa inueni, id quod facile reperiet ſtudioſus, ꝓſertim ſi ea cum noſtris contulerit, q̃ ad ſuam integritatem magno & longo labore reſtituere conatus ſum: Eóq; libentius hac in re tædij plena, plenáq; moleſtiæ maiorem dedi operam, quod, quò mihi laborioſius erat ſtudium, eò abundantiorem literarum ſtudioſis frugẽ uidebam accreſcere. Nempe, qui uepribus erratorum, ac mẽdarum ſpinis extirpatis diligentiſsime, inoffenſe campum hũc uoluminum omnis doctrinæ ſanctioris floribus amœniſsimum ingrederentur, in quo liberius currerent, ac diuinis de rebus melius philoſopharentur. Inſup in hoc repurgandi officio, uel labore defeſſum, uel tam ardui laboris deſperatione fractum, retinebat pius in tam ſanctũ támq; ꝓclarum authorem, nimirum in Diuum Anſelmum, affectus. Dolebam.n. uehementer hunc, quem omnes ut uenerari ita & imitari deberent, prorſus neglectum iri: cuius monimenta tam inſignia, multúmq; ad rectam hominũ inſtitutionem conducentia, perijſſe, uidebã: cuius doctrina, q̃ abſtruſas breuibus ac ſanis rationibus noſtræ fidei q̃ſtiones diſſoluit, corruerat: Cuius ſanctiſsimi mores, qui in exemplum omnibus Chriſtianis ad imitationem proponẽdi ſunt, ignorabantur: cuius ſanctimonia, quam oẽs uenerari debẽt, negligebatur. Deniq; cuius labores, cuius epiſtolæ, cuius dogmata omnia diuinitatem quandam ſpirantia, cuius nomen potiuſquam corpus ſepulta eſſe uidebantur. Etenim ſicut deteſtãdæ eſt impietatis deuotos à ſanctorum corporum reliquijs Chriſtianos arcere, ſic non ferendi ſunt, qui ſancta diuorum monimenta torpore aut malitia perire ac pollui ſinũt. Verũ debitæ pietatis eſt, Venerandæ ſanctorũ corpora populo magna religione exhibere, & Chriſtiani animi ac bene de ſanctis meriti, cælicolarum libros è tenebris reuocare, & reuocatos omnibus amplectendos proponere: ut ex his homines candidos mores diſcant, ad uitam incorruptam adortentur, & doctrinam Chriſtianam imbibant. Proinde ſi magnifacimus, id q̃d iuſte & religioſe facimus, mortua tanti authoris, & ſanctorũ omnium oſſa, aut reliquias, aut imagines, pio ac Chriſtiano ritu ſancte & affectuoſe exoſculari: Quanti æſtimare debemus, huius Diui operæ: in quibus uere nobis uiuit, loquitur, admonet, corripit, adhortatur, retrahit, conſolatur, erigit, prædicat, conſulit: Quandoquidem in his firmam morum integritatẽ, & integrã doctrinæ firmitatem, oẽmq; totius ſuæ uitæ ſanctimoniã ad uiuũ expreſsit. Quis niſi impius, crudelis, ac in tantũ authorẽ maleuolus, hæc ignibus diſſolui, aut alio quouis modo perire, aut cõtaminari deſiderabit? Quis niſi ſtudioſis omnibus, & reipublicæ grauiter infenſus, ac extreme inuidus, hæc perpetuo ſupprimi cupiet, aut cũ blattis & tineis miſere ac crudeliter rixari? Iuſtum ergo hunc eſſe laborem & magnã promereri gratiam, qui bona & pia uoluntate erga Diuum Anſelmum, certe ut debito apud mortales honore frueretur, ſuſceptus eſt: quiuis, ſi modo Chriſtianæ ſentiat, merito affirmabit, quem non ſolum hominibus utilẽ, ſed & Deo ac diuis omnibus gratũ eſſe haud dubitet, utpote qui improbis huius ſancti in laboribus atq; uigilijs ꝓpemodũ emortuis lucẽ & uitã tribuit. Parũ quidem poſteris ꝓdeſt quidpiam, quantũuis etiam ſingulare ac pulchrum diligẽti ſtudio cõquirere, niſi habeantur qui conquiſitũ ab omni mortis iniuria cõſeruent. Dicat mihi q̃ſo aliquis: Quid hic ꝑcelebris doctor ſuis ſcriptis, q̃ continuis laboribus adinuenit nobis contulit, quandiu illis caruimus: Quidue amplius conferet, ſi ad noſtram memoriam nunquã ꝑuenjant: Peruenire aũt nequeũt, niſi ſint qui ea ꝓmulgent, & ab obliuione hominũ liberent. Mirũ in modũ res eſt magni obſequij plena, quàm pulcherrima huius ſancti authoris opera*

hactenus tenebris obuoluta, in magnam lucẽ emittere, quòd cõi rei publicæ commodo conſulẽdum atque ſancti uiri
acquieſcendum uoluntati, qui cunctos ſuo labore docere uehementer cupit, & perpetuo ſuæ doctrinæ facere partici
pes. Libro, cui titulum dedit. Exemplum meditandi de ratione fidei, ſiue Monologion, erigit Chriſtiani mentẽ ad
Deum contẽplandum: Libro aũt, cui nomen dedit: Fides quærens intellectũ. ſiue Proſologiõ, introducit Chriſtianũ
quærentẽ intelligere ratione, quod credit. Vtpote: quia Deus eſt ſummũ, nullo alio indigẽs, et quo indigent omnia,
ut ſint, & bene ſint, & quæcunq; credimus de Deo. Libro de incarnatione, diuinã erga nos gratiam demõſtrat, &
ſumma illa incarnationis filij Dei myſteria. In priore quidem libro, qui inſcribitur: Cur Deus homo, infideliũ obie
ctiones fidem Chriſtianam reſpuentium ſubminiſtrat. Hi.n. putant fidem rationi cõtradicere, quas recte ſoluit &
rationibus oſtendit nullũ hominẽ ſine Chriſto ſaluari poſſe. In poſteriore uero, aperta ratione naturam humanam
monſtrat ad hoc inſtitutã eſſe, ut aliquando immortalitate beata totus homo in corpore & anima frueretur: ac ne-
ceſſe eſſe, ut hoc fiat de homine propter quod factus eſt: ſed non niſi per hominẽ Deũ, atq; omnia quæ de Chriſto cre
dimus & neceſſitate fieri oportere. Primo triũ dialogorũ, in quibus interrogat diſcipulus, & magiſter reſpondet,
qui dicitur de ueritate, definit quid ſit ueritas, & in quibus dicatur, & quid ſit iuſtitia. Secundo aũt, de libertate
arbitrij: deſcribit quid ſit libertas arbitrij. & utrum eam homo ſemper habeat, & quot ſint eius diuerſitates habẽ
di uel non habendi uoluntatis rectitudinẽ. Tertio uero, de caſu diaboli, tractat quæſtionẽ hanc qua quæritur quid
peccauit diabolus: quia non ſtetit in ueritate: Cũ Deus non dederit ei perſeuerantiã. quam niſi eo dante habere nõ
potuit, in quo etiam de bonis angelis & eorundẽ confirmatione multa præclare & docte demonſtrat. Libello de cõ
ceptu uirginali & peccato originali, probat Chriſti incarnationẽ & conceptionẽ in utero uirginis ſine peccato eſſe:
& quid ſit peccatum originale, & iuſtitia. Subſequuntur tres libelli aduerſus Græcos nobiſcum repugnantes ad eũ
dem ſcripti, quorũ primus, eſt de proceſſione ſpũs ſancti à patre & filio: Secũdus, de fermento et azymo: Poſtremus,
de diuerſitate ſacramentorũ. Libro de ſimilitudinibus, res quamplurimas & ingenioſe & appoſite penes ſimilitudi
nem & diſſimilitudinem confert. Libro de præſcientiæ & liberi arbitrij concordia probat dei præſcientiam dei
rebus, & prædeſtinationẽ, nec non gratiã, libero arbitrio non reclamare. Libro de ueſtimentis & membris Deo at
tributis, exponit quõ huiõi locutiones in ſcripturis ſacris, quæ Deo ueſtimenta, uel mẽbra, uel motus, & his ſimilia
accõmodant, nõ carnaliter iuxta hiſtoriam, ſed ſpiritualiter & figuratiue intelligendæ ſunt. Hunc tamen librũ (ne
quid diſſimulẽ) quidam inter beati Hieronymi opera collocãt tomo quarto, ſub titulo hoc: De his quæ Deo in ſcri-
pturis ſanctis attribuuntur. ubi & multo copioſior ad principiũ legitur. Nõnulli uero diui Augu. libris eundẽ tomo
quarto coniungunt ſub titulo: de eſſentia diuinitatis, ubi tã ad principiũ quã ad finem abundantiorẽ hoc uidere li
cet. Nõ deſunt ẽt qui huius alios affirment eſſe authores, cui tantũ opus tribuerent neſcij. In his breuibus opuſculis
ferè oĩa rationibus firmis demonſtrat, quæ Petrus Lõbardus Magiſter ſententiarũ dictus, in quatuor plenis uolumi
nibus multis ſanctorum doctorũ authoritatibus, poſtea confirmauit. Superſunt eiuſdẽ beati Anſelmi meditationum
libelli pij ac cõſolatorij, ut De miſeria hominis, De cõmenſuratione crucis, De humani generis redẽptione, De paſſio
ne domini (ſi Anſelmi ſit dicendus) De ſpeculo euãgelici ſermonis & ſtimulo amoris, De excellẽtia glorioſiſſimæ uir
ginis Mariæ à quibus nec excludo epiſtolarũ librũ deuotũ ac religioſum: hac breui uſus ſum librorũ enumeratione
Præſulũ (abſit uerbo inuidia) doctiſſime, ut quiuis quã magnus & pretioſus ſit theſaurus horũ catalogus ſtatim p-
ſpiciat: quorũ nobis infelicia tpa graui omniũ detrimento hactenus abſtulerant, abſtuliſſentq; perpetuo, ni manum
auxiliatricẽ extendiſſemus. Omnia n. in his diuinitatis ac ſanctitatis plena relucẽt. Quãdoquidẽ in his nõ corpus,
ſed animã Chriſtianã uirtutum ornamentis induit. In his nõ ſenſum, ſed rationem ſequitur: In his deniq; nõ fluxa
& caduca, ſed ſtabilia & æterna acquirit acquirendaq; prædicat: ut palã fiat, ſanctum uirum locutũ fuiſſe dictan
te ſpiritu ſancto, & hos ita ſcripſiſſe, quos pro debito meo erga te officio tuæ dignitati conſecro: ut inde maiorẽ apud
omnes tum dignitatem: tum authoritatem uendicent ſiue quis ſpectet tuæ nobilitatis ſplẽdorẽ, ſiue tuæ dignitatis
faſtigium, ſiue tuarum uirtutum incremẽta ſiue, ut ſemel dicã, tuã ſcientiarum omniũ perfectam cognitionem, qui
pro canibus & alea, pro auibus & chartis, pro morionibus & huiõi uoluptatũ illecebris, quibus potiſſimũ omnes fe
rè prælati eccleſiæ delectantur, ditiſſimam & nobiliſſimam habes librorum ſupellectilem, quorum frugifera lectio
te mirifice delectat, aut cum uiris doctis conſuetudo, qui omne ſtudium et omnem uoluptatem tuã literis dedicaſti:
ob id ſit, ut cum in omnes benignus & liberalis ſis, tum maxime in ſtudioſos quorũ conſortium ita amice et familia
riter, quæ tua in literatos humanitas, admittis, ut menſæ tuæ ſocios haud aſperneris facere: ſed ita, ut ſemper illa ui
ris omni genere doctrinæ primarijs coronetur, qui hebraice græce ac latine & de diuinis & humanis literis ſymbo
la aliquot ac grauiſſimas ſententias proferunt. Quapropter nequaquã dubitabo, quin omnes humaniore promptio
req; animo hos diui Anſelmi libellos ſuſcipient & amplexabuntur, ſi eos ſemel ſuſceperis, ſuſcipiendoſq; probaueris,
præſertim cũ uiri doctiſſimi, tum in legendis, tum diſceraendis authoribus, tuum ſequi iudicium libenter cõſueue-
rint, qui non niſi maturo & concocto iudicio de rebus omnibus, potiſſimum de diſciplinis, dicas ſententiam. In te er
go ſit poſitum, ut in lucem ueniant, qui tuæ fidei committuntur. Tua enim ſolent authoritate firmari uel infirmari
poſſunt, qui cæteros omnium literarum cognitione longe ſuperas. Bene uale Pontificum doctiſſime. Tertio Ca
lendas Auguſti, Anno domini. M D XLIIII.

MOnologion,id eſt ſoliloquium, liber unus. fol.1.Siquis.
Proſologion,id eſt alloquium,liber unus. fol.20.Eia nunc.
Pro inſipiente,liber unus. fol.25.Dubitanti.
Contra inſipientem, liber unus. fol.26.Quoniam non me.
De incarnatione uerbi,liber unus. 29.Domino & patri.
Cur Deus homo,libri duo. 36.Sæpe.
De ueritate, dialogus unus. 57.Quoniam Deum.
De libero arbitrio,dialogus unus. 63.Cum liberum.
De caſu diaboli,dialogus unus. 68.Illud Apoſtoli.
De conceptu uirginali & peccato originali liber unus. 78.Cum in omnibus.
De fermento & azymo, liber unus. 89.Anſelmus.
De proceſſione ſpiritus ſancti,liber unus. 91.Negatur a Græcis.
De diuerſitate ſacramentorum, liber unus. 91.Domino & amico.
De ſimilitudinibus,liber unus. 103.Voluntas.
De uoluntate Dei,liber unus. 132.Humana ratio.
De concordia præſcientiæ & prædeſtinationis, necnon gratiæ Dei cum libero arbitrio, liber unus. 133.De tribus illis.
De miſeria homini, liber unus. 144.Terret me.
De ueſtimentis & membris & actibus Deo attributis,liber unus. 145.Vbicunq;.
De menſuratione crucis. 147.Quoniam:
Meditationum. 152. Domine.
De meditatione redemtionis generis humani, liber unus. 156.Aia Chriſtiana.
De paſſione domini, dialogus unus. 158.Beatus Anſelmus.
Speculum euangelici ſermonis, ſiue ſtimulus amoris. 162.Ieſum Nazarenum.
Homilia euangelij ſecundum Lucam, Intrauit Ieſus. 166.
De excellentia glorioſiſſimæ uirginis Mariæ,liber unus. 168.Superuenientem.
Epiſtolarum,liber unus. 175.Seruus ſeruorum.
De imagine mundi, libri duo. 183.Mundus.

IN ALIQVOT EVANGELIA EXPLANATIONES.

De ambulante Ieſu ſuper mare. fol.199
Ieſus inuentus eſt in medio doctorum. fon.200
De baqtiſmo Chriſti. fol.202
De Symeone. fol.207
De paſtore bono & mercenario. fol.210
De inuitatis ad cœnam. fol.211
De diſpenſatore iniquo. fol.212
De transformatione Chriſti. fol.214
In illud eccleſiaſtici cap.24.In omnibus requiem quæſiui &c.quę legitur in die aſſumptionis uirginis Mariæ. fol.220
De decem leproſis. fol:224
De hydropico. fol. 226
De filio Reguli. fol,226
De eo qui debebat decem milia talent a. fol.229

FINIS.

Quod ſit quoddam optimū et maximum et ſummum omniū quę ſunt. Cap.1.fol.1

Ce creatore. cap.2.fol.2

Quod ſit quædam natura, per quam eſt quicquid eſt, quæ per ſe eſt, & eſt ſummum omnium quæ ſunt. cap.3.fol.2

De eadem re, ꝙ ſicut illa eſt per ſe, & alia per illam: Ita alia ſit ex ſe, & alia ex illa. cap.4.fol.2

Quod illa non ſit ulla iuuante cauſa ducta ad eſſe: nec tamen ſit per nihil, aut ex nihilo, & quomodo poſſit intelligi eſſe per ſe, & ex ſe. cap.5.fol.2

Quō alia oīa ſint p illā, et ex illa. c.6.fo.3

Quomodo intelligendum ſit, quod omnia fecit ex nihilo cap.7.fol.3

Quod ea q̄ facta ſunt ex nihilo, nō nihil erant antequā fierent, quantum ad rationem facientis. cap.8.fol.4

Quod illa ratio ſit quædam rerum locutio, ſicut faber dicit prius apud ſe quod facturus eſt. ca.9.fo.4

Quod tamen multa ſit in hac ſimilitudine diſſimilitudo. cap.10.fol.5

Quod hæc ſūmæ eſſentię locutio ſit ſumma eſſentia. cap.11.fol.5

Quod ſicut oīa per ſūmam eſſentiā facta ſunt: Ita uigeāt per ipſam. cap.12. fo.5

Quod illa ſit in oībus, & oīa ſint ex illa, & per illam, & ex illa. cap.13.fol.5

Quod poſſit aut non poſſit, de illa dici ſubſtantialiter. cap.14.fol.5.

Quod idem ſit illi iuſtā, quod eſt eſſe iuſtitiam, & eodem modo de his, quæ, ſimiliter de illa dici poſſunt, & qđ nihil horum mōſtret qualis illa uel quanta ſit, ſed quid ſit. cap.15.fol.6

Quod ita ſimplex, ut omnia quæ eius eſſentia dici poſſunt, unū idemq́ ſint in illa, & nihil de ea dici poſſit ſubſtantialr niſi in eo qđ q̄d eſt. cap.16.fol.6

Quod ſit ſine principio, & ſine fine. ca.17. fol.6

Quō nihil fuit āte, aut erit poſt illā.18.f.7

Quod illa ſit oī loco & tpe. ca. 19. fo. 7

Quod i nullo ſit loco aut tpe. ca.20.fo.7

Quō ſit in oī & ī nullo loco cap.21.fol.8

Quomodo melius poſſit intelligi eſſe ſemper q̄ in omni tempore. cap.22.fol 8

Quomodo melius poſſit intelligi eſſe ubiq; q̄ in omni loco. cap.23.fol.9

Quod nullis accidentibus ſit mutabilis. cap.24. fol.9

Quomodo illa dicenda ſit ſubſtantia, & quod ſit extra omnem ſubſtantiā, & ſingulariter ſit qcq̄d eſt. cad.25.fol.9

Quod non contineatur in communi tractatu ſubſtantiaꝝ & tamen ſit ſubſtantia, & indiuiduus ſpūs. cap.26.fol.10

Quod idē ſpiritus ſimpliciter ſit, & creata illi cōparata non ſint. cap.27.fol.1

Quod eius locutio idpm ſit qđ ipſe, nec tñ ſint duo, ſed un⁹ ſpūs. ca.28.fo.10

Quod eadem locutio non conſtet ex pluribus, ſed ſi unū uerbū. cap.29.fol.10

Quod ipm uerbū nō ſit ſimitudo factoꝝ, ſed ueritas eſſentię: facta uero ſint aliq̄ ueritatis imitatio, & q̄ naturæ magis ſint q̄ aliæ & pſtantiores. ca.30 fol.11

Quod ſummus ſpiritus ſeipſum dicat coæterno uerbo. cap.31.fol.11

Quod uno uerbo dicat, & qđ fecit-32.12.

Quod ſuo uerbo uideri poſſit dicere creaturam. cap.33.fol.12

Quod qcquid eſt, in eius uerbo & ſcientia, ſit uita & ueritas. cap.34.fol.12

Quàm incomprehēſibili modo dicat, uel ſciat res à ſe factas. cap.35.fol 12

Quod qcquid ipſe eſt ad creaturam, hoc ſit & uerbum eius nec tamen ambo ſimul pluraliter. cap.36.fo.12

Quòd dici non poſſit, qd duo ſint, quāuis neceſſe ſit eſſe duos cap.37.fol.12

Quòd idem uerbum ſit à ſummo ſpiritu naſcendo. cap.38.fol.12

Quòd ueriſſime ille ſit parens, ille uero proles. cap.39.fol.13

Quòd ille ueriſſime gignat ille ueriſſime gignatur. cap.40.fol.13

Quòd alterius ueriſſime ſit eſſe genitorē & prēm, alteri⁹ geniū & filiū. c.41.f.13

Retractatio cōmunionis amboꝝ et proprietatum ſingulorum. cap.42.fol.13

Quõ alter alteri⁹ ſit eſſentia cap.43.fo.1
Quòd aptius dici poſſit, fili⁹ eſſentia patris quàm pater eſſentia filij, & quòd ſimiliter ſit filius patris uirtus & ſapiẽtia, & ſimilia. cap.44.fol.14
Quõ quidam ex his quæ ſic proferunt, aliter quoq; poſſint intelligi. cap.45.fol.14
Quòd filius ſit intelligentia intelligentię, & ueritas ueritatis. & ſimiliter de ſimilibus. cap 46.fol.14
Quòd in memoria intelligatur pater ſicut in intelligentia filius, & quõ filius ſit intelligentia uel ſapiẽtia memorię & memoria pr̃is & memorię. cap. 47. fol.14
Quòd ſummus ſpiritus ſe amet & quod idem amor pariter procedat a patre & filio. cap.48.fol.14
Quòd uterq; pari amore diligat ſe & alterum. cap.49.fol.14
Quòd tantus eſt ipſe amor, quantus eſt ipſe ſpiritus cap. 50.fol.14
Quòd idem amor ſit idipſum, qd' eſt ſummus ſpiritus, & tamen ipſe cum patre & filio unus ſpiritus cap 51.fol.14
Quòd totus procedat a patre, totus a filio, & tñ nõ ſit un⁹ amor. cap.52.fol.15
Quòd nõ ſit eorũ filius, amor. ca.53. fo.15
Quòd ſolus pater ſit genitor, & ingenit⁹, ſolus filius genitus, ſolus amor nec genitus nec ingenitus. cap.54.fol.15
Quòd ſicut filius eſt eſſentia uel ſapiẽtia patris, eo ſenſu, quia habeat eandẽ eſſentiam uel ſapientiam quã pater: ſic idem ſpiritus ſit patris & filij eſſentia & ſapientia. & ſimilia. cap.56.fol.15
Quòd pater, & filius, & eorum ſpiritus pariter ſint in ſe inuicem. cap.57.fol.15
Quòd nullus eorũ alio idigeat ad memorandum, uel intelligendum, uel amandum: quia ſingulus quiſq; eſt memoria, & itelligẽtia. & amor, & quicquid neceſſe eſt ineſſe ſummæ eſſentiæ. cap.58.fol.16
Quòd tñ nõ ſint tres, ſed unus ſeu pater, ſeu filius ſeu utriuſq; ſpũs. ca. 59.fol.16
Quomodo ex his multi filij naſci uideantur. cap.60.fol.16
Quõ nõ ſit ibi unus unius. cap. 61.fol.16
Quòd hoc licet inexplicabile ſit, tamen credendum ſit. cap.62.fol.17
Quomodo de ineffabili re, uerum diſputatum ſit. cap.63.fol.17
Quòd per rationalem mentem maxime accedatur ad cognoſcendam ſummam eſſentiam. cap.64 fol.17
Quòd mens ipſa ſpeculum eius, & imago eius ſit. cap.65.fol.17
Quòd rationalis creatura ad amandum illam facta ſit. cap.66.fol.15
Quòd anima ſuper illam amãs, aliquando uere & beate uiuat. cap.67.fol.18
Quòd illa ſe amanti ſeipſam tribuat. cap.68. fol.18
Quòd omnis humana anima ſit immortalis. cap.69.fol.18
Quòd aut ſemper miſera, aut aliquando beata uere ſit. cap.70.fo. 18
Quòd nulla aĩa iniuſte priuet ſũmo bono, & qd' oĩno ad ipm̃ ſit. cap.71. fo.18
Quod ſũma eſſentia ſit ſperanda. c. 72.f.19
Quòd credendũ ſit in illã. cap.73. fol.19
Quòd in patrem & filium & eorum ſpiritũ pariter, & in ſingulos, & ſimul in tres credendum ſit. cap.74.fol.19
Quæ ſit uiua, quæ mortua fides. c.75. fol.19
Quòd tres ſumma eſſentia quodammodo dici poſſit. cap 76.fol.19
Quòd ipſa dominetur omnibus, & regat omnia, & ſit ſolus Deus. cap.77.fol.19

Index capitum libri Proſologion

Excitatio mentis ad contemplandum Deum. cap.1.fol.20
Quòd uere ſit Deus. cap.2.fol.21
Quod non poſſit cogitari non eſſe. cap.3. fo.21
Quomodo inſipiens dixit in corde ſuo, quod cogitari non poteſt. cap.4.fol.21
Quod Deus ſit quicquid melius eſt eſſe, quam non eſſe, & ſolus exiſtens per ſe, omnia alia facit de nihilo. cap.5.fol 21
Quomodo ſit ſenſibilis, cum non ſit corpus. cap.6.fol.21
Quomodo ſit omnipotens cum multa non poſſit. cap.7.fol.21
Quomodo ſit miſericors, & impaſſibilis. cap.8.fol 21
Quomodo totus iuſtus et ſumme iuſtus parcat malis, & quòd iuſte miſereatur malis. cap.9.fol 22

Quomodo iuſte puniat, & iuſte parcat malis. cap.10.fol.22

Quomodo uniuerſæ uiæ domini miſericordia et ueritas,& tamen iuſtus Dñs in omnibus uījs ſuis. cap.11.fol.22

Quód Deus ſit ipſa uita qua uiuit, & ſic de ſimilibus. cap.12.fol.22

Quomodo ſolus ſit incircunſcriptus & æternus, cum alīj ſpiritus ſint incircõſcripti & æterni. cap.13.fol.22

Quomodo,& cur uidetur & nõ uidetur Deus a quærentibus eũ. cap.14. fol. 23

Quód maior ſitq̃ cogitari poſſit.c.15.f.23

Quód hæc ſit lux inacceſſibilis,quam inhabitat. cap.16.fol.23

Quód in deo ſit harmonia, odor, ſapor, lenitas,pulchritudo,ſuo ineffabili modo. cap.17.fol.23

Quód in Deo nec in æternitate eius,quæ ipſe eſt, nullæ ſint partes. cap.18.fol.23

Quod nõ ſit in loco aut tempore,ſed omnia ſint in illo. cap.19. fol.23

Quód ſit ante & ultra omnia etiam æterna. cap.20.fol.23

An hoc ſit ſeculum ſeculi,ſiue ſecula ſeculorum. cap.21. fol.24

Quód ſolus ſit qđ eſt & q̃ eſt.c. 22.fo.24

Quód hoc bonum ſit pariter pater, & filius,& ſpiritus ſanctus, & hoc ſit unũ neceſſarium, quod eſt omne, & totum & ſolum bonum. cap.23.fol.24

Coniectatio quale & quãtum ſit hoc bonum. cap.24.fol.24

Quæ & quanta bona ſint fruentibus eo. cap.25. fol.24

An hoc gaudium ſit plenum quod promittit dominus. cap.26.fol.35.

Liber pro inſipiente. fol.25

Liber contra inſipientem. fol.26

Index capitũ Libri de incarnatione uerbi.

Cur hũc librũ facere tẽtauerit.ca.1.fo.29

Quód ſacræ fidei quęſtiones,quas diſputamus aut rimamur,non quilibet dialectici, ſed in ſcripturis ſacris experti ſuſcipere humiliter debent. cap.2.fo.30

Quód nõ ſunt tres dīj, quanquã tres pſonales res, una tñ res eſsẽtialis. c. 3.fo.30

Tres perſonas eſſe incarnatas filio incarnato impoſsibile eſt:filio tamẽ amplius conuenit incarnari,quàm patri et ſpiritui ſancto. cap.4.fol.32

Q̃uo in Xp̃o nõ dicunt duę pſonæ eſſe ſicut duæ naturæ aſſumptę.cap.5.fol.34

Quod pater filius & ſpiritus ſanctus nõ ſint tres res ſeparatæ naturali probatur exemplo. cap.6.fol 35

Originem porſonarũ in diuinis,alio naturali exemplo probat. cap.7.fol.35

Aeternitati pũctum cõparat.cap.8 fol.35

Index capitum prioris Libri Cur Deus homo

Quæſtio de qua totum opus pendet. cap.1. fol.36

Quomodo accipienda ſint ea quæ dicenda ſunt. cap.2.fol.37

Obiectiones infidelium & reſponſiones fidelium. cap.3.fol.37

Quod hæ reſponſiones uidentur infidelibus ſine neceſſitate, & quaſi quædam picturæ. cap.4.fol.37

Quód redemptio hoîs non potuit fieri p aliam q̃ per Dei perſonam.cap.5.fol.38

Qualiter reprehendant infideles quód dicimus,Deum morte ſua nos redemiſſe, & ſic dilectionem ſuam erga nos oſtendiſſe,& pro nobis expugnate diabolum ueniſſe. cap.6.fol.38

Quod nullam diabolus habebat iuſtitiã aduerſus hoîem, & quare dicat habuiſſe uel uideat,& cur Deus hoc modo hominem liberarit. cap.7.fol.38

Quomodo licet humilia, quę dicim9 de Chriſto non pertineãt ad diuinitatem, tamen inconueniens uidet infidelibus, ea de illo dici ſecundum hominem:& unde illis uideatur idem homo non ſponte mortuus eſſe. cap.8.fol.39

Quód ſpõte mortuus ſit,& qđ ſit,factus eſt obediẽs uſq; ad mortem,et propter quod deus illũ exaltauit, & nõ ueni facere uoluntatẽ meam:Et proprio filio ſuo non pepercit,& nõ ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. cap.9.fo.39

Item de eiſdẽ.quomodo aliter recte intelligi poſſunt. cad.10.fo.40

Quid ſit peccare,et p pctõ ſatiſfacerẽ.11.41

Vtrum ſola miſericordia ſine omni debiti ſolutione deceat deũ peccata dimittere. cap.12.fol.41

Quod nihil minus ſit tolerãdũ in rerum ordine, quàm ut creatura creatori debitũ honorem auferat, & q non ſoluat quod aufert. 13.42.
Cuiuſmodi honor dei ſit pœna peccantis. 14.42.
Si deus uel ad modicum patiať honorem ſuum uiolari. 15.42.
Ratio q angelorũ numerus q ceciderunt reſtituendus ſit de hominibus 16. 42
Cur non aut ipſi, aut alij angeli pro illis poſſunt reſtitui. 17.43
Vtrũ plures futuri ſint ſancti homines, quàm ſint mali angeli. 18.43
Quòd homo nõ poſſit ſaluari ſine peccati ſatisfactione. 19.45
Quòd ſecũdum menſuram peccati oporteat eſſe ſatisfactionem, nec eã homo p ſe facere poſſit. 20.45
Quanti ponderis ſit peccatum. 21.46
Quam contumeliam fecit deo homo, cũ ſe permiſit a diabolo uinci, pro qua ſatisfacere non poteſt. 22.46
Quod abſtulit deo, cũ peccauerit quod reddere nequit. 23 46
Quia quandiu homo non reddit deo qđ debet, nen poſſit eſſe beatus, nec excuſetur impotentia. 24.47
Quod ex neceſſitate per Chriſtum ſaluetur homo. 25.47
Index capitum ſecundi libri, Cur deus homo.
Hoiem factũ eẽ iuſtũ, ut beat⁹ eſſet. 1.48
Quòd homo non moreretur, ſi non peccaſſet. 2.48
Quòd cum corpore in quo uiuit in hac uita, reſurgat. 3.48
Quòd de humana natura perficiet deus, quod incepit. 4.48
Quòd quãuis hoc neceſſe ſit fieri, tñ hoc nõ faciet cogẽte neceſſitate, & q ſit neceſſitas quę aufert gratiã aut minuit, & ſit neceſſitas quę augeat. 5.48
Quòd ſatisfactionẽ per quã ſaluator hõ non poſſit facere niſi deus homo. 6. 49
Quòd neceſſe ſit eundem ipſum eſſe perfectũ deum & perfectũ hominẽ. 7. 49
Quòd ex genere Adæ & de uirgine fœmina deũ oporteat aſſumere hoiem. 8.49
Quòd neceſſe ſit uerbũ ſolũ & hominẽ, in unam conuenire perſonam. 9. 50
Quòd homo idẽ nõ ex debito moriať, & quõ poſſit, uel non poſſit peccare: & cur ille uel angelus de ſua iuſtitia laudandus ſit cũ peccare nõ poſſit. 10.50
Quòd moriatur ex ſua poteſtate, q mortalitas non pertineat ad puram hominis naturam. 11.51
Quòd quamuis incommodorũ noſtrorum particeps ſit, miſer tñ nõ ſit. 12.51
Quod cum alijs infirmitatibus noſtris ignorantiã non habeat. 13.51
Quomodo mors eius pręualet numero & magnitudini peccatorũ oĩum. 14.52
Quomodo deleat mors eadẽ etiam peccata cum perimentium. 15.52
Qualiter deus de maſſa peccatrice aſſumpſit hominem ſine peccato, & de ſaluatione Adæ & Euæ 16.52
Quòd in deo nõ ſit neceſſitas, uel impoſſibilitas, & q ſit neceſſitas cogens, & neceſſitas non cogens. 17.54
Quomodo uita Chriſti ſoluatur deo pro peccatis hominum, & quomodo debuit Chriſt⁹ uel nõ debuit pati. 18. 54
Quanta ratione de morte eius ſequatur humana ſaluatio. 19.55
Quàm magna, & quam iuſta ſit miſericordia dei. 20.56
Quòd impoſſibile ſit diabolum reconciliari. 21.57
Quod in his quæ dicta ſunt, ueritas ueteris & noui teſtamẽti probata ſit. 22.57
Index capitum dialogi de ueritate.
Quòd ueritas non habet principium uel finem. cap.1.fo.57
De ueritate ſignificationis, & duab⁹ ueritatibus enunciationis. cap.2.fo.57
De ueritate opinionis. cap.3.fo.58
De ueritate uoluntatis. cap.4.fo.58
De actionis naturalis, & non naturalis ueritate. cap.5.fo.58
De ſenſuum ueritate, et q falſitas quę putãť eſſe in ſenſu, eſt in opiniõe. c. 9.f.59
De ueritate rerum eſſentiæ. cap.7.fo.59
De diuerſis intellectib⁹, debere & nõ debere, poſſe & non poſſe. cap.8 fo.59
Quòd omnis actio ſignificet, aut uerum aut falſum. cap.9.fo.60

De latitudine ueritatis cap.10.fo.60
De ſumma ueritate cap.11.fo.60
De ueritatis definitione cap.12.fo.61
De iuſtitia & eius definitione ca.13.f.61
Quod una ſit ueritas i oibus ueris.14.62

Index capitum dialogi de libero arbitrio

Quod poteſtas peccandi non pertineat ad libertatem arbitrij. cap.1.fo.63
Quod tantum homo & angelus peccauerũt per hanc poteſtatem & liberũ arbitrium, & quamuis potuerunt ſeruire pecato, non tamen potuit eis dominari peccatum. cap.2.fol.63
Qũo poſtq̃ ſe fecerunt ſeruos peccati, liberum habuerũt arbitriũ. cap.3.fo.64
Quomodo poteſtatem habeant ſeruandi rectitudinem, quã non habẽt. c.4.fo.65
Quod nulla tentatio cogat inuitum peccare. cap.5.fo.65
Qũo ſit nr̃a uolũtas potens cõtra tẽtationes, licet uideaſ ĩpotens. cap.6.fol.65
Quomodo uoluntas fortior ſit, quàm tẽtatio, etiam cum ab illa uincitur. 7.66
Quod nec deus poteſt auferre uolũtatis rectitudinem. cap.8.fo.66
Quod nihil liberius ſit recta uoluntate. cap.9.fo.67
Quomodo peccans ſit ſeruus peccati, & quod maius miraculum ſit, cum deus reddit rectitudinem illam deſerenti, q̃ cum mortuo reddit uitam. c.10.fo.67
Quod iſta ſeruitus non auferat libertatẽ arbitrij. cap.11.fo.67
Cur cum homo non habet rectitudinem magis dicitur liber: quia poteſt ei auferri cum habet, quam cũ eam habet, ſeruus: quia cum non habet, per ſe nõ poteſt recuperare eam. cap.12.fo.67
Quod poteſtas ſeruãdi rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem, ſit pfecta definitio liberi arbitrij. 1567
Diuiſio huius libertatis. ca.14.fo.68

Index capitum dialogi, De caſu diaboli.

Quod ẽt ad angelos dicatur: qd habes, qđ nõ accepiſti? Et a deo nihil ſit niſi bonũ, et eſſe: et omne bonũ ſit eẽntia, & omnis eſſentia bonum. cap 1. fo. 68
Cur uideaſ diabolus, ideo non accepiſſe pſeuerãtiã, qa de⁹ nõ dedit ca.2.fo.65
Quod ideo deus non dedit quia ille non accepit. cap.3.fo.69
Quomodo ille peccauit, & uoluit ſimilis eſſe deo. cap.4.fo.70
Quod boni angeli ante caſum malorum peccare potuerunt. cap.5.fo.70
Quomodo boni confirmati ſunt in ſuo ſtatu, & mali in caſu ſuo. cap.6.fo.70
Quæſtio, an uoluntas, & eius conuerſio ad quod non debet, ſit ipſum malum quod malos facit: & cur non poſſit rationalis creatura per ſe de malo cõuerti ad bonum, ſicut poteſt de bono ad malum. cap.7.fo.71
Quod uoluntas eius, & conuerſio ſit, nõ ipſum malum. cap.8.fo.71
Quod iniuſtitia ſit ipſum malum & ſit nihil. cap.9.fo.71
Qũo malum uideaſ eſſe aliqd. c.10.fo.71
Quomodo malum & nihil, non poſſint probari per nomen ſuum aliquid eſſe, ſed quaſi aliquid. ca.11.fo.72
Quod angelus a ſe non potuit habere primam uoluntatem, et quod multa dicũtur poſſe aliena poteſtate, & non poſſe aliena impotentia. cap.12.fo.73
Quod accepta ſola uolũtas beatitudinis, nec aliud poſſet uelle, nec illam nõ uelle: & quicquid uellet, nõ eſſet iuſta uel iniuſta uoluntas. ca.13.fo.73
Quod ſimiliter ſit, ſi ſola accepta uoluntas rectitudinis, &, idcirco utranque uolũtatem accepit ſimul, & ut iuſtus, & ut beatus eſſet. cap.14.fo.74
Quod iuſtitia ſit aliquid. cap.15.fo.74
Quod iniuſtitia non ſit niſi abſentia debitæ iuſtitiæ. cap.16.fo.75
Cur deſertor angelus nõ poſſit redire ad iuſtitiam. cap.17.fo.75
Quomodo malus angelus ſe fecit iniuſtũ, & bonus ſe iuſtum, & quod malus ſic debet deo gratias agere pro bonis quæ accepit, & deſeruit, ſicut bon⁹ qui ſeruauit accepta. cap.18.fo.75
Quod uoluntas inquantum ſit, bonum eſt, & nulla res mala ſit. cap 19.fo.75
Qũo de⁹ faciat malas uolũtates & actiones, & qũo accipiaſ ab eo. c.20.fo.75
Quod malus angelus non potuit præſci

re ſe caſurum eſſe. cap.21.fol.76
Quod ſciuit ſe nõ debere uelle hoc quod uolendo peccauit, & deberet puniri ſi peccaret. cap.22.fo.77
Quod non debuit ſcire, quia ſi peccaret puniretur. cap.23.fo.77
Quod etiam bonus angelus hoc ſcire nõ debuit. cap.24.fol. 77
Quod ille ſi etiam hoc ſolo dicitur iam non poſſe peccare, quia nũc habet ſciẽtiam ex caſu diaboli, tamen illi ſit ad gloriam. cap.25.fo.77
Quod horremus audito nomine mali, et qđ faciat opa q̃ uidet iniuſtitia facere, cũ ipſa & malũ nihil ſit. cap. 26.fo.78
Vnde ueniat malum in angelum qui bonus erat. cap. 27. fo.78
Quod poteſtas uolendi quod non debuit, bona fuit ſemper, & ipſum uelle bonum quantum ad eſſe. ca.28.fo.78

Index capitum libri, De conceptu uirginali & peccato originali.

Quæ ſit originalis & perſonalis natura. cap. 1.fo.78
Qualiter humana natura corrupta eſt. cap. 2.fo.79
Quod non ſit peccatum niſi in uoluntate rationali. ca.3 fo. 79
Quod nihil per ſe ſit iuſtum aut iniuſtũ, niſi ipſa iuſtitia uel iniuſtitia, & quod nihil puniatur niſi uoluntas uel iniuſtitia. cap.4.fo.79
Quod malũ quod eſt peccatũ ſiue iniuſtitia nihil ſit. cap 5.fo.80
Quod cum punit deus pro peccato, non puniat pro nihilo. cap.6.fo.80
Quod ſemen hominis dicatur immũdũ, & concipi in peccatis quamuis in eo non ſit peccatum. cap.7. fo.81
Quod ĩ ſemine ſumpto de uirgine nõ ſit peccatum, nec neceſſitas futuri peccati. cap.8 fo.81
Cur peccatum, quo damnatur humanũ genus, magis imputatur Adæ quàm Euæ, cum ille poſt & per illam peccauerit. cap.9. fo.81
Cur grauentur peccato Adæ qui eius cõſcij non fuerunt. ca 10.fo.81
Quod propagatio d: uirgine non ſubiaceat legi & meritis naturalis propagationis, & quod tres ſint. ca.11.fo.82
Quod mala Adæ nulla rectitudine ad illum hominem tranſeant. ca.12.fo.82
Quod ſi non eſſet deus, ſed purus homo neceſſe tamen eſſet illum, talem eſſe qualis primus homo factus eſt. 13. 82
Quod ꝓpoſitæ rõni non refragetur, ꝙ ſcriptũ eſt hoĩem de immundo ſemine, et in iniquitatibus conceptum, etiam ſi de aliquibus ꝓprie dictũ ſit. ca.14.fo.83
Quomodo maſſa peccatrix non ſit tota peccatrix. cap.15.fo.84
Cur Ioannes & alij qui ſimiliter conſepti ſunt per miraculum, nõ ſint per ſe liberi. cap.16.fo.83
Cur Deus incarnatus ſit cum de Adam poſſet facere homines non deos ſine peccato ioi, quot ſufficerent. c.17.f.83
Quod de uirgine iuſta Deus conceptus ſit, nõ ex neceſſitate, quaſi de peccatrice nõ poſſit: ſed qa ſic decebat. c.18.f.83
Quomodo iſta ratio & altera alibi data, concordent & differant. ca.19.fo.84
Quod nat⁹ de uirgine, pro originali peccato habuerit originalẽ iuſtitiã. 20.84
De quantitate originalis peccati. 21. 84
Cur et quo pctm deſcẽdat ĩ iſtãtes. 22. 84
Quod peccata parẽtũ poſt Adã nõ cõputentur in originali peccato filiorũ. 23 85
Peccata parentum quomodo noceãt animabus filiorum. 24 86
Quomodo nullus portet peccatum patris, ſed ſuum. 25.86
Quid ſit originale peccatũ, quod ſit omnibus ęquale. 26.fo.86
Contra illos qui non putant infantes nõ debere damnari. 27.86
Quomodo impotentia habẽdi iuſtitiam excuſet eos poſt baptiſma. 28. 87
Declaratio cuiuſdã de eodẽ libro. fo.87
Epiſt ſiue liber d fermẽtato et azymo. 89
Epiſt ſiue liber de diuerſitate ſacrorũ. f.91
Epiſtola de proceſſione ſpiritus ſancti, contra Græcos. fo. 91

Index capitum libri de ſimilitudinibus.

De diuiſione uoluntatis. ca.1.fo. 103
De ſimilitudine inter mulierẽ & uoluntatem. ca.2.fol.103

De ſenſibus animæ. 3.103
Dd ſenſibus corporis 4.103
De obedientia. 5.103
De inobedientia & ꝓpria uolũtate. 6 103
De ſuperbia. 7.103
Quód propria uoluntas ſoli deo conueniat. 8.103
De ſimilitudine inter propriam uolũtatem & fontem. 9.104
De tribus gñibꝰ ꝓpriæ uolũtatis. 10.104
De generibus delectationis. 11.104
De quinque corporis ſenſibus. 12. 104
De generibus delectationis malæ. 13.104
De quinqꝫ ſimplicibus generibꝰ. 14.104
De decem duplicibus. 15.104
De decem triplicibus. 16.104
De quinque quadruplicibus. 17.104
De ultimo gñe delectationis malę. 18.104
De detractione. 19.104
De animæ delectatione. 20. 105
De quinqꝫ generibus exaltationis. 21.105
De quatuor ſimplicibus. 22.105
De quatuor duplicibus. 23.105
De quatuor triplicibus 24.105
De uno quadruplici. 25.105
De curioſitate & eius diuiſione. 26. 106
De quinque ſimplicibus. 27 106
De ſex duplicibus. 28.106
De quatuor triplicibus. 29.106
De uno quadruplici. 30 106
De generibus curioſitatis. 31.106
De tribus ſimplicibus. 32 106
De nouem duplicibus. 33.106
De decem triplicibus. 34 106
De quinqꝫ quadruplicibus. 35.106
De ultimo genere curioſitatis. 36.107
De ſimilitudine inter propriã uoluntatẽ & adulteram reginam. 37.107
De ſimilitudinibus inter propriam uolũtatem & uenenoſam herbã. 39.107
Quód propriæ uoluntati omnia uitia deſeruiunt. 38.107
De ſimilitudine inter ſuggeſtionem, delectationem, cõſenſum et canem. 40.197
De ſimilitudine inter cor humanum & molendinum. 41.108
De ſimilitudine inter molentes & laborantes. 42.108
Quód bonitas cuiuſqꝫ fidelis deo & omnibus bonis ſit utilis. 43.108
De cõmẽdatiõe ſupnę Hieruſalẽ. 44. 109
Quód bonitas boni hominis damnatis, & dęmonibus ſit inutilis. 45.109
De ſimilitudine inter deum & quẽlibet regem ſuos iudicantem. 46.109
De quatuordecim beatitudinibus corporis & animæ. 47.109
Quę ſint. xiiij. ptes beatitudinis. 48. 110
Quę ſint q̃tuordecĩ ptes miſerię. 49. 110
De pulchritudine & turpitudine. 50. 110
De agilitate & ponderoſitate. 51.110
De fortitudine & imbecillitate. 52 111
De libertate & ſeruitute. 53. 111
De ſanitate & infirmitate. 54.111
De uoluptate & anxietate. 55.112
De ſimilitudine ferri igniti. 56.112
De duabus beatitudinibꝰ totidemqꝫ miſerijs. 57.112
De longęuitate & uitę breuitate 58. 112
De ſapientia & inſipientia. 59.112
Quod peccata ſinglulorum ſingulis pateant. 60.112
Altercatio inter hominem iuſtum & angelum. 91.113
De amicitia & inimicitia. 62.113
De concordia & diſcordia. 63.113
Quod omnes iuſti idem uelint. 64.113
De honore & dedecore 65.114
De paupere in regem adoptato. 66.114
De ſimilitudie ĩter ignẽ & deitatẽ. 67. 114
De potentia & impotentia. 68.116
De ſecuritate & timore. 69.114
Quod nullus amittat iam ſemel adepta bona. 70.114
De gaudio & triſtitia. 71.115
De cupiditate mundani honoris. 72. 115
De ſimilitudine inter deum & aliquẽ dominum. 73.115
De ſimilitudine inter diabolũ & improbum placitatorem. 74.115
De ſimilitudine inter deum & quemlibet regem. 75.116
De regno & uilla & caſtello & diuiſione. 76.116
De ſimilitudine inter monachum & potionem, & medicũ & abbatẽ. 77. 116
De contẽtione inter monachos nutritos & conuerſos. 78.117

De ſimilitudine inter monachos & angelos. cap.79.fo.117
De ſimilitudine inter deum & quemlibet imperatorem. 80.117
Quid monacho proſit ſi aliqu id inuitus faciat. 81.117
Quód magna ſit ſpes monachi profeſſi. 82.118
De ſimilitudine inter monachum peccantem & laicum. 83.118
De ſimilitudine inter monachum & arborem 84.118
De ſimilitudine inter matronam & diuinam uoluntatem. 85.118
De filiabus matronæ. 86.119
De ancillis eius bonis. 87.119
De ancilla latrone. 88.119
De obediẽtia, licẽtia et inobediẽtia. 89.119
De ſimilitudine inter monachum & denarium. 90.119
De ſiĩtudine ĩter corrigiã & ſotularẽ, & ordinẽ facticiũ & naturalem. 91. 120
De ueſtibus monachi. 92.120
De corona & tonſura monachi. 93. 120
De ſpũali ſacrificio monachorũ. 94. 120
De ſiĩtudie ĩter monachũ & ignẽ. 95.120
De interiori uirtute & exteriori. 96. 120
De ſimilitudine inter monachum & hortulanum. 97.121
De ędificãte domũ, & ꝙ ſuperbia ſit uallis maxima beſtĩs uitiorũ plẽa. 98. 121
De monte humilitatis & ſeptem gradibus eius. 99.121
De primo gradu humilitatis. 100.121
Quód qui in deum peccat omnem creaturam contra ſe excitat. 101. 121
De ſecundo gradu humilitatis. 102. 121
De tertio gradu humilitatis. 103. 121
De quarto gradu humilitatis. 104. 122
De quinto gradu humilitatis. 105. 122
De ſexto gradu humilitatis. 106. 122
De ſeptimo gradu humilitatis. 107.122
Recapitulatio graduũ hũilitatis. 108. 122
Quomodo unuſquiſque ſe minorem omnibus putet. 109.122
Quód obſit conſideratio alterius peccati. 110.122
De duabus ſororibus hunc montem cuſtodientibus. 111. 122
De uerecundia quæ eſt apud deũ. 112 122
De uerecũdia quæ eſt apud hoĩes. 113.122
De conſultatione duarum prædictarum ſororum. 114.123
Quód non ſemper miſericordia dei debeat cogitari. 115.125
Quę cõparatio ſit inter aſcẽdẽtes. 116. 123
De ſimilitudine inter cœnouexiã & charitatem. 117 123
De ſimilitudine ĩter qualitates corporis & animæ. 118. 124
De cordis immundicĩs. 119.124
De ſimilitudine inter corporis infirmitates & animæ. 120. 124
De appetitu, & quid interſit inter appetitum & uoluntatem. 121.124
De ſimilitudine inter aquam & humanã naturam. 122.124
Quód quatuor modis pax agaĩ 123. 124
De q̃dripꝛtito ſtatu humãę naturę. 124.125
De ſimilitudine inter hominis obſequiũ & præmium. 125.125
De tribus hominum ordinibus. 126. 125
De exemplo ouiũ, boũ & canũ. 127. 125
De mendacio. 128.125
Exemplum de medico. 129.135
De ſeptem donis ſpiritus ſancti. 130.125
Quód de donis ſpũs ſcti, quinq; ad actiuã duo uero ad cõtẽplatiuã ptinẽt. 131. 125
De qualitatibus aĩę & moribus. 132.126
Quod mores boni & mali ſint. 133. 126
De uirtute & uitio. 134.126
De ſapientia & ſtultitia quandoq; in eodem conuenientia. 135.126
De odio & amore peccati. 136.126
De humilitate & ſuperbia. 137.126
De tribus uerecundię generibus. 138. 126
De tribus quæ notanĩ in iuuene. 139. 126
De ſimilitudine inter diuerſa alimenta et præcepta. 140.126
De exemplo noui uaſis. 141.126
De exemplo cultri. 142.127
De exẽplo aq̃ gełæ et ſolis radĩs. 143.127
De pœnitentia ſicca & humida. 144. 127
De exemplo arborem magnã ſuccidere uolentis. 145.127
De detractione. 146.127
De tribus homicidĩ generibus. 147. 127
De exemplo ignis & uenti & humanæ

mentis. 148.fo.127
De detractionis deſcriptione. 149.127
De commendatione charitatis. 150.127
Quod noceat detractio.& proſit bonum audire. 151. 127
De ſcientia uoluntate & uſu. 152. 127
De exemplo citharistę. 153.127
De ſiſitudie īter d̄ſides et peccātes.154.128
De ſimilitudine inter pauperes, ſtultos et negligentes. 155. 128
De ſcientia, et tribus partib⁹ eius. 156.128
De doctrina. 157. 128
De experimento. 158. 128
Quod non ſemper debemus uelle quod deus uult. 159.128
De uſu. 160.128
Quod bonus homo de omnibus ſibi bonum faciat. 161. 128
Quomodo inimici diligi poſſint,162.129
De intellectu.amore & uſu. 163.129
De ſimilitudine inter deū & ſolē.164.129
De ſiſitudie īter ignē et d̄i amorē. 165. 129
Quomodo ſancti deum uidebūt.166. 129
De quatuor modis præcipiendi, & totidem obediendi. 167. 129
De timore,commodo & amore. 168. 129
Quod in anima tres ſint naturę. 169. 129
De ſuggeſtiōe delectati.et cōsēſu.170 129
De nominibus animæ. 171.130
De ſordido exemplum. 172.130
De quadrato lapide. 173. 130
De peccato. 174.130
De ſimilitudine ceræ. 175. 130
De conatu diaboli cōtra nouitiū.176.130
De pueris plantę comparatis. 177.130
De lamina auri exemplum. 178.130
De charitate. 179.130
Quod ex trib⁹ cauſis oīs res amaē.180.130
Quod trib⁹ modis de⁹ diligēd⁹ ſit. 181. 131
De tribus libertatibus. 182.131
De uenatione diaboli. 183.131
Quod deus non horreat peccatū.184.131
De uiſione A.de fluuio. 185.131
De uero monachatu. 186.131
De ſecuritate & pace religionis. 187. 131
De exemplo leporis. 188.131
De exemplo auiculę. 189.132
De malitia & fœditate peccati. 190.132
De uerbis defuncti. 191 132
Liber de uoluntate Dei. fo.132
Index Capitum libri De concordia præſcientiæ.
Quod pſcientia dei uideaē diſcordare a libero arbitrio, quod non eſt.cap.1.f.133
Quod ſit pdeſtinatio.et ꝙ pdeſtinatio nihil īferat neceſſitatis libero arbi.2.137
De cōcordia gratię & liberi arbitrij.3.137
Liber de miſeria hominis fol.144
Liber de ueſtimētis,& membris & actibus deo artibutis. fo.145
Liber de menſuratione crucis. fol. 147
Crux quanto diutius iacet:tanto difficilius tollitur. fol.152
Liber meditationum. fol. 152
Index capitū libri De meditatione generis humani.
Quę ſit uirtus ſaluationis & ubi.ca.1.156
Cur ſit occultata & tandiu dilata.2.156
Qua et cuius neceſſitate ſe ſic humiliauit. 3.156
Qūo dicaē factus obediēs & huiuſmodi, cū ſola libera uolūtate hoc fecerit.4 157
De meditatione circa hoc,& de quo gaudendum circa paſſionē Chriſti. 5. 157
De bñficijs hoi a Chriſto exhibitis.6.157
De gratijs agendis ſuper his. 7.158
Dialogus de paſſione domini. fo.158
Index capitū libri qui dicitur Speculū euāgelici ſermōis.
Quod ſalubre ſit Chriſtiano uenerari & amplecti infirma ſaluatoris.ca.1. f.162
Quod gloriatio Chriſtiani debeat eſſe in nomine crucifixi. 2.162
De magna miſericordia quam deus habuit ad genus humanum. 3.161
De miſerijs ējs deus accepit.p hoīe.4.162
De geſtis Chriſti ab infantia. 5 163
De cœna cum diſcipulis & Iuda traditore, 6.163
De diuerſione dñi Ieſu ad locum traditionis,& triſtitia ibidem habita. 7.163
De traditione Ieſu. 6.164
De colaphis, ſputis & flagellis. 9.164
De illuſione Ieſu. 10.164
De crucifixione Ieſu. 11.164
Incentiuum amoris. 12.164
De glorificatione in morte. 13.164
Deprecatio ad patrem. 14.165
Quod filius p nobis debitū ſoluit.15.165
Quod.p tāta paſſiōe diligēdus ſit.16.165
Humilis petitio ad filium. 17.165

De reſurrectione. 18.166
Oratio ad patrem & filium & ſpiritum ſanctum. 19.166
In Homiliā euangelij ſecūdū Luc. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellū. fo.166

Index capitum libri de excellentia glorioſiſsimæ uirginis Mariæ

Quòd Maria excellit oēs creaturas. 1.168
De origine uirginis Mariæ. 2.168
De annūciatione angelica. 3.168
De amore uirginis ad filium. 4.169
De compaſſione beatæ Mariæ pro filio crucifixo. 5.170
De gaudio reſurrectionis. 6.171
De gaudio beatæ Mariæ in filij aſcenſione. 7.172
De aſſumptione beatæ dei genitricis Mariæ. 8.172
Quātum profuit beata uirgo Maria creaturæ humanæ. 9.173
Quantum profuit omni creaturæ, etiam præter humanam. 10.174
De eodem alio modo. 11.174
Oratio eiuſdem beati Anſelmi ad beatiſſimam uirginem Mariam. 12.174

Libri epiſtolarum index.

Helināđo epiſtola prima, de ſtatu perfectioris uitæ. fol.175
Hugoni ſecunda, de cōtemptu mundi et æterni regni deſiderio. 176
Henrico tertia, de fine mundanæ gloriæ & expectatione poſt ſpretū mundū. 177
Dominæ cuidam. quarta, de propoſito religionis ſeruando. 177
Burgundio & Richeræ, quinta, de fine ante oculos habendo. 178
Monachis in Ciſtrēſi cœnobio, ſexta de obedientia & pace. 178
Lauroni, ſeptima, de monaſterio nō relinquendo. 179
Gulielmo, octaua, de comite excōmunicato, et presbyteris incontinētibus. 180
Falconi, noua, de archiepiſcopatu non cōcupito. 181
Goffrido, decima, de nō impediendis clericis ad monachatum. 182
Richardo, undecima, đ uoto ſeruādo. 182
Anſelmo Paſchalis papa, duodecima. de inueſtitura eccleſiarum. 182
Cuno. xiij. de trib us ſuperbiæ modis. 183

Index capitum libri De imagine mundi.

De forma mundi. cap. 1. fo. 183
De creatione mundi. 2. 183
De quatuor elementis. 3. 183
De aſſimilatione quatuor elementorum cum quatuor temporibus, qualitatibus, humoribus & ætatibus. 4. 184
Terra quibus nominibus nominēt. 5.184
Terra ꝙ ſit rotūda et oceāo claudat. 6.184
Terra quinq; circulis diſtinguitur. 7.184
Terræ habitabilis diuiſio 8. 184
Aſia 9.184
India. 10. 185
Parthia. 11.185
Meſopotamia. 12. 185
Syria. 13.185
Palæſtina. 14 186
Aegyptus. 15.186
Caucaſus mons. 16 186
Aſia minor. 17.186
Europa. 18.186
Aphrica. 19.187
Inſulæ maris. 20.187
Infernus ubi ſit. 21.188
Aqua. 22.188
De aere. 23.189
De igne. 24.189
De cœlo. 25.190
De duodecim ſignis zodiaci. 26.191
De hyadibus. 27.191
De hydra. 28.191

Libri 2. De imagine mundi index.

De mundo & eius partibus. 1.192
De zodiaco. 2.192
De diuiſione diei & nominibus 3. 193
De nocte & ſeptem eius tēporibus 4. 193
De hebdomada. 5. 183
De menſibus & eorum nominibꝰ. 6. 193
De Calēdis, Nonis & Idibus. 8. 194
De quatuor partibus anni. 9. 194
De anno ac eius acceptionibus. 10. 194
De cyclis. 11 195
De olympiade. 12. 195
De luſtris & indictionibus. 13. 195
De ætate. 14. 195
De decennouenali cyclo & diuiſiōe. 14. 195
De cyclo ſolari. 16. 195
De æquinoctijs & ſolſticijs. 17 195

De ſaltu Lunæ. 18 196
De minutis. 19. 196
De regularibus feriarum & concurrentium. 20. 196
De regularibus & epactis. 21. 196
Quot horis Luna luceat, & in quo ſit ſigno. 22. 196
Ad inueniẽdũ annũ domini, epactas, annũ ſolarẽ, cõcurrẽtes, Biſſextum, Cyclum lunarem, ãnum nouenalis cycli, & claues terminorum. 23. 196
De termino Paſchali. 24. 197
De regularibus eiuſdem termini. 25. 197
De emboliſmis. 26. 197
De diebus Aegyptiacis. 27. 197
Inuocatio uirginis Marię et filij eius. 167
Marię beatæ uirginis forma & mores, et filij eius. 198

INDEX RERVM SCITV DIGNARVM QVAE IN HIS EVANGELIORVM ENARRATIONIBVS CONTINENTVR

Adam ex rege regulus. fo. 227
Adam rex. 216
Alæ ſanctorum. 217
Amanti nihil præcipiendum. 226
Angeli cur noſtra opera deo deferant. 212
Aquis quid ſignificatur. 200
Aſinus gentilis populus: bos iudaicus. 216
Auarus & hydropicus. 216
Audire noſtrum & audire dei. 201
Centum denarij, peccata in hominem ſignificant. 210
Cereus Chriſtus. 210
Cœtus religioſorum populus honorificatus. 222
Columba. 208
Confeſſionis ſacramentalis efficacia. 225
Cur aſcendat Lucas numerando. 204
Cur in columbæ ſpecie, ſpiritus ſanctus ſuper Chriſtum deſcendit. 202
Decem milia, talenta, peccata in deum ſignificant. 210
Dei deſcriptio. 218
Denarius numerus. 204
Filij lucis. 214
Filij ſeculi. ibidem
Firmamentum. 218
Fullo eſt doctor. 216
Greſſus domini. 199
Hieruſalem. 209
Ieſus annorum duodecim. 201
In cereo lecta. 210
In iuſtis requies domini. 210
In ſolius fidei iactatores. 225
In ſolius fidei iactatores. 229
Iudæorum feſta completa. 201
Lex, propheta & euangelium vnum ſunt, licet tria in ſuperficie viſa. 220
Magna dei ira. 222
Martyres ſub Antichriſto ſigna non facient, ſed, tortores. 200
Maſculus ſpiritualis & vulua. 208
Mercenarius paſtor. 220
Miniſterium pontificis Chriſti. 222
Mons cœlum. 199
Mons Sion eſt eccleſia. 222
Nouem leproſi neſciuntur à dominio. 225
Nox quid ſignificat. 199
Nubes lucida. 21v
Octogenarius & octonarius numerus. 213
Olei deſcriptio. 222
Omnes electi, aut Confeſſores, aut martyres. 208
Operari eſt ſcribere. 213
Palma. 222
Parentes Chriſti. 8 1
Per Mariam emundatio. 208
Petrus quid ſignificet. 200
Pulli columbarum. 203
Quadragenarij numeri ſignificatio. 207
Quando tangit deus creaturam ſuam. 218
Quaternarius numerus. 204
Quid ambulare ſuper fluctus. 199
Quid de naui deſcendere. 200
Qui leproſi. 225
Quid mare. 199
Quinquaginarij numeri ſignificatio. 225
Quomodo debitum reddatur deo. 210
Quot modis loquitur deus. 199
Regulus quis. 229
Reſpondere dei. 201
Reſpondere noſtrum & loqui. ibidem
Sancti laborioſius dormiũt quam vigilant. 219
Scriptura ſancta niui comparata. 219
Senſus ſpiritualis. 200
Septuagenarij numeri ſignificatio 204
Septuageſima & ſeptima ætate uenit Chriſtus. 204
Septuaginta tranſlatores ueraces. 204
Sex dierum ſignificatio 215
Signa & prodigna. 227
Symeon homo dictus. 209
Somnus ſanctorum. 209
Teſtis Falſus non erit impunitus. 152
Triplex ferculum cœnæ dominicæ. 222
Trium diſcipulorum qui transfigurationi inter fuerũt myſtica ſignificatio. 225
Vela templi ciſterna ad peccatum pertinet. 204
Vendi peccatorem quid 210
Ventus contrarius. 199
Ventus ualidus. 200
Veſper mundi. 199
Veſtimenta Chriſti. 219

FINIS

BEATI ANSELMI CANTVARIENSIS EPISCOPI *IN MONOLOGIVM* PRAEFATIO.

QVidam fratres ſępe me ſtudioſeq; p̄cati ſunt, ut quædã de illis, quæ de meditanda diuinitatis eſſentia, & quibuſdam alijs huius meditationi cohærentibus, uſitato ſermone colloquendo protuleram, ſub quodã ei⁹ medetationis exemplo deſcriberem. Cuius ſcilicet ſcribendæ meditationis magis ſecundum ſuam uoluntatem, ꝗ̃ ſecundum rei facilitatem, aut meã poſſibilitatem, hanc mihi formam pręſtiterunt: quatenus authoritate ſcripturæ penitus nihil in ea perſuaderetur. Sed quicquid per ſingulas inueſtigationes finis aſſereret, id ita eſſe plano ſtylo & uulgaribus argumentis ſimpliciq; diſputatione: & rationis neceſſitas breuiter cogeret, & ueritatis claritatem patenter oſtenderet. Voluerunt etiam, ut nec ſimplicibus peneq; fatuis obiectionibus mihi occurrentibus obuiare contemnerem, quod quidem diu tentare recuſaui, atq; mecũ re ipſa comparans, multis me rationibus excuſare tẽtaui. Quanto enim id quod petebant uſu ſibi optabant facilius: tanto mihi illud actu iniungebant difficilius. Tandẽ tñ uictus, tum precum modeſta importunitate, tum ſtudij eorum non cotemnẽda honeſtate: inuitus quidem propter rei difficultatem, & ĩgenij mei imbecillitatem, quod precabantur incepi, ſed libenter propter eorũ charitatem quantum potui, in eorum diffinitionem effeci. Ad quod cum ea ſpe ſim adductus, ut quicquid facerem illis ſolis à quib⁹ exigebatur eſſet notum, & paulo poſt idipſum ut uilem rem faſtidientibus, contemptu eſſet obruẽdum: ſcio enim me in eo non tam precantibus ſatisfacere potuiſſe, ꝗ̃ precibus me proſequẽtibus finem poſuiſſe. Neſcio tamẽ quo mõ ſic pręter ſpem euenit, ut nõ ſolum prædicti fratres: ſed & plures alij ſcripturam ipſam, quiſq; eam ſibi tranſcribendo in longum memoriæ commendare ſatagerẽt, quã ego ſępe tractans nihil potui ĩuenire me in ea dixiſſe, quod non catholicorum patrum, & maxime beati Auguſtini, ſcriptis cohęrear. Quapropter ſicui uidebitur, quod in eodẽ opuſculo aliquid protulerim, q̃d aut nimis nouum ſit, aut à ueritate diſſentiat: rogo ne ſtatim me aut ut præſumptorem nouitatum, aut falſitatis aſſertorem exclamet: ſed prius libros beati Auguſtini de trinitate diligenter perſpiciat, deinde ſecundum eos opuſculum meum dijudicet. Quod enim dixi, ſummam trinitatem poſſe dici tres ſubſtãtias, Græcos ſecutus ſum, qui confitent́ tres ſubſtantias eſſe in una pſona eadem fide, qua nos tres perſonas in una ſubſtãtia. Nã hoc ſignificãt in deo per ſubſtantiam, quod nos per perſonam. Quæcunq; autem dixi ſub perſona ſecum, ſola cogitatione diſputantis & inueſtigantis ea quæ prius non animaduertiſſet prolata ſunt: ſicut ſciebã eos uelle, quorum petitioni obſequi intendebã. Precor autem & obſecro uehementer, ſiquis hoc opuſculum uoluerit tranſcribere: ut hanc præfationẽ in capite libelli, ante ipſa capitula ſtudeat p̄ponere. Multũ. n. prodeſſe puto ad intelligẽda ea quę legerit ibi. Siquis pri⁹, q̃ ĩtẽtiõe quo ue mõ diſputata ſint cognouerit: puto ẽt, ꝙ ſiqs hãc ipſã p̄fationẽ uiderit pri⁹, ñ temerẽ iudicabit: ſiq̃d & cõtra ſuã opinionẽ platũ ĩuenerit.

Quod ſit quoddam optimum & maximũ & ſummum omnium quæ ſunt. Cap. I.

Siquis unam naturam ſummam omniũ quæ ſunt ſolam, ſibi in æterna beatitudine ſua ſufficientem: omnibusq́ rebꝰ aliis hoc ipsũ q̄d aliqd ſũt, aut q aliquo mõ bñ ſunt: p oĩpotẽtẽ bonitatẽ ſuã dãtẽ et facientem aliaq́ pplura: q̃ de deo ſiue de eiꝰ creatura neceſſario credimꝰ, aut nõ audiendo aut nõ credẽdo ignorat: puto q̄a ea ipſa ex magna parte ſi uel mediocris ĩgenii eſt poteſt ipſe ſibi ſaltem ſola rõne perſuadere. Quod cum multis modis facere poſſit, unum ponam quẽ illi æſtimo eſſe promptiſſimum. Etenim cum omnes frui ſolis his appetant quæ bona putanr, in promptu eſt ut aliquando mentis oculum conuertat ad inueſtigandum illud, unde ſunt bona ea ipſa quæ non appetit, niſi quia iudicat eſſe bona: ut deinde ratione ducente & illa perſequente ad quæ irrationabiliter ignorat, rationabiliter proficiat. Inquo tamen ſiquid dixero, quod maior non monſtrat authoritas, ſic uolo accipi: ut quamuis ex rationibus, quæ mihi uidebuntur quaſi neceſſarium concludatur, non ob hoc tamen omnino neceſſarium: ſed tantum ſic interim uideri poſſe dicatur. Facile eſt igitur, ut aliquid ſit qui ſecum tacitus dicat: Cum tam innumerabilia bona ſint quorum tam multam diuerſitatem & ſenſibus corporeis experimur, & ratione mentis diſcernimus: eſt ne credendum eſſe unum aliquid per quod unum ſunt bona quæcunq; bona ſunt, aut ſunt bona alia per aliud? Certiſſimum quidem & omnibus eſt uolentibus aduertere pſpicuum, quia quæcunq; dicuntur aliquid, ita ut ad inuicem magis aut minus aut æqualiter dicantur, per aliud dicuntur: quod non aliud & aliud, ſed idem intelligitur in diuerſis, ſiue in illis æqualiter ſiue inæqualiter conſideretur. Nam quæcunq; iuſta dicuntur ad inuicem ſiue pariter ſiue magis uel minus, non poſſunt intelligi iuſta niſi per iuſtitiam q̃ non eſt aliud & aliud in diuerſis. Ergo cum certum ſit, quod omnia bona ſi ad inuicem conferantur aut æqualiter aut inæqualiter ſint bona: neceſſe eſt ut omnia ſint p aliquid bona, quod intelligitur idem in diuerſis bonis, licet aliquando uideantur bona dici alia per aliud. Per aliud enim uideatur dici bonꝰ equus, q̄a fortis eſt: & per aliud bonus equus, quia uelox eſt. Cum enim uideatur dici bonus p fortitudinem, & bonus per uelocitatem: non tamen idem uidetur eſſe uelocitas & fortitudo. Verum ſi equus, quia eſt fortis aut uelox, bonus eſt: quomodo fortis & uelox latro malus eſt? Potius igitur quemadmodum fortis & uelox latro ideo malus, quia noxius eſt: ita fortis & uelox equus idcirco bonus eſt, quia utilis eſt. Et quidem nihil ſolet putari bonum, niſi aut propter utilitatem aliquam, ut bona dicitur ſalus, & quę ſaluti proſunt: aut propter quamlibet honeſtatem, ſicut pulchritudo æſtimatur bona & q̃ pulchritudinem iuuant. Sed quoniam iã perfecta ratio nullo poteſt diſſolui pacto, neceſſe eſt omne quoq; utile uel honeſtum, ſi uere bona ſunt, per ipſum eſſe bona per quod neceſſe eſt cuncta eſſe bona, quicquid illud ſit. Quis autem dubitet illud ipſum, per quod cuncta ſunt bona, eſſe magnum bonum? Illud igitur eſt bonum p ſeipſum, quoniam omne bonum eſt per ipſum. ergo cõſequitur, ut omnia alia bona ſint per aliud q̃ quod ipſa ſunt: & ipſum ſolum per ſeipſum. At nullum bonum quod per aliud eſt, eſt æquale aut maiꝰ eo bono q̄d p ſe eſt bonum. Illud itaq; eſt ſumme bonum, quod ſolum eſt per ſe bonum. Id enim ſummum bonũ eſt, quod per ſe eminet: ita ut nec par habeat, nec præſtantius; ſed quod eſt ſum

me bonum, eſt etiam ſumme magnũ. Eſt igitur unũ aliquid ſumme magnũ, & ſumme bonum, id eſt, ſummum omnium quæ ſunt.

De eadem re. Cap. 2.

Quemadmodum autē inuentum eſt aliquid eſſe ſumme bonum: quoniam cuncta bona per unũ aliquid ſunt bona, quod eſt bonum per ſeipſum: ſic ex neceſſitate colligitur aliquid eſſe ſumme magnum, quoniam quæcunq; magna ſunt per unum aliqd magna ſunt, qđ magnum eſt p ſeipſum. Dico autē non magnum ſpatio, ut eſt corpus aliquod: ſed quod quanto maius, tanto melius aut dignius, ut eſt ſapientia. Et quoniam non poteſt eſſe ſumme magnum, niſi id quod eſt ſumme bonum: neceſſe eſt aliquid eſſe maximum & optimũ, id eſt, ſummũ oĩum quę ſunt.

Quòd ſit quædam natura, per quam eſt quicquid eſt, quæ per ſe eſt, & eſt ſummum omnium quæ ſunt. Cap. 3.

Deniq; nõ ſolum omnia bona per idem aliquid ſunt bona: & omnia magna per idem aliquid ſunt magna: ſed quicquid eſt, per unum aliquid uidetur eſſe. Omne nanq; quod eſt: aut eſt per aliquid, aut per nihil: ſed nihil eſt per nihil. Non enim eſt uel cogitari poteſt, ut ſit aliquid non per aliquid. Quicquid igitur eſt, non niſi per aliquid eſt. quod cum ita ſit, aut eſt unum, aut ſunt plura, per quæ ſunt cũcta quæ ſunt. Sed ſi ſunt plura, tũc ipſa referuntur ad unum aliquid, per quod ſunt: aut eadem plura ſingula ſunt per ſe: aut ipſa per ſe inuicē ſunt. At ſi plura ipſa ſunt, per unum tam non ſunt omnia per plura: ſed potius per illud unum per quod plura ſunt. Si uero ipſa plura ſingula ſunt per ſe, utique eſt una aliqua uis uel natura exiſtendi per ſe, quam habent ut per ſe ſint. Non eſt autem dubium, quòd per ipſum unum ſint per quod habent, ut ſint p ſe. Verius ergo per ipſum unũ cuncta ſunt, quoniam per plura quæ ſine eo uno eſſe non poſſunt: ut uero plura per inuicē ſint nulla patitur ratio, quoniã irrationalis cogitatio eſt ut aliqua res ſit per illud cui dat eſſe: nam nec ipſa relatiua, ſic ſunt per inuicem. Nam cum dominus & ſeruus referantur ad inuicem, & ipſi homines qui referuntur, omnino nõ ſunt per inuicem: & ipſę relationes quibus referuntur, non omnino ſunt per inuicem quia eadem ſunt per ſubiecta. Cum itaq; ueritas omnimodo excludat plura eſſe, per quæ ſunt cuncta: neceſſe eſt unum illud eſſe, per quod ſunt cuncta quæ ſunt. Quoniam ergo cuncta quæ ſunt, ſunt per ipſum unum: proculdubio & ipſum unum eſt per ſeipſum. Quæcunq; igitur alia ſunt, ſunt per aliud, & ipſum ſolum per ſeipſum. At quicqd eſt per aliud, minus eſt q̃ illud per quod cuncta ſunt alia, & quod ſolum eſt per ſe. quare illud quod eſt per ſe, maxime omnium eſt. Eſt igitur unum aliquid, quod ſolum maxime & ſumme omnium eſt, quod autem maxime omnium eſt, & per quod eſt quicquid eſt bonum uel magnum, & omnino quicquid aliquid eſt, id neceſſe eſt eſſe ſumme bonum, & ſumme magnum, & ſummum omnium quæ ſunt. Quare eſt aliquid quod ſiue eſſentia, ſiue ſubſtantia, ſiue natura dicatur, optimum & maximum eſt, & ſummũ omnium quæ ſunt.

De eadem re quòd ſicut illa eſt per ſe, & alia per illam: ita alia ſit ex ſe, & alia ex illa. Cap. 4.

Amplius ſiquis intendat rerum naturas, uelit, nolit, ſentit, non eas omnes contineri una dignitatis paritate: ſed quaſdam earum diſtingui graduũ imparitate. Qui enim dubitat, quòd in natura ſuo ligno melior ſit equus, & equo præſtantior homo, is profecto non eſt dicendus homo. Cum igitur naturarum alię alijs negari non poſſint meliores, nihilominus perſuadet ratio aliquam in eis ſic ſupereminere, ut non habeat ſe ſuperiorem. Si enim

huius gradum diſtinctio, ſic eſt infinita ut nullꝰ ſit ibi gradus ſuperior, quo ſuperior alius non inueniatur. Ad hoc ratio deducitur, ut ipſarum multitudo naturarum nullo fine claudatur. Hoc autem nemo non putat abſurdum, niſi qui nimis eſt abſurdus. Eſt igitur ex neceſſitate aliqua natura, quæ ſic eſt alicui uel aliquibus ſuperior, ut nulla ſit cui ordinetur inferior. Hæc uero natura quæ talis eſt, aut ſola eſt, aut plures huiuſmodi & ęquales ſunt. uerum ſi plures ſunt & ęquales ſunt, cũ ęquales eſſe non poſſint per diuerſa quædam, ſed per idem aliquid: illud unum per quod æqualiter tam magnæ ſunt, aut eſt idipſum quod ipſæ ſunt, id eſt, ipſa earum eſſentia, aut aliud ꝙ quod ipſę ſunt. Sed ſi nihil eſt aliud, ꝙ ipſarum eſſentia: ſicut earum eſſentiæ non ſunt plures, ſed una: ita & naturę non ſunt plures, ſed una. Idem nanque naturam hic intelligo, quod eſſentiam. Si uero id, per quod plures ipſæ naturæ tam magnæ ſunt, aliud eſt ꝙ quod ipſæ ſunt: pro certo minores ſunt, ꝙ id per quod magnæ ſunt. Quicquid enim per aliud eſt magnum, minus eſt quàm id per quod eſt magnum, quare non ſunt ſic magnæ, ut illis nihil ſit maius aliud. Quòd ſi nec ꝑ hoc quod ſunt, nec per aliud poſſibile eſt tales eſſe plures naturas, quibus nihil eſt præſtãtius, nullo modo poſſunt eſſe naturæ plures huius. Reſtat igitur unã et ſolam naturã aliquam eſſe, quæ ſic eſt alijs ſuperior, ut nullo ſit ĩferior: ſed qđ tale eſt maximum & optimum eſt omnium quæ ſunt. Hoc autem eſſe non poteſt, niſi ipſa ſit per ſe id quod eſt: & cuncta quæ ſunt, ſint ꝑ ipſam id quod ſunt. Nam cum paulo ante ratio docuerit id quod per ſe eſt, & per quod alia cuncta ſunt, eſſe ſummum omnium exiſtentium, aut ecõuerſo: id quod eſt ſummũ, eſt per ſe, & cuncta alia per illud, aut erunt plura ſumma: Sed plura nõ eſſe, manifeſtũ eſt. Quare eſt quedã natura, uel ſubſtantia, uel eſſentia, q̃ eſt per ſe bona uel magna. & per ſe eſt, id quod eſt, & ꝑ quã eſt quicquid uere aut bonũ aut magnũ aliqd eſt et q̃ eſt ſummũ magnũ, ſũmũq; bonũ, ſũmũ ens ſiue exiſtens, id eſt, ſummũ omniũ quæ ſunt. Quoniam itaq; placet quod inuẽtum eſt: iuuat indagare, utrum hæc ipſa natura & cuncta quæ aliquid ſunt, non ſunt niſi ex ipſa, quemadmodum non ſunt niſi per ipſam. Sed licet poſſet dici: quia quod ex aliquo eſt, etiam per idipſum quod eſt per aliquid, eſt, et ex eo ipſo: quemadmodũ & eſt ex materia, & per artificem, poteſt etiam dici eſſe per materiam & ex artifice: quoniam per utrunq;, & ex utroq; & ab utroq; habet ut ſit, quamuis aliter ſit per materiam, & ex materia, ꝙ per artificem & ex artifice. Conſequenter ergo, ut quomodo cuncta quæ ſunt, per ſummam ſunt naturam id quod ſunt: & ideo illa eſt per ſeipſam, alia uero ꝑ aliud, ita oĩa quæ ſunt, ſũt ex eadem natura ſũma. & idcirco illa ſit ex ſeipſa, alia autem ex alio.

Quòd illa, non ſit ulla iuuante cauſa ducta ad eſſe: nec tamen ſit per nihil aut ex nihilo & quomodo intelligi poſſit eſſe per ſe, & ex ſe. Cap. 5.

Quoniam igitur non ſemper habet eundem ſenſum quod dicitur eſſe per aliquid, aut eſt ex aliquo, quærendum eſt diligentius, quõ per ſummam naturam, uel ex ipſa ſint omnia quæ ſunt. & quoniam id quod eſt per ſeipſum, et id quod eſt per aliud, non eandem ſuſcipiunt exiſtẽdi rationem: prius ſeparatim uideamus de ipſa ſumma natura, quæ per ſe, eſt poſtea de his quæ per aliud ſunt. Cum igitur conſtet, ꝙ illa eſt per ſeipſam quicquid eſt, & omnia alia ſunt per illam id quod ſunt, quomodo eſt ipſa per ſe? Quod enim dicitur eſſe per aliquid: uidetur eſſe, aut per efficiens, aut per materiam, aut per aliquod aliud adiumentum uel inſtrumẽtum. Sed quicquid ex aliquo his tribꝰ modis eſt per aliud eſt, & poſterius, et

aliquo

aliquo mō minus eſt eo, per quod ha-
bet,ut ſit:at ſumma natura nullatenus
eſt ꝑ aliud,nec eſt poſterior,aut minor
ſeipſa, ut aliqua alia re: quare ſūma na
tura , nec a ſe, nec ab alio fieri potuit:
nec ipſa ſibi, nec aliqd aliū illi materia
unde fieret , fuit:aut ipſa ſe aliquo mō,
aut aliqua res ipſam , ut eſſet quod nō
erat, adiuuit. Quid igitur? Quod.n.nō
eſt a quo facient , aut ex qua materia,
aut ex quibus adiumentis ad eſſe per-
uenerit,id uidetur aut eſſe nihil:aut ſi a
liud eſt , per nihil eſſe,& ex nihilo. Qđ
licet ex his, q̃ rationis luce de ſūma iā
animaduerti ſubſtantia putem nulla-
tenus in illam poſſe cadere: non tamen
negligam huius rei probationem con-
texere . Quoniam nanq; ad magnū &
delectabile quoddam me ſubito perdu
xit hæc mea meditatio,nullam uel ſim
plicem peneq́; fatuam obiectionem mi
hi diſputanti occurrentē,negligēter uo
lo prȩterire , Quatenus & ego nihil am
biguū in prȩcedentibus relinquēs,cer-
tior ualeam ad ſequentia procedere:&
ſi forte , cui quod ſpeculor perſuadere
uoluero, omni uel modico remoto ob-
ſtaculo quilibet tardus intellectus ad
audita facile poſſit accedere. Quòd igi
tur illa natura,ſine qua nulla eſt natu-
ra, ſit nihil, tam falſum eſt q̃ abſurdū
erit , ſi dicatur , quicquid eſt nihil eſſe,
per nihil uero non eſt , quia nullo mo-
do intelligi poteſt , ut quod aliquid
eſt ſit per nihil : aut ſi quomodo eſt ex
nihilo, aut per ſe aut per aliud, aut per
nihil ex nihilo. Sed cōſtat,qa nullo mo
da aliud eſt ꝑ nihil. Si igitur eſt aliquo
modo ex nihilo, aut per ſe, aut ꝑ aliud
eſt ex nihilo . Per ſe autem nihil poteſt
eſſe ex nihilo,quia ſiquid eſt ex nihilo,
per aliquid neceſſe eſt , ut id per quod
eſt,prius ſit. Quoniam igitur hæc eſſen
tia prior ſeipſa non eſt , nullo modo ex
nihilo per ſe . At ſi dicitur per aliquam
naturā aliam extitiſſe ex nihilo, nō eſt
ſūma omniū, ſed aliquo inferior : nec ē
ꝑ ſe hoc qđ eſt,ſed ꝑ aliud. Itē ſi ꝑ aliud
eſt ipſa ex nihilo,id ꝑ quod eſt magnū
bonū fuit,cū cā tanti boni fuit. At nul
lum bonum poteſt intelligi ante illud
bonū,ſine quo nihil eſt bonū : hoc au-
tē bonū, ſine quo nihil eſt bonū , ſatis
liquet hanc eſſe ſummā naturā de qua
agitur. Quare res nulla uel intellecta
prȩceſſit,per quam iſta ex nihilo eſſet.
Deniq; ſi hæc ipſa natura eſt aliquid:
aut per nihil,aut ex nihilo : ꝓcul dubio
aut ipſa non eſt per ſe & ex ſe, quicqd
eſt:aut dicitur ipſa nihil, quod utrunq;
ſuperfluum eſt exponere q̃ falſum ſit.
licet igitur ſumma ſubſtantia non ſit
per aliquid efficiens , aut ex aliqua ma
teria , nec aliqbus adiuta ſit cauſis , ut
ad eſſe produceretur : nullatenus tamē
eſt ꝑ nihil, aut ex nihilo:qa ꝑ ſeipſam,
& ex ſeipſa eſt quicquid eſt . Quomo-
do ergo tandē eſſe intelligenda eſt per
ſe & ex ſe:ſi nec ipſa ſe fecit,nec ipſa ſi-
bi materia extitit , nec ipſa ſe quolibet
mō,ut quod non erat eſſet, adiuuit:niſi
forte eo modo, intelligendum uidetur,
quod dicitur:qa lux lucet,uel lucēs eſt
per ſeipſam & ex ſeipſa . Quemadmo-
dum enim ſeſe habēt ad inuicem , lux,
& lucere, & lucens:ſic ſunt ad inuicē
eſſentia,eſſe,& ens, hoc eſt, exiſtens ſi-
ue ſubſiſtens , ergo ſumma eſſentia, &
ſumme eſſe,& ſumme ens, id eſt, ſūme
exiſtens, ſiue ſumme ſubſiſtens nō diſ-
ſimiliter ſibi conueniunt, q̃ lux, & luce
re,& lucens.

Quō alia omnia ſint per illā,& ex illa. Ca.6

Reſtat nunc de rerum earū uniuer-
ſitate,quȩ per aliud ſunt,diſcutere,quo
modo ſint per ſummam ſubſtantiam:
utrū qa ipſa fecit uniuerſa , aut qa ma-
teria fuit uniuerſorum . Non enim o-
pus eſt quȩrere, utrū ideo ſint uniuer-
ſa per ipſam:quia alio faciente,aut a-
lia materia exiſtente, illa tantum quo
libet modo,ut res omnes eſſēt adiuuit:
cum repugnet his quæ iam ſupra pa-
tuerunt,ſi ſecundo loco & non princi-
paliter ſint per ipſam , quæcunq; ſunt.
Primum itaque mihi quærendum eſſe

puto, utrum uniuerſitas rerum, quæ per aliud ſunt, ſic ex aliqua materia. Non autem dubito hanc mundi molem, cum partibus ſuis, ſicut uidemus, formatam conſtare ex terra & aqua, & aere & igne, quæ ſunt quatuor elementa, aliquo modo intelligi poſſe, ſine his formis quas conſpicimus in rebus formatis, ut eorum informis aut etiam cõfuſa natura uideatur eſſe materia omnium corporum ſuis formis diſcretorum, non inquam hoc dubito ſed quæro: unde hic ipſa quam dixi, mundanæ molis materia ſit. Nam ſi huius materiæ eſt aliqua materia, alia uerius eſt corporeæ uniuerſitatis materia. Si igitur uniuerſitas rerum ſeu uiſibilium ſeu inuiſibilium eſt ex aliqua materia, profecto non ſolum non poteſt eſſe: ſed nec dici poteſt ex alia materia, quàm ex ſumma natura: aut ex ſeipſa, aut ex aliqua tertia eſſentia, quæ utique nulla eſt. Quippe nihil omnino uel cogitari poteſt eſſe præter illud ſummum omnium, quod eſt per ſeipſum, & uniuerſitatem eorũm quæ non per ſe, ſed per idem ſummũ ſunt. quare quod nullo modo aliquid eſt, nullius rei materia eſt. Ex ſua uero natura rerum uniuerſitas, quæ per ſe non eſt, eſſe non poteſt: quoniam ſi hoc eſſet, aliquo modo eſſet per ſe et ꝑ aliud, quouiam per id per quod ſunt cuncta: & non ſolum id per quod cũcta ſunt, quæ ſunt omnia falſa. Item, omne quod ex materia eſt, ex aliquo eſt, & poſterius eſt eo. quoniam igitur nihil eſt aliud a ſeipſo, uel poſterius ſe ipſo, conſequitur ut nihil ſit materialiter ex ſeipſo. Ac ſi ex ſummæ materia naturæ poteſt eſſe aliquid minus ipſa, ſummum bonum mutari & corrumpi poteſt, quod nefas eſt dicere. Quapropter, quoniam omne quod aliud eſt quàm ipſa, minus eſt ipſa. Impoſſibile eſt aliquid aliud hoc modo eſſe ex ipſa. Amplius, dubium, non eſt, quia nullatenus eſt bonum per quod mutatur uel corrumpitur ſummum bonum. quòd ſiqua minor natura eſt ex ſummi boni materia: cum nihil ſit unumcunque, niſi per ſummã eſſentiam, mutatur & corrumpitur ſummum per ipſum bonum. Quare ſumma eſſentia, quæ eſt ipſum ſummum bonum, nullatenus eſt bonum, quod eſt incõueniens. Nulla igitur minor natura materialiter eſt ex ſumma natura. Cum igitur eorum eſſentiam, quę per aliud ſunt, conſtet non eſſe uel ut ex materia ex ſumma eſſentia, nec ex ſe, nec ex alio, manifeſtum eſt quod ex nulla materia eſt. Quare: quoniam quicquid eſt per ſummam eſſentiam eſt: nec per ipſam aliquid aliud eſſe poteſt, niſi ea aut faciente, aut materia exiſtent: conſequitur de neceſſitate, ut præter eam nihil ſit, niſi ea faciente. & quoniam nihil aliud eſt uel fuit, niſi illa, & quæ facta ſunt ab illa, nihil omnino facere potuit per aliud, uel inſtrumentum, uel adiumentum quàm per ſeipſam. Ac omne quod fecit, ſine dubio aut fecit ex aliquo, uelut ex materia aut ex nihilo. Quoniam igitur certiſſime patet, quia eſſentia omnium, quæ præter ſummam eſſentiam ſunt, ab eadem ſumma eſſentia facta eſt. Et quia ex nulla materia eſt, proculdubio nihil apertius, quàm quòd illa ſumma eſſentia tantam rerum molem, tam numeroſam multitudinem, tam formoſe formatam, tam ordinate uariatam, tam conuenienter diuerſam, ſola per ſeipſa eſt, produxit ex nihilo.

Quomodo intelligendum ſit quòd omnia fecit ex nihilo. Cap. 7.

Sed occurrit quædam dubitatio de nihilo. Nam ex quocunque fit aliquid, id cauſa eius, quod ex ſe fit: & omnis cauſa neceſſe eſt aliquo ad eſſentiam effectus prębeat adiumentum.

quod ſic omnes tenent experimento, ut etiam nulli rapiatur contendendo, ut uix ulli ſurripiatur decipiendo. Si ergo factum eſt ex nihilo aliquid, ipſum nihil fuit cauſa eius, quod ex ipſo factum eſt, Sed quomodo id quod nullum habebat eſſe, adiuuit aliud ut perueniret ad eſſe? Si autem nullum adiumentum de nihilo prouenit ad aliquid, cui aut qualiter perſuadeatur, quia ex nihilo aliquid efficiatur. Præterea, nihil aut ſignificat aliquid, aut non ſignificat aliquid. Sed ſi nihil eſt aliquid, quæcunque facta ſunt ex nihilo, facta ſunt ex aliquo. Si uero nihil non eſt aliquid: quoniam intelligi non poteſt ut ex eo quod penitus non eſt, fiat aliquid: nihil fit ex nihilo. Sicut uox omnium eſt quia nihil de nihilo. Vnde uidetur conſequi, ut quicquid fit fiat ex aliquo. Aut enim fit de aliquo, aut de nihilo. Si igitur nihil ſit aliquid, ſiue nihil non ſit aliquid, conſequi uidetur, ut quicquid factum eſt, factum ſit ex aliquo. Quod ſi uerum eſſe ponitur, omnibus quæ ſupra diſputata ſunt opponitur. Vnde quoniam quod erat nihil aliquid erit: id quod maxime aliquid erat, nihil erit. Ex eo nanque, quod quandam ſubſtantiam maxime omnium exiſtentem inueneram, ad hoc ut omnia alia ab ea facta eſſent: ſic ut nihil eſſent unde facta eſſet ratiocinando perueneram. Quare ſi illud unde facta ſunt, quod putabam eſſe nihil, eſt aliquid: quicquid inuctum æſtimabam de ſumma eſſentia, eſt nihil. Quid igitur intelligendum eſt de nihilo? nam nihil quod uideam poſſe obijci tibi penè iam fatuũ ſtatui in hac meditatione negligere.

Quód ea quæ facta ſunt ex nihilo, non nihil erant antequam fierent, quantum ad rationem facientis.

Cap. 8.

Tribus itaque ut puto modis, quod ad præſentis impedimenti ſufficit expedimentum, exponi poteſt: ſi qua ſubſtantia dicitur eſſe facta ex nihilo, Vnus quidem modus eſt, quo uolumus intelligi penitus non eſſe factum quod dicitur ex nihilo eſſe, cui ſimile eſt, cum quærenti de tacente, unde loquatur, reſpondetur de nihilo, id eſt, non loquitur. Secundum quem modum de ipſa ſumma eſſentia, & de eo quod penitus nec fuit, nec eſt: quærenti, unde factum ſit, recte reſponderi poteſt: de nihilo, id eſt, nequaquam factum eſt, q ſenſus de nullo eorum quæ facta ſunt, intelligi poteſt. Alia ſignificatio eſt quæ dici poteſt quidem uera eſſe tamen non poteſt, ut ſi dicatur ſic eſſe factum ex nihilo, ut ex ipſo nihilo. i. ex eo qđ penitus nõ eſt, factum ſit q̃ſi ipſum nihil ſit aliud exiſtens, ex quo poſſit aliquid fieri. quod quoniam ſemper falſum eſt, quoties eſſe ponitur, impoſſibilis inconuenientia conſequitur. Tertia interpretatio qua dicitur aliquid eſſe factum de nihilo, cum intelligimus eſſe quidem factum: ſed non eſſe aliquid unde ſit factum. Per ſimilem ſignificationem dici uidetur cum homo contriſtatus ſine cauſa, dicitur contriſtatus de nihilo. Secundum igitur hunc ſenſum ſi intelligatur, quod ſupra concluſum eſt, quia præter ſummam eſſentiam cuncta, quæ ſunt ab eadem, ex nihilo facta ſunt, id eſt, non ex aliquo: ſicut ipſa couclusio præcedentia conuenienter ſequetur, ita ex eadem concluſione nihil inconueniens ſubſequetur. quamuis non inconuenienter & ſine omni repugnãtia, ea quæ facta ſunt a creatrice ſubſtantia, dici poſſunt ex nihilo, eo modo quo dici ſolet, diues, ex pauper, & recepiſſe quis ſanitatem ex ægritudine, id eſt, qui prius pauper erat, nũc eſt diues, quod antea non erat. & qui prius habebat ægritudinem, nunc habet ſanitatem, quã antea non habebat.

Hoc igitur modo non inconuenienter intelligi poteſt, ſi dicitur creatrix eſſentia uniuerſa feciſſe de nihilo, ſiue quòd uniuerſa per illā facta ſunt de nihilo, id eſt, quæ prius nihil erant, nunc ſunt aliq̄d. Hac ipſa q̄ppe uoce, qua dr̄: ꝗa illa fecit, ſiue quod iſta facta ſunt, intelligitur: quia cū illa fecit, aliqua fecit: & cum iſta facta ſunt, non niſi aliqua, facta ſunt. Sic enim aſpicientes aliquē de ualde humili fortuna, multis opibꝰ ab aliquo honoribusq́ exaltatum, dicimus: ecce ille fecit iſtum de nihilo, aut factus eſt ille ab iſto de nihilo, id eſt, ipſe qui prius quaſi nihilū reputabat, nūc illo faciente uere aliq̄d æſtimatur. Verum uideor mihi uidere quoddā q́d negligenter diſcernere cogit, ſecūdum quid ea quæ facta ſunt antequam fierent, dici pñt fuiſſe nihil. Nullo nanq́ pacto fieri poteſt aliud rationabiliter ab aliquo, niſi in facientis ratione præcedat aliquod rei faciendæ, quaſi exemplum, ſiue (ut aptius dicitur) forma uel ſimilitudo aut regula. Patet itaq́, quoniam priuſquam fierent uniuerſa, erant in ratione ſummę naturę, quid, aut qualia aut q̄modo futura eſſent: quare cū ea quæ facta ſunt, clarum ſit nihil fuiſſe antequam fierent, quantum ad hoc: ꝗa non erant, quod nunc ſunt: nec erat ex quo fierent: non tamen nihil erant, quantum ad rationē facientis, per quā & ſecundum quam fierent.

Quòd illa ratio ſit quædam rerum locutio ſi, cut faber dicit prius apud ſe quod factus eſt. Cap. 9.

Illa autem forma rerum, quæ in eius ratione res creandas præcedebat, quid aliud eſt quàm rerum quædam in ipſa ratione locutio: ueluti cum faber facturus aliquod ſuæ artis opus, prius illud intra ſe dicit mentis conceptione. Mentem autem ſiue rationis conceptionem, locutionem hic intelligo: non cum uoces rerum ſignificatiue cogitantur, ſed cum res ipſæ, uel futuræ, uel iam exiſtentes acie cogitationis in mente conſpiciuntur. Frequenti nanque uſu cognoſcitur, quia rem unā tripliciter loqui poſſumus. Aut enim res loquimur, ſignis ſenſibilibus, id eſt, quæ ſenſibus corporeis ſentiri poſſunt, ſenſibiliter utendo, aut eadem ſigna, quæ foris ſenſibilia ſunt intra nos ſenſibiliter cogitando, aut nec ſenſibiliter his ſignis utendo, ſed res ipſas uel corporum imaginatione, uel rationis intellectu pro rerum ipſarum diuerſitate, intus in noſtra mente dicendo. Aliter nanque hominem dico, cum eum hoc nomine, quod eſt homo, ſignifico, aliter cū idem nomē tacens cogito: aliter cum eum ipſum hominem mens, aut per corporis imaginem, aut per rationem intuetur, p corporis quidē imaginem, cum eius ſenſibilē figuram imaginatur. Per rationem uero, ut cum uniuerſalem eius eſſentiam, quæ eſt animal rationale mortale cogitat. Hæ uero tres loquendi uarietates, ſingulæ uerbis ſui generis conſtant: ſed illius, quam tertiam & ultimam poſui, locutionis uerba, cum de rebꝰ non ignoratis ſunt, naturalia ſunt, & apud omnes gentes ſunt eadem. Et quoniam omnia alia uerba propter hæc ſunt inuenta, ubi iſta ſunt: nullum aliud uerbū eſt neceſſarium ad rem cognoſcendam, & ubi iſta eſſe non poſſūt, nullum aliud eſt utile ad rem oſtendendam. Poſſunt etiam non abſurde dici, tanto ueriora quanto magis rebus quàm ſunt uerba, ſimilia ſunt, & eas expreſſius ſignant. exceptis nāque rebus illis, quibus ipſis utimur pro nominibus ſuis ad eaſdem ſignificandas, ut ſunt quædam uoces uelut A uocalis: exceptis inquam his nullum aliud uerbum ſic uidetur rei ſimile, cuius eſt uerbum, aut ſic eam exprimit, quomodo illa ſimilitudo quæ in acie mētis rem ipſam cogitantis exprimit. illud igitur iure dicendū eſt maxime propriū & principale

rei uerbum. Quapropter ſi nulla de qualibet re locutio, tantum propinquat rei quantum illa, quæ huiuſmodi uerbis conſtat: nec aliquid aliud iã ſimile rei futuræ, uel iam exiſtentis in ratione alicuius poteſt eſſe: nõ immerito uideri poteſt, apud ipſam ſummam ſubſtantiam, talem rerum locutionem & fuiſſe, antequam eſſent, ut per eam fierent: & eſſe cum facta ſũt, ut per eam ſciantur.

Quod tamen multa ſit in hac ſimilitudine diſsimilitudo. Cap. 10.

Sed qamuis ſummam ſubſtantiam conſtet prius in ſe, quaſi dixiſſe cunctam creaturam, quàm eam ſecundũ eandem, et per eãdem ſuam intimam locutionem conderet: quemadmodũ faber prius mente concipit, quod poſtea ſecundum mentis conceptionem opere perficit. Multam tamen in hac ſimilitudine intueor diſſimilitudinẽ. Illa nanque nihil omnino aliunde aſſumpſit, unde uel eorum quæ factura erant, formam in ſe ipſa compingeret: uel ea ipſa, id quod ſunt, perficeret. faber uero penitus nec mẽte poteſt aliquid corporeum concipere imaginando, niſi id quod aut totum ſimul, aut per partes ex aliquibus rebus aliquo modo iam didicit, nec opus mente conceptum perficere, ſi deſit aut materia aut aliud, ſine quo præcogitatũ fieri non poſſit: quanquam enim homo tale aliquod animal poſſit cogitãdo uel pingendo, quale nuſquam ſit confingere, nequaquam tamen hoc facere ualet, niſi componendo in eo partes, quas ex rebus alĳs cognitis in memoriam attraxit. Quare in hoc differunt ab inuicem, illæ in creatrice ſubſtantia, & ĩ fabro ſuorum operum faciẽdorum intimæ locutiones: quòd illa nec aſſumpta, nec adiuta aliunde, ſed prima, & ſola eam ſufficeret ſuo artifici ad ſuum opus perficiendum. Iſta uero, nec prima, nec ſola, nec ſufficiens eſt ad ſuum incipiendum. Quapropter ea quæ per illam creata ſunt, omnino non ſunt aliquid, quod non ſit per illam. Quæ uero per ipſam fiunt, penitus non eſſẽt, niſi eſſet aliqd, quod non ſit per ipſam.

Quod hæc ſummæ eſſentiæ locutio ſit ſumma eſſentia. Cap. 11.

Sed cum pariter ratione docente ſit certum, quia quicquid ſumma ſubſtantia fecit, per aliud quàm per ſemet ipſam. Et quicquid fecit, per ſuam intimam locutionem fecit, ſiue ſingula ſingulis uerbis, ſiue potius uno uerbo ſimul omnia dicendo, quid magis neceſſariũ uideri poteſt, quàm hanc ſummæ eſſentię locutionem, non eſſe aliud quàm ſummam eſſentiam? Non igitur negligenter prætereundam huius locutionis conſiderationem puto: ſed priuſquam de illa poſſit tractari diligenter, eiuſdem ſummæ ſubſtantiæ proprietates aliquas ſtudioſe inueſtigandas exiſtimo.

Quòd ſicut omnia per ſummam eſſentiam facta ſũt ita uigeant per ipſam. Cap. 12.

Conſtat ergo per ſummam naturam eſſe factum, quicquid nõ eſt idem illi. Dubium autem, non niſi irrationabili menti eſſe poteſt, quòd cuncta quæ facta ſunt, eodem ipſo ſuſtinente uigent & perſeuerant eſſe quandiu ſũt, quo faciente de nihilo habẽt eſſe quòd ſunt. Simili nanque per omnia ratione, qua collectum eſt, omnia quæ ſunt eſſe per unum aliquid, unde ipſum ſolum eſt per ſeipſum, & alia per aliud. Simili inquam ratione poteſt probari, quia quæcunque uigent per unum aliquid uigent. Vnde illud ſolum uiget per ſe ipſum, & alia per aliud. Quod quoniam aliter eſſe nõ poteſt, niſi ut ea quę ſunt facta per aliud uigent: & id à quo facta ſunt uigeat per ſeipſum, neceſſe eſt, ut ſicut nihil factum eſt niſi per creatricem præſentem eſſentiam, ita nihil uigeat niſi per eiuſdem ſeruatricem potentiam.

Quod illa ſit in omnibus, & omnia ſint ex illa

& per illā & in illa. Cap. 13

Quod ſit ita eſt, immo quia ex neceſſitate ſic eſt: conſequitur ut ubi ipſa non eſt, nihil ſit. Vbique igitur eſt, & per omnia, & in omnibus. Ac quoniā abſurdum eſt, ut ſcilicet, quemadodum nullatenus aliquid creatum poteſt exire creantis & fouentis immenſitatem, ſic creans & fouens nequaquā ualeat aliquo modo excedere factorū uniuerſitatem, liquet quomodo ipſa eſt, quæ cuncta alia portat, & ſuperat, & claudit, & penetrat. Si igitur hæc illis, quæ ſuperius ſunt inuenta, iungantur: eadem eſt quæ in omnibus eſt, per omnia, & ex qua, & per quam, & in qua omnia.

Quòd poſſit aut non poſſit de illa dici ſubſtantialiter. Cap. 14.

Iam non immerito ualde moueor, ꝙ ſtudioſe poſſum inquirere, quid omnium quæ de aliquo dici poſſunt. huic tam admirabili naturæ queat conuenire ſubſtantialiter. Quanquam enim mirer, ſi poſſit in omnibus uel uerbis, quę aptamus rebus factis de nihilo, reperire, quod digne dicatur de creatrice uniuerſorum ſubſtantia, tentandum tamen eſt ad quid hanc indagationem ratio perducat. Itaq; de relatiuis quidem nulli dubium, quia nullum eorū ſubſtantiale eſt illi, de quo relatiue dicitur. Quare ſiquid de ſumma natura dicitur relatiue, non eſt eius ſignificatiui ſubſtantiale. Vnde hoc ipſum quæ ſumma eſt omnium, ſiue maior omnibus, quæ ab illa facta ſunt, uel aliquid aliud quod ſimiliter relatiue dici poteſt: manifeſtum eſt, quoniā non eius naturalem deſignat eſſentiam. Si enim nulla earum rerum unquam eſſet, quarum relatione ſumma, & maior dicitur ipſa: nec ſumma, nec maior intelligeretur: nec tamen idcirco min⁹ bona eſſet, aut eſſentialis ſuæ magnitudinis in aliquo detrimentum pateretur. Quod ex eo manifeſte cognoſcitur. quoniam ipſa quicquid boni uel magni eſt, non eſt per aliud quā per ſeipſam. Si igitur ſumma natura ſic poteſt intelligi non ſumma, ut tamen nequaquam ſit maior aut minor, quàm cum intelligitur ſumma omnium: manifeſtum eſt, quoniam ſummum non ſimpliciter ſignificat illam ſummā eſſentiam, quæ omnino maior & melior eſt, quàm quicquid non eſt quod ipſa. Quod autem ratio docet de ſūmo, non diſſimiliter inuenitur in ſimiliter relatiuis. Illis itaq; quæ relatiue dicuntur omiſſis, quia nullum eorum ſimpliciter demōſtrat alicuius eſſentiam: Ad alia diſcutienda ſe conuertat intentio. Equidem ſiquis ſingula diligenter intueatur, quicquid eſt pręter relatiua: aut tale eſt, ut ipſum omnino melius ſit quam non ipſum: aut tale, ut non ipſum in aliquo melius ſit ꝙ ipſum. Ipſum autem & non ipſum, non aliud hic intelligo, ꝙ uerum non uerum, corpus non corpus, & his ſimilia. Melius qdem eſt omnino aliquid quàm non ipſum: ut ſapiens quàm non ſapiens, id eſt, melius eſt ſapiens quā non ſapiens. Quamuis enim iuſtus non ſapiens melior uideatur quàm non iuſtus ſapiens: non tamen melius ſimpliciter eſt, non ſapiens, ꝙ ſapiens. omne enim non ſapiens ſimpliciter inquantū non ſapiens, eſt minus quā ſapiens. quia omne non ſapiens melius eſſet, ſi eſſet ſapiens. Similiter omnino meli⁹ eſt uerum, ꝙ non ipſum, id eſt, ꝙ non uerum, & iuſtum quàm non iuſtum: & uiuit, quam non uiuit. Melius autem eſt in aliquo non ipſum, quàm ipſum: ut non aurum, quàm aurum. Nā melius eſt homini eſſe non aurū quam aurum: quamuis forſitan melius eſſet alicui aurum eſſe quàm non aurum eſſe, ut plumbo. Cum enim utrunq; ſcilicet homo & plumbum, ſit non aurū. tanto melius aliquid eſt homo quàm aurum, quanto inferioris naturæ eſſet, ſi eſſet aurum: & plumbum tanto uilius eſt, ꝙto pretioſius eſſet, ſi aurum

eſſet. Pater autem ex eo quod ſūma natura ſic intelligi poteſt non ſumma, ut nec ſummū oīno melius, ſit ꝙ̄ non ſummum: nec non ſummū alicui melius ꝙ̄ ſummū: multa relatiua eſſe, q̄ nequaꝙ̄ hac contineantur diuiſione. Vtrū autē aliqua contineantur, inquirere ſuperſedeo, & ad propoſitum ſufficiat, quod de illis notū eſt nullū, ſcilicet eorū ſimplicē ſūmæ naturæ ſubſtantiā deſignare. Cum igitur quicq̄d aliud eſt ſingula deſpiciantur: aut ſi melius quàm non ipſum, aut non ipſum in aliquo ſit melius quā ipſum: ſicut nefas eſt putare, quod ſubſtantia ſummæ naturæ ſit aliq̄d, quo melius ſit aliquo modo non ipſum, ſic neceſſe eſt, ut ſit q̄cquid omnino melius eſt, ꝙ̄ non ipſum. Illa enim ſola eſt, q̄ penitus nihil eſt melius: & q̄ melior eſt oībus, quæ non ſunt quod eſt ipſa. Non eſt igitur corpus, uel aliquid eorum quæ corporei ſenſus diſcernunt. Quippe his omnibus melius eſt aliq̄d, quod non eſt ꝙ ipſa ſunt. Mens enim rationalis q̄ nullo corporeo ſenſu q̄d, uel qualis, uel quanta ſit percipitur quanto minor eſſet, ſi eſſet aliud eorum q̄ corporeis ſenſibus ſubiacent, tāto maior eſt quā quodlibet eorꝑ. Penitus enī ipſa ſumma eſſentia tacenda eſt eſſe aliq̄d eorū, q̄bus eſt aliquid, quod non eſt quod ipſa ſunt, ſuperius: & eſt omnino, ſic ratio docet, dicenda quodlibet eorū, q̄bus eſt omne quod nō eſt quod ipſa ſunt, inferius. q̄re neceſſe eſt eſſe eam uiuentem, ſapientem, potentem, & oīpotentem. ueram iuſtitiā, beatam, æternam. & quicquid ſimpliciter abſolute melius ꝙ̄ non ipſum. Quid ergo quæratur amplius, quid ſūma illa ſit natura, ſi manifeſtum eſt, q̄d oīum ſit, & q̄d non ſit.

Quòd idem ſit illi iuſtam quod eſt eſſe iuſtitiam & eodem modo de his quæ ſimiliter de illa dici poſſunt, & quod nihil horum monſtret qualis illa, uel quanta ſit, ſed quid ſit. Cap. 15.

Sed fortaſſe cū dicitur iuſta, uel magna uel aliud ſimilium, non oſtenditur quid ſit, uel potius q̄lis, uel q̄ta ſit. per qualitatē quippe, uel quantitatē, quodlibet eorum dici uidetur. Omne nanq; quod iuſtum eſt per iuſtitiam iuſtum eſt: & alia huius ſimiliter. Quare ipſa ſumma natura non eſt iuſta, niſi per iuſtitiam. Videtur igitur participatione qualitatis iuſtitiæ, ſcilicet iuſta dici ſūme bona ſubſtantia: quod ſi ita eſt, per aliud eſt iuſta, non per ſe. Ac hoc contrariū eſt ueritati perſpectæ: quia bona, uel magna, uel ſubſiſtens, quod eſt omnino per ſe eſt, non per aliud. Si igitur non eſt iuſta, niſi per iuſtitiā: nec ſūma poteſt eſſe niſi per ſe quid magis conſpicuū, quid magis neceſſarium, ꝙ̄ quod eadem natura, eſt ipſa iuſtitia: & cū iuſta per ſe dicitur eſſe, non aliud ītelligitur quam per iuſtitiam. Quapropter, ſi quæratur, quid ſit ipſa ſumma natura, de qua agitur, quid uerius reſpondetur, quā iuſtitia? Videndū igitur quomodo intelligendū ſit, quando illa natura, quæ eſt ipſa iuſtitia, dicitur iuſta. Quoniā enim hō non poteſt eſſe iuſtitia, iuſtitiā autē habere poteſt. Non enim intelligitur iuſtus hō, exiſtens iuſtitia, ſed habens iuſtitiā. Quoniam igitur ſūma natura non proprie dicitur iuſta, q̄a hēt iuſtitiā, ſed exiſtit iuſtitia: cū dr̄ iuſta, ꝓprie intelligit̄ exiſtēs iuſtitia, non autē habens iuſtitiam, quare ſi cum dicitur exiſtens iuſtitia non dicit̄ qualis eſt, ſed quid eſt: conſequitur, ut cum dicitur iuſta, non dicatur qualis ſit, ſed quid ſit. Deinde, quoniam de illa ſuprema eſſentia idē eſt dicere: quia eſt iuſta, et q̄a eſt exiſtēs iuſtitia: & cū dicitur eſt exiſtens iuſtitia non eſt aliud quam eſt iuſtitia: nihil differt in illa, ſiue dicatur, eſt iuſtitia, ſiue eſt iuſta. Quapropter cum q̄ritur de illa q̄d eſt non minus congrue reſpondetur iuſta quam iuſtitia, quod uero in exemplo iuſtitiæ ratum eſſe cōſpicitur, hoc de omnib⁹ quæ ſimiliter de ipſa ſūma natura dicūtur, intellectus ſentire ꝑ rōnē cōſtringit̄. Quicquid igitur eorū de

illa dicatur, non qualis, uel quanta, ſed magis quid ſit monſtratur. Sed palam eſt, quia quodlibet bonũ ſumma natura ſit, ſumme illud eſt. Illa igitur eſt ſumma eſſentia, & ſumma uita, ſũma rõ, ſũma ſalus, ſũma iuſtitia, ſũma ſapiẽtia, ſũma ueritas, ſũma bonitas, ſumma magnitudo, ſumma pulchritudo, ſumma immortalitas, ſumma incorruptibilitas, ſumma immutabilitas, ſumma beatitudo, ſumma æternitas, ſumma poteſtas, ſumma unitas, quod nõ eſt aliud quàm ſumme ens, ſumme uiuens & alia ſimpliciter.

Quod ita ſit ſimplex, ut omnia quæ de eius eſſentia dici poſſunt, unum idemq́; ſint in illa, & nihil de ea dici poſſit ſubſtantialiter niſi in eo quod quid eſt. cap. 16.

Quid ergo? ſi illa ſumma natura tot bona eſt, erit ne compoſita tot pluribus bonis, an potius non ſunt plura bona, ſed unum bonum tam pluribus nominibus ſignificatum? Omne enĩ compoſitum, ut ſubſiſtat, indiget his ex quibus componitur, & illis debet quidem quod eſt, quia quicquid eſt, ꝑ illa eſt: & illa quod ſunt, per illud non ſunt: & idcirco penitus ſummũ non eſt. Si igitur ſumma natura illa cõpoſita ex pluribus bonis, hæc omnia quæ omni compoſito inſunt in illã incidere neceſſe eſt: Quod nefas falſitatis apta ratione deſtruit & obruit tota quæ ſupra patuit, neceſſitas ueritatis. Cũ igitur illa natura nullo modo compoſita ſit, & tamen omnimodo tot illa bona ſit: neceſſe, ut illa omnia non plura, ſed unum ſint. Idem igitur eſt quodlibet unũ illorũ quod omnia ſunt ſimul, ſiue ſingula ut cũ dicitur iuſtitia, uel eſſentia, unum ſignificat, quod alia, uel omnia ſimul, uel ſingula. Quemadmodum itaq; unum eſt, quicquid eſſentialiter de ſũma ſubſtantia dicitur: ita ipſa uno modo, una cõſideratiõe eſt quicqd eſt eſſentialiter. Cum enim aliqs homo dicatur corpus, & rationalis, & homo: non uno modo uel conſideratione hęc tria dicitur. Secundum aliud enim eſt corpus, & ſecundum aliud rationale, & ſingulum horum non eſt totum id, quod eſt homo. Illa uero ſumma eſſentia nullo modo ſic eſt aliquid, ut illud idem ſecundum alium modũ, aut ſecundum aliam conſiderationem non ſit: quia quicquid aliquo modo eſſentialiter eſt, hoc eſt totum quod ipſa eſt. Nihil dicitur quod de eius eſſentia uere dicitur, in eo quòd qualis, uel quanta: ſed in eo quòd quid ſit accipitur. Quicquid enim eſt, uel quale, uel quantum, eſt & aliud in eo quod quid eſt, unũ nõ ſimpliciter, ſed cõpoſitũ eſt.

Quod ſit ſine principio, & ſine fine. Cap 17.

Ex quo igitur hæc tam ſimplex natura creatrix, & uirgo, omniũ fuit, uel uſquequo futura eſt? an potius, nec ex quo, nec uſquequo eſt: ſed ſine principio & ſine fine? Si enim principium habet: aut ex ſe, uel per ſe hoc habet: aut ex alio, uel per aliud: aut ex nihilo, uel pro nihilo. Sed conſtat per ueritatem iam perſpectã: quia nullo modo ex alio, uel ex nihilo, uel per aliud, uel per nihil eſt. Nullo igitur modo ꝑ aliud, uel ex alio, aut per nihil, uel ex nihilo initium ſortita eſt. Ex ſeipſa uero, uel per ſe initiũ habere nõ põt: quãquam ex ſeipſa, & per ſeipſam ſit. Sic enim eſt ex ſe & per ſe, ut ullo modo ſit alia eſſentia, quę eſt per ſe & ex ſe & alia per quã & ex qua eſt. Quicquid autẽ ex aliquo uel per aliqd incipit eſſe: non eſt oĩno idẽ illi ex quo, uel per quod incipit eſſe. Sũma igitur natura non incepit per ſe uel ex ſe. Qm̃ igitur nec per ſe, nec ex ſe, nec ꝑ aliud, nec ex alio, nec per nihil, nec ex nihilo habet principium: nullo modo habet principium, ſed neq; finem habebit. Si enim finem habitura eſt, non eſt ſumme immortalis & ſumme incorruptibilis: ſed conſtat, quia eſt ſumme immortalis et incorruptibilis: non habebit igitur finẽ. Amplius, ſi finẽ habitura eſt, aut uolẽs, aut nolẽs deficiet. Sed ꝑ certo nõ ẽ

ſimplex

ſimplex bonum, cuius uoluntate perit
ſummum bonum: At ipſa eſt uerum et
ſimplex bonum, quare ſua ſponte non
deficiet ipſa, quam certum eſt eſſe ſum
mum bonum Si uero nolens peritura
eſt, non eſt ſumme potẽs, nec omnipo
tẽs: ſed rationis neceſſitas aſſeruit eam
ſũme potentem eſſe, & omnipotẽtem.
Non ergo nolens deficiet, quare ſi nec
uolens, neq; nolens ſumma natura fi-
nem habebit, nullo modo finem habe
bit. Amplius, ſi illa ſumma natura finẽ
habebit, uel principium, non eſt uera æ
ternitas, quod eſt ſupra inexpugnabili
ter inuentum. Deinde cogitet qui po-
teſt, quando incepit, aut quando non
fuit hoc uerum, ſcilicet: quia futurum
erat aliquid: aut quando deſinet, & nõ
erit hoc uerum, ſcilicet: quia præteritũ
erit aliquid. Quòd ſi neutrum horum
cogitari poteſt, & utrunq; hoc uerum
ſine ueritate eſſe non poteſt, impoſſibi
le eſt uel cogitari, quòd ueritas princi-
pium uel finem habeat. Deniq; ſi ueri-
tas habuit principium: uel habebit fi-
nem, antequam ipſa inciperet, uerũ erat
tunc: quia non erat ueritas: & poſtquã
finita erit, uerum erit: quia nõ erit ueri-
tas. At quia uerum nõ poteſt eſſe ſine
ueritate, erat igitur ueritas antequam
eſſet ueritas. & erit ueritas poſtquam
finita erit ueritas quod inconuenientiſ
ſimum eſt. Siue igitur dicatur ueritas
habere, ſiue intelligatũ nõ habere princi
pium uel finem, nullo claudi poteſt ue
ritas principio uel fine: quare idem ſe-
quitur de ſumma natura, quia ipſa ſum
ma ueritas eſt.

Quomodo nihil fuit ante, aut erit poſt illam · *Cap. 18.*

Sed ecce iterũ inſurgit nihil, & quæ
cunq; hactenus ratio in ueritate & ne-
ceſſitate concorditer atteſtantibus diſ-
ſeruit, aſſerit eſſe nihil. Si enim ea quæ
ſupra digeſta ſunt neceſſariæ ueritatis
munimine firmata ſunt: nõ fuit aliud
añ ſummã eſſẽtiam, nec erit aliud poſt
eam, quare nihil fuit ante eam, & nihil
erit poſt eam. Nam aut aliud, aut nihil
neceſſe eſt præceſſiſſe, uel ſubſecuturũ
eſſe. Qui autem dicit, quia nihil fuit añ
ipſam: & nihil erit poſt ipſam, id pro-
nunciare uĩ: quia fuit ante ipſam, quan
do nihil erat, & erit poſt ipſam, quan-
do nihil erit. Quando ergo nihil erat, il
la non erat, & quando nihil erit, illa
non erit. Quõo ergo non incepit ex ni-
hilo, aut quomodo non deueniet ad ni
hilum: ſi illa nondum erat, cum iam e-
rat nihil: & eadem iã non erit quando
adhuc erit nihil? Quid ergo molita eſt
tanta moles argumentorum: ſi tam fa-
cile demolitur nihilũ molimina eorũ?
Si nanq; conſtituitur ut ſummũ eſſe in
hilo, & præcedenti ſuccedat, & ſubſe-
quenti decedat: quicquid ſupra ſtatuit
uerum, neceſſitate deſtituitur per inane
nihilum. An potius repugnandum eſt
nihilo, ne tot ſtructuræ neceſſariæ ra-
tionis a nihilo expugnẽtur, & ſummũ
bonum, quod lucerna ueritatis quæſi-
tum & inuentum eſt, amittatur pro ni
hilo. Potiꝰ igitur aſſeratur ſi fieri põt,
quia nihil non fuit ante ſummã eſſen-
tiam: nec erit poſt illã, quã cum locus
datur ante uel poſt illam nihilo per ni
hilum reducatur ad nihilum, illud eſſe
quod per ſeipſum conduxit, id quod
erat nihil adeſſe. Duplicem nanq; una
pronunciatio gerit ſententiam, cum di
citur: quia nihil fuit ante ſummam eſ-
ſentiam. Vnus enim eſt eius ſenſus, quia
priuſquã ſumma eſſentia eſſet, fuit cũ
erat nihil. Alter uero eiꝰ eſt intellectꝰ,
quia ante ſummam eſſentiã, nõ fuit a-
liud: ueluti ſi dicam, nihil docuit me uo
lare. hoc autem ſic exponã: quia ipſum
nihil, quod ſignat non aliquid, docuit
me uolare, & erit falſum. aut quia, non
me docuit uolare, quod eſt uerum. Pri
or itaq; ſenſus eſt, quẽ ſequitur ſupra
tractata inconuenientia, et omnimoda
ratione pro falſo repellitur. Alter uero
eſt, qui ſuperioribus perfecta cohæret
conuenientia, & tota illorum contexio
ne uerus eſſe cõpellitur, quia cũ dr̃: nihil

fuit ante illam ſecundum poſteriorem intellectum accipiendum eſt, nec ſic eſt exponendum, ut intelligatur aliquando fuiſſe, quando illa non erat, & nihil erat, ſed ita ut intelligatur, quia ante illam non fuit aliquid. Eadem ratio ē duplicis intellectus, ſi nihil dicať poſt illā eſſe futurū. Si ergo hæc ĩterpretatio, q̃ facta eſt de nihilo, diligenter diſcerniť, uetiſſime nec aliquid, nec nihil ſummā eſſētiam aut præceſſiſſe aut ſubſecuturum eſſe, & nihil fuiſſe ante, uel poſt illam eē ſecuturū concluditur, & tamen nulla iam conſtitutorum ſoliditas nihil inanitate concutitur.

Quòd illa ſit in omni loco & tempore. Cap. 19

Quanquā autē ſupra concluſum ſit, quia creatrix hæc natura ubiq;, & in omnibus, & per omnia ſit: & ex eo, q̃a nec incepit, nec deſinit eſſe conſequať: q̃a ſemper fuit, eſt, & erit, ſentio tñ q̃dd-dā contradictionis ſubmurmurare q̃d me cogit diligentius, ubi & quando illa ſit, indagare. Itaquè ſumma eſſentia, aut ubiq; & ſemper eſt, aut tantum alicubi & aliquando, aut nuſquam & nūquam. Quod dico, aut in omni loco uel tempore, aut determināte in aliquo uel in nullo. Sed quid uideť repugnantius, quàm ut quod ueriſſime & ſumme eſt, id nuſquam & nunquam eſſe. falſum eſt igitur illam nuſquam & nūquam eſſe. Deinde. quomodo nullum bonum, nec penitus aliquid eſt ſine ea: ſi ipſa nuſquam, uel nunquam eſt, nuſquam uel nunquam aliquid bonum ē, & nuſquam uel nunquam omnino aliquid eſt. Quanquam falſum ſit, nec dicere opus eſt. falſum igitur eſt & illud, quòd illa nuſquā & nunquam ſit. Aut eſt ergo determinate alicubi & aliquādo, aut ubiq; & ſemper. At ſi determinate eſt in aliquo loco uel tempore, ibi & tunc tantum, ubi & quando ipſa ē, poteſt aliquid eſſe. Vbi uero & quādo ipſa non eſt ibi & tunc penitus nulla eſt eſſentia: quia ſine ea nihil eſt, unde conſequitur, ut ſit aliquis loc⁹, & aliquod tempus, ubi & q̃ñ oīno nihil eſt, Quod q̄m eſt falſum, ipſe nāq; locus, & tēpus ipſum aliquid eſt, non poteſt eſſe ſumma natura alicubi, & aliquando determinate. quod ſi dicitur, quod determinate ipſa per ſe alicubi & aliquando eſt, ſed per potentiam ſuam ē ubicunq;, uel quandocunq; aliq̃d eſt, non eſt uerum, quoniam enim potentiam ei⁹ nihil aliud quàm ipſam eſſe manifeſtum eſt, nullo modo potentia eius ſine ipſa eſt. Cum ergo non ſit alicubi uel aliquando determinate, neceſſe eſt ut ſit ubiq; & ſemper, id eſt, in omni loco uel tempore.

Quòd in nullo ſit loco aut tempore. Cap. 20.

Quod ſi ita eſt, aut tota eſt in omni loco uel tempore: aut tantum qualibet pars eius, ut altera pars ſit extra omnem locum & tempus, Si uero partim eſt, & partim non eſt in omni loco uel tēpore, partes habet: quod falſum eſt. Non igitur partim eſt ubiq; & ſemper. tota autem quomodo eſt ubiq; & ſemper? aut enim ſic eſt intelligendum ut tota ſimul ſit in omnibus locis, uel tēporib⁹, & per partes in ſingulis: aut ſit ut tota etiam in ſingulis. Verum ſi p̃ partes eſt in ſingulis, non effugit partium compoſitionem & diuiſionem, quod ualde alienum à ſumma natura inuentum eſt. Quapropter, non eſt ita tota in omnibus locis uel temporibus, ut per partes ſit in ſingulis, Reſtat altera pars diſcutiēda, ſcilicet qualiter ſumma natura ſit tota in omnibus, & ſingulis locis, uel temporib⁹. Hoc nimirum eſſe non poteſt, niſi aut ſimul, aut diuerſis temporibus. Sed quoniam ratio loci aut ratio tēporis, quas hactenus ſimul p̃greſſas, eiſdem ueſtigijs una potuit indagare perſecutio, hic ab inuicem diſgredientes diſputationem uidētur diuerſis quaſi fugere anfractibus. ſingulatim ſuis inueſtigentur diſcuſſionibus. Primum ergo uideať ſi ſumma natura tota poſſit eſſe in ſingulis locis aut ſimul, aut per di

uerſa tẽpora. Deinde, idipſum in tẽpo-
ribus ingratur. Si igitur tota eſt ſimul
in ſingulis locis, per ſingula loca ſunt
ſingulæ totæ. Sicut.n.locus à loco di-
ſtinguiť, ut ſingula loca ſint: ita id qđ
totũ eſt in uno loco, ab eo quod eodẽ
tempore totũ eſt in alio loco diſtingui
tur, ut ſingula tota ſint. Nam quod to
tũ eſt in aliquo loco, nihil ei⁹ eſt quod
non ſit in ipſo loco. At de quo nihil
eſt, quod non ſit in aliquo loco, nihil
eſt de eo quod ſit eodem tẽpore extra
eundẽ locũ. Quod igitur totũ eſt in ali
quo loco, nihil eſt eius, quod eodẽ tẽpo
re ſit extra ipſum locũ. Sed de quo ni-
hil eſt extra quẽlibet locũ, nihil ei⁹ eſt
eodẽ tẽpore in alio loco. Quare quod
totũ eſt in quolibet loco, nihil eſt ſimul
in alio loco. Quod igitur totũ eſt in ali
quo loco: quomodo totũ ſimul eſt in
alio loco, ſi nihil de eo poteſt eſſe ĩ alio
loco? Quoniã igitur unũ totũ non po-
teſt eſſe ſimul in diuerſis locis totum:
conſequitur ut per ſingula loca, ſingu-
la ſint tota, ſi in ſingulis locis ſimul ali
quid eſt totũ. Quapropter ſi ſumma
natura tota aſt uno tẽpore, in ſingulis
omnibus locis: quot ſingula loca eſſe
poſſunt, tot ſingulæ ſunt naturę sũme:
quod irrationabile eſt opinari. Non eſt
igitur tota uno tempore in ſingulis lo
cis. At uero ſi diuerſis temporibus tota
eſt in ſingulis locis, quando eſt in uno
loco nullũ bonũ & nulla eſſentia eſt
interim in alĳs locis, qa ſine ea prorſus
aliqd non exiſtit. Quod abſurdũ eſſe,
uel ipſa loca probãt, quę nonnihil, ſed
aliqd ſunt. Non eſt itaq; sũma natura,
tota in ſingulis locis, diuerſis tempori
bus. Quòd ſi nec eodẽ tẽpore, nec in di
uerſis tẽporibus tota eſt in ſingulis lo
cis, liquet qa nullo modo eſt tota in
ſingulis oĩbus locis. Nunc igitur eſt in
dagandũ, ſi eadẽ ſumma natura ſit to-
ta in ſingulis temporibus, aut ſimul
diſtincte per ſingula tempora.

Quomodo ſit in omni, & in nullo loco. Cap. 21.

Sed quomodo eſt aliquid totum ſi-
mul in ſingulis tẽporibus, ſi ipſa tẽpo-
ra ſimul nõ ſunt? Si uero ſeparatim &
diſtincte tota eſt in ſingulis tẽporib⁹:
quemadmodum aliquis homo totus
eſt heri, & hodie, & cras, proprie di-
citur quia fuit, & eſt, & erit. Ergo eius
ætas quæ nihil aliud eſt quàm eius æ-
ternitas: non eſt tota ſimul: ſed eſt par
tibus, extenſa per temporum partes.
At eius æternitas nihil aliud eſt, quàm
ipſa eſſentia. Summa igitur eſſentia erit
diuiſa per partes ſecundũ temporũ di-
ſtinctiones. Si enim eius ætas per tem-
porum curſus producitur, habet cũ ip
ſis tẽporibus pręſens, præteritũ & fu-
turũ. Quid autẽ aliud eſt eius ætas uel
exiſtẽdi diuturnitas, ꝙ eius æternitas?
Ergo cum eius ęternitas nihil aliud ſit,
quàm eius eſſentia: ſicut ſupra dige-
ſta ratio indubitabiliter probat, ſi eius
æternitas habet præteritũ, præſens, &
futurum: conſequenter quoq; eius eſ-
ſentia habet pręteritum, præſens, & fu
turũ. At quod præteritũ eſt, nõ eſt præ
ſens, uel futurum: & quod præſens eſt,
non eſt præteritũ, nec futurũ: & quod
futurũ eſt, non eſt præteritum, uel præ
ſens. quomodo ergo ſtabit, qđ ſupra
rationabili & perſpicua neceſſitate cla
ruit, qa illa ſumma natura ſcilicet nul-
lo modo cõpoſita, ſed ſumme ſimplex
eſt & ſumme incõmutabilis, ſi in aliud
& aliud eſt in diuerſis tẽporibus, & ꝑ
tẽpora diſtributas habet partes: aut po
tius ſi illa uera ſunt, immo quia liqui-
do uera ſunt quomodo hæc poſſibilia
ſunt? Nullo igiť mõ creatrix eſſentia,
aut ætas, aut æternitas eius recipit præ
teritũ uel futurum. Pręſens enim quõ
non habet, ſi uere eſt? ſed fuit ſignificat
præteritũ: & erit futurũ. Nunquam igi
tur illa fuit, uel erit. quare nõ eſt diſtin
cta, ſicut nec ſimul tota in diuerſis ſin-
gulis temporibus. Sic igitur diſcuſſum
eſt, nec ſic eſt tota in omnib⁹ locis uel
temporibus, ut ſemel ſit tota in oĩbus,
& ꝑ ptes in ſingulis: nec ſicut tota ſit
ĩ ſingulis, manifeſtũ ẽ: qa nõ ẽ ullo mõ

in omni loco uel tpe tota. Et quoniam ſimiliter præuiſum eſt, quia nec ſic eſt in omni loco uel tēpore, ut pars ſit in oī: & pars ſit extra oēm locū uel tēpus, īpoſſibile, eſt ut ſit ubiq; & ſemp. Nullatenus. n. poteſt intelligi eſſe ubiq; & ſemper: niſi aut tota, aut pars. Quòd ſi nequaquam eſt ubiq;, et ſemper, aut erit determinate in aliquo loco uel tēpore, aut ī nullo: determinate autē eā ī aliquo non poſſe eſſe, iam diſcuſſum eſt. In nullo igitur loco uel tēpore, id eſt, nuſquam & nunquam eſt. Non enim poteſt eſſe, niſi aut in oī, aut in aliquo. Sed rurſus cum conſtet inexpugnabiliter nō ſolū quia eſt per ſe, & ſine pricipio, et ſine fine: ſed quia aliquid ſine ea nec uſquam nec unquam eſt, neceſſe eſt illam eſſe ubiq; & ſemper.

Quomodo melius poſſit intelligi eſſe ſemper quàm in omni tempore. Cap. 22.

Quomodo ergo côuenient hæc iā cōtraria ſecundum prolationem, & iā neceſſaria ſecundum probationē? Forraſſe quomodo eſt ſumma natura in loco uel tēpore quo non prohibetur ſic eſſe ſimul tota in ſingulis locis uel tēporibus: ut tamen nō ſint plures totæ, ſed una ſola tota, nec eius ætas, quæ nō eſt niſi uera æternitas, non ſit diſtributa in prgteritū, præſens, & futurum. Non enī uidentur hac lege loci ac tēporis cogi, niſi ea quæ ſic ſunt in loco uel tēpore, ut loci ſpatium uel temporis diuturnitatem non excedāt. Quare, ſicut de his q̄ huiuſmodi ſunt, unū idemq; totū ſimul non poſſe eſſe totum in diuerſis locis uel temporib. omni ueritate aſſerit: ita in his quæ huiuſmodi non ſunt, idipſum nulla neceſſitate concluditur. Iure nanq; dici uidetur, quod tm̄ eius rei ſit aliquis locus, cuius quantitatem locus, circunſcribendo continet, & continendo circūſcribit: & quod eius rei ſolum ſit aliquod tempus, cuius diuturnitatem tempus metiendo aliquo modo terminat, & terminando metitur. Quapropter cuius amplitudini aut diuturnitati, nulla meta uel à loco uel à tempore opponitur, illi nullum eſſe locum uel tēpus uere proponitur. Quoniam nanq; nec locus illi facit quod locus, nec tempus quod tēpus: non irrationabiliter dicitur, quia nullus locus eſt eius locus, & nullum tempus eſt eius tempus. Quod uero nullum locū aut tempus habere conſpicitur, id profecto nullatenus loci aut temporis legem ſubire conuincitur. Nulla igitur lex loci aut temporis naturam illā aliquomodo cogit: quā nullus locus aut tēpus aliqua continentia claudit. Quænam aut rationalis conſideratio omnimoda ratione non concludat, ut creatricem ſummāq; omniū ſubſtantiam, quam neceſſe eſt alienam eſſe & liberā a natura, & iure omniū, quæ ipſa fecit de nihilo, ulla loci cohibitio uel temporis includat: cum potius eius potētia, quæ non eſt aliud q̄ eius eſſentia, cuncta a ſe facta ſub ſe continendo concludat? Qūo quoq; non eſt impudētis imprudētię dicere, qđ ſūmę ueritatis aut locus circunſcribat quantitatem, aut tēpus metiatur diuturnitatem: quæ nullam penitus localis & tēporalis diſtēſionis magnitudinem ſuſcipit uel paruitatē? Quoniam itaq; loci hoc eſt uel temporis cōditio, ut tantūmodo quicquid eorum metis clauditur, nec partium fugiat rationem, uel qualē ſuſcipit locus eius ſecundum quātitatem, uel qualē patitur tempus eius ſecundū diuturnitatē: nec ullo mō poſſit totū a diuerſis locis uel temporib⁹ ſimul cūtineri. quicquid uero loci uel temporis continentia nequaquā coercetur, nulla locorū uel tēporū lege ad partiū multiplicitatem cogatur, aut præſens eſſe totum ſimul pluribus locis aut temporibus prohibeatur, quoniam inquam hæc eſt conditio loci aut temporis, proculdubio ſumma ſubſtantia, quæ nulla loci uel temporis continentia cingitur, nulla eorū lege conſtringitur. Quare quoniam ſummā eſſentiam totam

& incui

& ineuitabilis neceſſitas exigit nulli lo
co uel tēpori deeſſe, & nulla ratio loci
aut tēporis ꝓhibet omni loco uel tem-
pori ſimul totam adeſſe, neceſſe eſt eā
ſimul totam omnibus et ſingulis locis
& tēporibus pręſentem eſſe. Nō enim,
quia huic loco uel tempori pręſens eſt,
idcirco prohibetur illi uel illi loco aut
tempori ſimul & ſimiliter pręſens eſſe:
nec quoniam fuit, aut eſt, aut erit, ideo
æternitatis eius aliquid euanuit à præ
ſenti tempore, & pręterito, qđ iam non
eſt, aut tranſit cum præſenti, quod uix
eſt, aut uenturū eſt cum futuro, quod
nondum eſt. nullatenus nanq; cogitur
uel prohibetur lege locorum uel tem-
porum alicubi aut aliquando eſſe uel
non eſſe, quod nullo modo intra locū
uel tēpus claudit ſuū eſſe. Nam ſi ipſa
ſumma eſſentia dicitur eſſe in loco aut
tēpore, quāuis de illa & de localibus ſi
ue temporalibus naturis una ſit prola
tio, propter loquendi conſuetudinē: di
uerſus tamen eſt intellectus, propter re
rū diſſimilitudinem. In illis nanq; duo
quædā eadem ꝓlatio ſignificat. i. quia
præſentia ſunt locis & tēpibus, in qui-
bus eſſe dicuntur: & quia cōtinentur,
& quia continentur ab ipſis. In ſum-
ma uero eſſentia, unum tantum perci-
pitur, id eſt, q̄a præſens eſt, non etiam
quia continetur. Vnde ſi uſus loquen-
di admitteret: conuenientius dici uide
retur, eſſe cū loco uel tēpore, quā in lo-
co uel tēpore. Verius enim ſignificatur
contineri aliquid, cum dicitur eſſe in
alio quā cum dicitur eſſe cum alio. In
nullo itaque loco uel tempore proprie
dicitur eſſe, quia omnino à nullo alio
continetur: & tñ in omni loco uel tēpo
re ſuo quodāmodo dici poteſt eſſe, quo
niam quicquid aliud eſt, ne in nihilum
cadat, ab ea præſente ſuſtinet̄, in omni
loco & tempore eſt, quia nulli abeſt, et
in nullo eſt: quia nullum locū aut tem
pus habet, nec in ſe recipit diſtinctio-
nes locorum aut temporū: nec habet,
nec illic, uel alicubi, uel tunc, uel nunc,
uel aliquando: nec ſecundū labile præ
ſens, quo utimur, tēpus eſt: aut ſecun-
dū præteritū, uel futurum, fuit uel erit:
quoniam hæc circūſcriptorum & mu
tabilium ꝓpria ſunt: quod illa nō eſt,
& tñ hæc de ea quodammodo dici poſ
ſunt: qm̄ ſic eſt pręſens oībus circūſcri
ptis & mutabilibus, ac ſi illa circūſcri-
batur eiſdē locis & mutet̄ tēporibus.
Patet itaq;, quod quantum ſatis eſt ad
diſſoluendam, quæ inſonabat, contra-
rietatem, qualiter ſumma omniū eſſen-
tia ubiq; & ſemper et nuſquā, & nun-
quam, id eſt, in omni & in nullo loco,
aut tempore ſit, iuſta diuerſorum intel
lectuum concordem ueritatem.

Quomodo melius intelligi poſsit eſſe ubiq;, quàm in omni loco. Cap. 23.

Verum cum cōſtet eandē ſummam
naturam non magis eſſe in omnibus
locis, quā in omnibus quæ ſunt, nō ue
lut quæ contineatur, ſed quæ penetran
do cuncta contineat: cur non dicatur
eſſe ubiq;: hoc ſenſu, ut potius intelli-
gatur eſſe in oībus quę ſunt, quā tantū
in oībus locis: cum hunc intellectum
& rei ueritas exhibeat, & ipſa localis
uerbi proprietas nequaquā ꝓhibebat.
Solemus nanq; localia uerba ſæpe irre
prehenſibiliter attribuere rebus, quæ
nec loca ſunt, nec circunſcriptione lo-
cali cōtinentur: uelut ſi dicā, ibi eſſe in-
tellectū in anima, ubi eſt rationalitas.
Nam cum ibi, & ubi, aduerbia localia
ſint non tamen locali circūſcriptione,
aut anima continet aliquid, aut intelle
ctus aut rationalitas continetur. Qua-
re ſumma natura ſecundum rei ueríta-
tem, dicitur aptius ubiq; eſſe ſecundū
hanc ſignificationem: ut intelligat̄ eſſe
in omnibus quę ſunt, q̄ intelligatur in
omnibus locis. Et quoniā ſicut ſupra
expoſitæ rationes docēt, aliter eſſe non
poteſt, neceſſe eſt eam ſic eſſe in omni-
bus quę ſunt, ut una eademq́ perfecte
tota ſimul ſit in ſingulis.

Quòd nullis mutabilis ſit accidentibus. Cap. 24.

Eandem quoq; ſummā ſubſtantiam

conſtat ſine principio, & ſine fine eſſe: nec habere pręterıtum, aut futurū: nec temporale, hoc eſt, labile præſens quo nos utimur: quoniam ætas ſiue æternitas eius, quæ nihil aliud eſt quàm ipſa, immutabilis & ſine partibus eſt. Non'ne ergo ſemper, quod uidetur deſignare totum tempus, multo uerius (ſi de illa dicitur) intelligitur ſignificare æternitatem, quę ſibiipſi nunquā eſt diſſimilis, quā temporum uarietatem, quæ ſibiipſi ſemper eſt in aliquo non ſimilis? Quare ſi dicitur ſemper eſſe quoniam idē eſt illi eſſe & uiuere: nihil melius intelligitur, quàm æterne eſſe uel uiuere, id eſt, interminabilem uitam ſimul perfectam totam obtinere. Videť autem eius æternitas, eſſe interminabilis uita ſimul perfecte tota exiſtens.

Cum.n. ſupra iam ſatis liqueat, qđ eadem ſubſtantia non ſit aliud quā uita ſua & æternitas ſua: nec ſit aliquo modo, terminabilis, nec niſi ſimul & pfecte tota: qd aliud eſt uera æternitas, q̄ ſoli illi cōuenit, quā interminabilis uita ſimul & perfecte tota exiſtēs? Nam uel hoc ſolo, uerā æternitatē ſoli ineſſe illi ſubſtantiæ, q̄ ſola non facta, ſed factrix eſſe inuēta eſt, aperte percipitur, qm̄ uera æternitas principĳ finiſq; meta carere intelligitur, quod nulli rerum creatarꝝ conuenire, eo ipſo quòd de nihilo factæ ſunt, conuincitur. Sed hæc eſſentia, quā patuit omnimode ſibi eſſe eandē ſubſtantialiter, non eſt aliquādo à ſe diuerſa uel accidentaliter. Verum quomodo eſt ſumme incōmutabilis, ſi per accidentia poteſt, nō dicam eſſe: ſed uel intelligi uariabilis? Et econtra, quomodo nō eſt particeps accidentis, cū et hoc ipſum quòd maior eſt oībus alĳs naturis, & qđ illis diſſimilis eſt, illi uideatur accidere? Sed quid repugnant quorundam, quæ accidentia dicuntur ſuſceptibilitas & naturalis incommutabilitas, ſi ex eorum aſſumptione nulla ſubſtantię cōſequitur uariabilitas? Omniū qppe q̄ accidētia dicūtur: alia nō niſi cū aliqua participantis uariatione adeſſe & abeſſe poſſe intelligunť ut oēs colores: Alia oīno nullā uel accidendo uel recedendo mutationē, circa id de quo dr̄, efficere noſcunť, ut q̇dam relationes. Cōſtat nāq; qa homini poſt annum præſentem naſcituro, nec maior, nec minor, nec ęqualis ſim, nec ſimilis. Omnes autem relationes has utiq; cum natus fuerit ſine omni mei mutatione, ad illū habere potero, & amittere, ſecundum qđ creſcet, uel per qualitates diuerſas mutabiť ur. Palàm itaq; fit, qa eorꝝ quæ accidentia dicuntur: quædam aliquatenus attrahūt cōmutabilitatē: quædam uero nullatenus ſubtrahunt immutabilitatem. Sicut igiť ſumma natura accidentibus mutationem efficiētibus nunq̄ in ſua ſimplicitate locum tribuit: ſic ſcđm ea quæ nullatenus ſummę incōmutabilitati repugnant, aliqñ dici aliqd non reſpuit, & tñ aliquid eius eſſentiæ, unde ipſa uariabilis intelligi poſſit, nō accidit. Vnde hoc quoq; concludi pōt, qa nullius accidētis ſuſceptibilis eſt, quippe queadmodū illa accidentia, quę mutationem aliquam accedendo uel recedendo faciunt, ipſa ſuo effectu uere accidere rei, quā mutant perpenduntur: ſic illa quæ à ſimili effectu deficiūt, im proprie dici accidentia deprehenduť. Sicut igitur ſemper ſibi eſſe eſt oīmodo eadem ſubſtantialr: ita nunq̄ eſt à ſe diuerſa ullo modo, uel accidētaliter. Sed quoquo modo ſeſe habeat ratio de proprietatę nominis accidentium, illud ſine dubio uerum eſt: quia de ſumme incōmutabili natura, nihil pōt dici unde mutabilis poſſit intelligi.

Quomodo illa dicenda ſit ſubſtantia: & quod ſit extra omnem ſubſtantiam, & ſingulariter ſit quicquid eſt. Cap. 25.

Sed ſi ratum eſt, quod de huius naturæ ſimplicitate perſpectum eſt: quomodo ſubſtantia eſt? Nam cum omnis ſubſtantia admiſtionis differētiam uel mutationis accidentium ſit ſuſceptibi-

lis huiuſmodi immutabilis ſynceritas
omnimode admiſtioni ſiue mutatio-
ni ē inacceſſibilis: quomodo ergo obti
nebitur eam eſſe quamlibet ſubſtan-
tiam: niſi dicatur ſubſtantia pro eſſen-
tia, & ſic ſit extra: ſicut eſt ſupra, oēm
ſubſtātiā? Nā quantū illud eſſe, quod
per ſe eſt quicquid eſt, & de nihilo fa-
cit omne aliud eſſe, diuerſum eſt ab eo
eſſe, quod per aliud fit de nihilo quic-
quid eſt: tm̄ omnino diſtat ſumma ſub
ſtantia, ab his quæ non ſunt idē quod
ipſa. Cumq́ ipſa ſola omnium natura
rum habeat à ſe ſine alterius naturę au
xilio eſſe quicquid eſt: quomodo non
eſt ſingulariter abſq; ſuæ creaturæ con
ſortio quicquid ipſa eſt? Vnde ſiquan-
do illi eſt cum alijs nominis alicuius
communio: ualde proculdubio intelli
genda eſt diuerſa ſignificatio.

Quod non contineatur in communi tractatu ſub ſtantiarum, & tamen ſit ſubſtantia, & indiuiduus ſpiritus, Cap. 26.

Conſtat igitur, quia illa ſubſtantia
nullo cōi tractatu ſubſtātiarū ícludit, à
cui⁹ eſſentiali cōione oīs natura exclu-
dit. Nēpe cū omnis ſubſtantia tractet,
aut eſſe uniuerſalis, quæ pluribus ſub
ſtantijs eſſentialiter cōis eſt, ut homi-
nem eſſe commune eſt ſingulis homi-
nibus: aut eſſe indiuidua, quæ uniuer-
ſalem eſſentiam communem habet cū
alijs, quemadmodum ſinguli homi-
nes commune habent cum ſingulis, ut
homines ſint: quomodo aliquis ſum-
mā naturam tn̄ aliarum ſubſtātiarum
tractatu contineri intelligit, quæ nec
in plures ſubſtantias ſe diuidit, nec cū
aliqua alia per eſſentialem communio
nem ſe colligit? quoniam tamē ipſa nō
ſolum certiſſime exiſtit, ſed etiā ſum-
ma omnium exiſtit: & cuiuslibet rei eſ
ſentia, dici ſolet ſubſtantia, profecto
itaq;, ſi quid dici poteſt digne, non pro
hibetur dici ſubſtantia: & qm̄ non no-
ſcitur dignior eſſentia, quàm ſpiritus,
& corpus: & ex his dignior eſt ſpirit⁹,
quā corpus: utiq; eadē aſſerenda eſt eſ-
ſe ſpiritus, & non corpus. Qm̄ autem
nec ullæ partes ſunt eiuſdē ſpirit⁹, nec
plures eſſe poſſunt eiuſmodi ſpiritus,
neceſſe eſt, ut ſit oīno indiuiduus ſpiri
tus. Qm̄ enim, ſicut ſupra conſtat, nec
partibus eſt cōpoſitus, nec ullis differē
tijs uel accidētibus intelligi poteſt eſſe
mutabilis, īpoſſibile eſt, ut qualibet ſe
ctione ſit diuiſibilis.

Quòd idem ſpiritus ſimpliciter ſit, & creata illi cō parata non ſint. Cap. 27.

Videtur ergo cōſequi ex præceden-
tibus, quòd iſte ſpiritus, q̄ ſic ſuo quo
dā mirabiliter ſingulari, & ſingulariter
mirabili modo eſt, quadam ratione ſo
lus ſit: alia uero quæcunque uidentur
eſſe, huic collata, non ſint. Si enim di-
ligenter intendatur: ille ſolus uidebi-
tur ſimpliciter & perfecte & abſolute
eſſe: alia uero omnia uere non eſſe, &
uix eſſe: quoniam nanq;, idém ſpiritus,
propter incommutabilem ęternitatem
ſuam nullo modo ſecundum aliquem
motum dici poteſt, quia fuit, aut erit:
ſed ſimpliciter eſt: nec mutabiliter eſt
aliquid, quod aliquando, aut non fuit,
aut non erit, neq; nō eſt qđ aliqn̄ fuit,
aut erit: ſed quicq̄d eſt ſemel, & ſimul
& interminabiliter eſt. Qm̄ in quantū
huiuſmodi eſt, eſſe eius iure ipſe ſimpli
citer & abſolute & perfecte dicitur eſ-
ſe. Quoniam uero omnia alia ſecundū
aliquid mutabiliter aliquando aut fue
runt, aut erūt quod non ſunt: aut ſunt
quod aliquando non fuerunt uel non
erunt: & quoniā hoc, quia fuerunt, iam
non eſt: illud autē ſcilicet, quia erunt,
nondum eſt: & hoc q̄a in labili breuiſ-
ſimoq́ & uix exiſtente præſenti ſunt,
uix eſt. Qm̄ ergo tā mutabiliter ſunt:
nō immerito negant̄ ſimpliciter & ꝑfe
cte & abſolute eſſe, & aſſerunt̄ ferè non
eſſe, & uix eſſe. Deinde, cū oīa q̄cunq;
aliud ſunt quā ipſe: de non eſſe uenerūt
ad eſſe, nō ꝑ ſe ſed ꝑ aliud: & cū de eē re
deāt ad nō eſſe, q̄tū ad ſe niſi ſuſtineāt̄
ꝑ aliud: quō illis ſimpliciter cōuenit, aut
ꝑfecte, ſiue abſolute eē, & nō magis uix

eſſe aut ferè non eſſe? Cumq́; eſſe ſolius eiuſdem ineffabilis ſpiritus ītelligi nullo modo poſſit, aut non eſſe inceptū, aut aliquē pati poſſe, ex eo quod eſt in non eſſe defectū: & quicquid ipſe eſt, non ſit, per aliud quā per ſe. i. per hoc quod ipſe eſt, non'ne huius eſſe merito intelligitur ſimpliciter ſolū perfectum & abſolutum? Quod uero ſic ſimpliciter & omnimoda ratione ſolū eſt perfectū ſimpliciter & abſolutū, id nimirū quodāmodo iure dici poteſt ſolū eſſe: & econtra. qcquid per ſuperiorem rationē, nec ſimpliciter, nec perfecte, nec abſolute eſſe, ſed uix eſſe, aut ferè non eſſe, cognoſcitur: id utiq; aliquo modo recte non eſſe dicitur. Secundum hanc igitur rationem ille ſolus creator ſpiritus, eſt: & omnia creata, non ſunt: nec tamen omnino non ſunt, quia per illū qui ſolus abſolute ē, de nihilo aliquid facta ſunt.

Quòd eius locutio idipſum ſit quod ipſe: nec tamē ſint duo, ſed unus ſpiritus. Cap. 28.

Iam nunc his, quæ de proprietatib. huius ſummæ naturæ ad præſens mihi ducem rationē ſequenti occurrunt: perſpectis opportunū exiſtimo, ut de eius locutione, per quam facta ſunt omnia, ſiquid poſſim conſiderem. Etenim cū omnia, quę de illa ſupra potui animaduertere, rationis robur inflexibile tenent: illud me maxime cogit de illa diligentius diſcutere: qa idipſum quod ipſe ſummus ſpiritus eſt, probatur eſſe. Si. n. ille nihil fecit, niſi p ſeipſum: & qcquid ab eo factum eſt, per illā eſt factū: quomodo illa eſt aliud, q̃ eſt idem ipſe? Amplius, aſſerunt utiq; inexpugnabiliter ea q̃ iam inuenta ſunt: qa nihil omnino potuit unquā aut poteſt ſubſiſtere præter creantem ſpiritum & eius creaturam. Hāc uero ſpiritus eiuſdem locutionē, impoſſibile eſt inter creata contineri: quoniā qcquid creatū ſubſiſtit, per illam factū eſt: illa uero per ſe fieri non potuit. Nihil qppe p ſeipſum fieri poteſt: qa quicquid fit, poſterius ē eo per quod fit: & nihil eſt poſterius ſe ipſo. Relinquitur itaq;, ut hæc ſummi ſpiritus locutio, cum creatura eſſe non poſſit, non ſit aliud quā ſummus ſpiritus. Denią; hęc ipſa locutio nihil aliud poteſt intelligi, q̃ eiuſdē ſpiritus intelligentia qua cūcta intelligit. Quid enī eſt aliud illi rē loqui aliquā, hoc loquēdi modo quā intelligere? Nā non ut homo, ſemper dicit quod intelligit. Si igitē ſumme ſimplex natura non eſt aliud, quā quod eſt ſua intelligētia, queadmodum eſt id qđ eſt ſua ſapientia: neceſſe eſt ut ſimiliter nō ſit aliud, quā qđ eſt ſua locutio. Sed qm̄ iam manifeſtum eſt, ſummum ſpiritū unum tantum eſſe, & omnimode induiduū: neceſſe eſt ut ſit illi hæc ſua locutio conſubſtātialis, ut non ſint duo, ſed unus ſpiritus.

Quòd eadem locutio non conſtet ex pluribus uerbis, ſed ſit unum uerbum. Cap. 29.

Cur igitur dubitem, quod ſupra dubium dimiſeram: ſcilicet utrū hęc locutio in pluribus uerbis, an in uno uerbo conſiſtat? Nam ſi ſic ſummæ naturę cōſubſtantialis, ut non ſint duo, ſed unus ſpiritus: utique ſicut ille ſumme ſimplex eſt, ita & iſta. Non igitur conſtat pluribus uerbis, ſed eſt unum uerbum per quod facta ſunt omnia. Sed ecce uidetur mihi ſuboriri nec facilis, nec ullatenus ſub ambiguitate relinquenda quæſtio. Etenim oīa huiuſmodi uerba, quibus res quaslibet mente dicimus, id eſt, cogitamus, ſimilitudines & imagines ſunt rerū quarū uerba ſunt, & oīs ſimilitudo & imago tanto magis uel minus eſt uera, quanto magis uel minus imitatur rē, cuius eſt ſimilitudo. Quid igitur tenendū eſt de uerbo, quo dicuntur, & per quod facta ſunt omnia? Erit aut non erit ſimilitudo eorū, quę p ipſum facta ſunt? Si enim ipſum eſt uera mutabilium ſimilitudo: nō eſt conſubſtantiale ſummę incommutabilitati, quod falſum eſt. Si autem nō eſt omnino uera, ſed qualiſcunq; ſimilitudo mutabiliū eſt; non eſt uerbum ſum

mæ ueritatis oĩno uerum, quod abſurdũ eſt. At ſi nullã mutabiliũ hẽt ſimilitudinẽ: qũo ad illius exẽplũ facta ſunt: Verũ forſitan nihil huiuſmodi remanebit ambiguitatis ſi quẽadmodũ in uiuo homine ueritas hominis eſſe dicit̃: in picto uero ſimilitudo ſiue imago illius ueritatis: ſic exiſtendi ueritas intelligatur in uerbo cuius eſſentia ſic ſumme eſt, ut quodãmõ illa ſola ſit. In his uero q̃ in eius cõparatione quodãmodo non ſunt: & tamen per illud, & ſecundũ illud facta ſunt aliquid, aliqua imutatio illius ſummę eſſentię perpendatur: ſic quippe uerbũ ſummę ueritatis quod et ipſum eſt ſũma ueritas, nullum augmentũ uel detrimẽtũ ſentiet, ſecundum hoc qđ magis uel minus creaturis ſit ſimile: ſed potius neceſſe erit, oẽ quod creatũ eſt, tanto magis eſſe, & tanto eſſe ꝓſtantius: quãto ſimilius eſt illi, quod ſũme eſt, & ſũme magnũ eſt: Hinc etenim fortaſſe, ĩmo non fortaſſe, ſed pro certo, hinc omnis intellect⁹ iudicat naturas, quolibet modo uiuẽtes præſtare non uiuentibus, ſentientes non ſentientibus, rationales irrationabilibus. Quoniam enim ſumma natura ſuo quodammodo ſingulari non ſolum eſt, ſed & uiuit, & ſentit, & rationalis eſt: liquet quoniam oĩa quę ſunt, id quod aliquo modo uiuit, magis eſt illi ſimile, quã id quod nullatenus uiuit: & quod modo quolibet uel corporeo ſenſu cognoſcit aliquid, magis eſt, quàm quod nihil omnino ſentit: & quod rationale eſt, magis quàm rationis capax non eſt. Quoniam uero ſimili ratione quædam naturæ magis minus'ue ſunt quàm aliæ, perſpicuum eſt. Quemadmodum enim natura illud præſtantius eſt, quod per naturalem eſſentiam propinquius eſt præſtantiſſimo: ita utique illa natura magis eſt, cuius eſſentia ſimilior eſt ſũmę eſſentię. Quod ſic quoq; animaduerti facile poſſe exiſtimo. Nẽpe ſi cuilibet ſubſtantię q̃ et uiuit, & ſenſibilis, & rõnalis eſt, cogitatiõe auferat̃ qđ rõnalis eſt: deinde, ꝙ ſenſibilis: & poſtea, quod uitalis poſtremo, ipſum nudũ eſſe qđ remanet: qs non intelligat, qđ illa ſubſtãtia quę ſic paulatim deſtruit̃: ad min⁹, et ad min⁹ eẽ, et ad ultimũ ad nõ eſſe gradatim ꝑducit̃? Quę autẽ ſingillatim aſſũpta, quãlibet eſſẽtiã ad min⁹ & minus eſſe deducũt: eadem ordinatim aſſumpta, illam ad magis & magis eſſe perducunt. Patet igitur, q̃a magis eſt uiuẽs ſubſtãtia, quã nõ uiuẽs: et ſenſibilis, quã nõ ſenſibilis: & rationalis, quã non rõnalis. Nõ eſt itaq; dubiũ, qđ oĩs eſſentia eo ipſo magis eſt præſtãtiorq́; eſt quo ſimilior eſt illi eſſentiæ, q̃ ſũme eſt & ſũme ꝓſtat. Satis itaq; manifeſtũ eſt in uerbo, ꝑ qđ facta ſunt oĩa, nõ eſſe coꝝ ſimilitudinẽ, ſed uerã ſimplicẽq́; eſſentiã. In factis ũo nõ eẽ ſimplicẽ abſolutamq́; eſſentiã, ſed uere illius eſſentię uix aliquã imitationẽ. Vñ neceſſe eſt, non idẽ uerbũ ſecundũ reꝝ creatarũ ſimilitudinẽ magis uel minus eſſe uerũ: ſed oẽm creatam naturã eo altiori gradu eſſentię dignitatisq́; conſiſtere: quo magis illi propinquare uidetur.

Quod ipſum uerbum non ſit ſimilitudo factorũ ſed ueritas eſſentiæ, facta uero ſint aliqua ueritatis imitatio, & quæ natura magis ſint quam alia & præſtantiores. *Cap. 10.*

Sed tũ ita ſit: quomodo illud qđ ſimpliciter eſt ueritas, poteſt eſſe uerbum eorum quorum nõ eſt ſimilitudo? cum omne uerbum, quo aliqua res ſic mente dicitur, ſimilitudo ſit rei eiuſdem: & ſi non eſt uerbum eorum quæ facta ſunt per ipſum: quomodo conſtabit quia ſit uerbum? Nempe, omne uerbũ alicuius rei uerbum eſt. Deniq; ſi nunquã creatura eſſet, nullũ eius eſſet uerbũ. Quid igit̃? An concludendũ eſt: q̃a ſi nullo modo eſſet creatura, nequaquã eſſet uerbũ illud, quod eſt ſũma & nullius indigens eſſentia: aut fortaſſe illa ſumma eſſentia, quæ uerbũ eſt, eſſentia quidem eſſet ęterna: ſed uerbũ nõ eſſet, ſi nihil unquã per illã fieret? Eius.n. qđ

Quòd uno uerbo dicat ſe, & quod fecit; Cap. 32.

Hoc itaque modo quis neget ſummam ſapientiam, cum ſe dicendo intelligat, gignere conſubſtantialem ſibi ſimilitudinem ſuam, id eſt, uerbum ſuũ. Quod uerbum, licet de re tam ſingulariter eminenti proprie aliquid, ſatis cõuenienter dici non poſſit, non tamen inconuenienter, ſicut ſimilitudo: ita & imago, & figura, & character eius dici poteſt. Verbum autem quo creaturam dicit, nequaquam ſimiliter eſt uerbum creaturæ: quia non eſt eius ſimilitudo, ſed principalis eſſentia: conſequitur igitur ut ipſam creaturam non dicat uerbo creaturæ. Cuius ergo uerbo eam dicit, ſi non dicit eam uerbo eius? Nam quod dicit uerbo, dicit: & uerbũ alicuius eſt uerbum, id, eſt, ſimilitudo. Sed ſi nihil aliud dicit: quàm ſe aut creaturã, nihil dicere poteſt: niſi aut ſuo, aut eiꝰ uerbo. Si ergo nihil dici. uerbo creaturæ: quicquid. dici, uerbo ſuo dicit. Vno igitur eodemq; uerbo dicit ſeipſum, & quæcunq; fecit.

Quod ſuo uerbo uideri poſſit dicere creaturam. Cap. 33.

Sed quomodo tam differentes res ſcilicet creans & creata eſſentia, dici poſſunt uno uerbo: præſertim cũ uerbum ipſum ſit dicenti coæternum, creatura autem non ſit illi coæterna? Forſitan, quia ipſa eſt ſumma ſapientia & ſumma ratio, in qua ſunt omnia quæ facta ſunt: quemadmodũ opus quod fit ſecundum aliquam artem, non ſolũ quando fit uerum & antequam fiat et poſtquam diſſoluitur: ſemper eſt in ipſa arte non aliud quàm quod eſt ars ipſa. Idcirco cum ipſe ſummus ſpiritus dicit ſeipſum, dicit omnia quæ facta ſunt. Nam & antequam fierent, & cũ iam facta ſunt, & cum corrumpuntur ſeu aliquo modo uariantur, ſemper in ipſo ſunt non quod ſunt in ſeipſis, ſed quod eſt idẽ ipſe. Etenim in ſeipſis ſũt eſſentia mutabilis ſecundum mutabilem rationem creata: in ipſo uero ſunt ipſa prima eſſentia, & prima exiſtendi ueritas, cui prout magis utcunq; illa ſimilia ſint, ita ueriꝰ et p̃ſtãtius exiſtũt. hoc itaq; mõ nõ irrationabiliter aſſeri põt, q̃a cũ ſeipſũ dicit ſũmus ille ſpũs: dicit & q̃cq̃d factũ eſt uno eodẽq; u̾bo.

Quòd quicquid factum eſt, in eius uerbo & ſcientia, ſit uita & ueritas. Cap. 34.

Verum cum conſtet, quia uerbum eius conſubſtantiale eſt illi, & perfecte ſimile: neceſſario conſequitur, ut omnia quę ſunt in illo, eadem & eodem modo ſint in uerbo eius. Quicquid igitur factum eſt, ſiue uiuat, ſiue non uiuat: aut quocunque ſit in ſe, in illo eſt ipſa uita, & ueritas. Quoniam autem idem eſt ſummo ſpiritui ſcire, quòd intelligere, ſiue dicere: neceſſe, eſt quod eodem modo ſciat omnia quæ ſcit, quo ea dicit aut intelligit. Quemadmodum igitur omnia ſunt in uerbo eius, uita & ueritas: ita ſunt in ſcientia eius.

Quà ex re manifeſtiſſime comprehendi poteſt, quomodo dicat idem ſpiritus, uel quomodo ſciat ea quę facta ſunt, ab humana ſcientia comprehendi non poſſe. Nam nulli dubium creatas ſubſtantias multo aliter eſſe in ſeipſis, quàm in noſtra ſcientia. In ſeipſis nanque, ſunt per ipſam ſuam eſſentiam: in noſtra uero ſcientia, non ſunt earum eſſentię: ſed earum ſimilitudines. Reſtat igitur, ut tanto uerius ſint in ſeipſis, quàm in noſtra ſcientia: quanto uerius ſunt alicubi per ſuã eſſentiam, quàm per ſuam ſimilitudinem.

Quàm incomprehenſibili modo dicat, uel ſciat res à ſe factas. Cap. 35

Cum ergo & hoc conſtet, quia omnis creata ſubſtantia, tanto uerius eſt in uerbo, & intelligentia creatoris, q̃ in ſeipſa: quanto ueriꝰ exiſtit creatrix, quàm creata eſſentia: quo cõprehẽdat humana mẽs, cuiuſmodi ſit illud dicere & illa ſciẽtia, q̃ ſic longe ſuperior et uerior eſt creatis ſubſtãtijs, ſi nr̃a ſcientia

tantum ſuperatur ab illis: quantũ earũ ſimilitudo diſtat ab earum eſſentia.

Quod quicquid ipſe eſt ad creaturam, hoc ſit & uerbum eius, nec tamen ambo ſimul pluraliter. Cap. 36.

Verum cum manifeſte rationes ſuperiores doceant, ſummum ſpiritũ per uerbũ ſuũ feciſſe oĩa, nũquid nõ & ipſum uerbũ fecit eadẽ omnia? Qm̃ enim illi eſt conſubſtãtiale, cuius eſt uerbũ, neceſſe eſt, ut ſit ſumma eſſentia. Sũma autẽ eſſentia nõ eſt, niſi una q̃ ſola creatrix et ſolũ principiũ eſt omniũ q̃ facta ſunt. Ipſa nãq; ſola fecit, nõ per aliud, quã per ſe, oĩa ex nihilo. Quarẽ quęcũq; ſummus ſpiritus facit: eadẽ et uerbum eius facit ſimiliter. Quicquid igitur ſũmus ſpiritus eſt ad creaturã: hoc et uerbum eius eſt, & ſimiliter. Nec tñ ambo ſimul pluraliter, qa nõ ſunt plures creatrices ſummę eſſentię. Sicut igitur ille creator eſt rerũ & principiũ, ſic & uerbum ei⁹: nec tamen ſunt duo, ſed unus creator & unum principium.

Quod dici non poſſit, quid duo ſint, quamuis neceſſe ſit eſſe duos Cap. 37.

Studioſe itaq; attendẽdũ eſt quiddã quod ualde inſolitũ alĳs reb⁹, in ſũmo ſpiritu & uerbo eius uidetur euenire. Nam certũ eſt, unicuique ſingulatim, & utriuſque ſimul ineſſe quicquid ſũt in eſſentia, & quicquid ſunt ad creaturam: ut & ſingulatim perfectũ ſit ambobus: & tamen pluralitatẽ nõ admittat in duobus. Licet enim ſingulatim & ille perfecte ſit ſũma ueritas, & creator, & uerbũ eius ſit ſumma ueritas, et creator: nõ tamen ambo ſimul ſũt duæ ueritates, aut duo creatores. Sed cũ hęc ita ſint: miro tamẽ mõ apertiſſimũ eſt, quia nec ille cuius eſt uerbum, poteſt eſſe uerbũ ſuũ: nec uerbũ põt eſſe cuius eſt uerbũ, ut in eo qđ ſignificat, uel qd ſint ſubſtantialiter, uel quid ſint ad creaturam, ſemper indiuiduam teneãt unitatem. In eo uero, quod ille non eſt ex iſto, hic autẽ eſt ex illo: ineffabilẽ admittant pluralitatẽ, ineffabilẽ certe. Quamuis enĩ neceſſitas cogat, ut ſint duo: nullo tamẽ modo exprimi poteſt, quid duo ſint. Nam & ſi forte duo pares, aut aliquid aliud ſimiliter adinuicẽ poſſint dici in his ipſis tamen relatiuis ſi quæratur, qd ſit illud de quo dñr, nõ poteſt dici pluraliter, quemadmodũ dicuntur duę pares lineæ, aut duo homines ſimiles. Quippe nõ ſunt duo pares ſpũs, nec duo pares creatores, nec duo aliquid qđ ſignificet eoꝝ aut eſſentiã, aut habitudinẽ ad creaturam: ſed nec duo aliquid, quod deſignet propriam habitudinẽ alterius ad alterum, qa nec duo uerba, nec duę imagines. Verbum nanq; hoc ipſũ qđ ỽbũ eſt, aut imago ad alterum eſt, qa non niſi alicuius uerbum eſt aut imago: & ſic propria ſunt hæc alteri⁹, ut nequaquã alteri coaptentur. Nam ille, cuius eſt uerbũ aut imago, nec imago, nec uerbum eſt.

Quod idem uerbum ſit à ſummo ſpiritu naſcendo. Cap. 38.

Conſtat igitur, quòd exprimi nõ poteſt: quid duo ſint, ſummus ſpiritus, & uerbum eius, quamuis quibuſdam ſingulorum proprietatibus cogantur eſſe duo. Etenim proprium unius eſt, eſſe ex altero: & proprium eſt alterius, alterum eſſe ex illo. Quod ipſum nullo utique uerbo uidetur familiarius poſſe proferri, q̃ ſi dicatur proprium eſſe unius, naſci ex altero: & proprium alterius, naſci alterum ex ipſo. Certum nanque iam conſtat, quòd uerbum ſummi ſpiritus, nõ ſic eſt ex eo, quemadmodũ ea quæ ab illo facta ſunt, ſed quẽadmodũ creator de creatorẽ, ſummũ de ſũmo. Et ut plena breuitate omnimoda abſoluaẽ ſimilitudo penitus idẽ ipſum eſt de eodem ipſo: & ita ut nullaten⁹ ſit niſi ex eo. Cũ igitur pateat uerbũ ſũmi ſpiritus, ſic eſſe ex ipſo ſolo, ut pfectã eius, qſi proles parẽtis, teneat ſimilitudinẽ: nec ſic eſſe ex eo ipſo, ut fiat ab eo: pfecto nullo modo conuenienti⁹ cogitari põt: ex illo eſſe quã naſcẽdo. Nẽpe ſi innumerabiles res indubitãter dicũẽ na-

ſci ex his, ex q̄bus hñt ut ſine, cũ nullã eorũ ex q̄bus naſci dñr teneãt ſimilitudinẽ, ſicut ꝓles parẽtis. Dicim⁹.n. capillos naſci de capite, & poma ex arbore: licet nec illi capitis, nec iſta arboris ſimilia ſint: Si inquã, multa huiuſmodi nõ abſurde dicunt̃ naſci, tãto cõgruentius dici poteſt uerbũ ſummi ſpũs, ex illo exiſtere naſcendo, quanto ꝑfectius quaſi proles parentis, trahit eius ſimilitudinem ex illo exiſtendo.

Quod uerißime ille ſit parens, ille uero proles. ca. 39.

Quo'd ſi cõuenientiſſime dicitur naſci, & tam ſimile eſt illud quo naſcitur: cur æſtimetur ſimile quaſi proles parenti, & non potius aſſeratur: quia tanto uerior eſt ille parens & iſta proles: quanto magis & ille ad huius natiuitatis perfectionem ſolus ſufficit: & quod naſcitur. eius ſimilitudinẽ exprimit? Nãq; in rebus aliĳs, quas parentis prolisq́; certum eſt habitudinem habere, nulla ſic gignit, ut oĩno nullius indigens ſola per ſe ad gignendã prolẽ ſufficiat: nulla ſic gignitur, ut nulla admiſta diſſimilitudine omnimodam ſimilitudinem parentis exhibeat. Si ergo uerbum ſummi ſpiritus ſic eſt omnino ex ipſius ſola eſſẽtia, & ſic ſingulariter eſt illi ſimile, ut nulla proles ſic ſit omnino ex ſola parentis eſſentia, aut ſic ſimilis parenti: profecto nullis rebus tã cõueniẽter uidet̃ aptari habitudo parẽtis & prolis, quam ſũmo ſpiritui & uerbo eius. Quapropter illius eſt ueriſſimũ proprium eſſe parentem: iſtius uero ueriſſimam eſſe prolem.

Quod ille uerißime gignat, ille uerißime gignatur. Cap. 40.

At hoc conſtare non poterit, niſi pariter ille ueriſſime gignat: & iſtud ueriſſime gignatur. Sicut igitur illud eſt perſpicuum: ita hoc eſſe certiſſimũ neceſſe eſt, quare ſummi ſpiritus eſt ueriſſime gignere, & uerbi eius ueriſſime gigni. Vellem iam quidẽ & forte poſſem, illum eſſe ueriſſime patrẽ: hoc uero ueriſſime eſſe filium concludere. Sed nec hoc negligendũ exiſtimo: an patris & filĳ, & an matris & filiæ magis illis apta ſit appellatio: cũ in eis nulla ſit ſexus diſcretio. Nã ſi idcirco cõuenienter eſt ille pater, et proles eius fili⁹, q̄a uterque eſt ſpiritus: cur nõ pari ratione alteri conuenit eſſe matrem, alteri filiam: quia uterq; eſt ueritas & ſapientia? An quia in his naturis, quæ ſexus habent differentiã, melioris ſexus eſt patrẽ eſſe uel filiũ, minoris uero matrẽ uel filiã? Et hoc quidem naturaliter ĩ pluribus: in quibuſdam uero econtrario: ut in quibuſdam auium generibus, in quibus fœmininus ſexus ſemper maior & ualidior eſt: maſculinus uero minor & infirmior. Aut certe idcirco magis conuenit ſummo ſpiritui dici patrem q̄ matrem: quia prima & principalis cauſa prolis ſemper eſt in patre. Nam ſi maternam cauſam quolibet modo ſemper paterna præcedit: nimis eſt incongruum, ut illi parenti adaptetur nomẽ matris, cui ad gignendam prolem nulla alia cauſa aut ſociatur aut præcedit. Veriſſimum eſt igitur ſummum ſpiritum, patrem eſſe prolis ſuæ. Quo'd ſi filius ſemper ſimilior eſt patri quàm filia. Nihil autem ſimilius eſt alteri, quã ſummo patri proles ſua: ueriſſimũ eſt hanc prolẽ non eſſe filiam, ſed filiũ.

Quod alterius uerißime ſit eſſe genitorem & patrem, alterius genitum & filium. Cap. 41.

Sicut igitur proprium eſt illius ueriſſime gignere, iſtius uero gigni: ſic proprium eſt illius eſſe ueriſſimum genitorem, iſtius uero ueriſſimum eſſe genitum. Et ſicut alter eſt ueriſſimus parens, alter ueriſſima proles: ſic alter eſt ueriſſimus pater alter ueriſſimus filius. Inuentis tot & tantis ſingulorum proprietatibus, quibus mira quædam tam ineffabilis, quàm ineuitabilis in ſumma unitate probatur eſſe pluralitas, ualde mihi uidetur delectabile retractare ſæpius tam impenetrabile ſecretum. Ecce enim cum ſit impoſſibile ſic eundem eſſe qui gignit, & cum

piẽtia eſſet,nec ſaperet niſi ſeipſa. Multo igiť magis ęterni patris coęternus filius,q ſic hẽt à patre eſſe,ut nõ ſint duę eſſentię,p ſe ſubſiſtit,ſapit,& uiuit. Nõ igiť ſic ĩtelligi põt:quòd pr̃ filĳ aut fili⁹ p̃ris ſit eſſentia: q̃ſi alter non poſſit ſubſiſtere per ſe, ſed per alterum:ſed ad deſignandam, quam habent communionem ſumme ſimplicis,ſummeq́ unius eſſentię,ſic congrue dici & intelligi poteſt, quòd ſic eſt alter idipſum quod alter, ut alter habeat eſſentiam alterius. Hac itaque ratione, quoniam utrique non aliud eſt habere ſentiam ꝙ̃ eſſentiam eſſe, ſicut habet alter alerius eſſẽtiã, ita eſt alter alterius eſſentia,id eſt, idem eſſe eſt alteri, quod alteri.

Quòd aptius dici poſsit, filius eſſentia patris, quã pater eſſentia filĳ: & quòd ſimiliter ſit filius patris uirtus, & ſapientia, & ſimilia. Cap. 44.

Quod licet ſecundum perſpectam rationem uerum ſit : ualde tamen magis congruit filium dici eſſentiam patris, quàm patrem eſſentiam filĳ, quoniam nanque pater à nullo habet eſſentiam niſi à ſeipſo, non ſatis apte dicitur habere eſſentiam alicuius niſi ſuam:quia uero filius eſſentiam ſuam habet à patre, & eandem habet pater, aptiſſime dici poteſt habere eſſentiam patris. Quare quoniam neuter aliter habet eſſentiam quàm exiſtendo eſſentia:ſicut ſatis aptius intelligitur habere filius patris eſſentiam quàm pater filĳ:ita conuenientius dici poteſt filius patris eſſentia quàm pater filĳ. Nã hęc una ſi fiat prolatio,ſatis acuta breuitate cõmendat filium, non ſolum eãdem eſſentiam habere cum patre:ſed hanc ipſam habere de patre, ut hic ſit, filius eſt eſſentia patris, quod eſt, filius eſt non differens eſſentia de patris eſſentia,immo de patre eſſentia, ſimiliter ergo eſt filius,patris eſſentia,uirtus,et ſapientia,ſiue ueritas, & iuſtitia:& quicquid ſummi ſpiritus conuenit eſſentię.

Quomodo quędam ex his quę ſic proferuntur, aliter quoque poſſint intelligi. Cap. 45

Videtur tamen quędam ex his quę ſic proferri & intelligi poſſunt, aliam quoque non incongruam ſub hac ipſa pronunciacione intelligentiam ſuſcipere. Liquet enim filium, eſſe uerum uerbum, id eſt, perfectam intelligentiam,ſiue perfectam totius paternę ſubſtãtię cognitionẽ, & ſciẽtiã, & ſapiẽtiã: ideſt, quę ipſam patris intelligit eſſentiam, & cognoſcit, & ſcit, & ſapit. Si igitur hoc ſenſu dicatur, filius patris intelligentia, & ſapientia, & ſcientia, & cognitio,ſiue notitia: quoniam intelligit,ſapit, ſcit, & nouit patrem, nequaquam a ueritate diſceditur. Veritas quoque patris aptiſſime dici poteſt filius, non ſolum eo ſenſu, quia eſt eadem filĳ ueritas quę eſt & patris:ſicut iam perſpectum eſt, ſed etiam hoc ſenſu,ut in eo intelligatur non imperfecta quędam imitatio, ſed integra ueritas paternę ſubſtantię:quia non eſt aliud, quàm quod eſt pater. At ſi ipſa ſubſtãtia patris eſt intelligentia, & ſcientia, & ſapientia,et ueritas,conſequẽter colligitur:quia ſicut filius eſt intelligẽtia, & ſcientia, & ſapientia, & ueritas paternę ſubſtantię:ita eſt intelligentia intelligentię, ſcientia ſcientię, ſapientia ſapientię, & ueritas ueritatis.

Quòd filius ſit intelligentia intelligentię,et ueritas ueritatis, & ſimiliter de ſimilibus. Cap. 46.

De memoria uero, quid ſentiendum eſt?an ęſtimandus eſt filius intelligentia memorię,ſiue memoria patris, aut memoria memorię? Equidem cum ſũma ſapientia ſui memor eſſe negari nõ poſſit,nihil competentius quàm in memoria pater:ſicut in uerbo filius intelligitur:quoniam de memoria naſci uerbum uidetur, quod clarius in noſtra mente percipitur. Quoniam nanque mens humana non ſemper ſe cogitat, ſicut ſui ſemper meminit : liquet cum ſe cogitat,quòd uerbum eius naſciť,de memoria. Vnde apparet, q̃a ſi ſemper ſe cogitaret,ſemper uerbum ei⁹ de me-

moria naſceretur. Rē etenim cogitare, cuius memoriā habemus, hoc eſt, mente eam dicere. uerbū uero rei, eſt ipſa cogitatio ad eius ſimilitudinē ex memoria formata: Hic itaq; liquido animaduerti poteſt de ſūma ſapientia, quæ ſic ſemper ſe dicit, ſicut ſemp ſui memor eſt: quia de æterna memoria coæternū uerbum naſcitur. Sicut igitur uerbū, congrue intelligitur proles: ita memoria, parentis nomen aptiſſime ſuſcipit. Si ergo proles, quæ omnino de ſolo ſūmo ſpiritu nata eſt, proles eſt memoriæ eius nihil conuenientius, q̃ quia eius eſt idē ipſe: quippe nō eſt in eo qđ ſui memor eſt, ſic eſt ſui memoria: uelut alia res in alia, quemadmodum ea quæ ſic ſunt in humanæ mentis memoria, ut non ſint ipſa in noſtra memoria: ſed ſic eſt memor ſui, ut ipſe memoria ſua ſit. Conſequitur itaque, ut quomodo filius eſt intelligētia, ſiue ſapientia patris: ita ſit & paternæ memoriæ. At quicquid filius ſapit aut intelligit, eius ſimiliter & meminit.

Quòd in memoria intelligatur pater, ſicut in intelligentia filius, & quomodo filius ſit intelligentia uel ſapientia memoriæ & memoria patris & memoriæ. Cap. 47.

Eſt igitur filius memoria patris, & memoria memoriæ, id eſt, memoria memor p̄ris, qui eſt memoria, ſicut eſt, ſapientia patris, & ſapientia ſapientiæ id eſt ſapientia ſapiens patrem ſapientiam. & filius quidem memoria nata de memoria, ſicut ſapientia nata de ſapientia: pater uero de nullo nata memoria uel ſapientia: Sed ecce dum huius patris filijq; proprietates, communionēq; delectabiliter intueor: nihil delectabilius in illis contemplandum inuenio, q̃ mutui amoris affectum. quoniam enim abſurde negetur ſūmus ſpiritus ſe amare ſicut ſui memor eſt, et ſe intelligit, cū mens rationalis & ſe et illum amare poſſe conuincatur: ex eo quia ſui & illius memor eſſe, & ſe & illum intelligere poteſt: ocioſa nanque & penitus inutilis eſt memoria & intelligentia cuiuslibet rei, niſi prout ratio exigit: res ipſa ametur aut reprobetur. Amat ergo ſeipſum ſummus ſpiritus, ſicut ſui meminit & ſe intelligit.

Quòd ſummus ſpiritus ſe amet, & quod idem amor pariter procedat à patre & filio. Cap. 48.

Palàm certe eſt rationem habenti, eum non idcirco ſui memorem eſſe, aut ſe intelligere, quia ſe amat: ſed ideo ſe amare, quia ſui meminit, et ſe intelligit: nec eum ſe poſſe amare: ſi ſui non ſit memor, aut ſe non intelligit. Nulla enim res amatur ſine eius memoria & intelligentia: & multa tenentur memoria, & intelliguntur, quæ non amantur. Patet igitur amorem ſummi ſpiritus ex eo procedere: quia ſui memor eſt, & ſe intelligit. Quòd ſi in memoria ſummi ſpiritus intelligitur pater, in intelligentia filius, manifeſtum eſt: quia à patre pariter & à filio ſummi ſpiritus amor procedit.

Quòd uterque pari amore diligat ſe, & alterum. Cap. 49.

Sed ſi ſe amat ſummus ſpiritus, procul dubio ſe amat pater, amat ſe filius, & alter alterum: quia ſingulus pater ſummus eſt ſpiritus: & ſingulus filius, ſummus ſpiritus: & ambo ſimul, unus ſpiritus. Et quia uterque pariter ſui & alterius meminit, & ſe & alterum intelligit: & quoniam omnino idipſum eſt quod amat, uel amatur in patre, & quod in filio, neceſſe eſt ut pari amore uterq; diligat ſe et alterum.

Quod tantus eſt ipſe amor, quantus eſt ipſe ſpiritus. Cap. 50.

Quantus ergo eſt amor ſummi ſpiritus ſic cōis patri & filio: ſed ſi ſe tantum diligit, quantum ſui meminit et ſe intelligit: tantum autē ſui memor eſt et intelligit ſe, quanta eſt eius eſſentia, qđ aliter eſſe nō poteſt: profecto tantus eſt amor eius, quantus ipſe eſt.

Quod idem amor ſit idipſum quod eſt ſummus ſpiritus, & tamen ipſe cum patre & filio unus ſpiritus. Cap. 51.

uerum

Verum quid poteſt eſſe par ſummo ſpiritui, niſi ſummus ſpiritus? Iſte itaque amor, eſt ſũmus ſpiritus. Deniq; ſi nulla unquam creatura, id eſt, ſi nihil unquam aliud eſſet, quã ſummus ſpiritus, pater, & filius, nihilominus ſeipſos, & inuicem pater & filius diligerent. Conſequitur itaq; hũc amorem non eſſe aliud q̃ quod eſt pater & filius, quod eſt ſumma eſſentia. At quoniam ſummæ eſſentiæ plures eſſe non poſſunt: quid magis neceſſarium, quã patrem, & filiũ, & utriuſq; amorẽ, unã eſſe ſummam eſſentiam? Eſt igitur idẽ amor ſumma ſapiẽtia, ſumma ueritas, ſummum bonum: & quicquid de ſummi ſpiritus ſubſtantia dici poteſt.

Quòd totus procedat à patre, totus à filio, & tamen non ſit niſi unus amor. Cap. 52.

Intuendum eſt diligenter, utrũ ſint duo amores, unus à patre procedens, alter à filio: an unus non totus ab uno procedens, ſed partim à patre, partim à filio: an nec plures, nec unus partim procedens à ſingulis: ſed unus totus à ſingulis, & idem totus à duobꝰ ſimul. Sed huiuſmodi dubitatiõis certitudo, hinc indubitanter cognoſcitur: q̃a non ex eo procedit, in quo plures ſunt pr̃, & filius: ſed ex in quo unum ſunt. Nã non ex relationibus ſuis, quæ plures ſunt. Alia eſt enim relatio patris, alia filij: ſed ex ipſa ſua eſſentia, quæ pluralitatem non admittit, emittunt pater & filius tantum pariter bonum. Sicut ergo ſingulus pater, eſt ſummus ſpiritus & ſingulus filius, eſt ſummus ſpiritꝰ: & ſimul pater & filius nõ duo, ſed unꝰ ſpiritus: ita à ſingulo patre, manat totꝰ amor ſummi ſpiritus: & à ſingulo filio, totus: & ſimul à patre & filio non duo toti, ſed unus idemq; totus.

Quòd non ſit eorum filius, amor. Cap. 53.

Quid ergo? cum hic amor pariter habeat eſſe à patre & filio: et ſic ſimilis ſit ambobus, ut nullatenus diſſimilis ſit illis, ſed omnino idem ſit quod illi. Nũquid filius eorum aut proles æſtimandus eſt? ſed ſicut uerbum mox ut conſideratur, ſe prolem eſſe eius à quo eſt euidentiſſime probat, promptã pręferẽdo parentis imaginem: ſic amor aperte ſe prolẽ negat q̃a dum à patre & filio procedere intelligitur, non ſtatim tã ꝑſpicuã exhibet ſe cõtemplanti eius ex quo eſt ſimilitudinẽ: q̃uis ipſum conſiderata ratio doceat omnĩo idipſum eſſe, quod eſt pater & filius. Deniq; ſi ꝓles eorum eſt: aut alter eorꝫ erit pater eius, alter mater: aut uterq; pr̃ ſiue mater eſt: q̃ oĩa ueritati repugnare uidenť. Quoniã nanq; nullatenꝰ aliter à patre procedit quã à filio: nulla ueritas patitur, ut diſſimili uocabulo ad illũ pater & filius referantur. Non eſt igitur alter pater eius, alter mater. Vt autẽ duo aliqua ſint, quæ ſingula perfectã & nulla conſideratione differentem habeãt pariter ad aliquid unum, patris aut matris habitudinem, nulla natura aliquo monſtrari concedit exẽplo. Ergo nõ eſt uterq; ſcilicet, pater & filius, pater aut mater amoris à ſe manãtis. Nequaquã itaq; uidetur ueritati conuenire, ut idẽ amor eorũ filius ſit aut proles.

Quod ſolus pater ſit genitor & ingenitus, ſolus filius genitus, ſolus amor nec genitus nec ingenitus. Cap. 54.

Sed uidetur tamen amor idem, nec omnino ſecũdum communis locutionis modũ dici poſſe ingenitus, nec ita proprie, ſicut uerbum genitꝰ. Solemus enim ſæpe dicere aliquid gigni, ex ea re de qua exiſtit: ut cum dicimus, ſplendorem aut calorem gigni ab igne: ſeu aliquem effectum ex cauſa ſua. Secundum hanc igitur rationẽ, amor à ſummo ſpiritu exiens, non omnino aſſeri poteſt ingenitus: ita uero ꝓprie, ſic uerbum, dici genitus non poteſt: quia uerbum, ueriſſimam eſſe prolem & ueriſſimum filium: amorẽ uero, nullatenus filiũ aut prolẽ eſſe, manifeſtum eſt. Poteſt itaq; immo debet, dici ſolus ille cuius uerbum eſt, genitor & ingenitus: quia ſolus eſt pater & parens, & nullo

modo ab alio eſt. Solũ autẽ uerbum, genitum: quia ſolũ filius & proles eſt. Solus uero amor utriuſq;, nec genit⁹ nec ingenitus, quia nec filius, nec ingenitus eſt nec oĩno non eſt ab alio.

Quod amor idem ſit increatus & creator, ſicut pater & filius, & tamen ipſe cũ illis non tres, ſed unus increatus, & unus creator, & quòd idem poſſit dici ſpiritus patris & filij. Cap. 55.

Quoniam autem idem amor ſingulis eſt ſumma eſſentia, ſicut pater & filius, & tamen ſimul pater & filius & utriuſq; amor non plures, ſed una ſumma eſſentia, quæ ſola à nullo facta, nõ per aliud quàm per ſe omnia fecit: neceſſe eſt, ut quemadmodum ſingulus pater, & ſingulus filius eſt increatus & creator: ita & amor ſingulus ſit increatus & creator, & tamen omnes tres ſimul, et nõ plures, ſed unus increatus & un⁹ creator. Patrem itaque nullus facit, ſiue creat, aut gignit: filiũ uero pater ſolus gignit, ſed non facit: pater autem pariter & filius non faciunt neque gignunt, ſed quodammodo, ſi ſic dici poteſt, ſpirant ſuum amorem: quamuis enim non noſtro more ſpiret ſumme incommutabilis eſſentia, tamen ipſum amorem à ſe ineffabiliter procedẽtem, non diſcedendo ab illa, ſed exiſtendo ex illa, forſan non alio modo uidetur poſſe dici aptius ex ſe emittere quàm ſpirando. Quod ſi dici poteſt, ſicut uerbũ ſummę eſſentię filius eſt eius: ita eiuſdẽ amor, ſatis conuenienter appellari poteſt ſpiritus eius: ut cũ eſſentialiter ipſe ſit ſpiritus: ſicut pater & filius, illi non putentur alicuius ſpiritus: quia nec pater ab ullo alio eſt, nec filius à patre quaſi ſpirãte naſcitur, iſte autẽ ęſtimetur ſpiritus utriuſq;: quia ab utroq; ſuo quodam inenarrabili modo ſpirante mirabiliter procedit. Qui etiã ex eo quia eſt cõmunio patris & filij, non abſque ratione quaſi proprium aſſumere poſſe uidetur aliquod nomen, quod patri filioq; commune ſit, ſi proprij nominis, exigit indigentia. Quod quidem ſi fiat ſcilicet ut ipſe amor nomine ſpiritus, quod ſubſtantiã pariter patris & filij ſignificat quaſi proprio deſignetur. Ad hoc quoq; nõ inutiliter ualebit: ut per hoc idipſum eſſe quod eſt pater & filius, quamuis ab illis eſſe ſuũ habeat, intimetur.

Quòd ſicut filius eſt eſſentia uel ſapientia patris, eo ſenſu, quia habeat eandem eſſentiam uel ſapientiam quam pater, ſic idem ſpiritus ſit patris & filij eſſentia & ſapientia, & ſimilia. Cap. 56.

Põt quoq; quemadmodum filius eſt ſubſtantia, & ſapientia, & uirtus patris, eo ſenſu: quia habet eandem eſſentiam, & ſapientiam, & uirtutem quam pater: ita utriuſq; ſpirit⁹ intelligi eſſentia, uel ſapiẽtia, uel uirt⁹ patris & filij: quia habet oĩno eandẽ quã habent illi.

Quòd pater, & filius, & eorum ſpiritus, pariter ſint in ſe inuicem. Cap. 57.

Iocundum eſt intueri in patre & filio & utriuſque ſpiritu, quomodo ſint in ſe inuicem tanta æqualitate, ut nullus alium excedat. Pręter hoc enim, quia unuſquiſq; eorum ſic eſt perfecte ſumma eſſentia: ut tamẽ omnes tres ſimul non ſint, niſi eſſentia una ſumma, quæ nec ſine ſe uel extra ſe, nec maior uel minor ſeipſa eſſe poteſt. Per ſingulos tamen idipſum non minus ualet probari. Eſt etenim totus pater in filio & communi ſpiritu, & filius in patre & eodem ſpiritu, & idem ſpirit⁹ in patre & filio: quia memoria ſummę eſſentię tota eſt in eius intelligentia & amore & intelligentia in memoria & in amore, & amor in memoria & intelligẽtia. Totam quippe ſuã memoriã ſummus intelligit ſpiritus & amat, & totius intelligẽtię meminit & totã amat, & totius amoris meminit & totũ intelligit. Intelligitur autem in memoria pater, in intelligentia filius, in amore utriuſq; ſpiritus. Tanta igitur pater & filius & utriuſq; ſpiritus, ęqualitate ſe ſe complectuntur, & ſunt in ſe inuicẽ, ut eorum nullus aliũ excedere, aut ſine eo eſſe probetur.

Quòd nullus eorum alio indigeat ad memorandum, uel intelligendum, uel amandum, quia ſingulus quiſq; eſt memoria, & intelligentia, et amor, et quicquid neceſſe eſt ineſſe ſummæ eſſentiæ. Cap. 58.

Sed in his nullatenus negligẽter memoriæ cõmendandũ, q́d intuenti mihi occurrit, exiſtimo. Sic.n.neceſſe eſt, ut pater intelligatꝛ memoria, filius ĩtelligẽtia, ſpũs amor: ut nec pr̃ indigeat filio, aut cõmuni ſpiritu, nec filius patre uel eodem ſpiritu, ſiue idem ſpiritus patre & filio: quaſi pr̃ per ſe meminiſſe ſolũ poſſit, intelligere autem non niſi per filium, & amare nõ niſi per ſuum filijq; ſpiritum: & filius per ſe intelligere tantum queat: per patrem autem memor ſit, & per ſpiritum ſuum amet: et idem ſpiritus per ſe non aliud quã amare ualeat, ſed pater illi ſit memor, & filius illi intelligat. Nã cũ in his tribus, unuſquiſq; ſingulus ſit ſumma eſſentia, & ſumma ſapientia ſic pfecta, ut ipſa per ſe memor ſit, & intelligat, & amet: neceſſe eſt ut nullus eorũ trium alio indigeat, aut ad memorandũ, aut ad intelligẽdum, aut ad amandum. Singulus.n. quiſq; eſſentialiter eſt et memoria & intelligentia, & amor: & quicquid ſummæ eſt neceſſe ineſſe eſſentiæ.

Quod tamen non ſint tres, ſed unus ſeu pater ſeu filius ſeu utriuſq; ſpiritus. Cap. 59.

Quandam hic uideo quęſtionem occurrere. Nam ſi pater ita eſt intelligentia & amor, ſicut eſt memoria: & filius ſic eſt memoria & amor, quomodo eſt intelligentia: & utriuſque ſpiritus non minus eſt memoria & intelligentia ꝙ amor: quomodo non eſt pater, filius, & alicuius ſpiritus: & quare oon eſt filius, pater & alicuius ſpiritus: & cur non eſt idem ſpiritus alicuius, pater, et alicuius filius: ſic quippe intelligebatur, quòd memoria eſſet pater, filius intelligentia, utriuſque ſpiritus amor? Verum hæc quęſtio non difficile ſoluitur, ſi ea quæ iam ratione inuenta ſunt conſiderentur. Idcirco enim non eſt pater filius, aut alicuius ſpiritus, licet ſit intelligentia & amor: quia non eſt intelligentia genita, aut amor ab aliquo procedens: ſed quicq́d eſt gignens eſt tantum, & à quo procedit alius. Filius quoque ideo non eſt pater aut alicuius ſpiritus, quamuis ſeipſo memor ſit & amet: q́a nõ eſt memoria gignẽs, aut amor ab alio ad ſimilitudinem ſui ſpiritus procedens: ſed q́cquid exiſtit tantum gignitur, & eſt à quo ſpiritus ꝓcedit. Spiritum quoq; non cogit eſſe patrem aut filium, hoc, quia cõtentus eſt memoria aut intelligentia: cum nõ ſit memoria gignens aut intelligentia, genita ſed ſolum quicq́d eſt: procedat. Quid igitur prohibet concludi: quia unus tantum eſt in ſumma eſſentia pater, unus filius, unus ſpiritus, & non tres patres aut filij aut ſpiritus?

Quomodo ex his multi filij naſci uideantur. Cap. 60.

Sed ne forte repugnet huic aſſertioni quod interior. nam dubium eſſe nõ debet: quia pater & filius et eorum ſpiritus unuſquiſque ſeipſum et alios ambos dicit, ſicut ſe & alios intelligit. Quod ſi ita eſt: quomodo non ſunt in ſumma eſſentia tot uerba, quot ſunt dicentes, & quot ſunt qui dicuntur: Si enim plures homines unũ aliquid cogitatione dicant: tot eius uidentur eſſe uerba, quot ſunt cogitãtes: quia in ſingulorum cogitationibus uerbum eius eſt. Item, ſi unus homo cogitat aliqua plura, tot uerba ſunt in mente cogitantis, quot ſunt res cogitatæ. Sed in hominis cogitatione cum cogitat aliq́d, quod extra eius mentem eſt, non naſcitur uerbum cogitatæ rei ex ipſa re: q́a ipſa abſens eſt à cogitationis intuitu, ſed ex rei aliqua ſimilitudine uel imagine, quę eſt in cogitantis memoria, aut forte quę tunc cũ cogitat per corporeũ ſenſum ex re pręſenti in mentẽ attrahitur. In ſumma uero eſſentia ſic ſibi ſemper ſunt præſentes pater & filius & eorum ſpũs. Eſt.n. ſicut iam perſpectum eſt, unuſquiſq; nõ minus in alijs quàm

in ſeipſo:ut cum inuicem ſe dicunt,ſic uideatur idem ipſe qui dicitur gignere uerbum ſuum, quemadmodum cum à ſeipſo dicitur. Quomodo ergo nihil gignit filius, aut eius patriſq; ſpiritus, ſi unuſquiſq; eorum uerbũ gignit ſuũ cum à ſeipſo dicitur uel ab alio? Quot autem uerba probari poſſunt de ſumma naſci ſubſtãtia: tot eam neceſſe eſt ſecundum ſuperiorem conſiderationẽ filios gignere, & tot emittere ſpiritus. Hac itaq; ratione, uidentur in illa eſſe, non ſolum multi patres & filij & procedentes,ſed et aliæ neceſſitudines:aut certe pater & filius & eorũ ſpiritus de quibus iam certiſſimum eſt, quia uere exiſtunt,non ſunt tres dicentes: quam uis ſingulus quiſq; ſit dicens,nec ſunt plura q̃ dicuntur, cum unuſquiſq; ſeipſum & alios duos dicit. Sicut enim ſummę ſapientiæ ineſt ſcire & intelligere,ita utiq; ęternę incõmutabiliſq; ſciẽtię & intelligentię naturale eſt, id ſemper præſens intueri quod ſcit & intelligit. Nihil autem aliud eſt ſummo ſpiritui huius dicere,q̃ quaſi cogitando intueri: ſicut nr̃ę mentis locutio nihil aliud eſt,quàm cogitantis inſpectio.

Certiſſimũ aũt tam conſideratę rationes reddiderunt, quicquid ſummę naturę,ineſt eſſentialiter, id perfecte conuenire patri & filio & eorum ſpiritui ſingulatim:& tamen idipſum, ſi ſimul dicatur de tribus,non admittere plura litatem. Cum ergo conſtet, quia ſicut pertinet ad eius eſſentiam, ſcientia & intelligentia: ſic eius ſcire & intelligere non eſt aliud q̃ dicere,id eſt,ſemper pręſens intueri quod ſcit & intelligit: neceſſe eſt, ut quemadmodũ ſingulus pater,& ſingulus filius, & ſingulus eorum ſpiritus, eſt ſciens & intelligens: & tamen hi tres ſimul, nõ ſunt plures ſciẽtes aut intelligẽtes, ſed unus ſciẽs, et unus intelligentes:ita ſingulus quiſq; ſit dicens, nec tamen ſit tres dicentes ſimul,ſed unus dicens. Hinc illud quoque liquide cognoſci poteſt: quia cum hi tres dicuntur, uel à ſeipſis, uel ab inuicem, non ſunt plura quæ dicuntur. Quid nãq; ibi dicitur, niſi eorum eſſentia? Si ergo illa una ſola eſt,unũ ſolũ eſt quod dicitur, ergo unum ſolum eſt in illis quod dicit,et unum quod dicitur. Vna quippe ſapientia eſt, quæ in illis dicit, & una ſubſtantia, quæ dicitur, conſequitur non ibi eſſe plura uerba, ſed unum. Licet igitur unuſquiſq; ſeipſum, & omnes inuicem ſe dicant,impoſſibile tamen eſt in ſumma eſſentia, eſſe uerbum aliud præter illud, de quo iam cõſtat,quòd ſic naſcitur ex eo cuius eſt uerbũ,ut etiam uera eius dici poſſit imago,& uere filius eius ſit. In quo mirum quiddam & inexplicabile uideo. Ecce enim cũ manifeſtum ſit, unũquẽque ſcilicet patrem,& filium,& patris filijq; ſpiritum, pariter ſe & ambos alios dicere, & unum ſolũ ibi eſſe uerbum, nullatenus tamen ipſum uerbũ uidetur poſſe dici uerbũ omniũ triũ, ſed tantum unius eorũ. Conſtat enim ipſum eſſe imaginem, & filiũ eius cuius eſt uerbum:& patet,q; nec imago, nec filius ſuimet, nec à ſe p̃cedẽtis ſp̃us cõgrue dici poteſt. Nã nec ex ſeipſo, nec ex p̃cedente à ſe naſcitur:nec ſeipſum, aut procedentem à ſe exiſtendo imitatur. Seipſum quippe non imitatur,nec à ſe trahit exiſtendi ſimilitudinem: q̃a imitatio & ſimilitudo non eſt in uno ſolo, ſed in pluribus. Illum uero non imitatur, nec ad eius ſimilitudinẽ exiſtit:quia iſte non habet ab illo eſſe,ſed ille ab iſto.

Quomodo non ſit tibi unus unius. Cap. 61.

Reſtat igitur hoc ſolum uerbum illius ſolius eſſe,de quo naſcendo habet eſſe, & ad cuius omnimodam ſimilitudinem exiſtit. Vnus ergo pater, non plures patres: unus filius,non plures filij unus procedens ſpiritus,non plures procedentes ſpiritus ſunt in ſumma eſſentia. Qui cum ita tres ſint, ut nunquam pater ſit filius,aut procedẽs ſpiritus;nec filius aliq̃ando ſit pater,

aut

aut ſpiritus procedens,nec unquã ſpi-
ritus patris aut filij ſit pater,aut filius:
& ſingulus quiſque ſi ſit perfectus, ut
nullo indigeat:id tamen quod ſunt,ſic
eſt unum : ut ſicut de ſingulis plurali-
ter dici non poteſt:ita nec de tribus ſi-
mul.Et cũ pariter unuſquiſq; ſeipſum,
& omnes inuicem ſe dicant, nõ tamen
ſunt ibi plura uerba ſed unũ:& ipſum
nõ ſingulorum aut omnium ſimul,ſed
unius tantum.

*Quòd hoc licet inexplicabile ſit,tamen creden-
dum ſit.* Cap. 62.

Videtur mihi huius tã ſublimis rei
ſecretum tranſcendere omnem intel-
lectus aciem humani: & idcirco cona-
tum explicandi qualiter hoc ſit conti-
nendum puto. Sufficere nanque debe-
re exiſtimo rem incomprehenſibilẽ in-
daganti, ſi ad hoc ratiocinando perue-
nerit,ut eam certiſſime eſſe cognoſcat,
etiam ſi penetrare nequeat intellectu,
quomodo ita ſit : nec idcirco minꝰ his
ad habendam fidei certitudinem , quæ
probationibus neceſſarijs nulla alia re
pugnante ratione aſſeruntur,ſi ſuæ na-
turalis altitudinis incomprehenſibili-
tate explicare non patiantur.Quid au-
tem tam incomprehenſibile, quàm id
quod ſupra omnia eſt ? Quapropter ſi
ea quæ de ſumma eſſentia hactenus di
ſputata ſunt, neceſſarijs rationibꝰ ſunt
aſſerta, quamuis ſic intellectu penetra
ri non poſſint, ut & uerbis ualeant ex
plicari : nullatenus tamen certitudinis
eorũ nutat ſoliditas.Nam ſuperior con
ſideratio rationabiliter comprehendit
incõprehenſibile eſſe,quomodo eadem
ſumma ſapientia ſciat ea quæ fecit , de
quibus tã multa nos ſcire neceſſe eſt:
quis explicet,quomodo ſciat aut dicat
ſeipſam,de qua aut nihil, aut uix aliqd
ab homine ſciri poſſibile eſt?Ergo ſi in
eo quod ſeipſam dicit generat pater,&
generatur filius . Generationẽ eiꝰ quis
Eſa. 53 enarrabit?Sed rurſum, ſi ita ſe ratio in-
effabilitatis illius habet,imo qa ſic eſt:
quõ ſtabit quicquid de illa ſubſtantia
ſecundũ patris & filij & ꝓcedentis ha
bitudinem diſputatũ eſt ? Nã ſi uera il-
lud rõne explicitũ eſt , qualiter eſt iſta
ineffabilis. Aut ſi illa ĩeffabilis eſt,quõ
eſt ita ſicut diſputatũ eſt ? Aut quodan
tenꝰ de illa potuit explicari: et iõ nihil
ꝓhibet eſſe uerũ, quod diſputatum eſt.
Sed qa penitus nõ potuit cõprehendi,
idcirco eſt ineffabilis . Sed ad illud qd
reſpõderi poterit, qđ iam ſupra in hac
ipſa diſputatiõe cõſtitit: qa ſic eſt ſum
ma eſſentia ſupra & extra omnem aliã
naturam, ut ſiquãdo de illa dicitur ali
quid uerbis , quæ cõia ſunt alijs natu-
ris , ſenſus nullatenus ſit cõis. Quem
enim ſenſum in oĩbus his uerbis quæ
cogitaui,intellexi,niſi cõmunẽ et uſita
tum ? Si ergo uſitatus ſenſus uerborũ
alienus eſt ab illa: quicquid ratiocina-
tus ſum,nõ pertinet ad illam.Quomo
do igitur uerum inuentũ eſt eſſe aliqd
de ſumma eſſentia: ſi quod eſt inuentũ
longe diuerſum eſt ab illa?Quid ergo?
An quodãmodo inuentum eſt aliquid
de incõprehenſibili re, & quodãmodo
nihil ꝑſpectum eſt de ea? Sæpe nanque
multa dicimus,quæ proprie ſicut ſunt
nõ exprimimus ſed per aliud ſignifica
mus id qđ ꝓprie aut uolumus,aut nõ
poſſumus depromere: ut cũ ꝑ ænigma
ta loquimur.Et ſępe uidemus aliquid,
nõ ꝓprie quemadmodum res ipſa eſt,
ſed per aliquam ſimilitudinẽ aut ima-
ginẽ:ut cũ uultum alicuius conſidera-
mus in ſpeculo: ſic quippe unã eãdẽq;
rem dicimus & nõ dicimus , uidemus
& non uidemus: dicimus & uidemus
per aliud : nõ dicimus & nõ uidemus,
per ſuam proprietatem.

*Quomodo de ineffabili re, uerum diſputatum
ſit.* Cap. 63.

Hac itaque ratione nihil prohibet &
uerum eſſe,quod diſputatum eſt hacte
nus de ſumma natura:& ipſam tamen
nihilominus ineffabilẽ perſiſtere : ſi ne
quaquam illa putetur per eſſentiæ ſuæ
proprietatem expreſſa , ſed utcunque
per aliud deſignata. Nam quæcũq; no

mina de illa natura dici poſſe uidetur: non tam mihi eam oſtendunt per proprietatem, quàm per aliquam innuũt ſimilitudinem. Etenim cum earundem uocum ſignificationes cogito, familiarius concipio mente, quod in rebus factis cõſpicio, quã id quod omnem humanum intellectum tranſcendere intelligo: nam ualde minus aliquid: imo lõge aliud in mente mea, ſua ſignificatione conſtituũt, quàm ſit illud ad quod intelligendum per hanc tenuem ſignificationẽ mens ipſa mea conatur proficere. Nam nec nomen ſapientiæ mihi ſufficit oſtẽdere illud, per quod omnia facta ſunt de nihilo et ſeruanẽ à nihilo: nec nomen eſſentiæ mihi ualet exprimere illud, quod per ſingularem altitudinem longe eſt ſupra omnia, et per naturalem proprietatem ualde eſt extra omnia. Sic ergo illa natura & ineffabilis eſt: quia per uetba, ſicuti eſt, nullatenus ualet intimari: & falſum non eſt, ſi quid de illa ratione docente per aliud uelut in ænigmate poteſt æſtimari.

Quòd per rõnalem mẽtem maxime accedatur ad cognoſcendum ſummam eſſentiam. Cap. 64.

Cum igitur pateat, ꝙ nihil de hac natura poſſit percipi per ſuam proprietatem, ſed per aliud: certum eſt, quia per illud magis ad eius cognitionem acceditur, quod illi magis per ſimilitudinem propinquat. Quicquid enim ĩter creata conſtat illi eſſe ſimilius: id neceſſe eſt eſſe natura præſtantius. Quapropter id & per maiorem ſimilitudinem plus iuuat mentem indagantem ſummæ ueritati propinquare, & per excellentiorem creatam eſſentiam plus docet, quid de creãte mẽs ipſa debeat æſtimare. Proculdubio itaque tanto altius creatrix eſſentia cognoſcitur, quãto ꝑ propinquiorem ſibi creaturam indagatur. Nam ꝙ omnis eſſentia, inquãtum eſt, intantum ſit ſimilis ſummę eſſentię ratio iam ſupra conſiderata dubitare non permittit. Patet itaqꝫ, quia ſicut ſola eſt mens rationalis ĩter omnes creaturas, quæ ad eius inueſtigationem aſſurgere ualeat: ita nihilominus eadẽ ſola eſt, per quã maxime ipſamet ad eiuſdem inuentionem ꝓficere queat. Nam iam cognitum eſt, quia hæc illi maxime per naturalis eſſentiæ propinquat ſimilitudinẽ. Quid igitur, aptius quã ꝗa mẽs rationalis quãto ſtudioſius ad ſe diſcendum intendit, tanto efficacius ad illius cognitionem aſcẽdit: & quanto ſeipſam intueri negligit, tãto ab eius ſpeculatione deſcendit.

Quòd mens ipſa ſpeculum eius & imago eius ſit. Cap. 65.

Aptiſſime igitur ipſa ſibimet eſſe uelut ſpeculum dici poteſt, in quo ſpeculetur, ut ita dicam, imaginem eius quã facie ad faciem uidere nequit. Nam ſi mens ipſa ſola ex omnibus quæ facta ſunt, ſui memor & intelligens et amãs eſſe poteſt: non uideo cur negetur eſſe in illa uera imago illius eſſentiæ, quæ per ſui memoriam & intelligẽtiam & amorem in trinitate ineffabili cõſiſtit. At certe inde uerius eſſe illius ſe probat imaginem, quia illius põt eſſe memor, illam intelligere et amare. In quo enim maior eſt & illi ſimilior, in eo uerior illius eſſe imago cognoſcitur. Omnino autem cogitari non poteſt rationali creaturæ naturaliter eſſe datum aliquid tam præcipuum tamqꝫ ſimile ſummæ ſapientiæ quàm hoc: quia poteſt reminiſci, & intelligere, & amare id quod optimum & maximũ eſt omniũ. Nihil igitur aliud eſt inditũ alicui creaturæ, quod ſic præferat imaginem creatoris: Cõſequi itaqꝫ uidetur, quòd rationalis creatura nihil tantum debet ſtudere, ꝗ̃ hanc imaginem ſibi per naturalem potentiam impreſſam, per uoluntarium effectũ exprimere. Etenim præter hoc, quod creanti ſe debet hoc ipſum quod eſt: huic quoque, quia nil tam præcipuũ poſſe ꝗ̃ reminiſciet intelligere & amare ſummum bonum, cognoſcitur: nimirum nihil tam præcipue debere uelle conuincitur. Quis

enim neget quæcunq; meliora ſunt in poteſtate, ea magis eſſe debere in uolũtate? Denique rationali naturæ non eſt aliud eſſe rationalem, ꝙ poſſe diſcernere iuſtũ à non iuſto, uerum à nõ uero, bonũ à nõ bono, maius bonũ à minus bono: hoc autem poſſe omnino inutile eſt illi & ſuperuacuũ, niſi quod diſcernit, amet uel reprobet ſecundum ueræ diſcretionis iudicium.

Quòd rationalis creatura ad amandum illam facta ſit. Cap. 66.

Hinc itaque ſatis patenter uidetur, omne ratiõale ad hoc exiſtere, ut ſicut ratione diſcretionis aliquid maius uel minus bonum ſiue non bonũ iudicat, ita magis aut minus id amet aut reſpuat. Nihil enim aptius quàm rationalẽ creaturam ad hoc eſſe factã, ut ſummã eſſentiam amet ſuper omnia bona, ſicut ipſa eſt ſummũ bonum: immo ut nihil amet niſi illam, aut propter illam quia illa eſt bona per ſe, & nihil aliud eſt bonum niſi per illam. Amare autẽ eam nequit, niſi eius reminiſci & eam ſtuduerit intelligere. Clarum eſt ergo rationalem creaturam, totũ ſuum uelle & poſſe ad memorandum & intelligendum & amandum ſummũ bonum impendere debere, ad quod ipſum eſſe ſuum ſe cognoſcit habere.

Quòd anima ſemper illam amans, aliquando uere & beate uiuat. Cap. 67.

Dubium autem non eſt animam humanam eſſe rationalem creaturam, ergo neceſſe eſt eam eſſe factam ad hoc, ut amet ſummam eſſentiam. Neceſſe eſt igitur eam eſſe factã, aut ad hoc ut ſine fine amet, aut ad hoc ut aliquãdo uel ſponte uel uiolenter hunc amorem amittat. Sed nefas eſt æſtimare ſummam ſapientiam ad hoc eam feciſſe, ut aliquando tantum bonum, aut contemnat: aũt uolens tenere aliqua uiolẽtia perdat. Reſtat igitur eam eſſe ad hoc factam, ut ſine fine amet ſummam eſſentiam. Et hoc facere non poteſt niſi ſemper uiuat. Sic igitur eſt facta ut ſemper uiuat ſi ſemper uelit facere ad quod facta eſt. Deinde incõueniens eſt nimis ſumme bono, ſummeq; ſapienti, & omnipotenti creatori: ut qđ fecit eſſe ad ſe amandũ, id faciat nõ eſſe quãdiu uere amauerit: & quod ſponte dedit nõ amãti ut ſemper amaret, id auferat uel auferri ꝑmittat amanti, ut ex neceſſitate non amet: præſertim cũ dubitari nullatenus debeat, ꝙ ipſe omnẽ naturã ſe uere amantẽ amet. Quare manifeſtum eſt, humanæ animæ nunquã auferri ſuam uitam ſi ſemper ſtudeat amare ſummam uitam. Qualiter ergo uiuet? Quid enim magnũ eſt longa uita, niſi ſit a moleſtiarum incurſione uere ſecura? Quiſquis enim dũ uiuit, aut timendo aut patiendo moleſtijs ſubiacet, aut falſa ſecuritate fallitur, quid niſi miſere uiuit? Siquis autem ab his libere uiuit, beate uiuit. Sed abſurdiſſimum eſt, ut aliqua natura ſemper amãdo illum, qui eſt ſumme bonus & omnipotens, ſemper miſere uiuat: liquet igitur humanã animam huiuſmodi eſſe, ut ſi ſeruet id ad quod eſt, aliquando uere ſecura ab ipſa morte & omni alia moleſtia beate uiuat.

Quòd illa ſe amanti ſeipſam tribuat. Cap. 68.

Deniq; nullatenus uerũ uideri põt, ut iuſtiſſimus & potẽtiſſimus nihil retribuat amanti ſe perſeuerãter: cui non amanti tribuit eſſentiã, ut amans eſſe poſſet. Si.n. nihil retribuat amanti, non diſcernit iuſtiſſimus inter amantem & contẽnentẽ id qđ ſumme amare debet, nec amat amantẽ ſe, aut nõ prodeſt ab illo amari, quæ oĩa ab illo diſſonant, retribuit igitẽ omni ſe amare perſeueranti. Quid autem retribuit? Si nihilo dedit rationalem eſſentiam, ut amans eſſet. Quid dabit amanti, ſi amare non ceſſet? Si tã grande eſt, quod amori famulatꝫ ꝙ grande eſt, quod amori recompẽſatur? Et ſi tale eſt amoris fulcimentum, quale eſt amoris emolumentum? Nam ſi rationalis creatura, q̃ ſibi inutilis eſt ſine hoc amore, ſic eminet ĩ om

nibus creaturis: utiq; nihil poteſt eſſe præmium huius amoris, niſi quod ſupereminet in oĩbus naturis. Etenim ipſum, idem bonum, quod ſic ſe amari exigit, non minus ſe ab amãte deſiderari cogitur. Nam quis ſic amet iuſtitiã, ueritatem, beatitudinem, incorruptibilitatem, ut his frui non appetat? Quid ergo ſumma bonitas retribuet amanti & deſideranti ſe niſi ſeipſam? (Nã quicqd aliud tribuat, nõ retribuit: quia nec compenſatur amori, nec conſolatur amantem, nec ſatiat deſiderantẽ, aut ſi ſe uult amari & deſiderari ut aliud retribuat: nec ſe uult amari & deſiderari pp ſe ſed propter aliud: & ſic nõ uult ſe amari ſed aliud, quod cogitari nefas eſt. Nihil ergo uerius, q̃ ꝙ omnis anima rationalis ſi, quemadmodũ debet, ſtudeat amando deſiderare ſummam beatitudinem, aliquando illam ad fruendum percipiat: ut quod nunc uidet, q̃ſi per ſpeculũ & in ænigmate, tũc uideat facie ad faciem.

1.Co.13

Quod omnis humana anima ſit immortalis. Ca. 69.

Vtrum autem ea ſine fine fruatur, dubitare ſtultiſſimum eſt: quoniam illa fruens, nec timore torqueri poterit, nec fallaci ſecuritate decipi, nec eius indulgentiam iam experta illam poterit non amare, nec illa deſeret amantem ſe, nec aliquid erit potentius, quod eas ſeparet inuitas. Quare quæcunque anima ſumma beatitudine ſemel frui cœperit, æterna beata erit. Hinc utique conſequenter colligitur, quòd illa quę ſummi boni amorem contemnit, æternam miſeriam incurrit. Nam ſi dicitur ꝙ pro tali contemptu ſic iuſtius puniatur, ut ipſum eſſe uel uitam perdat: qa ſe non utitur ad id ad quod eſt facta, nullatenus hoc admittit ratio, ut poſt tãtam culpam pro pœna recipiat eſſe quod erat ante omnem culpam. Quippe antequam eſſet nec culpam habere: nec pœnam ſentire poterat. Si ergo anima contemnens id ad quod facta eſt, ſic moritur ut nihil ſentiat, aut omnino nihil ſit: ſimiliter ſe habebit, & in maxima culpa ſine omni culpa, nec diſcernit ſumme ſapiens iuſtitiam inter id, quod nullum bonum poteſt, & nullum malum uult, & id quod maximũ bonum poteſt, & maximum malum uult. Ad hoc ſatis patet quàm inconueniens ſit.

Quod aut ſemper miſera aut aliquando beata uere ſit. Cap. 70.

Nihil igitur uideri poteſt conſequẽtius, & nihil credi debet certius, ꝙ hominis animam ſic eſſe factam, ut ſi cõtemnat amare ſummam eſſentiam, æternam patietur miſeriam: ut ſicut amans æterno gaudebit præmio, ita cõtemnens æterna pœna doleat. Et ſicut illa ſentiat immutabilem ſufficiẽtiam, ita iſta ſentiat inconſolabilem indigentiam. Sed nec amantem animam neceſſe eſt æterne beatam eſſe, nec contemnentem miſeram, ſi ſit mortalis. Siue igitur amet, ſiue contemnat, id ad quod amandum creata eſt, neceſſe eſt eam immortalem eſſe. Si autem aliquę ſunt animæ rationales, quæ nec amantes, nec contemnentes iudicandæ ſint, ſicut eſſe uidentur animæ infantum: quid de his ſentiendum eſt? Sunt mortales, ſiue immortales? Sed ꝓculdubio omnes humanæ animæ eiuſdẽ naturæ ſunt. Quare, quoniam conſtat quaſdã eſſe immortales, neceſſe eſt omnẽ animã eſſe immortalem. Verum cum omne quod uiuit, aut nunquã aut aliquãdo ſit uere ſecurum ab omni moleſtia, nihilominus eſt neceſſe, omnem humanam animã aut ſemper miſerã eſſe, aut aliquando uere beatam.

Quod nulla anima iniuſte priuetur ſummo bono, & quod omnino ad ipſum ſit. Cap. 71.

Quæ uero animæ incunctanter iudicandæ ſunt, ſic amantes illud ad quod amandum factæ ſunt, ut illo quandoque frui, quæ autem ſic contemnentes, ut illo ſemper indigere mereantur, aut qualiter quo'ue merito illæ, q̃ nec amãtes nec contẽnentes dici poſſe uidẽtur,

ad beatitudinem æternam miſeriam'ue diſtribuantur, aliquem mortalium diſputando poſſe comprehẽdere, proculdubio uel difficillimum uel impoſſibile exiſtimo, quod tamẽ à ſumme iuſto ſummeq; bono creatore rerum nulla, eo bono, ad quod facta eſt iniuſte priuetur, certiſſime eſt tenẽdum, & ad idẽ ipſum bonũ eſt omni homini toto corde, tota anima, tota mente amando & deſiderando nitendum.

Quòd ſumma eſſentia ſit ſperanda. *Cap. 72.*

Sed in hac intentione humana anima nullatenus ſe poterit exercere, ſi deſperet, quò intendit ſe poſſe peruenire. Quapropter quantum illi eſt utile ſtudiũ adnitendum, tantum neceſſaria eſt ſpes pertingendi. Amare aũt & ſperare non poteſt, quod non credit. Expedit itaq; eidem humanæ animæ ſummam eſſentiam, & ea ſine quibus illa amari non poteſt credere, ut illa credendo tendat in illã. Quod idem apte breuiuſq; ſignare poſſe puto, ſi pro eo quod eſt credendo tendere in ſummam eſſentiã, dicatur credere in ſummam eſſentiam. Nam ſiquis dicat ſe credere in illam, ſatis uidetur oſtendere, & per fidem quã profitetur, ad ſummam ſe tẽdere eſſentiã: & illa ſe credere, quæ ad hanc pertinent intentionem. nam non uidetur credere in illam, ſiue qui credit quod attendendum in illam non pertinet, ſiue qui per hoc quod credit, non ad illam tendit.

Quòd credendum ſit in illam. *Cap. 73.*

Et fortaſſe indifferenter dici poteſt, credere in illam, & ad illam: ſicut pro eodem accipi poteſt credendo tendere in illam, & ad illam: niſi quia quiſquis tendendo ad illam peruenerit, non extra illam remanebit, ſed intra illam permanebit. Quod expreſſius & familiarius ſignificatur, ſi dicitur: tendendum eſſe in illam, quàm ſi dicitur, ad illam. Hac itaque ratione puto congruentius poſſe dici, credẽdum eſſe in illam, quàm ad illam.

Quòd in patrem & filium et eorum ſpiritum pariter, & in ſingulos, & ſimul in tres credendum ſit. *Cap. 74.*

Credendum igitur eſt pariter in patrem & filium & eorum ſpiritum, & in ſingulos, & ſimul in tres: quia & ſingulus pater, & ſingulus filius, & ſingulus eorum ſpiritus eſt ſumma eſſentia, & ſimul pater & filius cum ſuo ſpiritu ſunt una eademq; ſumma eſſentia, in quam ſolam omnis homo debet credere: quia eſt ſolus finis, quem in omni cogitatu actuq; ſuo per amorem debet intendere. Vnde manifeſtum eſt, quia ſicut in illam tendere, niſi credat illam nullus poteſt: ita illam credere, niſi tendat in illam nulli prodeſt.

Quæ ſit uiua, quæ mortua fides. *Cap. 75.*

Quapropter quantacunque certitudine credatur tanta res, inutilis erit fides, & quaſi mortuum aliquid, niſi dilectione ualeat & uiuat. Etenim nullatenus fidem illam, quam competens comitatur dilectio, ſi ſe opportunitas offerat operandi, ocioſam eſſe: ſed magis ſe quadam operũ exercere frequentia, quod ſine dilectione facere nõ poſſit, uel hoc ſolo probari põt: quia quod ſummam iuſtitiam diligit, nihil iuſtũ contemnere, nihil ualet iniuſtum admittere. Ergo quoniam quod aliquid operatur ineſſe ſibi uitã, ſine qua operari non ualeret, oſtendit: non abſurde dicitur operoſa fides uiuere, qa habet uitam dilectionis, ſine qua non operaretur, & ocioſa fides, non uiuere: quia caret uita dilectionis, cũ qua non ociaretur. Quare ſi cæcus dicitur, non tantum qui perdidit uiſum: ſed qui cũ debet habere non habet. cur nõ ſimiliter poteſt dici fides ſine dilectiõe mortua: non quia uitã ſuam, id eſt, dilectionem perdiderit: ſed quia non habet quam ſemper habere debet. Quemadmodũ igitur illa fides, quæ per dilectionem operatur, uiua eſſe cognoſcitur: ita illa quæ per contemptum ociatur, mortua eſſe conuincitur. Satis itaq; cõuenien-

ter dici poteſt uiua fides, credere in id in quo credi debet, mortua uero fides, credere tantum id quod credi debet.

Quòd tres ſumma eſſentia quodammodo dici poſsit. Cap. 76.

Ecce patet omni homini expedire, ut credat in quãdam ineffabilem trinam unitatem & unam trinitatem. Vnam quidem & unitatem propter unam eſſentiam, trinam uero & trinitatem propter tres, neſcio qd. licet enim poſſim dicere trinitatem, propter patrem & filium & utriuſque ſpiritum, qui ſunt tres: non tamen poſſum proferre uno nomine, propter quid tres. uelut ſi dicerem propter tres perſonas, ſicut ſi dicerem unitatem propter unam ſubſtantiam. Non enim putandæ ſunt tres perſonæ: quia omnes plures perſonæ ſic ſubſiſtũt ſeparatim ab inuicem: ut tot neceſſe ſit eſſe ſubſtantias, quot ſunt perſonæ: quod in plutibus hominib⁹, qui quot perſonæ tot indiuiduæ ſunt ſubſtantiæ, cognoſcitur. Quare in ſumma eſſentia, ſicut non ſunt plures ſubſtantiæ, ita nec plures perſonæ. Siquis itaque ĩde uelit alicui loqui, quid tres dicet eſſe patrem & filium & utriuſqꝫ ſpiritum, niſi forte indigentia nominis proprie conuenientis coactus elegerit aliquid de illis nominibus, quæ pluraliter in ſumma eſſentia dici non poſſint, ad deſignandum id quod congruo nomine dici non poteſt: ut ſi dicat illam admirabilem trinitatem eſſe unam eſſentiã uel naturam, & tres perſonas ſiue ſubſtantias. Nam hæc duo nomina aptius eliguntur ad deſignandam pluralitatem in ſumma eſſentia: quia perſona non dicitur, niſi de indiuidua rationali natura: & ſubſtantia principaliter dicitur, de ĩdiuiduis, quæ maxime in pluralitate ſubſiſtunt. Indiuidua nanque maxime ſubſtant, id eſt, ſubiacent accidentibus: & ideo magis proprie nomen ſubſtantiæ ſuſcipiunt. Vnde iam ſupra manifeſtum eſt, ſummam eſſentiam quę nullis ſubiacet accidentibus, proprie non poſſe dici ſubſtantiam, niſi ſubſtantia ponatur pro eſſentia. Poteſt ergo ac neceſſitatis ratione irreprehenſibiliter illa ſumma & una trinitas, ſiue trina unitas, dici una eſſentia, & tres perſonæ ſiue tres ſubſtantię. Videtur ergo, immo incunctanter aſſeritur. Quia uero nihil eſt id qđ dicitur Deus: & huic ſoli ſummę eſſentiæ proprie nomen Dei aſſignatur. Quippe omnis qui Deum eſſe dicit, ſiue unum ſiue plures: non intelligit niſi aliquam ſubſtantiam, quam cenſet ſupra omnem naturam quæ Deus non eſt ab hominibus, & uenerãdam propter eius eminẽtem dignitatem, & exorandam ſibi propter quamlibet iminentem neceſſitatem.

Quòd ipſa dominetur omnibus, & regat omnia, & ſit ſolus Deus. Cap. 77.

Quid autẽ tam pro ſua dignitate uenerandum, & pro qualibet re deprecãdũ, quã ſumme bonus, & ſumme potens ſpiritus, qui dominatur oĩbus & regit omnia? Sicut enim conſtat, quia omnia per ſumme bonam ſummeqꝫ ſapientem omnipotẽtiam eius facta ſunt & uigent: ita nimis & incõueniens eſt ſi æſtimetur, ꝙ rebus à ſe factis ipſe nõ dominetur: ſiue ꝙ factę ab illo, ab alio minus potente, minus'ue bono, uel ſapiente, aut nulla penitus ratione, ſed ſola caſuum inordinata uolubilitate regantur: cum ille ſolus ſit, per quẽ cuilibet, & ſine quo nulli bene ẽ: & ex quo, & per quem, & in quo ſunt oĩa. Cum igitur ſolus ſit ipſe non ſolum bonus creator, ſed & potẽtiſſimus, dominus, & ſapientiſſimus rector omniũ: liquidiſſimum eſt, hunc ſolum eſſe, quẽ oĩs alia natura ſecũdum totum ſuum poſſe, debet diligendo uenerari & uenerãdo diligere: de quo ſolo proſpera ſunt ſperanda, ad quem ſolum in aduerſis fugiendum, cui ſoli pro quauis re ſupplicandum. Verę igitur hic eſt non ſolum Deus, ſed ſolus Deus, ineffabiliter trinus, & unus.

PROOEMIVM IN PROSOLOGION Librum Anſelmi abbatis Beccenſis, & archiepiſcopi Cantuarienſis.

POſtq̄ opuſculū quoddā uelut exēplū meditandi de rōne fidei, cogentib⁹ me pcib⁹ quorundā fratrū in pſona alicuius tacite ſecū rōnando quæ neſciat inueſtigādis edidi, conſiderans illud eſſe multorum concathenatione contextum argumentorum, cœpi mecum quærere: ſi forte poſſet inueniri unum argumentum, quod nullo alio ad ſe probandum, q̄ ſe ſolo indigeret: & ſolum ad aſtruendum, q̄ deus uere eſt, & quia eſt ſummum bonum nullo alio indigens, & quo omnia indigent, ut ſint & bene ſint, & quę cunq; credimus de diuina ſubſtantia ſufficeret. Ad quod cum ſæpe ſtudioſé que cogitationes cōuerterē, atq; aliqñ mihi uideretur iā capi poſſe quod quęrebam, aliquando mentis aciem omnino fugeret: tandē deſperans uolui ceſſare, uelut ab inquiſitione rei quam inueniri eſſet impoſſibile. Sed cum illā cogitationem, ne mentem meā fruſtra occupando, ab aliis in quibus proficere poſſent impediret, penitus à me uellē excludere: tunc magis ac magis uolenti & defendenti ſe cœpit cum importunitate quadam ingerere. Quadam igitur die cum uehementer eius importunitati reſiſtendo fatigarer, in ipſo cogitationum conflictu ſic ſe obtulit quod deſperaueram: ut ſtudioſe cogitationē amplecterer, quam ſolicitus repellebam. Aeſtimās igitur quod me gaudebam inueniſſe, ſi ſcriptum eſſet, alicui legenti placiturū. De hoc ipſo & quibuſdam aliis, ſub perſona conantis erigere mentem ſuam ad contemplandū deum, & quærētis intelligere quod credit, ſubditum ſcripſi opuſculū. Et quoniā nec iſtud, nec illud cuius ſupra memini dignū libri nomine, aut cui authoris præponeretur nomen iudicabam: nec tamen ſine aliquo titulo, quo aliquem, in cuius manus uenirent, quodammodo ad ſe legendū inuitarent, dimittenda putabam, unicuiq; dedi titulum: ut prius, exemplū meditandi de ratione fidei: & ſequens, fides quęrens intellectū, diceretur. Sed cū iam à pluribus & his titulis utrunq; tranſſumptum eſſet, coegerunt me plures, & maxime Reuerēdus archiepiſcopus Lugdunenſis Hugo nomine, fungēs in Gallia legatione apoſtolica, præcepit authoritate: ut nomen meum, illis pręſcriberem. Quod ut aptius fieret, illud quidem monologion, id eſt, ſoliloquium: iſtud uero proſologion, id eſt, alloquiū nominaui.

Excitatio mentis ad contemplandum deum. Caput primum.

Eia nunc homūcio fuge paululū occupationes tuas, abſconde te modicū à tumultuoſis cogitationib⁹ tuis: abiice nūc oneroſas curas, & poſtpone laborioſas diſtenſiōes tuas: Vaca aliquātulū deo, & requieſce aliquātulū in eo: Intra ī cubiculū mētis tuę, exclude oīa pter deū, & quę in te iuuēt, ad quęrēdū eū, & clauſo oſtio quęre eū. Dic nūc, totū cor meū, dic nūc deo: Quæro uultū tuū, uultum tuum dñe requiro. Eia nunc ergo, tu dñe deus meus doce cor meū, ubi & quō te q̄rat, ubi & quomodo te inueniat. Dñe ſi nō es hic, ubi te q̄rā abſentē? Si ergo ubiq; es, cur non uideo te pſentē? Sed certe habitas lucē inacceſſibilem. Et ubi eſt lux inacceſſibilis, aut quomodo accedam ad lucem inacceſſibilem? Aut quis me ducet, aut inducet in illā, ut uideam te in illa? Deinde quibus ſignis, qua facie te quæram? Nunquam te uidi domine deus meus, non noui faciē tuam. Quid faciet altiſſime dñe, quid iſte tuus longinquus exul? Quid faciet ſeruus tuus anxius amore tui, & lōge piectus à facie tua? Anhelat uidere te, & nimis abeſt illi facies tua. Accedere ad te deſiderat, & inacceſſibilis ē habitatio tua. Inuenire te cupit &

neſcit locum tuũ. Dominus meus es, & deus meus & nunq̃ te uidi. Tu me feciſti, & refeciſti, & omnia mea bona tu mihi contuliſti, & nondum noui te. Denicp ad te uidendum factus ſum, & nõdum feci propter quod factus ſum. O miſera ſors hominis, cum hoc perdidit ad quod factus eſt. O durus, & dirus caſus ille. Heu quid perdidit, & quid inuenit? quid abſceſſit, & quid remanſit? Perdidit beatitudinem, ad quã factus eſt: & inuenit miſeriam, propter quã factus nõ eſt: abſceſſit ſine quo infelix eſt: & remanſit, quod p ſe non niſi miſerum eſt. Manducabat tunc homo panem angelorum, quem nunc eſurit: manducat nunc panem dolorũ, quem tũc neſciebat. heu publicus luctus hominum, uniuerſalis planctus filiorum Adæ. Ille ructabat ſaturitate, nos ſuſpiramus eſurie. Ille abundabat, nos mendicamus. Ille feliciter tenebat, & miſere deſeruit: nos infeliciter egemus, & miſerabiliter deſeramus. & heu, uacui remanemus. Cur nõ nobis cuſtodiuit, cum facile poſſet, quo tam grauiter caremus? Quare ſic nobis obſerauit lucem, & obduxit nos tenebris. Vt quid abſtulit nobis uitã, & inflexit mortem? Aerumnoſi unde ſum? expulſi, quò ſumus impulſi? Vnde præcipitati? quò obruti? A patria in exilium: à uiſione dei in cæcitatẽ noſtram: A iocunditate immortalitatis in amaritudinẽ & horrorẽ mortis. Miſera mutatio de quanto bono in quãtum malũ. Graue damnum, grauis dolor, graue totũ. Sed heu me miſerum, unum, de alijs miſeris filijs Euæ, elongatis à deo, quid incepi? quid effeci? quò tendebam? quò deueni? Ad quid aſpirabã, in quibus ſuſpiro? Quæſiui bona, & ecce turbatio. Tẽdebam in deũ, & offendi in meipſum. Requiem quærebã in ſecreto meo, tribulationẽ & dolorẽ inueni in intimis meis. Volebam ridere à gaudio mentis meæ, & cogor rugire à gemitu cordis mei. Sperabatur lætitia, & ecce unde denſentur ſuſpiria. Et ò tu dñe uſquequo? Vſquequo domine obliuiſceris nos, uſquequo auertis faciem tuã à nobis? Qñ reſpicies, & exaudies nos? qñ illuminabis oculos noſtros, & oſtendes nobis faciem tuam? Qñ reſtitues te nobis? Reſpice domine, exaudi, illumina nos, oſtende nobis teipſum. Reſtitue te nobis, ut bene ſit nobis: ſine quo tam male eſt nobis. Miſerere, labores & conatus noſtros ad te, qui nihil ualemus ſine te. Inuita nos, adiuua nos. Obſecro dñe, ne deſperem ſuſpirã do: ſed reſpirem ſperando. Obſecro domine, amaricatum eſt cor meũ ſua deſolatione: indulcora illud tua conſolatione. Obſecro domine, eſuriẽs incepi quærere te, ne deſinam ieiunus de te: famelicus acceſſi, ne recedam impaſtus. Pauper ueni ad diuitem: miſer ad miſericordẽ, ne redeam uacuus & contemptus. Et ſi anteq̃ comedam ſuſpiro, da uel poſt ſuſpiria, quod comedã. Dñe, incuruatus non poſſum niſi deorſum aſpicere, erige me ut poſſim ſurſum intendere. Iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meũ, obuoluũt me: & ſicut onus graue grauant me. Euolue me, exonera me: ne urgeat puteus earũ os ſuum ſuper me, liceat mihi ſuſpicere lucem tuam, uel de longe uel de profundo. Doce me quærere te, & oſtende te quærenti: quia nec quærere te poſſum, niſi tu doceas: nec inuenire, niſi te oſtẽdas. Quæram te deſiderando, deſiderẽ quærendo, inueniam amando, amem inueniendo. Fateor domine & gratias ago, quia creaſti in me hanc imaginem tuã, ut tui memor, te cogitẽ, te amem. Sed ſic eſt abolita attritione uitiorum, ſic eſt obfuſcata fumo peccatorum, ut non poſſit facere ad quod facta eſt, niſi tu renoues & reformes eam. Non tento domine penetrare altitudinem tuã, quia nullatenus comparo illi intellectum meum: ſed deſidero aliquatenus intelligere ueritatem tuam, quam credit & amat cor meũ. Necp enim quæro Pſal. 37

intelligere, ut credam: ſed credo, ut intelligam. Nam & hoc credo, quia niſi credidero, non intelligam.

Quòd uere ſit deus. Cap. 2.

Ergo domine, qui das fidei intellectum, da mihi, ut quantũ ſcis expedire intelligam: quia es, ſicut credimus: & hoc es, quod credimus. Et quidẽ credimus te eſſe aliquid, quo nihil maius cogitari poſſit. An ergo non eſt aliqua talis natura: quia dixit inſipiens in corde

Pſal. 13 ſuo non eſt Deus? Sed certe idem ipſe inſipiens, cum audit hoc ipſum quod dico, aliquid quo maius nihil cogitari poteſt, intelligit, quod audit, & qđ intelligit, in intellectu eius eſt, ẽt ſi nõ intelligat illud eſſe. Aliud eſt enim rem eſſe in intellectu, Aliud intelligere rem eſſe. Nam cũ pictor præcogitat quæ facturus eſt, habet quidem in intellectu: ſed nondũ eſſe intelligit, quod nondũ fecit. Cum uero iam pinxit, & habet in intellectu, & intelligit eſſe quod iam fecit. Conuincitur ergo inſipiens eſſe uel in intellectu aliquid, quo nihil maius cogitari põt: quia hoc cũ audit, intelligit: & quicquid intelligitur, in intellectu eſt. Et certe id quo maius cogitari nequit, non poteſt eſſe in intellectu ſolo. Si enim uel in ſolo intellectu eſt, poteſt cogitari eſſe, & in re quod maius eſt. Si ergo id quo maius cogitari non põt, eſt in ſolo intellectu: idipſum quo maius cogitari non poteſt, eſt quo maius cogitari põt. ſed certe hoc eſſe non poteſt. Exiſtit ergo proculdubio aliqđ quo magis cogitari nõ ualet, & in intellectu, & in re.

Quòd non poſſit cogitari non eſſe. Cap. 3.

Quod utique ſic uere eſt, ut nec cogitari poſſit non eſſe. Nam poteſt cogitari eſſe aliquid, quod non poſſit cogitari non eſſe, quod maius eſt quàm quod non eſſe cogitari poteſt. Quare ſi id quod maius nequit cogitari, poteſt cogitari non eſſe: id ipſum quo maius cogitari nequit, non eſt id quo maius cogitari nequit, quod conuenire non poteſt. Sic ergo uere eſt aliquid, quo maius cogitari non poteſt, ut nec cogitari poſſit non eſſe. Et hoc es tu domine Deus noſter. Si ergo uere es domine Deus meus, ut nec cogitari poſſis non eſſe: Et merito. Si enim aliqua mens poſſet cogitare aliquid melius te, aſcenderet creatura ſuper creatorẽ: & iudicaret de creatore, qđ ualde ẽ abſurdum. Et quidem quicquid eſt aliud præter ſolum te, poteſt cogitari non eſſe. Solus igitur ueriſſime omnium, & ideo maxime omniũ habes eſſe, quia quicquid aliud eſt non ſic uere eſt, & idcirco minus habet eſſe. Cur itaq; dixit inſipiens in corde ſuo non eſt deus: cum cauſa in promptu ſit rationali mẽti, te maxime omnium eſſe? Cur, niſi quia ſtultus & inſipiens? Pſal. 52

Quomodo inſipiens dixit in corde ſuo, quod cogitari non poteſt. Cap. 4.

Verum quomodo dixit inſipiens in corde ſuo quod cogitare non potuit: aut quomodo cogitare non potuit, qđ dixit in corde? cum idem ſit dicere in corde, & cogitare. Quod ſi uere, immo quia uere, & cogitauit: quia dixit in corde, & non dixit in corde, quia cogitare non potuit, non uno tantum modo, dicitur aliquid in corde uel cogitatur. Aliter enim cogitatur res, cũ uox eam ſignificans cogitatur: aliter cum idipſum quod res eſt, intelligitur. Illo itaque modo, poteſt cogitari deus nõ eſſe: iſto uero, minime. Nullus quippe intelligens id quod deus eſt, poteſt cogitare: quia deus non eſt, licet hæc uerba dicat in corde, aut ſine ulla, aut cũ aliqua extranea ſignificatione. Deus enim eſt id, quo maius cogitari nõ poteſt. Quod qui bene intelligit, utique intelligit idipſum ſic eſſe: ut nec cogitatione queat non eſſe. Qui ergo intelligit ſic eſſe deum, nequit eum non eſſe cogitare. Gratias tibi bone domine, gratias tibi: quia quod prius credidi te donante, iam ſic intelligo te illuminante; ut ſi te eſſe nolim credere, non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

poſſim non intelligere.

Quod deus ſit quicquid melius eſt eſſe quàm nõ eſſe, et ſolus exiſtens per ſe, omnia alia fa cit de nihilo. Cap. 5.

Qui igitur es domine deus, quo nihil maius ualet cogitari. Sed quis es, niſi quod ſummum omnium ſolum exiſtens per ſeipſum, omnia alia fecit de nihilo? Quicquid enim hoc non eſt, minus eſt quã cogitari poſſit: Sed hoc de te cogitari non poteſt. Quod ergo bonum deeſt ſummo bono per quod eſt omne bonũ? Tu es itaque iuſtus, uerax, beatus, & quicquid melius eſt eſſe quàm non eſſe. melius nanque eſt eſſe iuſtum, quàm non iuſtum: beatum, quàm non beatum.

Quomodo ſit ſenſibilis, cum non ſit corpus. Cap. 6.

Verum cum melius ſit eſſe ſenſibilem, omnipotentem, miſericordem, impaſſibilem quàm non eſſe quomodo es ſenſibilis, ſi non es corpus? aut omnipotens, ſi omnia non potes? aut miſericors ſimul & impaſſibilis? Nam ſi ſola corporea ſunt ſenſibilia: quoniam ſenſus circa corpus, & in corpore ſunt quomodo es ſenſibilis cum nõ ſis corpus, ſed ſummus ſpiritus qui corpore melior eſt: ſed ſi ſentire non eſt niſi cognoſcere, aut non niſi ad cognoſcendum: qui enim ſentit, cognoſcit ſecundum ſenſuum proprietatem: ut per uiſum colores, per guſtum ſapores: Non inconuenienter dicitur aliquo modo ſentire, quicquid aliquo modo cognoſcit. Ergo domine quamuis non ſis corpus, uere tamen eo modo ſumme ſenſibilis es, quo ſumme omnia cognoſcis: non quo animal corporeo ſenſu cognoſcit.

Quomodo ſit omnipotens, cum multa non poſſit. Cap. 7.

Sed & omnipotens quomodo es, ſi omnia non potes? Aut ſi non potes corrumpi, nec mentiri, nec facere uerum eſſe falſum: ut quod factum eſt, non eſſe factum, & plura ſimiliter: quomodo potes omnia? An hæc poſſe, non eſt potentia ſed impotentia? Nam qui hæc poteſt, quod ſibi non expedit: & quod non debet, poteſt: quæ quanto magis poteſt, tanto magis aduerſitas & peruerſitas poſſunt in illum, & ipſe minus contra illas. Qui ergo ſic poteſt, non potentia poteſt ſed impotentia. Non enim dicitur poſſe, quia ipſe poſſit. Sed quia ſua impotentia facit aliud in ſe poſſe, ſiue aliquo alio genere loquendi, ſicut multa improprie dicuntur: ut cum ponimus eſſe, pro non eſſe: & facere, pro eo quod eſt non facere, aut pro nihilo facere. Nam ſæpe dicimus ei qui rem aliquam eſſe negat: ſic eſt, quemadmodum dicis eſſe, cum magis proprie uideatur dici: ſic non eſt, quemadmodum dicis non eſſe. Item, dicimus iſte ſedet ſicut ille facit, aut. iſte quieſcit ſicut ille facit: cum ſedere ſit quiddam non facere, & quieſcere ſit nihil facere. Sic itaque cum quis dicitur habere potentiam faciendi aut patiendi quod ſibi non expedit, aut quod non debet, impotentia intelligitur per potentiam: quia quo plus habet hanc potentiam, eo aduerſitas & peruerſitas in illum ſunt potentiores, & ille contra eas impotentior. Ergo domine deus, inde uerius es omnipotens, quia potes nihil per impotentiã, & nihil potes contra te.

Quomodo ſit miſericors, & impaſſibilis. Cap. 8.

Sed & miſericors ſimul & impaſſibilis quomodo es? Nam ſi es impaſſibilis, non compateris: ſi non compateris, non eſt tibi miſerum cor ex compaſſione miſeri, quod eſt eſſe miſericordem. At ſi non es miſericors, unde miſeris eſt tanta conſolatio? Quomodo ergo es, & non es miſericors domine, niſi quia es miſericors ſecundum nos, & non es ſecundum te? Es quippe ſecundum ſenſum noſtrum, & non es ſecundum tuum. Etenim cum

tu reſpicis nos miſeros, nos ſentimus miſericordis effectum: tu non ſentis affectum, & miſericors es: igitur quia miſeros ſaluas, & peccatoribus tuis parcis, et miſericors non es, quia nulla miſeriæ compaſſione afficeris.

Quomodo totus iuſtus & ſumme iuſtus parcat malis, et quod iuſte miſereatur malis. Cap. 9.

Verum malis quomodo parcis, ſi es totus iuſtus & ſumme iuſtus? Quomodo. n. totus & ſumme iuſtus facis aliquid non iuſtum? Aut quæ iuſtitia merenti mortem æternam, dare uitam ſempiternam? Vnde ergo bone Deus, bone bonis & malis: unde tibi ſaluare malos, ſi hoc non eſt iuſtum, & tu non facis aliquid non iuſtum? An quia bonitas tua eſt incomprehenſibilis, latet hoc in luce inacceſſibili quàm inhabitas? Vere in altiſſimo & ſecretiſſimo bonitatis tuæ latet fons, unde manat fluuius miſericordiæ tuæ. Nam cum totus & ſumme iuſtus ſis: tamen idcirco etiam malis benignus es, qͣ totus ſumme bonus es. Minus nanque bonus eſſes, ſi nulli malo eſſes benignus. Melior enim eſt, qui & bonis & malis bonus eſt, quàm qui bonis tantum eſt bonus. Et melior eſt, qui malis & puniendo & parcendo eſt bonus quàm qui puniendo tantum. Ideo ergo miſericors es, quia totus & ſumme bonus es. Et cum forſitan uideatur, cur bonis bona, & malis mala retribuas. Illud certe penitus eſt mirandum, cur tu totus & ſumme iuſtus & nullo egens, malis & reis tuis bona retribuas. O altitudo bonitatis tuæ Deus, & uidetur unde ſis miſericors, & non peruidetur. Cernitur unde flumen manat, & non perſpicitur fons unde naſcitur. Nam & de plenitudine bonitatis eſt: quia peccatoribus tuis pius es, & in altitudine bonitatis latet, qua ratione hoc es. Etenim licet bonis bona, & malis mala, ex bonitate retribuas: ratio tamē iuſtitię hoc poſtulare uidetur. Cum uero malis bona tribuis, et ſcitur qͣ ſumme bonus hoc facere uoluit, & mirum eſt cur ſumme iuſtus hoc uelle potuit. O miſericordia dei de qua opulēta dulcedine et dulci opulentia nobis ꝓfluis. O īmenſitas bonitatis dei, quo affectu amanda es peccatoribus. Iuſtos. n. ſaluas iuſtitia comitante, iſtos uere liberas iuſtitia dānante. Illos meritis adiuuantibus, iſtos meritis repugnātibus. Illos bona q̃ dediſti cognoſcendo, iſtis mala q̃ odiſti ignoſcēdo. O īmēſa bonitas, q̃ ſic oēm intellectū excedis, ueniet ſuꝑ me miſericordia illa, q̃ de tāta opulentia tui procedit. Influat in me, quæ ꝓfluit de te. Parce per clementiā, ne ulciſcaris per iuſtitiam. Nam etſi difficile ſit intelligere, quomodo miſericordia tua nō abſit à tua iuſtitia: neceſſarium tamen eſt credere: quia nequaquam aduerſatur iuſtitię, qđ exundat ex bonitate, quæ nulla eſt ſine iuſtitia: īmo uere concordat iuſtitiæ. Nēpe ſi miſericors es, qͣ es ſumme bonus, & ſumme bonus non es, niſi quia es ſumme iuſtus: uere idcirco es miſericors, quia ſumme iuſtus es. Adiuua me iuſte & ſūme & miſericors Deus, cuius lucē quæro, adiuua me ut intelligam quod dico. Vere ergo ideo miſericors es, quia iuſtus Ergò ne miſericordia tua naſcitur ex iuſtitia tua? Ergó ne parcis malis ex iuſtitia. Si ſic eſt dñe, ſi ſic eſt, doce me quomodo eſt? An quia iuſtum eſt te ſic eſſe bonum, ut nequeas intelligi melior, & ſic potenter operari, ut nō poſſis cogitari potentius? Quid enim hoc iuſtius? Hoc utiqꝫ non fieret, ſi eſſes bonus tantum retribuendo & non parcendo: & ſi faceres de nō bonis tantum bonos, & non ēt de malis. Hoc itaqꝫ modo iuſtū eſt, ut parcas malis, & ut facias bonos de malis. Deniqꝫ, qđ non iuſte fit, nō debet fieri, & qđ nō debet fieri, iniuſte fit. Si ergo nō iuſte malis miſereris, nō debes miſereri. Et ſi nō debes miſereri, iniuſte miſereris. Qđ ſi nefas eſt dicere, fas ē credere te iuſte miſereri malis.

Quomodo iuſte puniat, & iuſte parcat malis. Cap. 10.

Sed & iuſtum eſt ut malos punias. quid nanq; iuſtius, quàm ut boni bona, & mali mala recipiant? Quomodo ergo & iuſtum eſt, ut malos punias: & iuſtum eſt ut malis parcas? An alio modo iuſte punis malos, & alio modo iuſte parcis malis? Cum enim punis malos, iuſtum eſt: quia illorũ meritis conuenit. cum uero parcis malis, iuſtum eſt: non quia illorum meritis, ſed quia bonitati tuæ condecens eſt. Nam parcendo malis: ita iuſtus es ſecundum te, & non ſecundum nos: ſicut miſericors es ſecundũ nos, & non ſecundum te, quoniam ſaluando nos quos iuſte perderes ſicut miſericors es, non quia tu ſentias affectum, ſed quia nos ſentimus effectum: ita iuſtus es, nõ quia nobis reddas debitum, ſed quia facis quod decet te ſumme bonũ. Sic itaq; ſine repugnantia iuſte punis, & iuſte parcis.

Quomodo uniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas, & tamen iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis. Cap. 11.

Sed nunquid etiam non eſt iuſtum ſecũdum te domine, ut malos punias? Iuſtum quippe eſt, te ſic eſſe iuſtum, ut iuſtior nequeas cogitari. Quod nequaquam eſſes, ſi tantum bonis bona, & non malis mala redderes. Iuſtior enim eſt, qui & bonis & malis, quàm qui bonis tantum merita retribuit. Iuſtum igitur eſt ſecundum te, iuſte & benigne
Pſal. 24. Deus, & cum punis & cum parcis. Vere igitur, uniuerſæ uiæ domini miſeri-
Pſalm. 144. cordia & ueritas, & tamen iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis. Et utique ſine repugnantia: quia quos uis punire, nõ eſt iuſtum ſaluari: & quibus uis parcere, non eſt iuſtum damnari. Nam id ſolum iuſtum eſt, quod uis: & non iuſtum, quod non uis. Sic ergo naſcitur de iuſtitia tua, miſericordia tua: quia iuſtum eſt te ſic eſſe bonum, ut & parcendo ſis bonꝰ: & hoc forſitan eſt, cur ſummè iuſtus poteſt uelle bona malis. Sed ſi utrunque capi poteſt, cur malos potes uelle ſaluare? illud certe nulla ratione comprehendi poteſt: cur de ſimilibus malis hos magis ſalues quàm illos per ſummã bonitatem, & illos magis damnes, quàm iſtos per ſummã iuſtitiam. Sic ergo uere es ſenſibilis, omnipotens, miſericors, & impaſſibilis: quemadmodum uiuens, ſapiens, bonus, beatus, æternus: & quicquid melius eſt eſſe quàm non eſſe.

Quòd Deus ſit ipſa uita qua uiuit, & ſic de ſimilibus. Cap. 12

Sed certe quicquid es, non per aliud es quàm per teipſum. Tu es igitur ipſa uita, qua uiuis: & ſapientia, qua ſapis: & bonitas ipſa, qua bonis et malis, bonus es: & ita de ſimilibus.

Quomodo ſolus ſit incircunſcriptus & æternus, cum alij ſpiritus ſint incircunſcripti & æterni. Cap. 13.

Sed omne quod clauditur aliquatenus loco aut tẽpore minus eſt, quàm quod nulla lex loci aut temporis coercet. Quoniam ergo maius te nihil eſt, nullus locus aut tẽpus te cohibet: ſed ubique & ſemper es. quod quia de te ſolo dici poteſt, tu ſolus incircũſcriptus es, & æternus. Quomodo igitur dicuntur, & alij ſpiritus incircunſcripti & æterni? Et quidem ſolus es æternus: quia ſolus omnium ſicut non deſinis, ſic non incipis eſſe. Sed ſolus quomodo es incircunſcriptus? An creatus ſpiritus ad te collatus ſit circunſcriptus, ad corpus uero incircũſcriptus? Nempe omnino circũſcriptum eſt, qđ cum alicubi totũ eſt, non poteſt ſimul eſſe alibi: quod de ſolis corporeis cernitur. Incircunſcriptum uero, quod ſimul eſt ubique totum, quod de te ſolo intelligitur. Circunſcriptum autem ſimul & incircunſcriptum eſt, quod cum alicubi ſit totum, poteſt ſimul eſſe totum alibi, non tamen ubique quod de creatis ſpiritibꝰ cognoſcitur. Si enim nõ eſſet anima tota in ſingulis membris

membris ſui corporis,non ſentiret tota in ſingulis.Tu ergo domine ſingulariter es incircunſcriptus & æternus:& tamen & alij ſpiritus ſunt incircũſcripti & æterni.

Quomodo & cur uidetur & non uidetur deus à quærentibus eum. Cap. 14.

An inueniſti anima mea, quod quærebas?Quærebas deum,&inueniſti eũ eſſe quiddam ſummum omnium,quo nihil melius cogitari poteſt.&hoc eſſe uitam ipſam,lucem,ſapientiam,bonitatem,æternam beatitudinem,& beatam æternitatem,& hoc eſſe ubique,et ſemper. Nam ſi non inueniſti deum tuum,quomodo eſt ille hoc quod inueniſti:& quod illum tam certa ueritate & uera certitudine intellexiſti? Si uero inueniſti,quid eſt quod non ſentis qđ inueniſti?Cur nõ te ſentit domine deꝰ anima mea,ſi inuenit te?An non inuenit,quẽ inuenit eſſe lucem & ueritatẽ? Quomodo nanque intellexit hoc, niſi uidendo lucem & ueritatem? aut potuit omnino aliquid intelligere de te:niſi per lucem tuam & ueritatem tuam? ſi ergo uidit lucem & ueritatem, uidit te:ſi non uidit te, non uidit lucem nec ueritatem ? An & ueritas & lux eſt quod uidit , & tamen nondum te uidit: quia uidit te aliquatenus , & non uidit te ſicuti es. Domine deus meus formator & reformator meus,dic deſideranti animæ meæ,quid aliud es q̃ quod uidit,ut pure uideat quod deſiderat. Intendit ſe ut plus uideat,& nihil uidet ultra hoc quod uidit, niſi tenebras. Immo non uidit tenebras, quæ nullę ſunt in te:ſed uidet ſe nõ plus poſſe uidere propter tenebras ſuas. Cur hoc domine,cur hoc? Tenebratur oculus eius in infirmitate ſua,aut reuerberatur fulgore tuo.Sed certe, & tenebratur in ſe,& reuerberatur à te.Vtique et obſcuratur ſua breuitate, & obruitur tua immenſitate. Vere & contrahitur anguſtia ſua, & uincitur amplitudine tua.Quãta nãq; eſt lux illa de qua micat omne uerum,qđ rationali menti lucet?Quã ampla eſt illa ueritas , in qua etiã eſt omne qđ uerũ eſt, & extra quã non niſi nihil & falſum eſt?Quàm immenſa eſt,quæ uno intuitu uidet quæcunq; facta ſunt,& à quo,&per quem & quomodo de nihilo facta ſũt.Quid puritatis,quid ſimplicitatis,quid certitudinis,& ſplẽdoris ibi eſt?Certe,plus q̃ à creatura ualeat intelligi.

Quod maior ſit quàm cogitari poſſit. Cap. 15.

Ergo domine,non ſolum es quo maius cogitari nequit:ſed es quiddã maius q̃ cogitari poſſit. Quoniam nanq; ualet cogitari eſſe aliquid huiuſmodi : ſi tu non es hoc ipſum, poteſt cogitari aliquid maius te,quod fieri nequit.

Quod hæc ſit lux inacceſſibilis,quam inhabitas. Cap. 16.

Vere domine,hæc eſt lux inacceſſibilis,in qua habitas.uere enim nõ eſt aliud, quod hanc penetret,ut ibi te peruideat.Vere ideo hanc nõ uideo , quia nimia mihi eſt:& tamen quicquid uideo,per illam uideo: ſicut infirmus oculus,quod uidet, per lucem ſolis uidet:quam in ipſo ſole nequit aſpicere. Non poteſt intellectus meus ad illam, nimis fulget,non capit illam, nec ſuffert oculus animæ meæ diu intendere in illam. Reuerberatur fulgore , uincitur amplitudine,obruitur immenſitate,confunditur capacitate. O ſumma & inacceſſibilis lux.O tota & beata ueritas,quàm longe es à me,qui tã propè tibi ſum. Quàm remota es à cõſpectu meo , qui ſic præſens ſum conſpectui tuo.Vbique es tota præſens,& nõ te uideo.In te moueor,& in te ſum, & ad te nõ poſſum accedere.Intra me, & circa me es, & non te ſentio.

Quod in Deo ſit harmonia, odor, ſapor,lenitas & pulchritudo ſuo ineffabili modo. Cap. 17.

Adhuc lates domine animam meã in luce & beatitudine tua : & idcirco uerſatur illa adhuc in tenebris & miſeria ſua . Circunſpicit enim,& non uidet pulchritudinem tuam . Auſcultat,

& non audit harmoniã tuam. Olfacit, & nõ percipit odorẽ tuum. Guſtat, & non cognoſcit ſaporẽ tuum. Palpat, & non ſentit lenitatem tuã. Habes enim hæc dñe deus in te tuo ineffabili modo, qui ea dediſti rebus à te creatis ſuo ſenſibili modo: ſed obriguerunt, ſed obſtupuerũt, ſed obſtructi ſunt ſenſus animæ meæ uetuſto languore peccati.

Quod in Deo nec in æternitate eius, quæ ipſe eſt, nullæ ſint partes. Cap. 18.

Et iterum ecce turbatio, ecce iterum obuiat mœror, & luctus quærenti gaudium & lætitiam: Spetabat iam anima mea ſatietatem, & ecce iterum obruitur egeſtate. Affectabam iam comedere, & ecce magis eſurio. Conabar aſſurgere ad lucem dei, & recidi in tenebras meas. Immo nõ modo cecidi in eas, ſed ſentio me inuolutum in eis. Ante cecidi, quàm cõciperet me mater mea. Certe in illis conceptus ſum, & cum earum obuolutione natus ſum. Olim certe in illo oẽs cecidim⁹, in quo oẽs peccauimus. In illo omnes perdidimus, qui facile tenebat, & male ſibi & nobis perdidit, quod cũ uolumus quęrere, neſcimus: cum q̃rimus, nõ inuenimus: cũ inuenimus, nõ eſt quod quęrimus: *Pſa. 26* Adiuua me tu propter bonitatem tuam domine. Quęſiui uultum tuum, uultum tuum requiram, ne auertas faciem tuam à me. Releua me de me ad te. Munda, ſana, acue, illumina oculũ mentis meæ, ut intueatur te. Recolligat uires ſuas anima mea, & toto intellectu iterum intendat in te domine. Quid es domine, quid es, quid te intelliget cor meum? Certe uita es, ſapiẽtia es, ueritas es, bonitas es, beatitudo es, æternitas es, & omne uerum bonũ es. Multa ſunt hęc, nõ poteſt anguſtus intellectus meus totus uno ſimul intuitu uidere, ut omnibus ſimul delecteť. Quomodo ergo domine es oĩa hæc? An ſunt partes tui, aut potius unumquodq; horũ totũ eſt quod es? Nã quicquid eſt partibus iunctũ, non eſt omnino unũ, ſed quodãmodo plura, & diuerſum à ſeipſo, et uel actu uel intellectu diſſolui põt, q̃ aliena ſunt à te quo nihil melius cogitari põt. Nullę igiť partes in te ſũt dñe, nec es plura, ſed ſic es unũ quoddã, & idẽ tibi ipſi, ut in nullo tibi ipſi ſis diſſimilis: imo tu es ipſa unitas, nullo intellectu diuiſibilis. Ergo uita, & ſapientia, & reliqua nõ ſunt partes tui, ſed oĩa ſunt unum: & unũquodque horum eſt totum quod es, & quod ſunt reliqua omnia. Quomodo nec tu habes partes, nec tua æternitas quæ tu es, nuſquã, & nunquã eſt pars tua aut æternitatis tuę: ſed ubiq; totus es, & æternitas tua tota eſt ſemper.

Quod non ſit in loco aut tempore, ſed omnia ſint in illo. Cap. 19.

Sed ſi per ęternitatem tuam fuiſti, & es, & eris, & fuiſſe, non eſt futurum eſſe: & eſſe, non eſt fuiſſe uel futurum eſſe: quomodo æternitas tua tota eſt ſemper? An de æternitate tua nihil pręterit, ut iam non ſit, nec aliquid futurũ eſt, quaſi nõdum ſit? Non ergo fuiſti heri, aut eris cras. Sed heri, & hodie, & cras es: imo nec heri, nec hodie, nec cras es: ſed ſimpliciter es extra omne tempus. Nam nihil aliud eſt heri, & hodie, & cras, q̃ in tempore: tu autem licet nihil ſit ſine te, nõ es tamen in loco aut tempore: ſed omnia ſunt in te. nihil enim te continet, ſed tu contines omnia.

Quod ſit ante & ultra omnia etiam æterna. Caput. 20.

Tu ergo imples & cõplecteris omnia, tu es ante & ultra omnia. Et quidem ante omnia es, quia antequam fierent tu es. Vltra omnia uero, quomodo es? Qualiter enim es ultra ea, quę finem non habebunt? An quia illa ſine te nullatenus eſſe poſſunt? Tu autem nullo modo minus es, etiam ſi illa redeant in nihilum? Si enim quodammodo es ultra illa: An etiam, quia illa cogitari poſſunt habere finem, tu uero nequaquam? Nam ſic illa quidem habent finem quodammodo, tu uero nul

lo modo. Et certe quod nullo modo habet finem, ultra illud eſt quod aliquo modo finitur. An hoc quoque modo tranſis omnia etiam æterna: quia tua & illorum æternitas tota tibi præſens eſt, cum illa nondum habeant de ſua æternitate quod uenturum eſt: ſicut iam non habent, quod præteritum eſt? Sic quippe ſemper es ultra illa, cū ſemper ibi ſis præſens, ſeu cum illud ſemper ſit tibi præſens, ad qđ illa nondum peruenerunt.

An hoc ſit ſeculum ſeculi, ſiue ſecula ſeculorum. Caput 21.

An ergo hoc eſt ſeculum ſeculi, ſiue ſecula ſeculorum? Sicut enim ſeculum temporum cōtinet omnia temporalia ſic tua æternitas continet etiam ipſa ſecula temporum. Quod ſeculum quidem eſt, propter indiuiſibilem unitatē: ſecula uero, propter interminabilem immenſitatem. Et quamuis ita ſis magnus domine, ut omnia ſint te plena, & ſint in te: ſic tamen es ſine omni ſpatio, ut nec medium nec dimidium, nec ulla pars ſit in te.

Quod ſolus ſit quod eſt, & qui eſt. Cap. 22.

Tu ſolus ergo domine es quod es, & tu es qui es? Nam quod aliud eſt in toto, & aliud in partibus, & in quo aliquid eſt mutabile: non omnino eſt, qđ eſt. Et quod incepit à nō eſſe, & poteſt cogitari non eſſe, & niſi per aliud ſubſiſtat, redit id nō eſſe: & qđ habet fuiſſe, quod iam nō eſt: & futurum eſſe quod nondum eſt, id non eſt proprie & abſolute. Tu uero es, quod es: quia quicquid aliquando, aut aliquo modo es, hoc totus & ſemper es. Et tu es qui proprie & ſimpliciter es: quia nec habes fuiſſe, aut futurum eſſe: ſed tātum præſens eſſe, nec pōt cogitari aliquando non eſſe. Sed uita es, & lux, & ſapientia, & beatitudo, & æternitas, & multa huiuſmodi bona: & tamen nō es niſi unum & ſummum bonum, tu tibi omnino ſufficiens, nullo indigens, quo omnia indigent, ut ſint, & ut bene ſint.

Quod hoc bonum ſit pariter pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, & hoc ſit unum neceſſarium, quod eſt omne, & totum, & ſolum bonum. Cap. 23.

Hoc bonum es tu Deus pater, hoc eſt uerbum tuum, id eſt, filius tuus. Etenim non poteſt aliud, quàm quod es, aut aliquid maius uel minus te eſſe in uerbo, quo teipſum dicis: quoniam uerbum tuum ſic eſt uerum quomodo tu uerax. Et idcirco eſt ipſa ueritas, ſicut tu non alia, quàm tu, & ſic es tu ſimplex, ut de te nō poſſit naſci aliud, quàm quod tu es hoc ipſum eſt amor unus, & communis tibi & filio tuo, id eſt, ſanctus ſpiritus ab utroque procedens. Nam idem amor non eſt impar tibi aut filio tuo: quia tantum amas te & illum, & ille te & ſeipſum: quantus es tu, & ille: nec eſt aliud à te & ab illo, quod diſpar non eſt tibi, et illi: nec de ſumma ſimplicitate poteſt procedere aliud, quàm quod eſt de quo procedit. Quod autem eſt ſingulus quiſque, hoc eſt tota trinitas, ſimul pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, quoniam ſingulus quiſque non eſt aliud, quā ſumme ſimplex unitas, & ſumme una ſimplicitas: quę nec multiplicari nec aliud & aliud eſſe poteſt. Porrò unum eſt neceſſarium. Porrò hoc eſt illud unū neceſſarium, in quo omne bonum, immo quod eſt omne & unum totum, & ſolum bonum.

Coniectatio quale & quantum ſit hoc bonum. Cap. 24.

Excita nunc anima mea, & erige totum intellectum tuum, & cogita quantum potes, quale & quantum ſit illud bonum. Si enim ſingula bona delectabilia ſunt, cogita intente quàm delectabile ſit, illud bonum, quod continet iocunditatem oīum bonoꝝ, & non qualem in rebus creatis ſumus experti, ſed tanto differentem, quanto differt creator à creatura. Si enī bona eſt uita creata, quā bona eſt uita creatrix? Si iocunda eſt ſalus facta, quā iocūda eſt ſalus

quæ facit omnem ſalutem. Si amabilis
eſt ſapientia in cognitione rerum con-
ditarum, q̃ amabilis eſt ſapientia quæ
omnia cõdidit ex nihilo? Deniq; ſi mul
tæ & magnæ delectationes ſunt in re-
bus delectabilib⁹ q̃lis et quãta delecta
tio eſt in illo qui fecit ipſa delectabilia?

Quæ et quãta bona ſint fruentibus eo. Ca.25.

Qui hoc bono fruetur, quid illi erit:
& quid illi non erit? Certe, quicquid
uolet, erit: & qđ nolet, nõ erit. Ibi quip
Eſa.54 pe erunt bona corporis & animæ, qua
1.cor.2 lia nec oculus uidit, nec auris audiuit,
nec cor hominis cogitauit. Cur ergo p̃
multa uagaris homũcio quęrendo bo-
na animæ tuæ, & corporis tui? Ama
unum bonũ, quo ſunt oĩa bona, & ſuf
ficit. Deſidera ſimplex bonum qđ eſt
omne bonũ, & ſatis eſt. Quid.n. amas
caro mea, qd deſideras anima mea? Ibi
eſt, ibi eſt, quicquid amatis, quicquid
Mat.13 deſideratis. Si delectat pulchritudo, ful
1.co.15 gebunt iuſti ſicut ſol. Si uelocitas, aut
fortitudo, aut libertas corpis, cui nihil
obſiſtere poſſit erũt ſimiles angelis dei,
quia ſeminatur corpus animale, & ſur
get corpus ſpirituale, poteſtate utique
non natura. Si lõnga & ſalubris uita,
ibi ſana eſt æternitas, & æterna ſani-
tas: quia iuſti in perpetuum uiuent, &
Sapi.5 ſalus iuſtorum à domino. Si ſatietas: ſa
Pſal.36 tiabuntur cum apparuerit gloria Dei.
Pſal.16 Si ebrietas: inebriabuntur ab ubertate
Pſal.35 domus dei. Si melodia: ibi angelorum
chori concinunt ſine fine deo. Si quæli
bet non imũda, ſed mũda uoluptas: tor
rẽte uoluptatis tuæ potabis eos deus.
Ibidem Si ſapientia: ipſa Dei ſapientia oſtendet
eis ſeipſam. Si amicitia: diligent Deum
pluſquam ſeipſos, & inuicem tanquã
ſeipſos, & Deus illos pluſquam illi
ſeipſos: quia illi illum & ſe, & inuicem
per illum: & ille ſe & illos per ſeipſum.
Si cõcordia, omnibus illis erit una uo-
luntas: quia nulla illis erit niſi ſola dei
uoluntas. Si poteſtas, omnipotentes
erunt ſuæ uoluntatis ut Deus ſuæ.
Nam ſicut poterit deus quod uolet per
ſeipſum: ità poterunt illi quod uolent
per illum, quia ſicut illi non aliud uo-
lent quàm quod ille: ita ille uolet quic
quid illi uolent, & quod ille uolet, nõ
poterit non eſſe. Si honor & diuitiæ,
Deus ſeruos ſuos bonos & fideles ſu-
pra multa cõſtituet: imo filij dei, & dij
uocabuntur, & ubi erit filius eius, ibi
erunt & illi, hæredes quidem Dei, co-
hæredes autẽ Chriſti. Si uera ſecuritas, Luc.12
certe ita certi erũt nunquam, & nulla- Rom.8
tenus iſta uel potius iſtud bonum ſibi
defuturum, ſicut certi erunt ſe non ſua
ſponte illud amiſſuros, nec dilectorem
deum illud dilectoribus ſuis inuitis ab-
laturum, nec aliquid Deo potentius in
uitos deum & illos ſeparaturum. Gau
dium uero quale aut quantum eſt, tale
aut tantum bonum eſt? Cor humanũ,
cor indigens, cor expertum ærumnas,
imo obrutum ęrumnis quantum gau-
deres, ſi his oĩbus abundares? Interro-
ga intima tua, ſi capere poſſint gaudiũ
ſuum de tanta beatitudine ſua. Sed cer
te ſi quis alius, quem omnino ſicut te-
ipſum diligeres, eandem beatitudinem
haberet, duplicaretur gaudium tuum:
quia non minus gauderes pro eo, quã
pro teipſo. Si uero duo uel tres, uel mul
to plures idipſum haberent, tantũdem
pro ſingulis quantum pro teipſo gau-
deres: ſi ſingulos ſicut teipſum amares.
Ergo in illa perfecta charitate innume
rabilium angelorum beatorum & ho-
minum, ubi nullus minus diliget aliũ
quàm ſeipſum: nõ aliter gaudebit quiſ
que pro ſingulis alijs quàm pro ſeip-
ſo. Si ergo cor hominis de tanto ſuo
bono uix capiet gaudium ſuum, quo-
modo capax erit tot & tantorum gau
diorum? Et utiq; quoniam quantum
quiſq; diligit aliquem, tãtum de bono
eius gaudet: ſicut in illa perfecta felici-
tate unuſquiſq; plus amabit ſine com
paratione Deum quam ſe, & omnes
alios ſecũ: ita plus gaudebit abſq; æſti
matione de felicitate dei, quã de ſua &
omnium aliorum ſecum. Sed ſi deũ ſic
diligent

diligent toto corde, tota mēte, tota ani
ma, ut tamen totum cor, tota mens, to
ta anima non ſufficiat dignitati dile-
ctionis: profecto ſic gaudebūt toto cor
de, tota mente, tota anima: ut totū cor,
tota mens, tota anima nō ſufficiat ple
nitudini gaudij.

*In hoc ſit gaudium plenum, quod promittit do-
minus. Cap. 26.*

Deus meus, & dominus meus, ſpes
mea & gaudiū cordis mei: dic animæ
meę, ſi hoc eſt gaudiū, de quo nobis di
cis per filiū tuū, petite & accipietis, ut
Ioã.16 gaudiū ueſtrū ſit plenū. Inueni nanque
gaudium quoddam plenum, & pluſq̃
plenum. Pleno quippe corde, plena mē
te, plena anima, pleno toto hoīe, gau-
dio illo, adhuc ſupra modum ſupererit
gaudium. Non ergo totum illud gau-
dium intrabit in gaudētes: ſed toti gau
dentes intrabunt in gaudium. Dic do-
mine, dic ſeruo tuo: intus in corde ſuo,
ſi hoc eſt gaudium in quod intrabunt
ſerui tui: q intrabūt in gaudiū dñi ſui.
Sed gaudium illud certe, quo gaude-
bunt electi tui, nec oculus uidit, nec
auris audiuit, nec in cor hominis aſcē-
dit. Nondum ergo dixi, aut cogitaui
Iſa.64 domine quantum gaudebunt illi bea-
1.cor.2 ti tui? Vtique tantum gaudebunt, quā-
tum amabunt: tantum amabunt, quan
tum cognoſcent. Quātū te cognoſcent
domine tunc, & quantum te amabūt?
Certe nec oculus uidit, nec auris audi
uit, nec in cor hominis aſcendit in hac
uita: quantū te cognoſcent, & amabūt
in illa uita. Oro deus cognoſcā te, amē
te, ut gaudeā de te. Et ſi non poſſum in
hac uita ad plenū ut ꝓficiā in dies uſq;
dum ueniat illud ad plenum, proficiat
hic in me notitia tua, & ibi fiat plena.
creſcat amor tuus, & ibi ſit plenus: ut
hic gaudiū meum ſit in ſpe magnū, &
ibi ſit in re plenum. Domine per filiū
tuum iubes, imo conſulis, petere: & ꝓ-
mittis accipere, ut gaudium noſtrum
ſit plenum. Peto domine quod conſu-
lis, per admirabilem conſiliarium no-
ſtrum accipiam, quod promittis, per
ueritatem tuam ut gaudium meū ple-
num ſit. Deus uerax peto accipiam,
ut gaudium meum plenum ſit. Medi-
tetur interim mens mea, loquatur in-
de lingua mea. Amet illud cor meum,
ſermocinet̃ os meum. Eſuriat illud aīa
mea, ſitiat caro mea, deſideret tota ſub
ſtantia mea: donec intrem in gaudium
domini, qui es trinus & unus deus be
nedictus in ſecula, Amen.

EIVSDEM BEATI ANSELMI
Liber pro inſipiente incipit.

DVbitāti, utrū ſit: uel ne
ganti, ꝙ ſit aliqua talis
natura, qua nihil ma-
ius cogitari poſſit: tū
eſſe illā, huic dicit̃ pri-
mo ꝓbari, qđ ipſe ne-
gans uel ambigens de illa, iam habeat
eam in intellectu, cū audiēs illā dici id
quod dicit̃ intelligit: deinde, q̃a qđ in-
telligit, neceſſe eſt, ut nō in ſolo intelle-
ctu, ſed etiā in re ſit. Et hoc ita ꝓbat̃: q̃a
maius eſt eſſe in intellectu & in re, q̃
in ſolo intellectu. Et ſi illud in ſolo eſt
intellectu, maius illo erit q̃cquid etiam
fuerit in re ac ſi maius omnibꝰ, minus
erit aliquo & nō erit maius omnibus,
quod utique repugnat. Et ideo neceſſe
eſt, ut maius omnibus, qđ eſt iam pro-
batum, ſit in intellectu, & non in ſolo
intellectu, ſed in re ſit: quoniam aliter
maius omnibus eſſe non poterit. Rñde
ri poteſt, quod hoc iam eſſe dicit̃ in in-
tellectu meo, non ob aliud, niſi quia id
quod dicitur intelligo. Non'ne, & quæ
cunq; falſa, ac nullo prorſus modo in
ſeipſis exiſtentia, in intellectu habere ſi
militer dici poſſet, cū ea dicēte aliquo,
quæcunq; ille diceret, ego intelligerem,
niſi forte tale illud conſtat eſſe: ut non
eo modo, quo etiā falſa quæq; uel du-
bia haberi poſſint in cogitatiōe, et ideo
non dico illud auditum cogitare uel in
cogitatione habere, ſed itelligere, & in-
telli git̃ habere, q̃a. ſ. nō poſſum hoc ali

ter cogitare niſi intelligendo.i.ſcientia cõprehendẽdo, re ipſa illud exiſtere ſed hoc non eſt. Primo quidem, non hoc erat aliud idemq́ tempore prçcedẽs habere rem in intellectu, & aliud, id'que, tempore ſequẽs intelligere rem eſſe: ut fit de pictura, quæ prius eſt ĩ animo pictorum, deinde in opere. Deinde, uix unquã poterit eſſe credibile, cũ dictum & auditum fuerit illud non eo modo poſſe cogitari nõ eſſe, quo etiã põt nõ eſſe deus. Nam ſi non poteſt: cur cõtra negantem aut dubitantem, quòd ſit aliqua talis natura, tota iſta diſputatio aſſumpta eſt? Poſtremo, quòd tale ſit illud, ut nõ poſſit niſi mox cogitatũ ĩdubitabilis exiſtentię ſuæ certo ꝑcipi intellectu, in dubio aliquo probandũ mihi eſt argumento: non autẽ iſto, quod iã ſit hoc in intellectu meo, cũ auditũ intelligo: in quo ſimiliter eſſe poſſe q̃cunque alia incerta uel etiam falſa ab aliquo, cuius uerba intelligerenẽ dicta: adhuc puto & inſuper magis ſi illa deceptus ut ſæpe fit crederẽtur: quod iſtud nondum credo. Vñ nec illud exẽplũ de pictore picturã, quã facturus eſt, iã in intellectu hñte, ſatis põt huic argumẽto cõgruere. Illa.n.pictura antequã fieret, in ipſa pictoris arte habetur, & tale quippiã in arte artificis alicuius nihil eſt aliud, quã pars quędam intelligentię ipſius: qa (ſicut ſanctus Auguſtinus ait) cũ faber arcã facturus in ope, prius habet illã in arte: Arca, quę fit in opere, non eſt uita: arca, quæ eſt in arte, uita eſt: quia uiuit aĩa artificis, in qua ſunt iſta omnia antequã proferantur. Vt qd enim in uiuente aĩa, uita ſunt iſta? niſi, quia nihil ſunt aliud quã ſciẽtia, uel intelligentia animæ ipſius? At uero quicquid extra illa, quæ ad ipſam mentis noſcuntur pertinere naturam, aut auditum, aut excogitatum ĩtellectu percipitur. Verum aliud eſt ſine dubio uerum illud, aliud intellectus ipſe, quo capitur: quocirca etiã ſi uerum ſit eſſe aliquid, quo maius quicquã nequeat cogitari, non tamen hoc auditum & intellectum, tale eſt: qualis nondum facta pictura in intellectu pictoris. Huc accedit illud, quod prætaxatum eſt ſuperius, quia ſcilicet illud omnibꝰ quæ cogitari poſſint maius, qđ nihil aliud poſſe eſſe dicitur quã ipſe Deus. Tam ergo ſecundum rem uel ex ſpecie mihi uel ex genere notam cogitare auditum uel intellectum habere non poſſum, quàm nec ipſum Deum, quem utique ob hoc ipſum etiam non eſſe cogitare poſſum. Neq; enim aut rem ipſam noui, aut ex alia poſſum conĳcere ſimili, quandoquidem & tu talem aſſeris illam, ut eſſe non poſſit ſimile quicquã. Nam ſi de homine aliquo mihi prorſus ignoto, quem etiam eſſe neſcirem: dici tamen aliquid audirem per illam ſpecialem generalem'ue notitiam, qua quid ſit homo uel homines noui: de illo quoque ſecundum rem ipſam, quæ eſt homo, cogitare poſſem: & tamẽ fieri poſſet, ut mentiente illo qui diceret, ipſe quem eſſe cogitarem, homo non eſſet, cum tamen ego de illo ſecundum ueram nihilominus rem, non qui eſſet ille homo, ſed qui eſt homo quilibet cogitarem. Nec ſic igitur, ut haberẽ falſum iſtud in cogitatione uel in intellectu, habere poſſum illud cũ audio dici: deus, aut aliud omnibus maius. Cũ quando illud ſecundum rem uerã mihiq́ notam cogitare poſſe iſtud omnino nequeam, poteſt ullum cogitari uerum. Siquidem cum ita cogitatur: non tam ipſam uox, quæ res eſt utiq; uera, hoc eſt, literarum ſonus uel ſyllabarum, quã uocis auditæ ſignificatio cogitetur: ſed nõ ita, ut ab illo qui nouit, quid ea ſoleat uoce ſignificari, à quo ſcilicet cogitatur ſecundum rem uel in ſola cogitatione uera. Verum ut ab eo qui illud non nouit, & ſolummodo cogitat ſecundum animi motũ illius auditu uocis effectum ſignificationemq́ perceptæ uocis conantem effingere: ſibi quod mirum eſt ſi unquam rei ueri-

tate potuerit. Ita ergo nec prorſus ali-
ter adhuc ab intellectu meo cõſtat il-
lud haberi, cum audio intelligoq́ dicẽ
tem eſſe: aliquid maius omnibus quæ
ualeant cogitari: hoc de eo, quod ſum-
ma illa natura iam eſſe dicitur in intel-
lectu meo. Quòd autem & in re neceſ-
ſario eſſe inde mihi probatur: quia ibi
fuerit, quicquid eſt maius, in re illa erit
ac ſi per hoc, non erit illud maius om-
nibus: quod utiq; iam eſſe probatũ eſt
in intellectu. Ad hoc reſpondeo, ſic eſſe
dicendũ. Eſt in intellectu, quod ſecun-
dum ueritatem cuiuſq; rei nequit ſaltẽ
cogitari: & in hoc in meo ſic eſſe non
denego. Sed quia per hoc eſſe quoq; in
re nõ poteſt nullatenus obtinere: illud
ei eſſe adhuc penitus nõ cõcedo, quo-
uſque mihi argumento probetur indu
bio, quod qui eſſe dicit: hoc quod ma-
ius omnibus, aliter non erit omnibus
minus: nõ ſatis attendit cui loquatur.
Ego enim nondum dico, immo etiam
nego uel dubito, ulla re uera eſſe ma-
ius illud, nec aliud ei eſſe concedo, quã
illud ſi dicendum eſt, eſſe cum ſecun-
dum uocem tantũ auditam rem pror-
ſus ignotã ſibi conatur animus effin-
gere. Quando igitur inde mihi proba-
tur, maius illud rei ueritate ſubſiſtere,
quia cõſtet illud maius omnibus eſſe:
cum id ego eo uſque negem, adhuc du
bitem' ue conſtare: ut ne intellectu qui
dem uel cogitatione mea eos ſaltẽ mo
do maius ipſum eſſe dicã, quo dubia
etiã multa ſunt & incerta. Prius enim
certum mihi neceſſe eſt, ſiat re uera eſſe
alicubi maius ipſum: & tamen deinde
ex eo quod maius eſt omnibus, in ſeip
ſo quoq; ſubſiſtere non erit ambiguũ.
Exempli gatia: Aiunt quidam alicubi
oceani eſſe inſulam, quam ex difficul-
tate uel potius ex impoſſibilitate inue
niendi, quod nõ eſt, cognominant, ali-
qui perditam: quãque fabulantur mul
to amplius quàm de fortunatis inſu-
lis fertur, diuitiarum delitiarumq́ om
niũ inæſtimabili ubertate pollere, nul-
loq́ poſſeſſore aut habitatore: uniuer-
ſis aliĩs, quas incolunt homines, terris
poſſidendorum redũdantia uſquequa
que præſtare. Hoc ita eſſe dicat mihi
quiſpiam: & ego facile dictum, in quo
nihil eſt difficultatis, intelligam. Ac ſi
tunc uelit, conſequenter adiungat, ac
dicat: nõ potes ultra dubitare inſulam
illam omnibus terris præſtãtiorem ue
re eſſe alicubi in re, quàm in intellectu
tuo non ambigis eſſe: & quia præſtan-
tius eſt nõ in intellectu ſolo, ſed etiam
eſſe in re. Ideo ſic eam neceſſe eſt eſſe:
quia niſi fuerit, quicunq; alia in re eſt
terra præſtantior: illa erit ac ſi ipſa iam
à te præſtantior, & intellecta præſtan-
tior non erit. Si inquã per hoc ille mi-
hi uelit aſtruere de inſula illa, quod ue-
re ſit ambigendum ultra non eſſe, aut
iocari ipſum credam, aut neſcio quem
ſtultiorem debeam reputare Vtrũ me,
ſi ei concedam: an illum, ſi ſe putet ali-
qua certitudine inſulæ illius eſſentiam
aſtruxiſſe, niſi prius ipſam præſtãtiam
eius ſolummodo, ſicut rem uere atque
indubie exiſtẽtem: nec ullatenus ſicut
falſum aut incertum aliquid in intelle
ctu, in eo eſſe docuerit. Hoc interim ad
obiecta inſipiens ille reſpõderit, cui cũ
deinceps aſſeritur tale eſſe maius: il-
lud, ut nec ſola cogitatione ualeat non
eſſe & hoc rurſus non aliunde, proba-
tur, quàm eo ipſo quod aliter non erit
omnibus maius idem ipſum poſſit re-
ſpondere & dicere. Quando enim ego
rei ueritatem eſſe tale aliquid, hoc eſt,
maius omnibus dixi: ut ex hoc mihi
debeat probari intantum etiam re ip-
ſa, id eſſe, ut nec poſſit cogitari nõ eſſe.
Quapropter certiſſimo primitus ali-
quo probandum eſſe argumẽto: aliquã
ſuperiorem, hoc eſt, maiorem ac melio
rem omnium quæ ſunt eſſe naturã: ut
ex hac alia iam poſſimus omnia ꝓba-
re, quib9 neceſſe eſt, ac quod maius me
lius eſt, illud omnibus non carere. Cũ
aũt dicit, quòd ſumma res iſta non eſſe
nequeat cogitari, meli9 fortaſſe diceret,

quod non eſſe aut etiam poſſe nō eſſe,
non poſſit intelligi: nã ſecundum pro-
prietatẽ uerbi iſtius, falſa nequeunt in-
telligi: quę poſſunt utique eo modo co
gitari, quo deum non eſſe, inſipiens co-
gitauit, & me quoque eſſe certiſſime
ſcio, ſed & poſſe non eſſe nihilominus
ſcio: ſummũ uero illud qđ eſt. ſ. & de⁹,
& eſſe, & nō eſſe nō poſſe, indubitãter
intelligo. Cogitare aũt nō eſſe, quãdiu
eſſe certiſſime ſcio, neſcio utrũ poſſim,
ſed ſi poſſum, cur & nunquid aliud ea
dẽ certitudine ſcio? Si aũt non poſſum,
non erit iam iſtud proprium deo. Cęte
ra libelli illius tam ueraciter & tam p̄
clare ſunt magnificeq́ꝫ præſtantia, tãta
deniqꝫ reſtitcta utilitate et pῆ ac ſancti
affectus, intimo quodam odore fragrã
tia, ut nullo modo propter illa quæ uir
tus recte quidem ſenſa, ſed minus fir-
miter argumentata, ſibi iſta ſint contẽ-
nenda: ſed illa potius argumẽtanda ro
buſtius, ac omnia cum ingenti uenera-
tione & laude ſuſcipienda.

EIVSDEM BEATI ANSELMI
Liber contra inſipientem incipit.

QVoniã non me reprehẽ
dit in his dictis ille inſi
piens, contra quẽ ſum
locut⁹ in meo opuſcu
lo ſed quidã nō īſipiẽs
& catholicus pro inſi
piente, ſufficere mihi pōt reſpōdere ca-
tholico. Dicis quidẽ (quicunqꝫ es q di-
cis hoc poſſe dicere inſipientem) quia
non eſt in intellectu aliquid ſuo maius
quod cogitari nō poſſit aliter ꝙ quod
ſecũdum ueritatem cuiuſqꝫ rei nequit
ſaltem cogitari: & quod magis conſe-
quitur, hoc quod dico, quo maius co-
gitari non poſſit: ex eo quia eſt in intel-
lecto, eſſe & in re, quam perditam inſu
lã certiſſime ex eo cum deſcribitur uer
bis audiẽs eã non ambigit in intellectu
ſuo eſſe. Ego uero dico, ſi quo mai⁹ co-
gitari non poteſt, nō intelligitur, uel co
gitaẽ, nec eſt in intellectu uel cogitatio
ne: ꝑfecto deus, aut nō eſt quo maius
cogitari nō poſſit, aut nō intelligiẽ uel
cogitaẽ & nō eſt in intellectu uel cogi-
tatione. Quod ꝙ falſum ſit, fide, & cō
ſciẽtia tua pro firmiſſimo utor argmẽ-
to. Ergo, quo maius cogitari nō pōt, ue
re intelligiẽ & cogitatur, & eſt in intel-
lectu & cogitatiōe. Quare, aut uera nō
ſunt ꝗbus conaris cōtra ꝓbare, aut ex
eis nō cōſequiẽ, quod te cōſequẽter opi
naris cōcludere. Qđ autẽ putas, ex eo
quod ītelligiẽ aliqd quo maius cogita
ri nequit, nō cōſequi illud eſſe in intel-
lectu: nec ſi eſt in intellectu, iō eſſe ī re.
Certe, ergo dico, ſi uel cogitari pōt eſſe,
neceſſe eſt illud eſſe. Nam quo maius
cogitari nequit, non pōt cogitari eſſe,
niſi ſine initio. Quicquid autẽ poteſt
cogitari eſſe & non eſſe, per initiũ pōt
cogitari eſſe. Non ergo quo maius co-
gitari nequit, cogitari poteſt eſſe &
non eſſe. Si ergo poteſt cogitari eſſe,
illud ex neceſſitate eſt. Amplius. Si uti
que uel cogitari pōt, neceſſe eſt illud eſ
ſe. Nullus enim negans aut dubitans
eſſe aliquid, quo mai⁹ cogitari nō poſ-
ſit, negat uel dubitat, qa ſi eſſet, nec a-
ctu nec intellectu poſſet nō eſſe. Aliter
nanqꝫ nō eſſet, quo maius cogitari nō
poſſet: ſed quicquid cogitari poteſt, &
nō eſt: ſi eſſet, poſſet uel actu uel intelle
ctu nō eſſe. Quare ſi nihil cogitari pōt,
non poteſt non eſſe, quo maius cogita
ri nequit. Sed ponamus nō eẽ, ſi uel co-
gitari ualet: aut qcquid cogitari pōt, &
nō eſt: ſi eſſet: nō eſſet quo maius cogi-
tari non poſſit. qđ nimis eſt abſurdũ.
Falſum eſt igitur non eſſe aliquid, quo
maius cogitari non poſſit, ſi uel cogita
ri poteſt: multo magis, ſi intelligi & in
intellectu eſſe poteſt. Plus aliqd dicã: p
culdubio qcquid alicubi aut aliqñ nō
eſt, etiam ſi eſt alicubi aut aliquãdo, po
teſt tamen cogitari nunquam nuſquã
eſſe: ſicut non eſt alicubi, aut aliquan-
do. Nã quod heri non fuit, & hodie eſt,
ſicut heri non fuiſſe intelligitur, ita nũ-
quã eſſe ſubintelligi pōt: & quod hoc

non eſt, & alibi eſt: ſicut nõ eſt hoc ita poteſt cogitari nuſquam eſſe. Similiter cuius partes ſingulæ non ſunt ubi, aut quando ſunt aliæ partes eius: omnes partes, & ideo ipſum totum, poſſunt cogitari nunquam aut nuſquam eſſe. Nam etſi dicatur tempus ſemper eſſe aut mundus ubique: non tamen illud totum ſemper aut iſte ſemper eſt ubique: & ſicut ſingulæ partes temporis non ſunt, quando aliç ſunt: ita poſſunt etiam nunquam cogitari, & ſingulæ mundi partes, ſicut non ſunt ubi aliæ ſunt, ita ſubintelligi poſſunt nuſquam eſſe: ſed & qđ partibus iunctum eſt, cogitatione diſſolui & non eſſe põt. Quare quicquid alicubi aut aliquando totum non eſt: etiam ſi eſt, poteſt cogitari non eſſe: ac quo maius cogitari neqt ſi eſt, non poteſt cogitari non eſſe, alioquin ſi eſt, nõ quo maius cogitari non poſſit: qđ non cõuenit. Nullatenus ergo alicubi, aut aliquando totum non eſt: ſed ſemper & ubiq; totũ eſt. Putaſne aliquatenus poſſe cogitari, uel ĩtelligi, aut eſſe in cogitatione uel ĩtellectu, de quo hoc intelligunť. Si.n.nõ poteſt, nõ poſſunt hoc intelligi de eo. Qđ ſi dicitur non intelligi & non eſſe in intellectu, quod non penitus intelligitur: dic, quia qui non poteſt intueri puriſſimã lucem ſolis, non uidet lucem diei, quæ non eſt niſi lux ſolis. Certe uel hactenus intelligitur, & eſt in ĩtellectu, quo maius cogitari nequit, ut hęc de eo intelligantur. Dixi itaq; in argumẽtatione, quam reprehendis: qa cum ĩſipiens audit proferri, quo maius cogitari non poteſt: intelligit, quod audit, utique ſi nõ intelligit, ſi nota lingua dicitur: aut nullum, aut nimis obrutum, habet intellectũ. Deinde dixi, quia ſi intelligiť, eſt in intellectu: an non eſt in nullo intellectu, quod neceſſario in rei ueritate eſſe monſtratũ eſt? Sed dicis, quia ſi eſt in intellectu, non tamen cõſequitur quia intelligitur. Vide, quia cõſequitur eſſe in intellectu, ex eo quia ĩtelligitur. Sic enim quod cogitatur, cogitatione cogitatur: & quod cogitatione cogitatur, ſicut cogitatur ſi eſt in cogitatione: ita quod intelligitur, ĩtellectu intelligitur: & quod intellectu intelligiť: ſicut ĩtelligitur ſic eſt in ĩtellectu. Quid hoc planius? Poſtea dixi, qa ſi eſt uel in ſolo intellectu poteſt cogitari eſſe & in re, quod maius eſt. Si ergo in intellectu ſolo eſt, idipſum ſcilicet, quo maius nõ poteſt cogitari: eſt quo maius cogitari poteſt: rogo quid cõſequentius? An.n. ſi eſt uel in ſolo intellectu, non poteſt cogitari eſſe in re: aut ſi poteſt, non'ne qui hoc cogitat aliud cogitat maiꝰ eo, ſi eſt in ſolo intellectu? Quid ergo conſequentius, quàm ſi quo maius cogitari nequit eſt in ſolo ĩtellectu, idem eſſe quo maius cogitari poſſit. Sed utique, quo maius cogitari poteſt, in nullo intellectu eſt quo maius cogitari nõ poſſit: An ergo non ſequiť, quo maius cogitari nequit, ſi eſt in ullo ĩtellectu, non eſt in ſolo intellectu? Si enim eſt in ſolo intellectu eſt, quo maius cogitari põt, qđ non cõuenit. Sed tale eſt maius, ac ſi aliquis ĩſulam oceani oẽs terras ſua fertilitate uincentem quæ difficultate, immo impoſſibilitate inueniendi quod non eſt, perdita nominatur. Dicat idcirco non poſſe dubitari uere eſſe in re: quia uerbis deſcriptam facile qs intelligit. Fidens loquor: quia ſiquis nõ uenerit, niſi aut re ipſa aut ſola cogitatione exiſtens, quod maius cogitari non poſſit, cui aptare ualeat cõnexionẽ huius meæ argumentationis, inueniã, & dabo illi perditã inſulam amplius non perdẽdam. Palàm autem iam uidetur: quo non ualet cogitari maius nõ poſſe cogitari non eſſe: qđ tam certa ratione ueritatis exiſtit, aliter.n.nullatenus exiſteret. Deniq; ſiquis dicit, ſe cogitare illud non eſſe. Dico, quia cum hoc cogitat: aut cogitat aliquod, quo maius cogitari nõ poſſit: aut nõ cogitat. Quòd ſi non cogitat, non cogitat non eſſe qđ non cogitat. Si uero cogitat, utique co

tat aliquod quod nec cogitari poſſit
nō eſſe. Si enim poſſet cogitari nō eſſe,
cogitari poſſet habere principium & fi
nem: ſed hoc non poteſt. Qui ergo il-
lud cogitat, aliquid cogitat quod nec
cogitari nō eſſe poſſit, hoc uero qui co
gitat, nō cogitat idipſum eſſe: alioquin
cogitat, quod cogitari nō poteſt. Non
igitur poteſt cogitari non eſſe, quo ma
ius nequit cogitari. Quod autem dicis
quia cum dicitur, quod ſumma res iſta
non eſſe nequeat cogitari: melius for-
taſſe diceretur, quod nō eſſe aut etiam
poſſe non eſſe, non poſſit intelligi: po-
tius dicendum fuit, non poſſe cogita-
ri. Si enim dixiſſem rem ipſam, nō poſ
ſe intelligi non eſſe: fortaſſe tu ipſe qui
dicis, quia ſecūdum proprietatem uer
bi iſtius, falſa nequeunt intelligi, obĳ-
ceres: nihil quod eſt poſſe intelligi, nō
eſt falſum, eſt enim non eſſe quod eſt:
quare non eſt proprium Deo, non poſ
ſe intelligi non eſſe. Quòd ſi eſſet aliꝗd
eorum quę certiſſime ſunt, poteſt intel
ligi non eſſe, ſimiliter & alia certa non
eſſe poſſe intelligi. Sed hoc utiq; nō po
teſt obĳci de cogitatione, ſi bene conſi-
deret. Nam etſi nulla quæ ſunt poſſunt
intelligi non eſſe: omnia tamē poſſunt
cogitari non eſſe præter id quod ſum-
me eſt. Illa quippe omnia & ſola poſ-
ſunt cogitari non eſſe, quæ initium aut
finem aut partium habent coniunctio
nem. Et ſicut iam dixi: ꝗcquid alicubi,
aut aliquando totum non eſt: illud ue
ro ſolum non poteſt cogitari non eſſe,
in quo nec initium, nec finem, nec par-
tium coniunctionem & quod non niſi
ſemper & ubiq; totum ulla inuenit co
gitatio. Scito igitur, quia potes cogita
re te nō eſſe, quādiu eſſe certiſſime ſcis:
ꝙ te miror dixiſſe neſcire. Multa nāq;
cogitamus non eſſe quę ſcimus eſſe: &
multa eſſe, quæ non eſſe ſcimus: nō exi
ſtimando, ſed fingendo ita eſſe cogita-
mus. Et illud ꝗdem poſſumus, et iſtud
ſcimus: & non poſſumus cogitare ali-
quid non eſſe, quandiu ſcimus eſſe: ꝗ
ſimul & illud poſſumus, & iſtud ſci-
mus: & non poſſumus cogitare non
eſſe, quandiu ſcimus eſſe, quia nō poſ-
ſumus cogitare eſſe ſimul, & non eſſe.
Siquis igitur ſic diſtinguat huius pro-
lationis has duas ſententias: intelligit
nihil, quandiu eſſe ſcitur poſſe cogitari
non eſſe, & quicquid eſt, præter id quo
maius cogitari nequit, etiam cum ſci-
tur eſſe, poſſe cogitari nō eſſe. Si igitur
& proprium eſt Deo, non poſſe cogita
ri non eſſe: & tamen multa poſſunt co
gitari, quandiu ſunt, non eſſe. Quomo
do tamen dicat cogitari Deus nō eſſe,
in iſto libello puto ſufficienter eſſe di-
ctū. Qualia uero ſint & alia, quæ mihi
obĳcis pro inſipiēte, facile eſt deprehen
dere uel parum ſapiēti: & ideo id oſten
dere ſuperſedendum exiſtimaueram:
Sed quoniam audio quibuſdam ea le-
gentibus aliquid contra me ualere ui-
deri, paucis de illis cōmemorabo. Pri-
mum, quod ſæpe repetis me dicere: ꝗ
quòd eſt maius omnibus in ītellectu:
& ſi eſt in intellectu, eſt & in re, aliter
enim oībus maius, non eſſet omnibus
maius. Nuſquam in oībus dictis meis
inuenitur talis ꝓbatio. Nō enim idem
ualet quod dicitur: maius omnibus, et
quo maius cogitari nequit, ad proban
dum, quia eſt in re, quod dicitur. Siqui
dē cum dicitur: quo maius cogitari nō
poſſit, non eſſe aliquid in re, aut poſſe
non eſſe, aut uel nō eſſe poſſe cogitari,
facile refelli poteſt. Nam ꝙ nō eſt, po-
teſt nō eſſe: & quod non eſſe poteſt, co
gitari poteſt non eſſe. Quicquid aūt co
gitari pōt non eſſe, ſi eſt: nō eſt quo ma
ius cogitari nō poſſit. Quòd ſi nō eſt:
utiq; ſi eſſet, nō eēt quo maius nō poſ-
ſit cogitari. Sed dici non poteſt: ꝗ qui
maius non poſſit cogitari ſi eſt, nō eſt
ꝗ maius cogitari non poſſit, aut ſi eēt,
non eſſet quo non poſſit cogitari ma-
ius. Patet ergo, ꝗ nec non eſt, nec pōt
non eſſe, aut cogitari nō eſſe. Aliter. n.
ſi eſt, non eſt ꝙ dicitur, & ſi eſſet, non
eſſet. Hoc aūt nō tam facile ꝓbari poſ-

ſe uidetur de eo, quod maius dicit̃ om-
nibus. Nõ enim ita patet: qa quod non
eſſe cogitari poteſt, non eſt maius om-
nibus quę ſunt: ſicut quia non eſt quo
maius cogitari non poſſit, nec ſic eſt in
dubitabile: qa ſi eſt aliquod maius om
nibus, non eſt aliqd ꝙ quo maius non
poſſit cogitari: aut ſi eſſet, nõ eſſet ſimi
liter aliquid: quoniã certũ eſt, de eo qđ
dicit̃ quo maius cogitari nequit. Quid
enim ſiquis dicat eſſe aliquod maius
omnibus quæ ſunt, & idipſum tamen
poſſe cogitari non eſſe, & aliquid maiꝰ
eſſe, etiam ſi non ſit: poſſe tamen cogita
ri an hoc ſic aperte inferri poteſt. Non
eſt ergo maius omnibꝰ quæ ſunt: ſicut
ubi apertiſſime diceretur: ergo non eſt
quo maius cogitari nequit. Illud nan-
que alio indiget argumento quàm hoc
quod dicit̃ omnibus maius. In iſto ue-
ro nõ eſt opus alio, quàm hoc ipſo qđ
ſonat: quo maius cogitari non poſſit,
ergo ſi non ſimiliter poteſt probari de
eo quod maiꝰ omnibus dicitur: quod
de ſe per ſeipſum probat, quo maius
nequit cogitari, iniuſte me reprehẽdiſti
dixiſſe quod non dixi, cum tãtum dif-
ferat ab eo quod dixi. Si uero uel poſt
aliud argumẽtũ poſuiſti: nec ſic me de
buiſti reprehendere dixiſſe, quod ꝓba-
ri poteſt. Vtrum autẽ poſſit facile per-
pendi qui hoc poſſe, quo maius cogita
ri nequit, cognoſcit: nullatenus enim
poteſt intelligi, quo maius cogitari nõ
poſſit: niſi id quod ſolum omnibus eſt
maius. Sicut ergo quo maius cogitari
nequit intelligitur, & eſt in intellectu,
& ideo eſſe in rei ueritate aſſeritur: ſic
quod maius dicitur omnibꝰ intelligi,
& eſſe in intellectu: & idcirco re ipſa eſ
ſe ex neceſſitate concludit̃. Vides ergo.
quã recte me comparaſti ſtulto illi, qui
hoc ſolo quòd deſcripta intelligeretur,
perditam inſulam eſſe, uellet aſſerere.
Quod autem obijcis, quælibet falſa
uel dubia ſimiliter poſſe intelligi, & eſ-
ſe in intellectu: quemadmodum illud
quod dicebam. Miror, quod hoc ſen-
ſiſti contra me dubium probare uolen
tem, cui primum hoc ſat erat, ut quoli
bet modo illud intelligi, & eſſe in intel
lectu oſtenderem: quo conſequenter
conſideratur, utrum eſſet in ſolo intel-
lectu, uelut falſa: an & re, ut uera.
Nam ſi falſa & dubia, hoc modo intel-
liguntur, & ſunt in intellectu, ꝙ cum
dicuntur, audiens intelligit quid dicẽs
ſignificet: nihil prohibet quod dixi in-
telligi, & eſſe in intellectu. Quomodo
autem ſibi cõueniat quod dicis, quod
falſa dicente aliquo quęcunque ille di-
ceret, intelligeres: & quia illud qđ non
eſt, eo modo quo etiam falſa habentur
in cogitatione, non dicens auditũ cogi
tare aut in cogitatione habere, ſed intel
ligere, & in intellectu habere, qa ſcilicet
non poſſum hoc aliter cogitare niſi in
telligendo, id eſt, ſcientia cõprehenden
do re ipſa illud exiſtere. Qũo inquam
conueniant & falſa intelligi, & intelli-
gere eſſe, ſcientia comprehendere exiſte
re: aliud nihil ad me, tu uideris. Quòd
ſi & falſa aliquo modo intelliguntur:
& non omnis ſed cuiuſdam intellectꝰ
eſt hæc diffinitio, non debui reprehen-
di: quia dixi, quo maius cogitari non
poſſit, intelligi & intellectu eſſe etiam
antequam certũ eſſet re ipſa illud exi-
ſtere. Deinde, quod dicis uix unquam
poſſe eſſe credibile, cum dictum & au-
ditum fuerit iſtud, non eo modo poſſe
cogitari non eſſe, quo etiam poteſt co-
gitari non eſſe deus. Rñdeant pro me,
qui uel paruam ſcientiam diſputandi
argumẽtandiq́; attigerunt. An enim ra
tionabile eſt, ut idcirco neget aliquis
quod intelligit: quia eſſe dicit̃ id quod
negat, quia non intelligit: aut ſi aliqñ
negatur, quod aliquatenus intelligit̃:
& idem eſt illi, quòd nullatenus intelli
gitur: nonne facilius probat̃ quod du-
biũ eſt, de illo quod in aliquo, quã de
eo quod in nullo eſt intellectu? Quare
nec credibile poteſt eſſe, idcirco quem
libet negare quo maius cogitari ne-
quit, quod auditũ aliquatenus intelligit:

quia negat deum, cuius ſenſum nul-
lo modo cogitat. Ac ſi & illud, quia
non omnino intelligitur, negatur: mi-
nime: tamen facilius id quod aliquo
modo, quàm id quod nullo modo in-
telligitur, probatur: Non ergo irratio-
nabiliter contra inſipientem ad probã
dum deum eſſe attuli, quo maius cogi
tari non poſſit: cum illud, nullo mo-
do: iſtud, aliquo modo intelligeret.
Quod uero tam ſtudioſe probas, quo
maius cogitari nequit: nõ tale eſſe, qua
lis nondum facta pictura in intellectu
pictoris, ſine cauſa fit. Non enim ad
hoc protuli picturam præcogitatam,
ut tale illud, de quo agebatur, uellem
aſſerere: ſed tantum, ut aliquid eſſet in
intellectu, quod eſſe nõ intelligeretur,
poſſem oſtendere. Item, quod dicis:
quo maius cogitari nequit, ſecundum
rem uel ex genere tibi uel ex ſpecie no-
tam te cogitare auditum, uel intellectũ
habere non poſſe: quoniam nec ipſam
rem noſci, nec eam ex alia ſimili potes
conĳcere, palàm eſt rem aliter ſeſe ha-
bere: quoniam nãque omne minus bo
num, intãtum eſt ſimile maiori bono,
inquantum eſt bonum. Patet cuiuſli-
bet rationabili menti, quia de minori-
bus bonis ad maiora conſcendendo,
ex his quibus aliquid maius cogitari
põt, multum poſſumus cõĳcere illud,
quo nihil poteſt maius cogitari. Quis
enim, uerbi gratia, uel hoc cogitare nõ
poteſt, etiamſi non credat in re eſſe, qđ
cogitat: ſcilicet, ſi bonum eſt aliquod,
quod initiũ & finẽ habet: multo meliꝰ
eſſe bonum, quod licet incipiat, non ta
men deſinit: & ſicut iſtud illo melius
eſt, ita iſtud eſſe meliꝰ illo, quod nec fi-
nem habet, nec initiũ: etiam ſi ſemper
de præterito per præſens tranſeat ad fu
turum, & ſiue ſit in re aliquod huiuſ-
modi, ſiue non ſit, ualde tamen eo me-
lius eſſe id, quod nullo modo indiget,
uel cogitur mutari, uel moueri: an hoc
cogitari non poteſt: aut non eſt hoc ex
his tribus maius: cogitari ualet conĳce
re id quod maius cogitari nequit. Eſt
igitur, unde poſſit conĳci, quo maius
cogitari nequeat. Sic itaque facile re-
felli poteſt inſipiens, qui ſacram autho
ritatem nõ recipit, ſi negat quo maius
cogitari non ualet, ex his rebus conĳci
poſſe. At ſiquis catholicus hoc neget:
meminerit quia inuiſibilia dei à creatu Rom. 1
ra mundi ꝑ ea quę facta ſunt, intellecta
conſpiciũtur: ſempiterna quoque eius
uirtus & diuinitas. Sed etſi uerum eſ-
ſet nõ poſſe cogitari uel intelligi illud,
quo maius nequit cogitari, non tamẽ
falſum eſſet, quo maius cogitari ne-
quit, cogitari poſſe & intelligi. Si e-
nim nihil prohibet dici ineffabile, licet
illud dici non poſſit, quod ineffabile di
citur: & quemadmodum cogitari non
poſſit, cui conuenit non cogitabile di-
ci: ita cum dicitur, quo nihil maius ua
let cogitari: proculdubio quod audi-
tur, cogitari & intelligi poteſt, etiam
ſi res illa cogitari non ualeat, aut intel-
ligi, quo maius cogitari nequit. Nam
etſi quiſquã eſt tam inſipiens, ut dicat
non eſſe aliquod, quo maius nõ poſſit
cogitari: non tñ ita erit imprudens, ut
dicat ſe non poſſe intelligere aut cogita
re, quid dicat: aut ſiquis talis ĩuenitur,
non modo ſermo eius eſt reſpuendus,
ſed & ipſe cõſpuẽdus. Quiſqꝫ igitur ne
gat aliquid eſſe, quo maius nequeat co
gitari: utiqꝫ intelligit & cogitat negatio
nẽ, quã facit: quoniã negationẽ intelli-
gere, aut cogitare non põt ſine partibꝰ
eius: pars autem eius eſt, quo maius co
gitari non põt. Quicunqꝫ igitur hoc ne
gat, intelligit & cogitat, quo maius co
gitari nequit. Palàm autẽ eſt quia ſimi
liter põt cogitari & intelligi, quod non
poteſt nõ eſſe: maius uero cogitat qui
hoc cogitat, q̃ qui cogitat quod poſſit
non eſſe. Cũ ergo cogitatur, quòd ma-
ius non poſſit cogitari, cogitatur quod
poſſit cogitari maius: ſed nequit idem
ſimul cogitari, & non cogitari. Quare
qui cogitat, quo maius nõ poſſit cogi-
tari, non cogitat quod poſſit, ſed quod

non poſſit non eſſe. Quapropter neceſ
ſe eſt eſſe, quod cogitat: quia quicquid
non eſſe poteſt, non eſt quod cogitat.
Puto, quia monſtraui me non infirma,
ſed ſatis neceſſaria argumentatione ꝓ-
baſſe in præfato libello, re ipſa exiſtere
aliquid, quo maius cogitari nō poſſit:
nec eam alicuius obiectionis infirmare
firmitatem. Tantam enim uim huius
probationis in ſe continet ſignificatio:
ut hoc ipſum quod dicitur ex neceſſi-
tate, eo ipſo quod intelligitur uel cogi-
tatur, & re uera probetur exiſtere: & id
ipſum eſſe quicquid de diuina ſubſtan
tia oportet credere. Credimus nãq; de
diuina ſubſtantia, quicquid abſolute
cogitari poteſt melius eſſe quā non eſ-
ſe. Verbi gratia: melius eſt eſſe æternū,
quàm non æternum: bonum quàm
non bonum: immo bonitatem ipſam,
quā non bonitatem ipſam. Nihil autē
huiuſmodi non eſſe poteſt, quo maius
aliquid cogitari non poteſt: neceſſe igiƭ
eſt quo maius cogitari non poteſt, eſſe
quicquid de diuina eſſentia credi opor
tet. Gratias ago benignitati tuæ & in
reprehēſione & in laude opuſculi mei.
Cum ea quæ tibi digna ſuſceptione ui
dentur, tanta laude extuliſti, ſatis ap-
paret: quia quæ tibi infirma uiſa ſunt,
beneuolentia non maleuolentia repre-
hendiſti.

PRAEFATIO IN LIBRVM DE FI-
de, quem alias de incarnatione uerbi per ſe
reperimus prænotatum.

QVuis poſt apoſtolos
ſancti patres & docto
res nr̄i multi tot & tā-
ta de fidei noſtræ ratio
ne dicunt ad confutan
dam inſipientiā & frā
gendā duritiam infideliū, & ad paſcen
dum eos qui iam corde fide mundato
eiuſdem fidei ratione (quam poſt eius
certitudinem debemus eſurire) delectā
tur: ut nec noſtris nec futuris tempori
bus ullum illis parem in ueritatis con
templatione ſperemus, nullum tamen
reprehendendum arbitror, ſi fide ſta-
bilitus in rationis eius indagine ſe uo-
luerit exercere. nam & illi, quia breues
dies hominis ſunt, non omnia quę poſ
ſent ſi diutius uixiſſent, dicere potue-
runt: & ueritatis ratio tā ampla tamq;
profunda eſt, ut à mortalibus nequeat
exhauriri: & dominus in eccleſia ſua,
cum qua ſe eſſe uſque ad cōſummatio Iob.14
nem ſeculi promittit, gratiæ ſuæ dona
nō deſinit impertiri. Et ut alia taceam,
quibus ſacra pagina nos adinueſtigan Eſa.7
dam rationem inuitat, ubi dicit: niſi cre
dideritis non intelligetis, aperte mouet
intentionem ad intellectnm extēdere,
cum docet qualiter ad illū debeamus
proficere. Denią; quoniam inter fidem
et ſpeciem intellectum, quem in hac ui
ta capimus, eſſe medium intelligo, quā
to aliquis ad illum proficit, tanto eum
propinquare ſpeciei (ad quam omnes
anhelamus) exiſtimo. hac igiƭ ego con
ſideratiōe, licet ſim hō paruę nimis ſciē
tiæ confortatus ad eorū quę credimus
rationem intuendam, quantum ſuper-
na gratia mihi dare dignatur, aliquan-
do conor aſſurgere, & cum aliquid, qđ
prius non uidebam reperio, id aliȷs li-
benter aperio: quatenus quid ſecure te
nere debeam, alieno diſcam iudicio.
Quapropter mi pater & domine, Chri
ſtianis omnibus cum reuerentia aman
de, & cum amore reuerende papa Vr-
bane, quem dei prouidentia in ſua ec-
cleſia ſummum conſtituit pontificem,
quoniam nulli rectius poſſum ueſtræ
ſanctitatis præſento conſpectui ſubdi
tum opuſculum: ut eius authoritate
quæ ibi ſuſcipienda ſunt, approbētur:
& quæ corrigenda ſunt, emendentur.

Caput primum.

Dn̄o & patri uniuerſæ eccľę in terra
peregrinantis, ſummo pontifici Vrba-
no frater Anſelmus, uita peccator, ha-
bitu monachus, ſiue iubēte ſiue permit
tente deo, Cantuariæ metropolis uoca
tus epiſcopus, debitam ſubiectionē cū

humili ſeruitio & deuotis orationib⁹. Quoniam diuina prouidentia ueſtram elegit ſanctitatē, cui uitam & fidē Chriſtianam cuſtodiendam, & eccleſiā ſuā regendam committeret: ad nullam alium rectius refertur, ſiquid contra catholicam fidem oritur in eccleſia: ut ei⁹ authoritate corrigatur, nec ulli alīj tutius ſiquid contra errorem reſpondetur, oſtenditur ut eius prudentia examinetur. quapropter ſicut nulli dignius poſſum: ita nulli libentius præſentem epiſtolam, quam ueſtræ deſtino ſapientiæ quatenus ſiqd in ea corrigendū eſt, ueſtra cenſura caſtigetur: & quod regulā ueritatis tenet ueſtra, authoritate roboretur. Cum adhuc in Becci monaſterio eſſem abbas, præſumpta eſt à quodā clerico in Francia talis aſſertio: Si in deo, inquit, tres pſonę ſunt, una tantū res: et non ſunt tres res una quęque per ſe ſeparatim, ſicut tres angeli aut tres aīæ: ita tamen ut potentia & uolūtate oīno ſint idem, ergo pater & ſpiritus ſanct⁹ cū filio eſt incarnatus. Quod cū ad me perlatū eſſet, incepi contra hunc errorē quandam epiſtolam, quā parte quadā edita, perficere contempſi: credens non ea opus eſſe, quoniam & ille, contra quē fiebat, in concilio à uenerabili Remenſi Archiepiſcopo Reynaldo collecto, errorem ſuum abiurauerat: & nullus ui debatur qui eū errare ignoraret: partem tamen illam quā fecerā, quidā fratres me neſciente tranſcripſerūt atq; alīj legendam tradiderunt: qď idcirco dico ut ſi in alicuius manus pars illa uenerit, quāquā ibi nihil falſum ſit, tamen tanquam impfecta & non exquiſita relinquatur: & hic quod ibi īcepi diligētius inceptū & perfectum requiratur. Poſtq; enim in Anglia ad epiſcopatum, neſcio qua dei diſpoſitiōe captus & retentus ſum, audiui præfatæ nouitatis authorem in ſua perſeuerantē ſententia dicere, ſe non ob aliud abiuraſſe quod dicebat, niſi quia à populo interfici timebat. hac igitur cauſa quidam fratres precibus ſuis me coegerunt, ut ſoluerem quæſtionem, qua ipſe ſic irretitus erat, ut nullo modo ſe expediri ab ea crederet, niſi aut incarnatione dei patris & ſpiritus ſancti, aut deorum multitudine ſe impediret. Quod rogo nequis putet præſumpſiſſe me, qua ſi fortitudinē fidei Chriſtianæ meę exiſtimen indigere defenſionis auxilio. Quippe ſi ego contemptibilis homuncio, tot ſanctis & ſapientibus ubique exiſtentibus, ad cōfirmandū fidei chriſtianæ firmamentum, quaſi mea indigeat defenſione, aliquid ſcribere tentarem, præſumptor utique iudicari & deridendus poſſem uideri. Si enim me uiderent homines alīj, onuſtum paxillis & funibus & alījs rebus, qbus nutantia ligari & ſolidari ſolent, elaborare circa montem Olympum ad confirmādū eum, ne alicuius ipulſu nutaret, aut ſubuerteretur: mirū ſi ſe à riſu & deriſu cōtinerēt. quanto magis cum lapis, qui abſciſus eſt de monte ſine manib⁹ & percuſſit & comminuit ſtatuam, quam uidit in ſomno Nabuchodonoſor, iam factus eſt mōs magnus: & impleuerit uniuerſam terram, ſi eū meis rationibus fulcire & quaſi nutantem ſtabilire nitar, tot ſancti & ſapientes, q pro eius æterna firmitate ſe ſtabilitos eſſe gaudent, indignari mihi pōt & hoc imputare, non ſtudioſę grauitati, ſed iactabundę leuitati. Siquid ergo de firmitate fidei noſtrę in hac epiſtola diſputauero, nō eſt ad confirmandum illam: ſed ad fratrum hoc exigentium precibus ſatisfaciendum. ſed ſi ille, qui præfatam protulit ſententiam deo corrigēte ad ueritatē reddit, nullatenus putet me in hac epiſtola contra ſe loqui: quia iam non eſt quod fuit. Si enim fuit aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino: non ſunt arguendæ tenebrę quę iam non ſunt, ſed lux approbanda quę lucet. Veruntamen ſiue adhuc ad lucē redierit ſiue non, quoniam ſentio laborare plures in eadem quæſtione, etiam

ſi fides in illis ſuperet rationem, quæ il
lis fidei uidetur repugnare: nõ mihi ui-
detur ſuperfluum repugnãtiam iſtam
diſſoluere.

Quòd ſacra fidei quæſtiones quas diſputamus aut rimamur, non quilibet dialectici ſed in ſcripturis ſacris experti ſuſcipere humiliter debent. Cap. 2.

Sed priuſq̃ de quæſtione diſſeram,
aliqd præmittam ad cõpeſcendam eo-
rum præſumptionem, qui nephãda te
meritate audent diſputare cõtra aliqd
eorum q̃ fides chriſtiana confitetur, quo-
niam id intellectu capere nequeunt, et
potius inſipienti ſuperbia iudicãt nul-
latenus poſſe eſſe, quod nequeunt in-
telligere, quàm humili ſapientia fatean
tur eſſe multa quæ ipſi nõ ualeãt com-
prehẽdere. Nullus quippe chriſtianus
debet diſputare quod catholica eccle-
ſia corde credit & ore confitetur, quo-
modo non ſit: ſed ſemper eandem fi-
dem indubitanter tenendo, amando,
& ſecundum illam uiuendo, humili-
ter, quantum poteſt quærere ratio-
nem, quomodo ſit. Si poteſt intellige-
re. Deo gratias agat: ſi non poteſt non
immittat cornua ad uentilãdũ: ſed ſub
mittat caput ad uenerandum. Citius
enim in ſe poteſt confidens humana ſa
pientia impingendo cornua ſibi euel-
lere, quàm innitendo petram hanc euel
lere. Solent enim quidam, cũ cœperint
quaſi cornua confidentiæ ſibi ſcientiæ
producere, neſcientes, quòd ſiquis æſti
mat ſe ſcire aliquid, nondum cognouit
quemadmodum oporteat eum ſcire,
antequam habeant per ſoliditatem fi-
dei alas ſpiritales præſumendo in al-
tiſsimas de fide quæſtiones aſſurgere.
Eſa. 7. Vnde fit, ut dum ad illa quę prius fidei
ſcalam exigunt, ſicut ſcriptum eſt, niſi
credideritis non intelligetis. præpoſte-
re prius per intellectum conãtur aſcen
dere in multimodos errores: per intel-
lectus defectum cogantur deſcendere.
Palàm nanq; eſt, quia illi non habẽt fi-
dei firmitatem, qui quoniam quod cre
dunt, intelligere non poſſunt, diſputãt
contra eiuſdem fidei à ſanctis patribus
cõfirmatã ueritatem: uelut ſi ueſperti-
liones & noctuæ nõ niſi nocte cœlum
uidentes, de meridianis Solis radñs di
ſceptent contra aquilam Solem ipſum
irreuerberato uiſu intuentes. Prius er-
go fide mundandum eſt cor, ſicut dici- Act. 15
tur de Deo: fide mundans corda eo- Pſal. 18
rum, & prius pręceptorum domini cu
ſtodia illuminandi ſunt oculi: quia prę
ceptũ domini lucidũ, illuminans ocu-
los, & prius per humilem obediẽtiam
teſtimoniorum Dei debemus fieri par
uuli, ut diſcamus ſapiẽtiam quã dat te
ſtimonium domini fidele, ſapientiã prę Pſa. 18
ſtans paruulis. Vnde dñs. Confiteor ti Matt. 11
bi domine pater cœli & terrę, quia ab-
ſcondiſti hæc à ſapientibus & pruden
tibus, & reuelaſti ea paruulis. Prius in
quã ea quæ carnis ſunt poſtponẽtes ſe
cũdum ſpm̃ uiuamus, q̃ ꝓfunda fidei
diiudicando diſcutiamus, nam qui ſe-
cũdum carnem uiuit, carnalis ſiue ani
malis eſt, de quo dicitur: Aĩalis homo 1. Co. 2
nõ percipit ea, quæ ſunt ſpũs Dei. Qui
uero ſpiritu facta carnis mortificat, ſpi
ritualis efficit̃, de quo legitur, quia ſpi Ibidem
ritualis omnia iudicat, & ipſe à nemi-
ne iudicatur. Verum.n. eſt quia quãto
opulentius nutrimur in ſacra ſcriptu-
ra, ex his quę ꝑ obedientiã paſcunt, tan
to ſubtilius ꝓuehimur ad ea quę per in
tellectum ſatiant. fruſtra quippe cona-
tur dicere: ſuper omnes docẽtes me in-
tellexi, qui proferre non audet: quia te
ſtimonia tua meditatio mea eſt. Et mẽ Pſ. 118
daciter ꝓnũciat: Super ſenes intellexi, Ibi. ut
cui non eſt familiare quod ſequit̃: quia ſupra.
mandata tua q̃ſiui. Nimirũ hoc ipſum
quod dico, q non crediderit non intelli
get. Nam q non crediderit, non experie
tur: & qui expertus nõ fuerit, nõ intel-
liget. Nam quantum rei auditum ſu-
perat experientia, tãtum uincit audien
tis cognitionem experientis ſciẽtia. &
nõ ſolum ad intelligendũ altiora pro-
hibetur mens aſcendere ſine uitæ &
mandatorum dei obedientia: ſed etiam

aliquando datus intellectus ſubtrahitur, & fides ipſa ſubuertitur neglecta bona conſcientia. Ait enim de quibuſ-
Rom.1 dam apoſtolus. Cum cognouiſſent Deum, non ſicut Deum glorificauerũt, aut gratias egerunt ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis & obſcuratum eſt inſipiens cor eorũ. Et cum præciperet
Tim.1 Timotheo militare militiam bonam, ait: habens fidem & conſcientiam bonam quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Nemo ergo ſe temere mergat incondenſa difficillimarum quæſtionum, niſi prius in ſoliditate fidei, conquiſita morum & ſapientię grauitate: ne prę multiplicia ſophiſmatum diuerticula in tãta leuitate diſcurrẽs, aliqua tenaci illaqueetur falſitate. Cumq; omnes ut cautiſſime ad ſacræ paginæ quæſtiones accedãt, ſunt commonendi, illi utique noſtri tẽporis dialectici (imo dialecticę hęretici, qui quidem non niſi flatum uocis putant eſſe uniuerſales ſubſtãtias, & qui colorem non aliud queunt intelligere niſi corpus, nec ſapiẽtiam hominis aliud quã animam) prorſus à ſpiritualium quæſtionum diſputatione ſunt exufflandi. In eorum quippe animabus ratio, quę princeps & iudex omnium debet eſſe quæ ſunt in homine, ſic eſt imaginationibus corporalibꝰ obuoluta: ut ex eis ſe non poſſit euoluere: nec ab ipſis ea quæ ſola & pura ipſa contemplari debet, ualeat diſcernere. Qui enim nondũ ĩtelligit, quomodo plures homines in ſpecie ſint unus homo, qualiter in illa ſecretiſſima & altiſſima natura comprehendet, quomodo plures perſonæ, quarum ſingula quæque eſt perfectus Deus, ſint unus Deus. Et cuius mens obſcurata eſt ad diſcernendũ ĩter equũ ſuum & colorem eius, qualiter diſcernet inter unũ Deum & plures relationes eius. Denicq; qui non poteſt intelligere aliquid eſſe hominem, niſi indiuiduum: nullatenus ĩtelliget hominem niſi humanam perſonã. Omnis.n.indiuiduus homo perſona eſt. Quomodo ergo iſte intelliget hominem aſſumptum eſſe à uerbo nõ perſonam, id eſt, aliam naturam, non aliam perſonam eſſe aſſumptam. Hæc dixi: nequis antequam ſit idoneus, altiſſimas de fide quæſtiones præſumat diſcutere: aut ſi præſumpſerit, nulla difficultas aut impoſſibilitas intelligendi ualeat illam à ueritate, cui per fidem adhæſit, excutere. Iam ueniendum eſt ad id propter quod incepimus.

Quòd non ſunt tres dij, quãquam tres res perſonales, una tamen res eſſentialis. Cap. 3.

Dicit (ſicut audio) ille, qui tres perſonas dicitur aſſerere, eſſe uelut tres angelos, ut tres animas. Pagani defendunt legem ſuam. Iudæi defendunt legem ſuam, ergo & nos chriſtiani debemus defendere fidem noſtram. Audiamus quomodo iſte chriſtianus defendat fidem ſuam. Si, inquit, tres perſonæ ſunt una tantũ res, & non ſunt tres res, unaquæque per ſe ſeparatim ſicut tres angeli aut tres aĩæ: ita tamen ut uoluntate & potentia omnino ſint idem, ergo pater & ſpiritus ſanctus cum filio incarnatus eſt. Videte quid dicat iſte homo, quomodo defẽdat iſte chriſtianus fidem ſuam. Certe aut uult confiteri tres deos, aut nõ intelligit quod dicit. Sed ſi tres deos confitetur, nõ eſt Chriſtianus. Si autem affirmat quod nõ intelligit, non illi credendum eſt, huic homini non eſt reſpondendum, authoritate ſacræ ſcripturæ. quia aut ei non credit, aut eam peruerſo ſenſu interpretatur. Quid enim apertius dicit ſcriptura ſacra, quàm qđ Deus unus & ſolus eſt. Ratione igitur qua ſe defẽdere nititur, eius error demonſtrandus eſt. Vt autẽ facilius & breuius hoc faciam, loquar tantum de patre & filio, quoniam hæ duæ perſonę ſuis proprijs uocibus aliq̃ ab inuicem aperte deſignantur. Nã nomen ſpiritus ſancti non eſt alienum à patre & filio, quia uterq; eſt & ſpiritꝰ, & ſanctus. Quod autem in patre & filio de

lio de unitate ſubſtantiæ uel pluralita
te perſonarum inueniemus, hoc in tri-
bus abſq; dubio cognoſcimus. Dicat
ergo: Si duæ perſonæ pater & filius, nõ
ſunt duæ res. Quæramus primũ. quid
uelit hic dicere duas res, Nã unanquã-
que perſonam credimus eſſe hoc quod
commune eſt ambobus: et eſſe hoc, qđ
proprium eſt ſibi. Perſona enim patris
& deus eſt, quod commune eſt illi cũ
filio: et pater eſt, quod ei propriũ eſt. Si
militer perſona filij & deus eſt, quod
commune eſt illi cum patre: & filius
eſt, quod non niſi de hac ſola perſona
dicitur. In his igitur duabus perſonis
unum eſt commune, id eſt, deus: et duo
propria quæ ſunt, pater, & filius. Quę
cunq; enim illis ſunt cõmunia, ut om-
nipotens, æternus, in hoc ſolo commu
ni intelliguntur. Et quæ ſunt ſingulis
ꝓpria, ut eſt pater, genitor, uel gignẽs:
& filio, uerbum uel genitus: his duo-
bus nominibus patris, ſcilicet & filij
ſignificatur. Cũ igiť dicit has duas per
ſonas eſſe duas res, quæro: quid dicat
ibi duas res, an id quod commune eſt
illis, an ea quę propria ſunt ſingula ſin
gulis. Sed ſi duas res eſſe dicit duo pro
pria, id eſt, patrem & filium: ut tamen
id qđ commune eſt non ſit plures res,
ſed una & ſola res: ſuperflue hoc dicit,
quia nemo Chriſtianus confitetur pa-
trem & filium ſecundum hæc duo pro
pria, unã rẽ eſſe, ſed duas. Solemus. n.
uſu dicere rem, quicquid aliquo modo
dicimus eſſe aliquid. Qui autem dicit
de deo patrẽ aut filium: aliquid de eo
dicit, & omnes ſciunt in deo patrem,
non eſſe filium: & filium, non eſſe pa-
trem. quamuis ĩ uno homine pater ſit
filius, & filius ſit pater: ſi idem homo
eſt pater & filius. Quod ideo fit: quia ĩ
deo dicuntur oppoſitę, in uno uero ho
mine non adinuicem: ſed ad alium fili-
um pater, & ad alium patrem filius di
citur. hoc ergo modo nihil prohibet di
cere duas perſonas, patrẽ & filiũ eſſe
duas res, ſi tamẽ intelligatur cuiuſmo
di ſint res. Non enim ſic ſunt pater et fi-
lius du res, ut in his duabus rebus ĩ
telligatur eorum ſubſtantia, ſed eorũ
relationes, quamuis ille per ea quę ſub
iungit aperte oſtendat ſe non intellige-
re hoc modo duas perſonas eſſe duas
res. Nam cum dicit: ſi tres perſonę ſint
una tantum res & non tres res, ſubiun
git per ſe ſeparatim. Quippe talem ui-
detur pronuntiare ſeparationem, quæ
prohibeat eſſe ſimul in eodem homine
patrem & filium. Per hanc nanq; ſolã
putat ſe poſſe liberare patrem à com-
munione incarnationis cum filio. Nã
per illam ſeparationem, qua aliud eſt
eſſe patrem, & aliud eſt eſſe filium, nã
aliæ ſunt ab inuicem paternitas & fi-
liatio: ſi credit unum & ſolum eſſe deũ
qui eſt pater & filius, nõ uidet patrem
& filium poſſe ſeparari, quin ſint in eo
dem homine ſimul. Aut ergo aliam ſe-
parationem perſonarum patris & filij
loquitur, ꝙ illam qua ſecundum pro-
pria alii ſunt ab inuicem pater & filiꝰ,
quia per hanc nõ intelligit incarnatio-
nem alienam eſſe à patre: imo ſi ſimul
ſunt pater & filius, opinatur conſequi
patrem eſſe participem incarnationis
cum filio. Aut ſi illam dicit, fruſtra la-
borat ſicut iam dixi, quia Chriſtiana
fides hoc modo intelligit patrem & fi-
liũ eſſe duas res. Sed cũ ait: ſicut ſunt
tres angeli aut tres animæ, aperte mon
ſtrat ſe non de pluralitate uel ſeparatio
ne illa loqui, quæ illis eſt perſonis ſecũ
dum propria. Nempe de nulla una ea-
demq; numero re duo angeli dicũtur,
aut duæ animæ: nec unum aliquid nu-
mero de duobus angelis dicitur, aut de
duabus animabus: ſicut patrem & fi-
lium dicimus de deo uno numero, &
unum numero deum de patre & filio.
Credimus enim & dicimus, quia deus
eſt pater, & deus eſt filius: & conuer-
ſim, pater eſt deus, & filius eſt deus: &
tamen nec credimus nec dicimns plu-
res eſſe deos, ſed ita unum eſſe deum
numero, ſicut natura: quanuis pater &

filius non ſint unus, ſed duo. Angelum enim & animam ſecundum ſubſtantiā dicimus, non ſecundum relationem. Nam licet angeli nomen ab officio dictum ſit: quia angelus nūcius dicitur, tamen ſicut anima pro ſpecie ſubſtantiæ accipitur, ita & angelus. Quod ipſe intelligere ſe monſtrat, cum pariter dicit, ſicut ſunt tres angeli, aut tres animæ. Talem nanque ſignat pluralitatē & ſeparationem, qualem habēt plures angeli aut animæ, id eſt, qualem habēt plures ſubſtantiæ. Quod adhuc aperte monſtrare uidetur, cum ſubdit: ita tamen ut uoluntate & poteſtate omnino ſint idem. Sic enim intelligit uoluntatē & poteſtatem in illis plutibus rebus, quemadmodum in pluribus angelis aut animabus. Quod intelligi non poteſt, ſi illæ plures res putantur ſecundum proprietates perſonarum eſſe, nō ſecundum hoc quod communiter dicuntur. Nullatenus nanque patris & filij ſecūdum ipſas proprietates, id eſt, ſecundum paternitatem et filiationē ul la uoluntas aut potentia eſt: ſed ſecundum diuinitatis ſubſtantiam, quę cōis eſt illis. Quare ſi dicit tres pſonas eſſe tres res ſecundum ipſa propria: palàm eſt quā ſuperflue hoc dicat, quā etiā inconuenienter addit: ſicut ſunt tres angeli, aut tres animæ. Ac ſi dicat eaſdem perſonas duas eſſe res ſcd'm hoc quod commune eſt illis, id eſt, ſecūdū quod ſingula quæque & plures ſimul, unus perfectus deus eſt. Primū quæro an ſit Chriſtianus. Reſpondebit, ut æſtimo, hic ſe eſſe: ergo credit unū eſſe, deum, et ipſum eſſe tres perſonas. i. patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, & filij perſonam ſolā incarnatam, alijs tn̄ duabus cooperantibus. Qui aūt ita credit, affirmat eum non eſſe Chriſtianū, qui aliquid uult aſſerere contra aliquid horū. Si ergo iſte ita credit, negat eum eſſe Chriſtianum, qui cōtra hoc diſputat. Verum aūt hanc fidem ſubuertere ipſe nitatur, uideamus. Cū igitur dicit, ut de duabus perſonis dicam, ſicut incepi, quod de tribus intelligatur, cum in quam dicit. Si duæ perſonæ ſunt una res & non duæ: ſicut ſunt duo angeli aut duæ animæ, conſequi patrē quoq; eſſe incarnatum, ſi fili9 eſt incarnatus, puto quia ſic ratiocinatur ſecum: Si una & eadem numero res deus eſt, & ipſa eadem eſt pater, eſt & filius: cum filius ſit incarnatus, quomodo non & pater eſt incarnatus? De una quippe & eadē re nō eſt uera ſimul affirmatio & eius negatio: ſed de alia re affirmare aliquid, & de alia idem ipſum negare nihil prohibet. Nō enim idem Petrus apoſtolus eſt, & non eſt apoſtolus. Sed etſi alio nomine idem ipſe affirmetur apoſtolus, & alio negetur: ut Petrus eſt apoſtolus, & Simon non eſt apoſtolus, non eſt utraque uera enunciatio, ſed una harum falſa. Petrum autem eſſe apoſtolum, & Stephanum non eſſe apoſtolū: quoniam alius eſt Petrus, & alius eſt Stephanus, poſſibile eſt uerum eſſe. Si ergo eadem numero & non alia res eſt pater quàm filius, non eſt uerum, affirmari debere aliquid de filio, & negari de patre: aut affirmari debere de patre, & filio negari. Quicquid igitur eſt pater, eſt et filius: & quod dicitur de filio, nō debet negari de patre. Eſt autē incarnatus filius: eſt ergo incarnatus quoq; pater. Sed hæc ratiocinatio ſi uera eſt & rata, uera eſt hęreſis Sabellij. Si enim quicquid dicitur de una perſona, dicitur & de altera, idcirco, quoniam una res duæ ſunt perſonæ, ergo ſicut de filio dicitur filius, & uerbū, & genitus: ita hæc dicentur de patre. Et quemadmodum pater eſt, & pater, & genitor, & ingenitus: ſic hæc de filio dicenda ſunt. At ſi ita eſt: non eſt alius pater, quàm filius: nec filius alius à patre. Quare non ſunt duæ perſonæ, ſed una perſona. Ideo nanque dicuntur perſonæ duæ: quia alij credūtur ab inuicem pater & filius: ſi tamen deus erit pater & filius. Nam ſemper pater ē alicuius

pater, & filius alicuius filius: nec unquam pater ſuimet ipſius eſt pater, aut filius ſuimet ipſius filius eſt. Sed alius eſt pater, alius cuius eſt pater, & ſimiliter alius eſt filius, & alius cuius eſt filius. Quare ſi in Deo non eſt alius pater, & alius cuius eſt pater: nec ſimiliter filius alius eſt, & alius cuius eſt filius, falſe dicitur deus pater aut filius. Si enim in deo non eſt alius à patre cuius pater ſit, nõ poteſt eſſe pater. Et ſimiliter ſi nõ eſt in eo alius à filio cuius ſit filius, non ualet eſſe filius. Quapropter non erit unde illæ duæ perſonæ dicantur in deo, quæ ideo dicuntur: quia deus eſt pater, & deus eſt filius: & ſemper alius eſt pater, alius eſt filius. Videtis ergo quomodo deſtruatur fides noſtra ſecundum ſenſum eius, qui putat conſequi patrem eſſe cum filio incarnatum, ſi una & nõ plures ſunt res in deo perſonæ plures. Si enim uera eſt hæc eius conſequentia, non ſolum hoc quod de patre et filio dixi: ſed in omnibus tribus perſonis tanta ſequet̃ confuſio: ut quicquid de ſingulis proprie dicitur, de omnibus dicendum cõmuniter ſit. Quamobrem non erit, unde pater & filius & ſpiritus ſanctus procedens à patre & filio ſint alij ab inuicem, ſicut oſtẽdi in patre & filio. Quare nec ulla erit ibi relatio, quæ nullatenus ibi eſt, niſi ſecũdum hoc quod alij ſunt abinuicem. Ergo nec plures erunt perſonæ. Poſito nanque unam rem eſſe tres perſonas: aut illud non ſequitur quod dicit: aut omnia illa ſimul, quæ dixi conſequenter. Similis nanque eſt in omnibus uis conſequentiæ. Cur ergo pergit ad incarnationem, quaſi ipſa ſola faciat quæſtionem: & non potius dicit, ſi tres perſonæ ſunt una res, non ſunt tres perſonæ. Nã non minus ante incarnationem quàm poſt, facere hanc quæſtionem poteſt. Si autem hoc omnino uult aſſerere: tres, ſcilicet pſonas, ſecundum quod unaquæque Deus eſt, non eſſe unam rem ſed tres res, unamquanque per ſe ſicut ſunt tres angeli, apertiſſimum eſt: quia tres deos conſtituit. Sed forſitan ipſe non dicit, ſicut ſunt tres animæ aut tres angeli, ſed ille, qui mihi eius mandauit quæſtionem, hanc ex ſuo poſuit ſimilitudinem: ſed ſolum tres perſonas affirmat eſſe tres res ſine additamento alicuius ſimilitudinis. Cur ergo fallitur aut fallit ſub nomine rei, cum idipſum ſignificetur ſub nomine dei? Nempe apud deũ eſſe rem illã negabit, in qua tres perſonas, immo quã tres fatemur eſſe perſonas. Aut ſi hoc non negat, conſequens eſt: ut ſicut ipſe aſſerit perſonas tres, non unam ſed tres eſſe res. Ita quoq; affirmet eaſdem perſonas non unum, ſed tres eſſe deos. Quæ quàm impia ſint, iudicent Chriſtiani. Sed dicet, non cogit quod dico tres res fateri tres deos, quoniam tres illæ res ſimul ſunt unus Deus: & nos dicimus: Ergo ſingula quæque de tribus illis, id eſt, ſingula quæque perſona nõ eſt deus: ſed ex tribus rebus cõficitur deus. Pater igitur non eſt Deus, filius non eſt Deus, ſpiritus ſanctus nõ eſt Deus, quoniam nec de ſingulis nec de duobus: ſed ſolũ de tribus ſimul nominatis: dicendus eſt deus: quod ſimiliter eſt impium. Nam ſi ita eſt, non eſt Deus ſimplex natura, ſed partibus compoſita. Sed ſi ſimplicem habet intellectum & nõ multiplicitate phantaſmatum obrutum, intelligit ſimplicia præſtare cõpoſitis quantum ad ſimplicitatem & compoſitionem attinet. Quoniam omne compoſitum neceſſe eſt, aut intellectu poſſe diſiungi, aut re ipſa, quod de ſimplicibus intelligi nequit. Cuius enim partes cogitari non poſſunt, id in partes nullus intellectus diſſoluere poteſt. Si ergo Deus tribus ex rebus compoſitus eſt, aut nulla natura ſimplex eſt: aut aliqua natura eſt alia, q̃ in aliquo eſt præſtantior natura Dei: quæ utraq; quàm falſa ſint, non eſt obſcurum. Quòd ſi iſte de illis dialecticis modernis eſt:

qui nihil eſſe credunt, niſi quod imaginationibus comprehendere poſſunt: nec putant aliquid eſſe, in quo partes nullæ ſunt, uel non negabit intelligere ſe: quia ſi eſſet aliquid, quod nec actu nec intellectu diſſolui poſſet, maius eſſet quàm quod uel intellectu eſt diſſolubile. Itaque ſi omne compoſitum ſaltem cogitatione diſſolui poteſt: cum dicit Deum eſſe compoſitum, dicit Deo aliquid maius ſe poſſe intelligere. tranſit itaque eius intellectus ultra Deum, quod nullus facere poteſt intellectus. Sed uideamus quid addat, quaſi ad inconuenientiam repellendam quæ uidetur naſci, ſi tres illæ perſonæ ſunt tres res. Sic tamen, inquit, ut una triũ earũ rerũ ſit uoluntas & poteſtas. hic quærendum eſt, an illæ tres res ſecundum hoc quòd ſeparatim ab inuicem intelliguntur, an ſecundum communem uoluntatem & poteſtatem, an neq; ſecundum illud ſolum quod ſeparatim habent, neq; ſecũdum hoc quod commune eſt illis: ſed ſecundum utrũq; ſimul ſint diuinæ naturæ. Quippe ſi ſecundũ illud quod ſunt ſeparatim, habent diuinitatem, erunt tres dij: & idem intelligi poterunt ſine uoluntate & poteſtate. Semper enim ꝓpria diſcrete intelliguntur à communibus, & communia à diſcretis. Sed diuina natura ſine uoluntate & poteſtate nullatenus intelligi ualet. Quòd ſi ſecundum unam & cõmunem uoluntatem et poteſtatem ſunt, et ſingulæ & binæ & tres ſimul Deus: qd ibi faciunt illæ tres diſcordes res, quæ nec niſi per aliud in unitatem concordare poſſunt deitatis, nec ad perfectionem, nec ad auxiliũ aliquod, ut Deus ſit ualeant. Nam ſi una ſufficit uoluntas & poteſtas ad perfectionem Dei: quæ ſunt illæ tres res quibus indiget Deus, aut ad quid illis eget? Credimus enim Deũ in nullo indigere: fruſtra igitur cogitantur illæ tres res in Deo. Ac ſi nec ſolæ tres res, nec ſola uolũtas & poteſtas; ſed hæc oĩa ſimul conficiunt Deum. Idem dico, q̃a compoſitus eſt: & ea quæ non ſunt per ſe Deus aut dij faciunt Deũ. Aut ſi dicit, quia illæ tres res ita nomen Dei habent per poteſtatẽ & uoluntatem, ſicut homo dicitur rex per regiam poteſtatem: nõ eſt Deus nomen ſubſtantię, ſed accidẽtaliter dicuntur illæ (neſcio quæ) tres res, tres dij: ſicut tres homines eandem habentes regiam poteſtatem tres reges dicuntur. Tres enim homines unus rex eſſe nequeunt. Qđ quam nephandum ſit, nõ eſt opus dicere. Codex magnus implẽdus eſt, ſi uoluero ſcribere abſurditates & impietates quæ ſequunt, ſi uerũ eſt: una dei ꝑſona incarnata reliquas duas conſequi eſſe incarnatas: quia tres illæ perſonæ ſunt una res, ſecundum id qđ cõmuniter de tribus dicitur: aut ſi ſunt tres res ſeparatæ (quemadmodum ille putat contra quem iſta dixi) quomodo ſolus filius eſt ĩcarnatus. Palàm ergo eſt, quoniam non debeat eſſe promptus eſt diſputandum de rebus profundis, & maxime de illis in quibus non erratur ſine periculo.

Tres perſonas eſſe incarnatas filio incarnato impoſsibile eſt, filio tamen amplius conuenit incarnari quàm patri & ſpiritui ſancto. Cap. 4.

Sed forſitan dicit iſte mihi. Sicut putas iſta pariter conſequi ex neceſſitate quæ dicis: ſic et ſequitur quod dico ita neceſſaria mea uidetur conſequentia. Ergo oſtende non conſequi quæ dico, & fatebor ego tecum nullum inconueniens ſequi, ſi ſolus filius eſt incarnatus: aut ſi tres ꝑſonæ ſunt una res. Qđ ſi ab hac oſtenſione deficis, non ſoluis ſed magis ligas quęſtionem, cum tu ipſe mecum probas innumerabilia naſci inconuenientia. Quæ ſi neganda ſunt, ambo debemus pariter cõcludere tres perſonas non eſſe unam rem, ſi ſolus filius eſt incarnatus: aut ſi ſunt una res, omnes pariter eſſe incarnatas. Oſtendendum ergo eſt in quo iſte fallitur: & quomodo incarnationẽ ſolius filij non ſequitur tres ꝑſonas eſſę tres res ſeparatas,

tatas,aut ſi ſunt una res,tres perſonæ, omnes eas eſſe incarnatas. Quod utiqꝫ deus una,& ſola, & indiuidua,& ſimplex ſit natura & tres perſonæ, ſanctorum patrum & maxime beati Auguſtini poſt apoſtolos & euãgeliſtas inexpugnabilibus rationibus diſputatũ eſt. Sed & ſiqs legere dignabitur duo parua opuſcula mea Monologion,ſcilicet & Proſologion, quæ ad hęc maxime facta ſunt: ut quod fide tenemus, de diuina natura & eius perſonis præter incarnationem, neceſſarijs rationibus ſine ſcripturæ authoritate probari poſſit,ſi inquam ea aliquis legere uoluerit,puto quia et ibi inueniet de hoc, quod nec improbare poterit, nec contemnere uolet.In quibus(ſi aliquid qđ alibi aut non legi:aut quæ non memini me legiſſe, non quaſi docendo quod doctores noſtri neſcierunt, aut corrigendo quod non bene dixerunt:ſed dicendo forſitan, quod illi tacuerunt: quod tamen ab eorum dictis non diſcordet, ſed illis cohæreat)poſui ad reſpondendum pro fide noſtra cõtra eos qui uolentes credere, quod non intelligunt, derident credentes: ſiue ad adiuuandum religioſum ſtudium eorum, qui humiliter quærũt intelligere quod firmiſſime credunt, nequaquã ob hoc me redarguendum exiſtimo. Ne tamẽ hanc legẽtibus epiſtolam, laborem iniungam quærendi alia ſcripta:ut non ſolummodo fide, uerum etiam euidenti cognoſcant ratione tres perſonas nõ eſſe tres deos, ſed unum ſolum:nec tamen deo ſecundum unam perſonã incarnato, ex neceſſitate ſecundum alias perſonas eundem deum incarnari(aliquid hic quantum ad repellẽdum opinionem huius defenſoris)ſicut ipſe putat, noſtræ fidei ſufficere credo ſubiungam.Aperte dicit, aut patrem & ſpiritum ſanctum cum filio eſſe incarnatũ, aut tres illas perſonas, eſſe tres res ſeparatas. Quam nimirum ſeparationẽ talem exiſtimat, ut nec pater nec ſpiritus ſanctus ſint in filio. Nã ſi quę aliæ perſonæ ſunt in filio, & filius in homine: illę quoque ſunt in homine. Vnde putat cõſequi,cum tres perſonæ ſimul ſint in eodem homine, ſi ſunt una res: nullatenus perſonam filij poſſe in homine ipſo incarnari, ſine alijs duabus perſonis. Perſonas tamen tres eſſe non negat:nec filium eſſe incarnatũ. Quod igitur(ut ſupra monſtratum eſt)ſi tres perſonæ ſunt tres res ſeparatę, aut tres Deos eſſe cõſequi, aut alias(de quibus iam dictum eſt)abſurditates,nunc breuiter oſtendã adiuuante uno ſolo Deo. Primum,quia etiam ſi ſint tres dij, nihil illi proderit ad defendendum patrẽ & ſpiritum ſanctum ab incarnatione, quod fieri nõ poſſe putat ſine deorum multitudine. Denique, quod non ſunt plures dij, ſed unus ſolus.Poſtea patefaciam, quamuis ſit unus deus tres ꝑſonæ,non tamen qualibet una incarnata, alias quoque incarnari neceſſe eſſe: ſed potius eſſe impoſſibile. Diuinæ utique naturæ eſt ſicut ſemper & ubique eſſe, ut nihil unquam aut alicubi ſit ſine eius pręſentia: alioquin nequaquam ubique & ſemper eſt potens: & quod ubique potens nõ eſt & ſemper nullatenus eſt Deus. Si enim dicit non ipſam diuinam ſubſtantiam ſed poteſtatem eius eſſe ſemper & ubique, non tamen negabit poteſtatem illi eſſe, aut accidentalem aut ſubſtantialem, accidentalis quidem nõ eſt Deo poteſtas. quia cum omne ſubiectum ſine accedenti,aut eſſe aut intelligi poſſit: Deus ſine poteſtate nec eſſe nec intelligi poteſt. Si uero Deo poteſtas ſubſtantialis eſt,aut pars eius eſſentiæ, aut eſt idipſum quod eſt tota eius eſſentia. Pars autem non eſt: quia(ſicut ſupra dictũ eſt)quod partes habet, aut actu aut intellectu eſt diſſolubile: quod omnino extraneum eſt à Deo. Idẽ igitur eſt eſſe Dei,& poteſtas eius. Sicut itaque poteſtas dei eſt ſemper & ubiqꝫ, ita quicquid eſt deus ubiqꝫ & ſemper eſt. Er-

go cum prędictus noſtrę fidei defenſor ſecundum ſe, dicit eſſe tres deos: monſtrare nequit, quomodo ſint ſeparatim ea ſeparatione, qua putat ſe patrem & ſpiritum ſanctum ab incarnatione liberare. Non ergo illum poteſt adiuuare multitudo deorum, ad defendendum patrem & ſpiritum ſanctum ab incarnatione. quoniam inueniri nō poteſt in deorum multiplicatione illa diſtinctio, ſine qua defenſionem iſtam fieri poſſe nequaquā exiſtimat. Quòd autem unus ſolus deus ſit & non plures, hinc facile probatur: quia aut deus nō eſt ſummum bonum, aut ſunt plura ſumma bona, aut non ſunt plures dĳ ſed unus ſolus. Deum uero ſummum bonum eſſe, nullus negat. quia quicquid aliquo minus eſt, nullatenus deus eſt: & quicquid ſummum bonum non eſt, minus eſt aliquo, quia minus eſt ſummo bono. Summum certe bonum pluralitatem ſui non admittit, ut plura ſint ſumma bona. Si enim plura ſunt ſumma bona, paria ſunt. ſummum ergo bonum eſt, quod ſic prę ſtat alĳs bonis, ut nec par habeat nec prę ſtantius. Summum ergo bonum unum & ſolum eſt. non igitur ſunt plures dĳ, ſed unus & ſolus eſt deus: ſicut ſummum bonum eſt unum & ſolum. & ſic ſumma ſubſtantia uel eſſentia ſiue natura, quę eadem ratione qua ſummum, nullatenus pluraliter poſſe dici probantur. Qui unus ſolus deus cum ſint tres perſonæ, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, non tamen filio incarnato neceſſe eſt alias quoqꝫ perſonas (ſicut ille diſputator putat) incarnari, ſed impoſſibile. Perſonas enim non negat plures eſſe, idcirco quoniam alię ſunt ab inuicem. Si enim ab inuicem non eſſent, alię plures non eſſent. Sed (ut breuius explicem quod uolo & facilius) loquar tantum, ſicut ſupra feci, de patre & filio, quia per hos clarum erit qd intelligendum ſit de ſpiritu ſancto. Pater ergo & filius ſecundum ſubſtantiā nō ſunt plures, nec alĳ ab inuicē, quia non ſunt quæ ſubſtantiæ, nec alia ſubſtantia patris, alia filĳ: ſed una & eadē ſubſtantia ſunt pater & filius. Secundum perſonam uero ſunt plures et alĳ ab inuicē: quia pater & filius nō ſunt una & eadem perſona, ſed duæ & alię ab inuicem. Dic ergo: ſi filius incarnatus eſt, & filius non eſt alia ſed una & eadem numero res quę pater: ergo neceſſe eſt patrem quoqꝫ eſſe incarnatum. Vnam enim et eandem numero rem impoſſibile eſt ſimul eſſe & nō eſſe in eodem homine incarnatam. Et ego dico: Si filius incarnatus eſt, & filius non eſt una & eadem numero perſona quæ pater eſt ſed alia: non idcirco eſſe patrem incarnatum neceſſe eſt. Aliam enim ꝑſonam eſſe in uno homine incarnatā, & aliam ſimul non eſſe in eodem homine incarnatam poſſibile eſt. Et ille: Si deus filius incarnatus eſt, & deus qui eſt filius non eſt alius: ſed unus et idem numero deus qui pater eſt. Plus tamen (quamuis diuerſæ perſonæ ſint pater & filius) uidet neceſſe eſſe patrē quoqꝫ incarnatum cum filio, propter identitatem deitatis, quàm poſſibile eſſe, propter diuerſitatem perſonarum, non eſſe ſimul incarnatum. Videte quid hic dicit, quomodo claudicat utroqꝫ pede in incarnatione filĳ dei. Nam qui recte ſuſcipit eius incarnationem, credit eum non aſſumpſiſſe hominem in unitatem naturę, ſed in unitatem perſonæ. Hic autem ſomniat, hominē à filio dei magis eſſe aſſumptum ī naturę unitatem, quàm in perſonæ unitatē. Si enim hoc non opinaretur, non diceret magis neceſſarium eſſe patrem cum filio incarnatum (quoniam unus eſt deus pater & filius) quàm eſſe poſſibile illum ſimul non eſſe incarnatum: quia plures ſunt perſonæ. Vtroque igitur pede, id eſt, utraque parte claudicat, in incarnatione filĳ dei (quia una natura eſt cum patre, & alia perſona à patre) quicunque exiſtimat hanc incarnationem ſic

Filius aſſumpſit naturam humanitatis in unitatem perſonæ nō naturæ

eſſe ſecundum naturę unitatem : ut filius non poſſit incarnari ſine patre, nec intelligit eam ſic ſecundum unitatem eſſe perſonę : ut pater non poſſit incarnari cum filio . Quippe deus non ſic aſſumpſit hominem , ut natura dei & hominis ſit una & eadem : ſed ut perſona dei & hominis, una eademq́ue ſit quod non niſi in una perſona dei eſſe poteſt. Diuerſas enim perſonas , unam & eãdem perſonam eſſe cum uno eodemq́ homine nequit intelligi . Nam ſi unus homo cũ ſingulis pluribus perſonis una perſona eſt : neceſſe eſt plures perſonas, quę alię ſunt a ſeinuicem, eſſe unam eandemq́ perſonam , quod non eſt poſſibile. Quapropter impoſſibile eſt deo incarnato ſecundum unam quamlibet perſonam, illum ſecundum aliam quoq; perſonam incarnari.

Cur filij aſſumpſit humanitatẽ, non pater aut ſpiritus ſanctus.

Cur autem deus magis aſſumpſit hominem in unitatem perſonę filij, quàm in unitatem alicuius aliarum perſonarum, quamuis in hac epiſtola noſtrum hoc propoſitum non fuit, tamen quoniam huius rei mentio ſe obtulit , aliquam reddẽdam rationem exiſtimo. Nempe ſi ſpiritus ſanctus incarnatus eſſet, ſicut filius eſt incarnatus , eſſet ſpiritus ſanctus filius hominis : Eſſent igitur duo filij in trinitate dei , ſcilicet filius dei, & filius hominis . Vnde quędam naſceretur dubietatis confuſio cum de deo filio loqueremur, uterque enim eſſet deus , & filius, quamuis alter dei, alter hominis: fieret quoque quaſi quædam inęqualitas diuerſarum perſonarum ſecundum hoc quod filij eſſent qui omnino ęquales eſſe debent: cum alter filius maioris parentis dignitate excelleret: alter minoris parentis humilitate ſubeſſet. Quanto enim maior eſt natura dei quàm hominis: tanto dignius eſt, eſſe filium dei, quàm filium hominis. Si ergo ſpiritus ſanctus natus eſſet ex uirgine: cum filius dei haberet excellentiorem natiuitatem ſolum quę ex deo eſt, & ſpiritus ſanctus minorem tantum quę eſſet ex homine , alia perſona eſſet maior, & alia minor ſecundum dignitatem natiuitatis, quod non conuenit. Quòd ſi pater, in unitatem ſuæ perſonę hominem aſſumpſiſſet, eaſdem faceret in deo pluralitas filiorum inconuenientias & adhuc aliam. Nam ſi eſſet filius uirginis, duæ perſonæ in trinitate nomen nepotis aſſumerent : quia & pater nepos eſſet parentum uirginis et filius eius, uirginis eſſet nepos : cum ipſe tamen nihil haberet ex uirgine.

Quoniam ergo quodlibet paruum inconueniens in deo eſt impoſſibile, non debuit alia perſona incarnari quàm filius. Illo enim incarnato nullum ſequitur inconueniens. Quòd enim patre minor dicitur filius & ſpiritu ſancto ſecundum humanitatem, non tamen illæ duę perſonę ideo excellunt filio : quia eandem maieſtatem, qua maiores ſunt humanitate filij, habet & filius : qua & ipſe præeſt cum illis ſuę humanitati. Eſt & aliud, cur magis conueniat filio incarnatio quàm alij. Qui enim erat incarnandus, oraturus erat pro humano genere . Et ſatis conuenientius ſuſcipit mens humana filium patri, quàm aliũ alijs ſupplicare : quamuis hęc ſupplicatio non fiat a diuinitate, ſed ab humanitate ad diuinitatem . Quam idcirco filius dei facit, quia homo per unitatẽ perſonę filius dei eſt. Amplius. Qui hominẽ erat aſſumpturus , uenturus erat ad pugnandum cõtra diabolum, & ad intercedendum (ſicut dixi) pro hominibus. Qui ambo diabolus ſcilicet et homo, per rapinam ſe uoluerunt facere ſimiles deo : cum propria ſint uſi uoluntate. Et quia per rapinam uoluerunt nõ niſi falſitatem, quoniam nõ niſi iniuſte uoluerunt. Propria enim uoluntas hominis ſiue angeli eſt, quę contra uoluntatem dei eſt. Cũ enim uult aliquis, qđ deus uelle prohibet, nullum habet authorem ſuę uoluntatis niſi ſeipſum : & ideo ſua propria eſt. Nã quãuis homo uoluntatẽ ſuam aliquando ſubdat uo

luntati alterius hominis: propria tamen eſt, ſi contra deum eſt. quoniam non eam ſubdit niſi ut aliquid, quod uult, attingat: & idcirco ſeipſum habet authorem cur eã alíj ſubdat. Quapropter propria uoluntas eſt, quæ nulli alíj eſt ſubdit. Solius autem dei eſt propriã habere uoluntatem, id eſt, quæ nulli ſubdita ſit. Quicunque igitur propria uoluntate utitur ad ſimilitudinem dei, per rapinam nititur: & deum ꝓpria dignitate & ſingulari excellentia priuare, quantum in ipſo eſt, conuincitur. Si enim eſt alia aliqua uoluntas quę nulli ſubdita ſit, nõ erit uoluntas dei omnibus prælata: nec erit ipſa ſola cui nulla alia præſit. Nulla igitur trium perſonarum dei cogruentius ſemetipſam exinaniuit formã ſerui accipiens, ad debellandum diabolum, & intercedendum pro homine, q per rapinam falſam ſimilitudinem dei præſumpſerant, quàm filius: qui ſplendor lucis ęternæ & uera patris imago, non rapinã arbitratus eſt eſſe ſe æqualem deo: uerum per ueram æqualitatẽ & ſimilitudinem, dixit: ego & pater unum ſumus: Et, qui uidet me, uidet & patrem. Nullus nanque iuſtius expugnat reum, uel punit, aut illi miſericordius parcit, uel pro eo intercedit: quàm cui ſpecialius iniuria fieri probatur: nec aliquid conuenientius opponitur falſitati ad expugnandum, aut apponitur ad ſaluandum quàm ueritas. In illum enim falſam dei pręſumentes ſimilitudinem ſpecialius peccaſſe uidentur, qui uera dei patris ſimilitudo creditur. Suſcepit autem in uniuatem perſonę hominem, ut dictũ eſt: ut ſint duæ naturę, diuina ſcilicet & humana, una perſona. De qua unitate perſonę quam firmiſſime credimus eſſe non ex duabus perſonis in Chriſto, tamen quia poteſt dici: Vnde parum caute intuẽtibus uideri poſſit Chriſtus ex duabus & in duabus perſonis exiſtere: nõ inutile mihi uidetur aliquid dicere.

Phil. 2. Sapi. 7. Phil. 2. Ioan. 10. Ioan. 14.

Quomodo in Chriſto non dicantur duæ perſonæ eſſe, ſicut duæ naturæ aſſumptę. Cap. V.

Dicunt enim quidam. Quomodo dicis in Chriſto non eſſe duas perſonas, ſicut duas naturas? Nam deus & ante hominis aſſumptionem perſona erat, nec poſtquam hominem aſſumpſit perſona deſtitit eſſe: & homo aſſumptus perſona eſt, quia omnis homo indiuiduus, eſſe perſona cognoſcitur. Quia alia perſona eſt Dei, quę fuit ante incarnationẽ, alia hominis aſſumpti. ſicut igit̃ Chriſtus eſt deus & homo: ita duę in illo uidentur eſſe perſonę. Quę ratiocinatio per hoc uidetur probare duas eſſe perſonas in Chriſto, quia Deus eſt perſona, & homo aſſumptus eſt perſona. Sed non ita eſt, Sicut enim in Deo una natura eſt plures perſonę, & plures perſonę ſunt una natura: ita in Chriſto una perſona eſt plures naturę, & plures naturę ſunt una perſona. Quemadmodum enim pater eſt Deus, & fili⁹ eſt Deus, & ſpiritusſanctus eſt Deus, & tamen non tres dij, ſed unus eſt deus: ita in Chriſto deus eſt, perſona, & homo eſt perſona: nec tamen duę ſunt, ſed una perſona. Non enim eſt alius Deus, alius homo in Chriſto: quamuis aliud ſit deus, aliud homo: ſed idem ipſe eſt deus qui & homo. Verbum enim caro factum aſſumpſit naturam aliam, non aliam perſonam. Nam cum profertur homo, natura tantum quę communis eſt omnibus hominibus ſignificatur: Cum uero demonſtratiue dicimus iſtum uel illum hominem, uel proprio nomine Ieſum, perſonam deſignamus: quę cum natura collectionem habet proprietatum, quibus homo communis fit ſingulis, & ab alijs ſingulis diſtinguitur. Nam cũ ita deſignatur, non quilibet homo intelligitur: ſed qui ab angelo nunciatus eſt, qui deus & homo, filius dei & filius uirginis eſt. & quicquid de illo dicitur, aut ſecundum deum aut ſecũdum

hominem

hominem uerum eſt dicere. Neq; enim perſonaliter filius Dei deſignari poteſt uel nominari ſine filio hominis: nec filius hominis ſine filio Dei, quia idem ipſe eſt filius dei qui filius hominis: & eadem eſt uerbi & aſſumpti hominis proprietatum collectio. Diuerſarum uero perſonarum impoſſibile eſt eandem eſſe proprietatum collectionem, aut de inuicem eas prædicari. Nam & Petri & Pauli non eſt eadem proprietatum collectio: & Petrus non dicitur Paulus, nec Paulus Petrus. Cum ergo uerbum caro factum eſt, naturã aſſumpſit, quæ ſola nomine hominis ſignificatur, & ſemper eſt alia à diuina natura: non aliam aſſumpſit pſonam, quoniam eãdem habet cum aſſumpto homine proprietatum collectionem. Nõ enim idem eſt, homo, & aſſumptus à uerbo homo, id eſt, Ieſus. quoniam in nomine hominis, ſicut dictum eſt, ſola intelligitur natura: In aſſumpto uero homine, uel in nomine Ieſu, itelligitur cum natura, id eſt, cum homine collectio proprietatum, quæ eſt eadẽ eidem aſſumpto homini & uerbo. Quapropter non dicimus uerbum, & ſimpliciter hominem, eandem eſſe perſonam: ne non magis dicamus illum hominẽ eandem eſſe perſonam cum uerbo quã quemlibet hominem: ſed uerbum, & illum aſſumptum hominem, id eſt, Ieſum, ſicut nõ credimus eundem hominem eandem ſimpliciter eſſe perſonam cum deo, ſed cum illa perſona quę uerbum eſt, & filius eſt: ne confiteri uideamur ipſum hominem, perſonam eandem eſſe quæ pater eſt aut ſpiritus ſanctus. Sed quoniã & uerbum eſt Deus, & ille aſſumptus homo eſt homo, uerũ eſt dicere: quia Deus & homo eadem perſona eſt, ſed in nomine Dei ſubaudiendum eſt uerbum: & in nomine hominis, ſubaudiẽdus eſt filius uirginis.

Quòd pater filius & ſpiritus ſanctus nõ ſint tres res ſeparatæ, naturali probatur exemplo. Cap. 6.

De ſcriptis illius cui reſpõdeo in hac epiſtola, nihil potui uidere pręter illud quod ſupra dixi: ſed puto ſic rei ueritatem patere ex his quæ dixi, ut nulli lateat intelligenti: nihil quod ab illo dicitur, uim ueritatis tenere. Sed ſi reuocatus à multitudine deorũ, pluralitatem abneget in Deo perſonarum: hoc ideo facit, quia neſcit unde loquitur. Nam nec Deũ nec perſonas eius cogitat: ſed tale aliquid, quales ſunt plures humanæ perſonæ. Et quia uidet unum hominem plures perſonas eſſe non poſſe, negat hoc ipſum de Deo. Non enim idcirco dicuntur tres perſonę: quia ſint tres res ſeparatæ, ſicut tres homines: ſed qa ſimilitudinem habent quandam cũ tribus ſeparatis perſonis. Conſideremus hoc in patre & filio, & idipſum intelligatur de ſpiritu ſancto. Ponamus igitẽ hominem, qui tantum ſit pater & non filius: & filiũ eius qui tãtum ſit filius & non pater, id eſt, Adam & Abel. Dicimus itaq; de Adam patre & Abel filio, quia pater non eſt filius, & filius non eſt pater. quoniam duo homines & ſeparatæ perſonę ſunt Adã & Abel: nec eſt cuius filius ſit Adam, aut cuius pater Abel. Sic itaq; fatemur in deo: qa pater nõ eſt filius, aut filius pater, quãuis duo dĳ non ſint: quoniã pater non habet patrem, aut filius filium. Similiter ſpiritus ſanctus nõ eſt pater, aut filius, quia nõ eſt cuius ſit pater, aut cuius ſit filius. Quoniam ergo pater & filius et ſpiritus ſanctus tres ſunt & alĳ ab inuicẽ, & nec de inuicẽ dici queunt: ſicut de patre & filio in diuerſis perſonis hominum oſtendimus. ideo dicuntur tres perſonæ, non quia ſint tres res ſeparatæ. Ac ſi negat tria dici de uno poſſe, & unum de tribus, cũ tria nõ dicantur de inuicem, ſicut in his tribus perſonis et uno deo facimus: quoniam hoc in alĳs rebus non uidet, nec in deo intelligere ualeat: ſufferat paulſper aliquid quod intellectus eius penetrare non poſſit eſſe in deo, nec comparet naturam, quæ ſuper omnia eſt libera ab

omni lege loci & temporis & cōpoſitionis partiū, rebus quæ loco aut tempore clauduntur, aut partibus componuntur: ſed credat aliqd in illa eſſe, qđ in iſtis eſſe nequit, & acquieſcat authoritati Chriſti. nec diſputet cōtra illam.

Originem perſonarum in diuinis alio naturali exemplo probat. Cap. 7.

Videamus tamē, an in rebus creatis, quæ & loci, & temporis, & cōpoſitionis partium legi ſubiacēt inueniri poſſit aliquatenus hoc quod negat in deo. Ponamus fontem, de quo naſcatur & fluat riuus, qui poſtea colligatur in lacum: ſitq́ nomen eius Nilus. Sic itaq; diſcrete diſcimus fontem riuum, lacū: ut fontem non dicamus riuum, aut lacum, nec riuum fontem, aut lacum: nec lacum, fontem, aut riuum. fons tamen Nilus uocatur, & riuus Nilus, & lacus Nilus, & duo ſimul fons & riuus, Nilus: fons & lacus, Nilus: riuus & lacus Nilus: & ſimul tres fons, & riuus & lacus, Nilus, cū tamen non ſit alius & alius Nilus: ſed unus idemq́ ſiue cum ſingulus quiſque, ſiue cum bini, ſiue cum tres dicuntur Nilus. Tres igitur ſunt, fons, riuus, lacus: & unus Nilus, unus fluui⁹, una natura, una aqua. & dici non poteſt quid tres. Nam neq; tres, aut Nili, aut fluuij, aut naturæ, aut aquæ ſunt: neq; tres, aut fontes, aut riui, aut lacus. Vnum igitur dicitur hoc de tribus, & tria de uno: nec tamē tria de inuicem. Quod ſi obijcit nō eſſe ſingulum queq;, aut fontem, aut riuum, aut lacum, aut binos perfectū Nilum, ſed partes Nili: cogitet totum hunc Nilum ex quo īcepit, uſque dum deſinet eſſe in tota quaſi ætate ſua: quia nec ipſe totus eſt ſimul aut loco aut tempore, ſed per partes: nec perfectus erit, donec deſinat eſſe. habet enim Nilus quādam cum oratione ſimilitudinem, quę quandiu quaſi ex oris fonte procedit, perfecta non eſt: & cum pfecta eſt, iam non eſt. Siquis enim ſic cōſideret & diligēter intelligat, cognoſcet totum Nilum eſſe fontem, totum eſſe riuum, totum eſſe lacum: nec fōtem eſſe riuum, aut lacum: nec riuum eſſe fontem, aut lacum: nec lacū eſſe fontem, aut riuū. ¶ Non enim eſt idem ipſe fons qui riuus aut lacus, quāuis idipſum ſit riuus & lacus quod eſt fons, id eſt, idem Nilus, idem fluuius, eadem aqua, eadem natura. Tria igitur hæc dicunt̄ de uno perfecto, & unum perfectum totum de tribus: nec tamen ipſa tria de inuicem dicuntur, quāuis hoc aliter ualde & perfectius ſit in illa natura ſimpliciſſima, & ab omni lege loci uel tēporis liberrima. Verūtamen ſi hoc aliquatenus uidetur in re, quę partibus compoſita, localis, & temporalis eſt, non eſt incredibile in illa ſumme libera natura perfecte eſſe. Eſt hoc quoq; hic conſiderandum, quia fons non eſt de riuo nec de lacu: riuus uero de ſolo fonte, nō de lacu: lacus uero de fonte & de riuo: & ita ut totus riu⁹ de toto fonte & torus lacus de toto fonte & de toto riuo: ſic dicimus in patre & filio & ſpiritu ſancto. Et quia alio modo riuus eſt de fonte, & alio modo lacus de fonte & riuo, ut lacus nō dicatur riuus: ſic ſuo quodammodo alio: uerbum eſt de patre, & ſpiritus ſanctus alio modo de patre & uerbo: ut idem ſpiritus ſanctus non ſit uerbū aut filius, ſed procedens. Adhuc uolo quiddam dicere, quod quamuis magnam habeat diſſimilitudinē, nonnullam tamē habet ad incarnationem uerbi ſimilitudinem, quod forſitan aliquis legens contemnet: dicam tamen, quia ego alio dicente omnino non contemnerem. Si enim riuus per fiſtulam currat à fonte uſq; ad lacum, nónne ſolus riuus (quamuis nō alius Nilus q̄ fons & lacus) ut ita dicam, infiſtulatus eſt? Sic ſolus filius incarnatus eſt, licet non alius deus quàm pater & ſpiritus ſanctus.

Aeternitati punctum comparat. Cap. 8.

Sed quoniam iſta terrena ualde longe ſunt à ſumma natura, leuemus ad

illam (ipſa opitulante) mentem, & in ea contemplemur aliquatenus & breuiter quod dicimus. Deus non eſt aliud, quàm ipſa ſimpliciter æternitas. Aeternitates autem plures intelligi nequeunt. Nam ſi plures ſunt, aut ſunt extra ſe inuicem, aut ſunt intra ſe inuicem, Sed nihil eſt extra æternitatē. ergo nec æternitas eſt extra æternitatem. Item ſi extra ſe inuicem ſunt, in diuerſis locis ſunt: aut tēporibus, quod alienum eſt ab æternitate. Non itaque ſunt plures æternitates extra ſe inuicē. Si uero in ſe inuicem, plures eſſe dicuntur, Sciendum eſt, quia quotieſcunque repetatur æternitas in æternitate, non eſt niſi una & eadē æternitas. Dignior eſt autē natura quæ in ſe repetita ſemper ſibi conuenit in perfectam unitatem, quàm quæ ſui admittit pluralitatem. Vbi enim pluralitas, ibi diuerſitas, At ubi diuerſitas, ibi non eſt perfecta cōcordia, Perfecta nanque eſt, quæ in identitatem & eandem unitatē conuenit. Sic ergo melior eſt perfecta concordia quàm imperfecta, & impoſſibile eſt in ſummo bono quod ē ipſa ęternitas eſſe imperfectum aliquid, non eſt poſſibile naturam æternitatis pluralitatem admittere. Quapropter quotieſcunqꝫ repetatur æternitas in æternitate, ſemper una & eadem æternitas eſt. Quod de multis aliȷ̄s ſimiliter dicitur, ut omnipotentia in omnipotentia non eſt niſi omnipotentia una. Et ut unum de his quæ diuinam non habent naturam, in quo ſimiliter eſt, ponam. Punctum in puncto nō eſt niſi punctum: habet enim punctum, uelut medium, punctum mundi, uelut punctum tēporis, id eſt, præſens tempus, æternitatis nonnullam ſimilitudinem, non parum ad eiuſdem æternitatis cō templationem utilem. Vnde latius alias diſputandum eſt, hic tantum hoc ſufficiat, quia punctum ſimplex, id eſt, ſine partibus, & indiuiſibile eſt, uelut æternitas: & ideo punctum cum puncto ſine interuallo non eſt niſi unū punctum, ſic æternitas cum æternitate non eſt niſi una æternitas. Ergo quoniam deus æternitas eſt, non ſunt plures dȷ̄: quia nec deus extra deum, nec deus in deo addit numerum deo. Semper igitur unus & idem eſt ſolus deus. Cum itaque deus de deo naſcitur: quia quod naſcitur non eſt extra id de quo naſcitur, eſt proles in parente, & parens in prole, unus ſcilicet deus pater & filius: & cum deus procedit de deo patre & filio, nec exit extra deum, manet deus, id eſt, ſpiritus ſanctus in deo de quo procedit. Et eſt unus deus, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus. Et quoniam iſta natiuitas & iſta proceſſio ſine principio ſunt, alioquin æternitas nata, & æternitas procedens, quod falſum eſt, habet principium: nequaquam deum incepiſſe eſſe patrem aut filium aut ſpiritum ſanctum cogitare debemus aut poſſumus. Sicut autem ſubſtantia diuina æternam & ſingularem ſeruat unitatem: ſic horum relatiuorum patris, ſcilicet & filȷ̄, procedētis & de quo procedit natura, inſeparabilem tenet cum unitate pluralitatem. Nam quemadmodum neceſſe eſt deum ſemper unum & eundem eſſe, & non aliū & alium: ita pater nunquam eſt idem filio ſuo, aut procedens illi à quo procedit ſecundum has relationes. Sed pater alius eſt, & fili⁹ alius eſt, procedēs alius à quo procedit, nec unquam dici poſſunt de inuicē. Quoniam ergo cū deus naſcitur de deo, uel cum deus procedit de deo: nec ſubſtantia poteſt amittere ſingularitatem, nec relatio pluralitatem: idcirco unum eſt ibi tria, & tria unum: nec tamen tria de inuicem dicūtur, nec incredibile debet eſſe in natura, quæ ſuper omnia & omnibus aliȷ̄s diſſimilis eſt, eſſe aliqd, cuius exemplum in aliȷ̄s rebus non ualeat perfecte inueniri. hęc autem tria latini dicunt perſonas. Gręci ſubſtātias. Sicut enim dicimus nos in deo ſub-

ſtātiam unam tres perſonas: ita illi dicunt unam eſſentiam tres ſubſtantias. idipſum per ſubſtātiam, quod nos per perſonam, ſignificātes: nec à nobis aliquatenus in fide diſcrepantes. Quomodo uero filius naſcatur de patre, & ſpiritus ſanctus procedat à patre & filio: nec tamen ſit filius, quoniam ſicuti eſt, uideri in hac uita nō poteſt, beatus Auguſtinus uelut per ſpeculum in ænigmate, in libro de hac ipſa trinitate diligenter contemplatus eſt. Et ego in monologio meo pro mea poſſibilitate diſputaui. Siquis autem uelit ſcire, cur in ſumma eſſentia nullus ſit ſexus, cur parens ibi potius dicatur pater ꝙ mater, aut proles filius ꝙ filia, aut cur pater tantum ingenitus, filius tantū genitus, ſpiritus ſanctus nec genitus nec ingenitus in eodem libello inueniet.

EIVSDEM BEATI ANSELMI
in Libros duos contra gentiles: quos, Cur deus homo: nominauit,

PRAEFATIO.

OPus ſubditum, quod propter, quoſdam, qui antequā perfectū & exquiſitum eſſet, primas partes eius me neſciente ſibi tranſcribebant, feſtinantius ꝙ mihi opportunū eſſet: ac ideo breuius ꝙ uellē, ſum coactus ut potui conſummare. Nā plura quæ tacui inſeruiſſem, & addidiſſem, ſi in quiete & congruo ſpatio illud mihi edere licuiſſet. In magna enim cordis tribulatione, quā, unde & cur paſſus ſim, nouit deus: illud in Anglia, rogatus incepi, & in Capuana prouincia peregrinus perfeci. Quod ſecundū materiam de qua editū eſt, (Cur deus homo) nominaui: & in duos libellos diſtinxi. Quorum prior quidem, infidelium reſpuentium Chriſtianam fidem, quia rationi putant illam repugnare, continet obiectiones, & fideliū reſponſiones: ac tandē remoto Chriſto (quaſi nūquam aliquid fuerit de illo) probat rationibus neceſſarijs eſſe impoſſibile ullum hominem ſaluari ſine illo. In ſecundo autem libro ſimiliter, quaſi nihil ſciatur de Chriſto, monſtratur non minus aperta ratione & ueritate naturam humanam ad hoc inſtitutam eſſe, ut aliquando immortalitate beata totus homo, id eſt, in corpore & ī anima frueretur: ac neceſſe eſſe ut hoc fiat de homine, propter quod factus eſt: ſed non niſi per hominem deum, atque ex neceſſitate omnia quæ de Chriſto credimus, fieri oportere. Hanc præfatiunculam cū capitulis totius operis, omnes qui librum hunc tranſcribere uolent, ante eius principium, ut præfigāt, poſtulo: quatenus in cuiuſcunque manus uenerit, quaſi in eius fronte aſpiciat, ſiquid in toto corpore ſit quod nō deſpiciat.

LIBER PRIMVS
Cur deus homo. Quæſtio, de qua totum opus pendet.

Caput Primum.

Sæpe & ſtudioſe à multis rogatus ſum & uerbis & literis, quatenus cuiuſdam quæſtionis de fide noſtra rationes, quas ſoleo reſpondere quærētibus memoriæ ſcribendo commendem: dicunt enim ſibi placere eas, & arbitrantur ſibi ſatisfacere. Quod appetunt, nō ut per rationem ad fidem accedant: ſed ut eorum quæ credūt intellectu, & delectentur contemplatione: & ut ſint, quantum poſſint, parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti ſe rationē de ea quæ in nobis eſt ſpe. Quam quæſtionem ſolent infideles nobis ſimplicitatem Chriſtianam, quaſi fatuam deridētes, obijcere: & fideles multi in corde uerſare: qua ſcilicet ratione uel neceſſitate deus homo factus ſit, & morte ſua, ſicut nos credimus & confitemur, mundo uitam reddiderit. Cū hęc, aut per aliam perſonam ſiue per ange-

licam ſiue per humanam, aut ſola uo-
lũtate facere potuerit. De qua quæſtio
ne non ſolum literati: ſed etiam illitera
ti multi quærunt, & rationem eius de-
ſiderant. Quomodo ergo de hac multi
tractare poſtulent: & licet in inquiren-
do, ualde uideatur difficilis: in ſoluen-
do tamen, omnibus eſt intelligibilis, et
propter utilitatem rationisq́ pulchri-
tudinem amabilis: quamuis à ſanctis
patribus, inde quod ſufficere debeat,
dictum ſit, tamen de illa curabo, quod
mihi deus dignabitur aperire, petenti-
bus oſtendere. Et quomodo ea, quæ p
interrogationem & reſponſionem inue
ſtigantur, multis & maxime tardiori-
bus ingenijs magis patẽt. & ideo plus
placet unum, ex illis qui hoc flagitant,
qui inter alios inſtãtius ad hoc me ſol
licitant, accipiam mecum diſputantẽ:
ut Boſo quærat, & Anſelmus reſpon-
deat hoc modo.

Quomodo accipienda ſint ea, quæ dicenda ſunt.
Cap. II. *Boſo.*

Sicut rectus ordo exigit, ut ꝓſunda
Chriſtianæ fidei credamus priuſquam
ea præſumamus ratione diſcutere: ita
negligentia mihi uidetur, ſi poſtquam
cõfirmati ſumus in fide, nõ ſtudemus
quod credimus ĩtelligere. Quapropter
quoniam gratia Dei præueniente fidẽ
noſtræ redemptionis ſic puto me tene-
re, ut etiam ſi nulla ratione quod, cre-
do poſſum comprehendere: nihil tamẽ
ſit, quod me ab eius firmitate ualeat
euellere: à te peto mihi aperiri (quod ut
ſcis plures mecum petunt) qua neceſſi
tate, ſcilicet & ratione deus, cũ ſit om-
nipotẽs, humilitatem & infirmitatem
humanæ naturę pro eius reſtauratione
aſſumpſerit. Anſel. Quod quæris à me,
ſupra me eſt, & idcirco altiora me tra-
ctare timeo: ne forte cum putauerit aut
etiam uiderit aliquis me non ſibi ſatiſ-
facere, plus exiſtimet rei ueritatem mi
hi deficere, q̃ intellectum meum ad eã
capiendam non ſufficere. Boſo. Non
hoc tantum timere debes quantum &
reminiſci: quia ſæpe contingit in collo
quendo de aliqua quæſtione, ut deus
aperiat quod prius latebat, & ſperare
de gratia dei. quia ſi ea quæ gratis acce
piſti, libenter impartiris: altiora quæ
nondum attigiſti, mereberis accipere.
Anſel. Eſt & aliud, propter quod uideo
aut uix aut nullatenus poſſe ad plenũ
inter nos de hac re nunc tractari: quo-
niam ad hoc eſt neceſſaria notitia pote
ſtatis, neceſſitatis, uoluntatis: & aliarũ
quarundam rerũ quæ ſic ſe habent, ut
earum nulla poſſit plene ſine alijs con
ſiderari. & ideo tractatus earum ſuum
opus poſtulat non multum, ut puto,
facile nec omnino inutile. Nam earum
ignorantia quædam facit difficilia, quę
per earum notitiã fiũt facilia. B. Sic bre
uiter de his, ſuis locis dicere poteris: ut
& quod ſufficiat ad pręſens, opus ha-
beamus, & quod plus dicẽdum eſt, in
aliud tẽpus differamus. A. Hoc quo-
que multum retrahit à petitione tua,
quia materia nõ ſolum pretioſa: ſed ſi-
cut eſt de ſpecioſa forma præ filijs ho-
minum: ſic etiam eſt de ſpecioſa ratio-
ne ſuper intellectus hominum. unde ti
meo ne quemadmodum ego ſoleo in-
dignari prauis pictoribus, cum ipſum
dominum noſtrum informi figura pin
gi uideo: ita mihi cõtingat, ſi tam deco
ram materiam incompto & contẽpti-
bili dictamine exarare ꝑſumo. B. Nec
hoc te debet retrahere: quia ſicut tu ꝑ-
mittis, ut qui põt melius dicat: ſic nul-
li præſtituis, ut cui dictamen tuum nõ
placet, pulchrius non ſcribat: uerũ ut
omnes excuſationes tuas excludam:
quod poſtulo nõ facies doctis: ſed mi-
hi & hoc ipſum mecum petẽtibus. A.
Quoniam uideo importunitatẽ tuam
& illorum qui hoc tecum ex charitate
& religioſo ſtudio petũt: tentabo pro
mea poſſibilitate deo adiuuante & ue-
ſtris orationibus, quas hoc poſtulan-
tes ſæpe mihi petẽti ad hoc ipſum pro-
miſiſtis, quod quæritis non tam oſten
dere quàm tecum quęrere, ſed eo pacto

quo omnia quę dico accipi uolo,uide/licet,ut ſiquid dixero quod maior nō confirmet authoritas,quãuis illud ratione probare uidear, non alia certitudine accipiatur interim, niſi quia mihi ita uidetꝰ,donec mihi deus aliquo modo meliꝰ reueuet. Quod ſi aliquatenus quæſtioni tuę ſatisfacere potero, certũ eſſe debebit:quia & ſapientior me plenius hoc facere poterit. immo ſciendũ eſt,quicquid homo inde dicere uel ſci/re poſſit,altiores tantæ rei adhuc latere rationes. B. Patere igiť ut uerbis utar infidelium:ęquum enim eſt ut cum noſtræ fidei rationem ſtudemus inquirere,ponamus obiectiones eorũ,qui nullatenus ad fidem eandem ſine ratione uolũt accedere. Quãuis enim illi ideo rationem quærant,quia non credunt: nos uero,qa credimus, unum idemq́ tamen eſt quod quærimus: & ſiquid reſpōderis,cui authoritas ſacra uideatur contraire,licet mihi illam oſtendere,quatenus quomodo nō obſiſtat aperias.A. Dic quod tibi uidetur.

Obiectiones infidelium.& reſponſiones fidelium.

Cap. 3. Boſo.

Obĳciunt nobis deridentes ſimplicitatem noſtram infideles,quia deo facimus iniuriam & contumeliam,cum eum aſſerimus, in uterum mulieris deſcendiſſe, natum eſſe de fœmina, lacte &alimentis humanis nutritum creuiſſe:& ut multa alia taceam quæ deo noſtro non uidentur conuenire,laſſitudinem,famem,ſitim,uerbera,& inter latrones crucem mortemq́ ſubĳſſe. A. Nos non facimus deo iniuriam ullam aut contumeliam: ſed toto corde gratias agentes laudamus & prędicamus ineffabilem altitudinem miſericordiæ illius:ut quanto nos mirabilius & prę ter opinionem de tãtis & tam debitis malis,in quibus eramus , ad tanta & tam indebita bona quę perdideramus reſtituit: tanto maiorem dilectionem erga nos & pietatem monſtrauit.Si.n. diligenter conſiderarent, quàm conuenienter hoc modo procurata ſit humana reſtauratio, non deriderẽt noſtram ſimplicitatem,ſed dei nobiſcum laudarent ſapientem benignitatem.Oportebat nanque ut ſicut per hominis inobedientiam mors in humanum genus intrauerat:ita per hominis obedientiã uita reſtitueretur. Et quemadmodum peccatum,quod fuit cauſa uoſtræ dãnationis, initium habuit à fœmina:ſic ueræ iuſtitiæ & ſalutis noſtræ author, naſceretur de fœmina. & ut diabolus qui per guſtum ligni(quem ſuaſit)hominem uicerat,ita per paſſionem ligni quam intulit,ab homine uinceretur. Sunt quoq; alia multa quę ſtudioſe cōſiderata ineffabilem quandam noſtræ redēptionis hoc modo procuratæ pulchritudinem oſtendunt. Ad Ro ma. 5.

Quòd hæ reſponſiones uideantur infidelibus ſine neceſſitate & quaſi quædam pictura.

Cap. 4. Boſo.

Omnia hæc pulchra & quaſi quædam picturæ ſuſcipienda ſunt. Sed ſi non ſit aliquid ſolidum ſuper quod ſedeant,non uidentur infidelibus ſufficere: cur deum ea quæ dicimus pati uoluiſſe, credere debeamus.Nam qui picturam uult facere, aliquid eligit ſolidum ſuper quod pingat,ut maneat qđ pingit.Nemo enim pingit in aqua uel in aere,quia ibi nulla manent picturæ ueſtigia.Quapropter cum has conuenientias quas dicis infidelibus , quaſi quaſdam picturas rei geſtæ obtendimus:quoniam nō rem geſtam,ſed figmentum arbitrantur eſſe quod credimus, quaſi ſuper nubem pingere nos exiſtimant.Mōſtranda eſt ergo prius ueritatis rationabilis ſoliditas,id eſt, neceſſitas,quæ probat deum ad ea quę prædicamus debuiſſe aut potuiſſe humiliari. deinde,ut ipſum quaſi corpus ueritatis plus niteat,iſtæ cōuenientiæ, quaſi picturæ corporis ſunt exponendæ.A. Nō'nne ſatis neceſſaria ratio uidetur:cur deus ea quæ dicimus, facere debuerit: quia genus humanum tam

pretioſum opus eius omnino perierat: nec decebat, ut quod Deus de homine propoſuerat, penitus annihilaret: nec idem eius propoſitum ad effectum duci poterat, niſi genus humanum ab ipſo creatore ſuo liberaretur.

Quòd redemptio hominis nō potuit fieri per aliā quàm per dei perſonam. Cap. 5. Boſo.

Hæc ipſa liberatio, ſi per aliā quàm per dei perſonam (ſiue per angelum, ſiue per hominē, eſſe facta quolibet modo diceretur) mens hæc humana hoc multo tolerabilius acciperet. Potuit enim deus hominem aliquē facere ſine peccato, non de maſſa peccatrice, nec de alio homine: ſed ſicut fecit Adam, per quem hoc ipſum opus fieri potuiſſe uidetur. A. An non intelligis: quia quæcunque alia perſona hominem à morte æterna redimeret, eius ſeruus idem homo rectè iudicaretur. Quòd ſi eſſet, nullatenus reſtauratus eſſet in illam dignitatem quam habiturus erat ſi non peccaſſet: cum ipſe qui non niſi Dei ſeruus & æqualis angelis bonis per omnia futurus erat, ſeruus eius eēt qui Deus non eſſet, & cuius angeli ſerui non eſſent.

Qualiter reprehendant infideles quòd dicimus, Deum morte ſua non redemiſſe, & ſic dilectionem ſuam erga nos oſtēdiſſe, & pro nobis expugnare diabolum ueniſſe. Cap. 6. Boſo.

Hoc eſt quod ualde mirantur: quia liberationem hanc redemptionem uocamus. In qua nanque, aiunt nobis, captione aut in quo carcere, aut in cuius poteſtate tenebamini, unde uos Deus non potuit liberare, niſi uos tot laboribus & ad ultimum ſuo ſanguine redimeret? Quibus cum dicimus: redemit nos à peccatis, & ab ira ſua, & de inferno, & de poteſtate diaboli, quem quia nos non poteramus, ipſe pro nobis uenit expugnare, & redemit nobis regnum cœlorum. Et quia hæc omnia fecit, hoc modo oſtendit quantum non diligeret. Reſpondent. Si dicitis, quia Deus hæc omnia facere non potuit ſolo iuſſu, quem cuncta iubendo creaſſe dicitis, repugnatis uoſmetipſis: quia impotētem illum facitis. Aut ſi fatemini, quia potuit: ſed noluit niſi hoc modo, quomodo ſapientem illum dicitis, uel oſtendere poteritis? quem ſine ulla ratione tam indecētia uelle pati aſſeritis: Omnia enim hæc quæ obtenditis, in eius uolunrate conſiſtunt. Ira nanque Dei nō eſt aliud, quàm uoluntas puniendi. Si ergo nō uult punire peccata hominum, liber eſt homo à peccatis, & ab ira Dei, & ab inferno, et à poteſtate diaboli, quę omnia propter peccata patitur: & recipit ea quibus propter eadem peccata priuatur. Nam in cuius poteſtate eſt infernus, aut diabolus: aut cuius eſt regnum cœlorum niſi eius qui fecit omnia? Quæcunque itaq; timetis aut deſideratis, eius uoluntati ſubiacent, cui nihil reſiſtere poteſt. Quapropter ſi humanū genus ſaluare noluit, niſi eo quo dicitis modo: cum ſola uoluntate potuerit ut minus dicam: uidete, quomodo eius ſapientię repugnatis. Nam ſi homo quod facile poſſet id cum graui labore ſine ratione faceret, non utique ſapiens ab ullo iudicarerē. Quippe quod dicitis, Deum taliter oſtendiſſe quantum uos diligeret, nulla ratione defenditur: ſi nullatenus hominē aliter potuiſſe ſaluare nō monſtratur. Nam ſi aliter nō potuiſſet: tunc forſitā neceſſe eſſet, ut hoc modo ſuam dilectionem oſtenderet: nunc uero, cum aliter poſſit ſaluare hominem, quæ ratio eſt ut propter oſtendendam dilectionem ſuam ea quæ dicitis faciat & ſuſtineat? An enim non oſtendit angelis bonis quantum eos diligat, pro quibus talia non ſuſtinet? Quòd uero eum dicitis ueniſſe expugnare pro uobis diabolum, quo ſenſu audetis proferre? Nōnne Dei omnipotentia regnat ubiq;? Quomodo ergo īdigebat Deus, ut ad uincendū diabolum de cœlo deſcenderet? Hæc nobis infideles obijcere poſſe uidentur.

Quòd nullam diabolus habebat iuſtitiam aduerſus hominem: & quare dicatur habuiſſe uel uideatur, & cur Deus hoc modo hominem liberaret.

Cap. VII.

Sed & illud qđ dicere ſolemus, Deũ ſcilicet debuiſſe prius per iuſtitiã contra diabolum agere ut liberaret hominem: quàm per fortitudinem, ut cũ diabolus eũ, in quo nulla mortis erat cauſa, & qui Deus erat, occideret: iuſte poteſtatem quam ſuper peccatores habebat, amitteret: alioquin iniuſtam uiolentiam feciſſet illi, quoniam iuſte poſſidebat hominem, quem non ipſe uiolenter attraxerat: ſed idẽ homo ſe ſponte ad illum contulerat: non uideo quã uim habeat. Nam ſi ipſe diabolus aut homo ſuus eẽt, aut alterius quàm Dei, aut in alia quàm in dei poteſtate maneret, forſitan hoc recte diceretur. cum autem diabolus aut homo nõ ſit niſi dei, & extra poteſtatem Dei neuter conſiſtat, quã cauſam debuit Deus agere cũ ſuo, de ſuo, in ſuo, niſi ut ſeruum ſuum puniret, qui ſuo cõſeruo cõmunem dominum deſerere, & ad ſe pſuaſiſſet tranſire: ac traditor fugitiuũ, fur furem cũ furto dñi ſui ſuſcepiſſet. Vterq; nanq; fur erat, cum alter altero perſuadente ſeipſum domino ſuo furabatur. Quid enim iuſtius fieri poſſet, ſi hoc Deus faceret? aut ſi iudex omnium deus hominem ſic poſſeſſum de poteſtate tam iniuſte poſſidẽtis, uel ad puniendũ iſtum aliter quàm per diabolum, uel ad parcendum illi eriperet: quæ hæc iniuſtitia eſſet? Quãuis enim homo iuſte à diabolo torqueretur, ille tamen eum iniuſte torquebat. Homo nanq; meruerat ut puniretur, nec ab ullo conuenientius quàm ab illo cui conſenſerat, ut peccaret. Diaboli uero meritum nullum erat ut puniret: immo hoc tanto faciebat iniuſtius: quanto non ad hoc, amore iuſtitiæ trahebatur, ſed inſtinctu malitiæ impellebatur. Nam hoc non faciebat Deo iubente, ſed incomprehenſibili ſapientia ſua quæ mala etiam bene ordinat permittẽte. & puto illos qui diabolum aliquam opinantur habere in poſſidendo homine iuſtitiam, ad hoc inde adduci: quia uident hominem diaboli uexationi ſubiacere iuſte, & deum hoc iuſte permittere: & idcirco putant diabolum illam iuſte inferre. Cõtingit.n. idem aliquid diuerſis conſiderationibus eſſe iuſtum & iniuſtum, & ob hoc aut non diligenter intuentibus totum, iuſtum aut iniuſtũ iudicari. Euenit.n. ut aliquis innocentem percutiat iniuſte: unde ipſe iuſte percuti mereatur, ſi tamen percuſſus (qui non debet ſe uindicare) percutiat percutientem ſe, iniuſte hoc facit. Hæc igitur pcuſſio ex parte repercutientis iniuſta eſt: quia nõ debuit ſe uindicare, ex parte uero percuſſi iuſta: qa iniuſte percutiens, iuſte percuti meruit. Diuerſo igitur intuitu iuſta & iniuſta eſt eadem actio, quã contingere poteſt ab alio iudicari iuſtã tantum, ab alio iniuſtam. Hoc quoq; modo diabolus non iniuſte dicitur uexare hominem, quia Deus hoc iuſte permittit: & homo hoc iuſte patitur. Sed & hoc, quod homo iuſte dicitur pati, non ſua iuſtitia iuſte dicitur pati: ſed quia punitur iuſto iudicio Dei. At ſi obtenditur, chirographum illud decreti quod aduerſum nos dicit apoſtolus Col. 2 fuiſſe: & per mortem Chriſti deletum eſſe: & putat aliquis per illud ſignificari: quia diabolus quaſi ſub cuiuſdã pacti chirographo ab homine iuſte ante paſſionem Chriſti peccatum uelut uſuram primi peccati quod perſuaſit homini et pœnam peccati exigeret, ut per hoc iuſtitiam ſuam ſuper hominem uideatur probare: nequaquam ita intelligendum puto. Quippe chirographum illud nõ eſt diaboli: quia chirographũ dicitur decreti. decretũ enim illud non erat diaboli ſed dei. Iuſto nanque iudicio Dei decretum erat & quaſi chirographum confirmatum, ut homo qui ſponte peccauerat: nec peccatum nec pœnam peccati per ſe uitare poſſet. eſt

enim

enim ſpiritus uadens & non rediens.
Pſalm. & qui facit peccatum, ſeruus eſt pec-
77. cati. nec qui peccat, impunitus debet
Iohã. dimitti, niſi miſericordia peccatori
8. parcat et eũ liberet ac reducat. Quam-
obrem per hoc chirographum nullam
inueniri poſſe diaboli iuſtitiam in ho-
minis uexatione credere debemus.

Deniq; ſicut in bono angelo nulla omnino eſt iniuſtitia: ita in malo nulla eſt penitus iuſtitia. Nihil igitur erat in diabolo: cur Deus contra illum ad liberandum hominem ſua uti fortitudine non deberet.

Quomodo licet humilia quæ dicimus de Chriſto non pertineant ad diuinitatem: tamen inconueniens uidetur infidelibus ea de illo dici ſecundum hominẽ: & unde illius uideatur idem homo non ſponte mortuus eſſe. Cap. VIII. *Anſel.*

Sufficere nobis debet ad rationẽ, uoluntas Dei cum aliquid facit. licet non uideamus, cur ita uelit: uoluntas nanque Dei nũquam eſt irrationabilis. B. Verum eſt ſi cõſtet Deum id uelle, unde agitur. nequaquã enim acquieſcunt multi Deum aliquid uelle, ſi rationi repugnare uidatur. A. Quid tibi uidetur repugnare rationi, cũ Deum ea uoluiſſe fatemur, quæ de eius incarnatione credimus? B. Vt breuiter dicam. Altiſſimum ad tam humilia inclinari, omnipotentem aliquid facere cum tãto labore. A. Qui hoc dicunt, non intelligunt quod credimus. Diuinam enim naturam abſque dubio aſſerimus impaſſibilẽ, nec ullatenus poſſe à ſua celſitudine humiliari: nec in eo quod uult facere: laborare. Sed dominum Ieſum Chriſtum dicimus Deum uerũ & uerũ hominem: unam perſonã in duabus naturis, & duas naturas in una perſona. Quapropter cum dicimus Deum aliquid humile aut infirmum pati, non hoc intelligimus ſecundum ſublimitatem impaſſibilis naturę: ſed ſecundum infirmitatem humanę ſubſtantię quam gerebat. & ſic noſtrę fidei nulla ratio obuiare cognoſcitur. Sic enim nullam diuinę ſubſtantię ſignificamus humilitatem ſed unam dei & hominis monſtramus eſſe perſonam. Non ergo incarnatione dei humilitas eius ulla intelligitur facta: ſed natura hominis creditur exaltata. B. Ita ſit nihil imputetur diuinę naturę, quod ſecundum infirmitatem hominis de Chriſto dicitur: ueruntamen, quomodo iuſtum aut ra-
tionabile ꝓbari poterit: quia deus ho-
minem illum, quem pater filium ſuũ Matth.
dilectum in quo ſibi bene complacuit, 3.
uocauit: & quem filius ſeipſum fecit, ſic tractauit aut tractari permiſit? Quę autem iuſtitia eſt hominem omniũ iuſtiſſimum morti tradere pro peccatore? Quis homo, ſi innocentem damnaret ut nocentem liberaret, damnandus non iudicaretur? Ad idem ergo res deduci uidetur inconueniẽs, quod ſupra dictum eſt. Nã ſi aliter pecatores non potuit ſaluare ꝙ iuſtum dãnando, ubi eſt omnipotentia? Si uero potuit ſed noluit: quomodo defendemus ſapientiam eius atque iuſtitiam? A. Deus pater non quemadmodum uideris intelligere, hominem illũ tractauit, aut innocentem pro nocente morti tradidit. Non enim eum inuitum ad mortẽ ille coegit, aut accidi permiſit: ſed idem ipſe ſponte ſuam mortẽ ſuſtinuit, ut homines ſaluaret. B. Etiam ſi non inuitũ, quoniam uoluntati patris conſentit, quodammodo tamẽ illum coegiſſe uidetur pręcipiendo. Dicitur enim, quia Chriſtus humiliauit ſemetipſum fa-
ctus obediens patri uſque ad mortem, Phil. 2.
mortem autem crucis. Propter quod
& deus illum exaltauit, et quia didicit Heb. 5.
obedientiam ex his quę paſſus eſt, &
quia proprio filio ſuo non pepercit pa-
ter, ſed pro nobis omnibus tradidit il Ro. 8.
lum. Et idem filius dicit: Non ueni uo Ioan. 6
luntatem meam facere, ſed uoluntatem
eius qui miſit me. Et iturus ad paſſio-
nem dicit: Sicut mandatum dedit mihi
pater, ſic facio. Item, calicem quẽ dedit Ioan.
mihi pater non bibam illum? Et alibi: 14.

Ibid. 18. Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. ueruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Matth. 26. Et alibi: Pater, ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum, Ibidē. fiat uoluntas tua. In omnibus iſtis plus uidetur Chriſtus obedientia cogente, quàm ſpontanea uoluntate diſponente mortem ſuſtinuiſſe.

Quod ſponte mortuus ſit, & quid ſit, factus eſt obediens uſque ad mortem: & propter quod deus illum exaltauit, & non ueni facere uoluntatem meã, & proprio filio ſuo non pepercit, & non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Cap. IX. A.

Vt mihi uidetur, non bene diſcernis inter hoc quod fecit exigente obedientia, & quod ſibi factum, quia ſeruauit obedientiam, ſuſtinuit non exigente obedientia. B. Neceſſe habeo ut hoc apertius exponas. A. Cur perſecuti fũt eum Iudęi uſq; ad mortem? B. Non ob aliud, niſi quia ueritatem & iuſtitiam uiuendo & loquendo indeclinabiliter tenebat. A. Hoc puto, quia deus ab omni rationali creatura exigit, & hoc illa per obedientiã deo debet. B. Sic nos fateri oportet. A. Hanc igitur obedientiam debebat homo ille deo patri, & humanitas diuinitati, & hanc ab illo exigebat pater. B. Hoc nulli dubium. A. Ecce habes quid fecit exigente obedientia. B. Verum eſt, & iam uideo q́d ſibi illatum: quia obediendo perſeuerauit, ſuſtinuit. Nam illata eſt illi mors: quia perſtitit in obedientia & hanc ſuſtinuit: ſed quomodo hanc obedientiã exigat non intelligo. Anſel. Si homo nunquam peccaſſet, deberet pati mortem: aut deberet deus hoc ab illo exigere? Boſo. Quemadmodum credimus, nec homo moreretur, nec hoc exigeretur ab illo, ſed huius rei à te audire uolo rationem. A. Rationalem creaturam iuſtam factam eſſe: & ad hoc ut dèo fruendo beata eſſet, non negas. B. Non. A. Deo autem nequaquam ęſtimabis conuenire, ut quam fecit iuſtam ad beatitudinem, cogat ſine culpa eſſe miſeram: hominem enim inuitum mori, miſerum eſt. Boſo. Pater, quia ſi non peccaſſet homo, non deberet deus ab eo mortem exigere. A. Non ergo coegit deus Chriſtum mori, in quo nullum fuit peccatum, ſed ipſe ſponte ſuſtinuit mortem: non per obedientiam deſerendi uitam, ſed propter obedientiam ſeruandi iuſtitiam, in qua tam fortiter perſeuerauit, ut inde mortem incurreret. Poteſt etiam dici, quia pręcepit illi mori pater: cum hoc præcepit pater, unde incurreret mortem. Phil. 2 Ita ergo ſicut mandatum dedit illi pater, ſic fecit, & calicem quem dedit ei, bibit: Heb. 5 & factus eſt obediens patri uſque ad mortem, et ſic didicit ex his quę paſſus eſt, obedientiam, id eſt, quouſq; debeat ſeruari obedientia. Verbum autem quod propoſitum eſt, didicit, duobus modis intelligi poteſt. Aut enim ꝗ didicit, dictum eſt pro eo quod eſt, alios diſcere fecit. Aut quia, quod per ſcientiam non ignorabat, experimento didicit. Phil. 2. Quòd autem Apoſtolus cum dixiſſet, humiliauit ſe metipſum factus obediens uſque ad mortem: mortem autem crucis, ſubdidit, propter quod & deus illum exaltauit: & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Pſalm. 109. Cui ſimile eſt quod Dauid dicit: De torrente in uia bibet, propterea exaltauit caput: non ita dictum eſt, quaſi nullatenus potuiſſet peruenire ad hanc exaltationem, niſi per hanc mortis obedientiam, & hęc exaltatio non niſi in retributionem huius obedientiæ collata ſit. Luc. 10 Prius quàm pateretur dixit, omnia ſibi eſſe tradita à patre, Ioan 16. & iterũ omnia patris eſſe ſua. Sed quomodo ipſe cum patre ſanctoq́; ſpiritu diſpoſuerat ſe nõ aliter quàm per mortem celſitudinẽ omnipotentiæ ſuæ oſtenſurum mundo: quippe quod niſi per illam mortem fieri diſpoſitum eſt: cum per illam fit: non incongrue dicitur propter illam fieri. Si enim intendimus aliquid facere: ſed proponimus nos prius aliud facturos, per quod illud fiat: cum iam factum eſt quod uo-

lumus præcedere, ſi fit quod intendimus: recte dicitur, propterea fieri quoniam factum eſt propter quod differebatur: quia non niſi per illud fieri diſpoſitum erat. Nam ſi fluuium, quem equo uel naui tranſire poſſum: & pro bono me non niſi naui tranſiturum, et ideo differo me tranſmeare, quia nauis abeſt: cum iam præſto eſt nauis, ſi tranſeo: recte de me dicitur, nauis parata fuit, ideo tranſiuit: & non ſolum ita loquimur, quando per illud quod præcedere uolumus: ſed etiam quando non per illud, ſed tantummodo poſt illud facere aliud aliquid ſtatuimus. Siquis enim differt cibum ſumere, propterea quia nondum ea die miſſæ celebrationi affuit, peracto quod prius facere uolebat, non incongrue dicitur illi: iam ſume cibum, propterea quia iam feciſti propter quod ſumere differebas.

Multo igitur minus inuſitata eſt locutio cũ Chriſtus dicitur exaltatus propterea, quia mortem ſuſtinuit, per quã & poſt quam illam exaltationem decreuit facere. Poteſt hoc & eo modo intelligi, quo idem dominus legitur
Luc.2. profeciſſe ſapientia et gratia apud deũ, non quia ita erat: ſed quia ille ſic ſe habebat, ac ſi ita eſſet. Nam ſic poſt mortem exaltatus eſt, quaſi propter illam fierent hæc. Quod autem ipſe ait: non ueni uoluntatem meam facere, ſed eius qui miſit me: tale eſt quale eſt & illud. Mea doctrina non eſt mea: nam quod quis non habet de ſe ſed à deo, hoc nõ
Ioan.6 tam ſuum quàm dei dicere debet. Nul-
Ioan.7 lus enim homo à ſe habet ueritatem quam docet, aut iuſtam uoluntatem, ſed à deo. Non ergo uenit Chriſtus uoluntatem ſuam facere, ſed patris, quia iuſta uoluntas quam habebat, nõ erat
Rom.8 ex humanitate, ſed ex diuinitate. Proprio enim filio ſuo non pepercit deus: ſed pro nobis omnibus tradidit illum,
Matth. 26. non eſt aliud, quàm non liberauit illum. Nam multa in ſacra ſcriptura huiuſmodi inueniuntur: Vbi autem dicit:
Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix Ibidē.
iſte, ueruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. & ſi non poteſt hic calix tranſire niſi bibam illum: fiat uoluntas tua. naturalem ſalutis per uoluntatem ſuam ſignificat appetitum, quo humana caro dolorem mortis fugiebat. Voluntatem uero patris dicit, nõ quoniam maluerit pater mortem filij quàm uitam, ſed quia humanum genus reſtaurari nolebat pater, niſi faceret homo tam magnum aliquid, ſicut erat mors illa. quia non poſcebat ratio, quod alius facere non poterat. Id circo dicit filius illum uelle ſuam mortem, quam ipſe maluit pati, quàm ut genus humanum non ſaluaretur. ac ſi diceret: Quoniam non uis aliter reconciliationem mũdi fieri, dico te hoc modo uelle mortem meam. fiat ergo uoluntas tua, id eſt, fiat mors mea, ut mundus tibi recõcilietur. Nam ſæpe aliquẽ uelle dicimus aliquid, quia non uult aliud, quod ſi uellet non fieret illud qđ dicitur uelle. ut cum dicimus, illum lucernam uelle extinguere, qui non uult feneſtram claudere per quã uentus intrat, qui lucernã extinguit. Si ergo uoluit deus pater mortem filij, quia non aliter uoluit mundum ſaluare, niſi homo tam magnum aliquid faceret, ut iam dixi. Quod filio uolenti ſalutem hominum, tantundem ualuit quoniã hoc alius facere nõ ualebat: quantum ſi illi mori præciperet. unde ille: ſicut mandatum illi dedit pater, ſic fecit: & calicem quem dedit ei pater, bibit obediens uſque ad mortem.

Item de eiſdem, quomodo aliter recte intelligi poſſunt. *Cap. X.*

Poteſt etiam recte intelligi: quia per illam piam uoluntatem, qua uoluit filius pro ſalute mundi mori, dedit illi pater: non tamen cogendo mandatũ, & calicem paſſionis, & non pepercit illi: ſed pro nobis tradidit illum, & mortem illius uoluit, & quia ipſe filius obediens fuit uſque ad mortem,

& didicit ex his q̃ paſſus eſt obedien-
tiam. Quemadmodum enim ſecũdum
humanitatem non habebat à ſe uolun
tatem iuſte uiuẽdi, ſed à patre:ita quo-
que illam uoluntatem qua,ut tantum
bonum faceret,mori uoluit, nõ potuit
habere niſi à patre luminum,à quo eſt
Iaco.1. omne datum optimum, et omne donũ
perfectum.& ſicut pater tradere, dãdo
uoluntatem,dicitur:ita non incongrue
Ioan. 6. fit, ſi impellere aſſeritur. Sicut enim di
cit filius de patre: Nemo uenit ad me,
niſi pater traxerit eũ:ita dicere potuit,
niſi impulerit eum. Similiter quoque
proferre potuit, nemo currit ad mortẽ
propter nomen meum, niſi pater impu
lerit aut traxerit eum. Quoniã nanque
uoluntate quiſque, ad id quod indecli-
nabiliter uult, trahitur uel impellitur.
non inconuenienter trahere aut impel-
lere dicitur deus,cum talem uoluntatẽ
dat.in quo tractu uel impulſu nulla in
telligitur uiolentiæ neceſſitas: ſed acce
ptæ bonæ uoluntatis ſpõtanea & ama
ta tenacitas. Si ergo hoc modo nequit
denegari patrem, uoluntatem illã dan-
do, filium eius ad mortem traxiſſe uel
impuliſſe: quis nõ uideat eadem ratio
ne mandatum illi, ut mortem ſuſtine-
ret, ſponte & calicem quem non inui
tus biberet, dediſſe?Et ſi filius ſibi non
pepercíſſe, ſed pro nobis ſpõtanea uo-
luntate ſeipſum tradidiſſe, recte dicit:
quis neget recte dici, quia pater à quo
talem habuit uoluntatem, illi non pe-
percit:ſed pro nobis tradidit illum,&
mortem eius uoluit?Hoc etiam modo
indeclinabiliter & ſpõte ſeruando ac-
ceptam uoluntatem à patre, filius fa-
ctus eſt illi obediens uſq; ad mortem.
& dedicit ex his q̃ paſſus eſt obedien-
tiam,id eſt,quam magna res facienda
ſit per obedientiam. Nam tunc eſt uera
& ſimplex obedientia, cum rationalis
natura nõ neceſſitate, ſed ſponte ſeruat
uoluntatem à Deo acceptã. Aliĳs quo-
que modis recte poſſumus patres uo-
luiſſe filĳ mortem intelligere, quamuis
iſti poſſint ſufficere. Nam ſicut uelle di
cimus eum, qui facit ut alius uelit,ita
etiam dicimus eum uelle, qui nõ facit
ut alius uelit, ſed approbat quia uult:
ut cum uidemus aliquem fortiter pati
uelle moleſtiam, ut perficiat quod be-
ne uult: quamuis fateamur nos uelle,
ut illam pœnam ſuſtineat: non tamen
uolumus aut amamus pœnã eius ſed
uoluntatem. Illum quoq; qui prohibe
re poteſt & non prohibet, ſolemus di
cere,q̃a uult quod non prohibet. Quo
niam ergo patri uoluntas filĳ placuit,
nec prohibuit eum uelle aut implere
quod uolebat, recte uoluiſſe ut filius
mortem tam pie & tam utiliter ſuſtine
ret,quamuis pœnam eius non amaret,
affirmatur. Non autem potuiſſe calicẽ
trãſire niſi biberet illum, dixit,non q̃a
non poſſet mortem uitare, ſi uellet: ſed
quoniam, ſicut dictum eſt, mundum
erat impoſſibile aliter ſaluari. & ipſe
indeclicabiliter uolebat potius mortẽ
pati,quàm ut mundus nõ ſaluaretur,
Idcirco autem dixit uerba illa, ut doce-
ret humanũ genus aliter non potuiſſe
ſaluari quàm per mortem eius,non ut
oſtenderet ſe mortem nequaquam uo-
luiſſe uitare. Nam quæcunq; de illo di
cũtur,ex his quæ dicta ſunt ſimilia,ſic
ſunt exponenda: ut nulla neceſſitate,
ſed libera uolũtate mortuus credatur,
Erat nanque omnipotens, & de illo le Eſa.53
gitur,quoniam oblatus eſt,quia ipſe
uoluit. Et ipſe dicit: ego pono animam Ioan.
meam & iterum ſumo eam: nemo tol- 10.
let eam à me, ſed ego pono eam,& ite
rum ſumo eam. Poteſtatem habeo po-
nere animam meam, & iterum ſumere
eam. Quod ergo idem ipſa ſua poteſta
te & ſua uolũtate facit, nullatenus ad
hoc cogi recte poteſt. B. Hoc ſolum,
quia permittit deus illum ſic tractari,
quamuis uolentem, nõ uidetur tali pa
tri de tali filio conuenire. A. immo ma
xime decet talem patrem tali filio con
ſentire: ſi quid uult laudabiliter ad ho-
norem dei, & utiliter ad ſalutem homi
num;

num,quod aliter fieri non potuit. B. In hoc adhuc uerſamur,qualiter mors illa rationabilis & neceſſaria monſtrari poſſit. Aliter nāque nec ipſe filius eam uelle, nec pater cogere aut permittere debuiſſe uidetur. Quæritur enim, cur Deus aliter hominem ſaluare non potuit: aut ſi potuit, cur hoc modo uoluit. Nam & incōueniens uidetur eſſe Deo:hominem hoc modo ſaluaſſe,nec apparet q̄d mors illa ualeat ad ſaluandum hominem. Mirū enim eſt,ſi deus ſic delectatur aut eget ſanguine innocentis:ut non niſi interfecto eo, parcere uelit aut poſſet nocēti. A. Quoniam accipis in hac quęſtione perſonam eorum, qui credere nil uolunt niſi pręmonſtrata ratione,uolo tecum paciſci:ut nullū uel minimum inconueniens in Deo à nobis accipiatur, & nulla uel minima ratio, ſi maior nō repugnat, reijciatur. Sicut enim in Deo quātumlibet paruū inconueniens ſequitur impoſſibilitas, ita quantumlibet paruam rationem, ſi maiori non uincitur,comitatur neceſſitas. B. Nihil in hac re libētius accipio, q̄ ut hoc pactum inter nos communiter ſeruetur. A. De incarnatione dei tantum,& de his quæ de illo aſſumpto homine credimus, quæſtio eſt. B. Ita eſt. A. Ponamus ergo Dei incarnationē,& quæ de illo dicimus homine,nūquam fuiſſe,& cōſtet inter nos hominem eſſe factum ad beatitudinem,quę in hac uita haberi non poteſt, nec ad illam poſſe peruenire quenquā niſi dimiſſis peccatis:nec ullum hominem hanc uitam trāſire ſine peccato, & alia quorū fides ad ſalutem æternam neceſſaria eſt. B. Ita fiat:quia nihil in his inconueniens aut impoſſibile Deo uidetur. A. Neceſſaria eſt igitur homini, peccatorum remiſſio, ut ad beatitudinem perueniat. B. Sic omnes tenemus.

Quid ſit peccare, & pro peccato ſatisfacere.

Cap. xi. Anſel.

Quærendum eſt igitur, qua ratione Deus dimittit peccata hominibus: &, ut hæc faciamus apertius, prius uideamus quid ſit peccare et pro peccato ſatisfacere. B. Tuum eſt oſtēdere,& meū intendere. A. Si angelus & homo ſemper redderet Deo quod debet, nunquā peccaret. B. Nequeo contradicere. A. Non eſt itaq; aliud peccare,quàm Deo non reddere debitum. B. Quid eſt debitum, quod Deo debemus? A. Omnis uoluntas rationalis creaturæ ſubiecta debet eſſe uoluntati Dei. Boſ. Nihil uerius. Anſel. Hoc eſt debitum quod debet angelus & homo Deo, quod ſoluendo nullus peccat: & quod omnis qui non ſoluit, peccat. hæc eſt iuſtitia ſiue rectitudo uoluntatis, quæ iuſtos facit ſiue rectos corde, id eſt, uoluntate. hic eſt ſolus honor & totus quem debemus Deo, & quem à nobis exigit Deus. Sola nanque talis uoluntas opera facit placita Deo,cum poteſt operari,& cū non poteſt,ipſa ſola per ſe placet: quia nullum opus ſine illa placet. Hunc honorem debitum qui Deo non reddit,aufert Deo quod ſuū eſt, & deū exhonorat, & hoc eſt peccare. Quandiu autem non ſoluit quod rapuit,manet in culpa, nec ſufficit ſolummodo reddere quod ablatum eſt,ſed pro contumelia illata plus habet reddere quā abſtulit. Sicut enim qui lædit ſalutem alterius, non ſufficit ſi ſalutem reſtituit, niſi pro illata doloris iniuria recompēſet aliquid:ita qui honorem alicuius uiolat,nō ſufficit honorem reddere,ſi non ſecundum exhonorationis factam moleſtiam aliquid quod placet illi, quem exhonorauit, reſtauret. Hoc quoque attēdendum, quòd cum aliquis quod iniuſte abſtulit, ſoluit, hoc debet dare quòd ab illo non poſſet exigi, ſi alienum non rapuiſſet. Sic ergo debet omnis qui peccat honorē, quem rapit,Deo ſoluere, & hoc eſt ſatisfactio, quam omnis peccator debet Deo facere. B. In his omnibus, quoniā rationem ſequi propoſuimus, quamuis aliquantulum me terreas, nil ha-

beō quod poſſim dicere contra.

Vtrum ſola misericordia ſine omni debiti ſolutione deceat Deum peccata dimittere.

Cap. 12. Anſel.

Redeamus & uideamus, utrum ſola miſericordia ſine omni ſolutione ablati ſibi honoris, deceat deum peccata dimittere. B. Non uideo cur non deceat. A. Sic dimittere peccatū non eſt aliud, quàm non punire, & quoniam recte ordinare peccatum ſine ſatisfactione non eſt niſi punire: ſi nō punitur, inordinatum dimittitur. B. Rationabile eſt quod dicis. A. Deum uero nō decet aliquid in ſuo regno inordinatum dimittere. B. Si aliquid aliud uolo dicere, timeo peccare. A. Igitur nō decet Deum peccatum ſic impunitum dimittere. B. Ita ſequitur. A. Eſt & aliud quod ſequitur. Si peccatum ſic dimittitur impunitū, quia ſimiliter erit apud Deum peccāti & nō peccanti: quod Deo non conuenit. B. Non poſſum negare. Anſ. Vide & hoc: Iuſtitiam hominum nemo neſcit eſſe ſub lege, ut ſecundum eius quantitatem, menſura retributionis à Deo recompenſetur. B. Ita credimus. A. Si autem peccatum nec ſoluitur nec punitur, nulli legi ſubiacet. B. Non poſſum aliter intelligere. A. Liberior igitur eſt omnis iniuſtitia, ſi ſola miſericordia dimittitur quàm iuſtitia quod ualde inconueniens uidetur. Ad hæc etiam extenditur hęc inconuenientia, ut iniuſtitiā Deo ſimile eſſe faciat: quia ſicut Deus nulli legi ſubiacet, ita & iniuſtitia B. Nequeo reſiſtere rationi tuæ: ſed cum Deus nobis præcipiat omnino dimittere peccantibus in nos: uidetur repugnare, ut hæc nobis præcipiat, quod ipſum facere non decet. A. Nulla in hoc eſt repugnantia: quia Deus hæc præcipit nobis, ut non præſumamus quod ſolius Dei eſt. Ad nullum enim pertinet uindictam facere, niſi ad illum qui dominus eſt omniū. nam cum terrenæ poteſtates hoc recte faciunt, ipſe facit Deus à quo ad hoc ipſum ſunt ordinatæ. A. Remouiſti repugnātiam quam putabam ineſſe, ſed eſt aliud ad quod tuū uolo habere reſponſum: nam cum Deus ſic ſit liber, ut nullius legis ſubiaceat iudicio: & ſit ita benignus, ut nihil benignius cogitari queat: & nil ſit rectum aut decens, niſi quod ipſe uult: mirum uidetur, ſi dicimus, quia nullatenus uult aut non ei licet iniuriam ſuam dimittere, à quo etiam de his quas aliĳs facimus ſolemus indulgentiam petere. A. Verum eſt quod dicis de libertate & uoluntate & benignitate illius: ſed ſic eas debemus rationabiliter intelligere, ut dignitati illius non uideamur repugnare. Libertas enim non eſt niſi ad hoc quod expedit aut decet, nec benignitas dicēda eſt, quæ aliquid Deo indecens operetur. Quòd autem dicitur, quia quod uult, iuſtum eſt: & quod non uult, iuſtum non eſt, non ita intelligēdum eſt, ut ſi Deus uelit quodlibet incōueniens, iuſtum ſit: quia ipſe uult. Non enim ſequitur ſi Deus uult mentiri, iuſtum eſſe mentiri: ſed potius Deū illum non eſſe. Nam nequaquam poteſt uelle mentiri uoluntas, niſi in qua corrupta eſt ueritas, immo quæ deſerendo ueritatem corrupta eſt. Cum ergo dicitur, ſi Deus uult mētiri, non eſt aliud quā ſi Deus eſt talis naturæ quæ uelit mentiri, & idcirco non ſequitur iuſtum eſſe mendacium, niſi ita intelligatur: ſicut cum de duobus impoſſibilibus dicimus: ſi hoc eſt, illud eſt: quia nec hoc nec illud eſt. ut ſiquis dicat: ſi aqua eſt ſicca, & ignis eſt humidus: neutrum enim uerum eſt. Itaque de illis tātum eſt uerum dicere: ſi Deus hoc uult, iuſtum eſt, quæ Deum uelle non eſt inconueniens. Si enim uult Deus ut pluat, iuſtum eſt ut pluat. & ſi uult ut aliquis homo occidatur, iuſtum eſt ut occidatur. Quapropter ſi non decet Deum aliquid iniuſte aut inordinate facere, non pertinet ad eius libertatem ac benignitatem ac uoluntatem pec-

cantem qui non ſoluit deo quod abſtulit impunitum dimittere. Boſ. Omnia mihi auferſ, quæ putabam tibi poſſe obijci. A. Vide adhuc cur deum nō deceat hæc facere. B. Libenter auſculto quicquid dicis.

Quod nihil minus ſit tolerandum in rerum ordine, quàm ut creatura creatori debitum honorem auferat, & quòd non ſoluat quod auſert.

Cap. 13. Anſel.

Nihil minus tolerandum eſt in rerum ordine, quàm ut creatura creatori debitū honorem auferat, & non ſoluat quod auſert. B. Nihil clarius iudico. A. Nihil autem iniuſtius toleratur, quàm quo nihil minus eſt tolerandū. B. Nec hoc eſt obſcurum. A. Puto ergo, quia non dices deum debere tolerare, quo nihil iniuſtius toleratur, ut quòd creatura nō reddat deo quod auſert. B. Immo penitus negandum eſſe iudico. A. Item ſi deo nihil maius aut melius eſt nihil iuſtius, quàm quæ honorem illiꝰ ſeruet in rerum diſpoſitione ſumma iuſtitia, quę non eſt aliud ꝙ ipſe deus. B. Hoc quoque nil apertius. A. Nihil ergo ſeruat deus iuſtius, quā ſuę dignitatis honorem. B. Quod utique neceſſario concedi oportet. A. Videtur tibi, quod eum integre ſeruet, ſi ſic auferri ſibi permittit: ut nec ſoluatur, nec ipſe auferentem puniat. B. Nō audeo dicere. Anſ. Neceſſe eſt ergo, ut aut ablatus honor ſoluat, aut pœna ſequatur, alioquin aut ſibiipſi Deus iuſtus non erit, aut ad utrunq; impotens erit: quod nefas eſt etiam cogitare. B. Nihil rationabilius dici poteſt, ut puto.

Cuiuſmodi honor Dei ſit pœna peccantis.

Cap. 14. Boſo.

Sed uolo à te audire, ſi peccantis pœna ſit illi honor, aut cuiuſmodi honor ſit. Si enim pœna peccantis nō eius honor eſt, cum peccator non ſoluit quod abſtulit, ſed punitur, ſic perdit deus honorem ſuum ut non recuperetur, quod his quæ dicta ſunt repugnare uidetur. A. Deum impoſſibile eſt honorem ſuū perdere aut enim peccator ſponte ſoluit qđ debet, aut Deus ab inuito accipit. Nam aut homo debitam ſubiectionem Deo ſiue nō peccando, ſiue quod peccat ſoluendo uoluntate ſpontanea, exhibet: aut Deus inuitū ſibi torquendo ſubijcit: & ſic ſe dominum eius eſſe oſtendit, quod ipſe homo uoluntate fateri recuſat. In quo conſiderandum, quia ſicut homo peccando rapit quod dei eſt: ita deus puniendo auſert quod hominis eſt. Quippe non ſolum id ſuū alicuius eſſe dicit, quod iam poſſidet: ſed quod in eiꝰ poteſtate eſt ut habeat. Quoniam ergo homo factus eſt, ita ut beatitudinem habere poſſet, ſi non peccaret. cum ergo propter peccatum beatitudine & omni bono priuatur, de ſuo quamuis inuitus, ſoluit quod rapuit, quia licet deus hoc ad uſum ſui commodi non trāſferat, quod auſert: ſicut homo pecuniam quam alij auſert in ſuam conuertit utilitatem: hoc tamen quod auſert, utitur ad ſuum honorem, per hoc quia auſert. Auferendo enim peccatorē, & quę illius ſunt ſubiecta, ſibi eſſe probat.

Si deus uel ad modicum patiatur honorem ſuum uiolari.

Cap. 15. Boſo.

Placet quod dicis. Sed eſt & aliud ad quod tuam reſponſionem poſtulo. nam ſi deus ita, ſicut probas, ſuum debet honorem ſeruare: cur uel ad modicum patitur illum uiolari? Quod enim aliquo modo lædi ſinitur, nō integre aut perfecte cuſtoditur. Anſ. Dei honori nequit aliquid, quantum ad illum pertinet, addi uel minui. Idem nanque ipſe ſibi honor eſt incorruptibilis, & nullo modo mutabilis. Veruntamen cum unaquæque creatura ſuum & quaſi ſibi præceptum ordinē, ſiue naturaliter ſiue rationabiliter ſeruat, deo obedire & deū dicitur honorare: & hoc eſt maxime rationalis natura, cui datū eſt intelligere quod debebat. Quę cū uult quod debet, deum honorat, non quia illi aliquid confert, ſed

quia ſponte ſe eius uoluntati & diſpoſitioni ſubdit: & in rerum uniuerſitate ordinem ſuum & eiuſdem uniuerſitatis pulchritudinem, quantum in ipſa eſt, conſeruat. Cũ uero non uult quod debet, deum quantum ad ipſam eſt pertinet, inhonorat. quoniam non ſubdit ſe ſponte illius diſpoſitioni: & uniuerſitatis ordinem & pulchritudinem quantum in ſe eſt, perturbat: licet poteſtatẽ & dignitatẽ dei nullatenus lædat aut decoloret. Si enim ea quæ cœli ambitu continentur, uellent non eſſe ſub cœlo, aut elongari à cœlo: nullatenus poſſent niſi ſub cœlo eſſe, nec fugere cœlum niſi appropinquando cœlo. Nam & unde, & qua, & quo, & quæ irent ſub cœlo eſſent, & quãto magis à qualibet parte cœli elongarẽtur: tanto magis oppoſitæ parti appropinquarent. Ita quamuis homo uel malus angelus diuinæ uoluntati & ordinationi ſubiacere nolit: non tamen eam fugere ualet, quia ſi uult fugere, de ſub uoluntate iubente currit ſub uoluntatem punientem. Et ſi quæris quà tranſit, nõn niſi ſub uolũtate permittenti, et hoc ipſum quod peruerſe uult aut agit, in uniuerſitatis præfatæ ordinem & pulchritudinem ſumma ſapientia conuertit. Ipſa namque peruerſitatis ſpontanea ſatiſfactio: uel à non ſatiſfaciente pœnæ exactio: excepto hoc quòd deus de malis multimodis bona facit, in eadẽ uniuerſitate locum tenent ſuum & ordinis pulchritudinem. Quas ſi diuina ſapientia, ubi peruerſitas rectum ordinẽ perturbare nititur, non adderet: fieret in ipſa uniuerſitate, quam deus debet ordinare, quædam ex uiolata ordinis pulchritudine deformitas, & deus in ſua diſpoſitione uidereť deficere. Quæ duo quoniam ſicut ſunt inconuenientia, ita ſunt impoſſibilia: neceſſe eſt ut omne peccatum ſatiſfactio aut pœna ſequať. B. Satiſfeciſti obiectioni meæ. A. Palàm eſt ergo, quia deum quãtum in ipſo eſt, nullus poteſt honorare uel exhonorare: ſed quantum in ſe eſt hoc aliquis facere uidetur, cum uoluntatẽ ſuam uolũtati eius ſubijcit aut ſubtrahit. B. Neſcio quid contra queam dicere. A. Adhuc addam aliquid. B. Tandiu dic donec me tædeat audire.

Ratio quòd angelorum numerus qui ceciderunt, reſtituendus ſit de hominibus.

Cap. 16. Anſel.

Deum conſtat propoſuiſſe, ut de humana natura quam fecit ſine peccato, numerum angelorum qui ceciderãt reſtitueret. B. Hoc credimus, ſed uellem aliquam huius rei rationem audire. A. Fallis me: non enim propoſuimus tractare, niſi de ſola incarnatione dei: & tu mihi alias interſeris quæſtiones. B. Ne iraſcaris: hilarem datorem diligit 2 Co 9 deus, nam nemo probat magis ſe hilariter dare quod promittit, quàm qui plus dat quàm promittit. dic ergo libenter quod quæro. A. Rationalẽ creaturam quæ dei contemplatione beata uel eſt, uel futura eſt, in quodam rationabili & perfecto numero præſcitam à deo, ita ut nec maiorem nec minorem illum eſſe deceat, nõ eſt dubitandum. Aut enim neſcit deus, in quo numero melius eam deceat conſtitui, quod falſum eſt: aut ſi ſcit, in eo illã conſtituet, quem ad hoc decentiorem intelliget. Quapropter, aut angeli illi qui ceciderunt, facti erant ad hoc ut eſſent intra illum numerum: aut quia intra illum numerum permanere nõ potuerũt, ex neceſſitate ceciderunt: quod abſurdum eſt opinari. B. Veritas eſt aperta quod dicis. A. Quomodo ergo de illo numero eſſe debuerunt, aut reſtituendus eſt ex neceſſitate numerus eorum: aut imperfecto numero remanebit rationalis natura, quæ in numero perfecto præſcita eſt: quod eſſe non poteſt. B. Reſtaurandi proculdubio ſunt. A. Neceſſe eſt ergo eos de humana natura: quoniam non eſt alia de qua reſtaurari poſſint. B. Cur non aut ipſi aut alij angeli pro illis poſſint reſtitui?

Cur

Cur non aut ipſi aut alij angeli pro illis, poſſunt reſtitui. Cap. 17. Anſel.

Cum uidebis noſtræ reſtaurationis difficultatem, intelliges eorum reconciliationis impoſſibilitatem. Alij autē angeli pro illis reſtitui non poſſunt. ideo (ut taceam quoniam hoc repugnare uideatur primæ creationis perfectioni) quia non debent, niſi tales eſſe poſſint, quales illi fuiſſent ſi non peccaſſent, & cum illi nulla uiſa uindicta peccati perſeueraſſent, quod poſt illorum caſum alijs qui pro illis reſtituerentur, eſſet impoſſibile. Nō enim pariter laudabiles ſunt, ſi ſtant in ueritate: & qui nullam nouit peccati pœnam, & qui eam ſemper aſpicit æternam. Nam nequaquam putandum eſt, bonos angelos eſſe cōfirmatos caſu malorum, ſed ſuo merito. Sic nāque ſi boni cum malis peccaſſent, ſimul damnati eſſent: ita iniuſti, ſi cum iuſtis ſtetiſſent, pariter confirmati fuiſſent. Quippe ſi aliqui eorum, non niſi caſu aliorum confirmandi erant: aut nullus unquam confirmaretur: aut neceſſe erat aliquem caſurū, qui ad alios confirmandos puniretur: quæ utraque abſurda ſunt. Illo itaque modo confirmati ſunt illi qui ſteterūt, quo pariter confirmati eſſent omnes, ſi perſtitiſſent: quemadmodum oſtēdi ſicut potui, ubi tractaui: cur Deus diabolo perſeuerantiam non dedit. Boſo. Probaſti malos angelos de humana natura reſtaurandos, & patet ex hac ratione: quia non in minori numero erūt electi homines quā ſunt angeli reprobi. Sed utrum plures futuri ſint, ſi potes oſtende.

Vtrum plures futuri ſint ſancti homines, quàm ſint mali angeli. Cap. 18. Anſel.

Si angeli antequam quidam illorū caderent, erant in illo perfecto de quo diximus numero: nō ſunt homines facti niſi pro reſtauratione angelorū perditorum, & palàm eſt quia non erunt plures illis. Si autem ille numerus nō erat in illis omnibus angelis: complendum eſt de hominibus, & quod perijt, & quod prius deerat, & erūt electi homines plures reprobis angelis. & ſic dicimus, quia non fuerunt homines facti tantum ad reſtaurādum numerum imminutū: ſed etiam ad perficiendum nondum perfectum. B. Quid potius tenendum eſt: an quod angeli prius facti ſint in numero perfecto an non? Anſel. Quod mihi uidetur, dicā. B. Non plus à te exigo. Anſ. Si homo factus eſt poſt caſum malorum angelorum, ſicut quidam intelligunt in Geneſi: non uideo poſſe me per hoc probare alterum horū determinate. Poteſt enim (ut puto) eſſe quod angeli fuerūt prius in numero perfecto, & poſtea factus ſit homo propter reſtaurandum iminutum eorum numerum: & poteſt eſſe quod nō fuerunt in numero perfecto, quia differebat Deus, ſicut adhuc differt, illū implere numerū facturus humanam naturam ſuo tempore. Vnde aut ſolummodo numerum nōdum integrū perficeret: aut etiam ſi minueretur, reſtitueret. Si autem tota creatura ſimul facta eſt & dies illi, in quibus Moyſes iſtū mundum non ſimul factum eſſe uidetur dicere, aliter ſunt intelligendi quā ſicut uidemus iſtos dies in quib9 uiuimus: intelligere nequeo, quomodo facti ſunt angeli in illo perfecto numero. Quippe ſi ita eſſet, uidetur mihi: quia ex neceſſitate, aut aliqui homines uel angeli caſuri erant, aut plures eſſent in illa cœleſti ciuitate, quàm illa perfecti numeri conuenientia exigeret. Si ergo omnia ſimul facta ſunt: ſic uidentur angeli & duo primi homines in numero perfecto fuiſſe, ut de hominibus, ſi nullus caderet angelus, quod deerat ſolū perficeretur, & ſi aliquis periret, hoc quoque quod caderet, reſtitueretur: & hominis natura quę infirmior erat, quaſi Deum excuſaret atque diabolum cōfunderet, ſi ille ſuum caſum infirmitati ſuę imputaret, cum ipſa infirmior ſtaret. Ac ſi eadem ipſa caderet, multo magis

Deum defenderet contra diabolum &
cõtra ſeipſam: cum ipſa facta ualde in-
firmior & mortalis, in electis de tanta
infirmitate tanto altius aſcẽderet: quã
unde diabolus cecidiſſet, quanto boni
angeli, quorum ęqualitas ei debeť, pro
fecerunt poſt ruinã maloꝝ, quia perſe-
uerauerunt. Ex his rationibus potius
mihi uidetur, quia in angelis non fuit
ille pfectus numerus, quo ciuitas illa
cœleſtis perficeretur, quia ſi homo ſi-
mul cum angelis factus non eſt, ſicut
poſſibile eſt eſſe, & ſi ſimul facti ſunt,
quod magis putans multi, quoniam le
Eccl.18 gitur: qui uiuit in æternum creauit om
nia ſimul: uidetur neceſſe eſſe. Sed & ſi
perfecto mundanæ creaturæ, non tan-
tum eſt intelligenda in numero indiui-
duorum, quantum in numero natura-
rum, neceſſe eſt humanam naturã, aut
ad complementum eiuſdem perfectio-
nis eſſe factam: aut illi ſuperabundare,
quod de minimi uermiculi natura di-
cere nõ audemus. Quare pro ſeipſa ibi
facta eſt, & non ſolum pro reſtaurãdis
indiuiduis alterius naturæ. Vnde palã
eſt, quia ſi etiam angelus nullus periſſ-
ſet, homines tamen in cœleſti ciuitate
ſuum locũ habuiſſent. Sequitur itaq;
quia in angelis antequam qdam illoꝝ
caderent, non erat ille perfectus nume
rus: alioquin neceſſe erat ut aut homi-
nes aut angeli aliqui caderent: quoniã
extra numerum perfectum ibi nullus
manere poterat. B. Non nihil effeciſti.
A. Eſt et alia ratio ut mihi uidetur, quę
non parum ſuffragať illi ſententię, quę
angelos non eſſe factos in perfecto nu
mero exiſtimat. B. Dic illã. A. Si angeli
in illo pfecto numero facti ſunt, & nul
latenus facti ſunt homines, niſi pro re-
ſtauratione perditorũ angeloꝝ, palàm
eſt quia niſi illi angeli ab illa beatitudi-
ne cecidiſſent, homines ad illam non
aſcenderent. B. Hoc conſtat. A. Siquis
ergo dixerit: qa tantum lætabuntur ele
cti homines de angelorum perditione,
quantum gaudebũt de ſua aſſumptio-
ne, quoniam abſq; dubio hæc nõ eſſet
niſi illa fuiſſet, quomodo poterunt ab
hac peruerſa gratulatione defendi? Aut
quomodo dicemus angelos qui cecide
runt in hominibus reſtauratos: ſi illi ſi
ne hoc uitio permanſuri erant, ſi nõ ce
cidiſſent, id eſt, ſine gratulatione de ca-
ſu aliorũ, iſti uero ſine ullo eſſe nõ po-
tuerunt, immo qualiter cum hoc uitio
beati eſſe debebunt. Deinde qua auda-
cia dicemus Deũ nõ uelle, aut non po
tuiſſe hanc reſtaurationem ſine hoc ui
tio facere? B. No'nne ſimiliter eſt in gen
tibus, quæ ad fidem uocatæ ſunt: quia
illam Iudæi repulerunt? A. Non: nam
ſi omnes Iudæi crediddiſſent, gentes ta-
men uocarentur: qa in omni gente, qui Act.10
timet Deũ & operatur iuſtitiam, acce-
ptus eſt illi. Sed quoniã Iudæi apoſto-
los contempſerunt: ea tũc fuit occaſio,
ut ad gentes illi cõuerterentur. B. Nul-
lo modo uideo quid contra hoc dicere
poſſim. A. Vnde tibi uidetur accidere
ſingulis illa lætitia de alieno caſu? Bo.
Vnde, niſi quia certus erit unuſquiſq;,
qm̃ ubi erit nullatenus eſſet, ſi alius in-
de non cecidiſſet? Anſ. Si ergo hanc cer
titudinem nullus haberet: non eſſet un
de ullus de alieno damno gauderet. B.
Ita uidetur. A. Putas'ne aliquem illoꝝ
habiturum hanc certitudinem, ſi mul-
to plures erũt q̃ ceciderunt? B. Nequa
quam poſſum opinari, quod eã habeat
aut habere debeat. Quomodo nanque
quis poterit ſcire: utrum pro reſtauran
do quod imminutum erat, aut pro cõ-
plẽdo quod nõdum perfectum erat, de
illo numero conſtituendæ ciuitatis ſit
factus, ſed omnes certi erunt ſe factos
eſſe ad perficiendam illam ciuitatẽ. A.
Ergo ſi plures erunt q̃ reprobi angeli.
nullus poterit aut debebit ſcire ſe non
eſſe ibi aſſumptũ niſi pro alieno caſu.
B. Verum eſt. A. Non igiť habebit ali-
qs cur gaudere debeat de alterius per-
ditione. B. Ita ſequitur. A. Cum itaque
uideamus, quia ſi plures erũt homines
electi q̃ ſint reprobi angeli, illa non ſe-

quiſur inconuenientia quam ſequi neceſſe eſt, ſi plures non erunt: & cũ impoſſibile ſit ullũ in illa ciuitate futurũ inconueniens, uidet̃ neceſſe eſſe ut angeli nõ ſint facti in illo perfecto numero: & plures futuri ſint beati homines, quam ſint miſeri angeli. B. Non uideo qua ratione hoc negari queat. A. Aliam adhuc eiuſdẽ ſententiæ poſſe dici puto rationẽ. B. Hanc quoq; proferre debes. A. Credimus hanc mundi molem corpoream in melius renouãdam, nec hoc futurũ eſſe donec impleatur numerus electorum hominum, & illa beata perficiatur ciuitas, nec poſt eius perfectionem hoc differendũ. Vnde colligi põt deum ab initio propoſuiſſe, ut utrunq; ſimul perficeret, quatenus & minor, q̃ deum nõ ſentiret, natura: ante maiorẽ, quæ deo frui deberet, nequaquã perficeretur, & in maioris perfectione mutata in melius ſuo quodãmodo quaſi congratularetur, immo omnis creatura de tam glorioſa & tam admirabili ſui cõſummatione ipſi creatori & ſibi inuicem quæque ſuo modo æterne cõgaudendo iocundaretur, quatenus qđ uoluntas in rationabili natura ſponte facit hoc, & iam inſenſibilis creatura ꝑ dei diſpoſitionẽ naturaliter exhiberet. Solemus nãque in maioꝝ noſtrorum exaltatione congaudere, ut cũ in natali eĳs ſanctorũ exultatione feſtiua iocundamur, de gloria eoꝝ exultantes. Quã ſententiam illud adiuuare uidetur: ꝗa ſi Adam non peccaſſet differret tamen deus illam ciuitatem perficere, donec cõpleto ex hominibus quem expectabat numero, ipſi quoq; homines in corporum ut ita dicam, tranſmutarentur immortalitatẽ. Habebãt enim in paradiſo quandam immortalitatem, id eſt, poteſtatem non moriendi, ſed non erat immortalis hæc poteſtas: quia poterãt mori, ut ſcilicet ipſi non poſſent mori. Quod ſi ita eſt, ut uidelicet rationalem illam & beatã ciuitatem & hanc mundanã ſenſibilẽq; naturã deus ab initio propoſuerit ſimul perficere, uidetur ꝗa aut illa ciuitas nõ erat completa in numero angelorum, ante malorũ ruinã, ſed expectabat deus ut eam de hominibus cõpleret, quando corporeã mundi naturã melius innouaret, aut ſi perfecta erat in numero, non erat perfecta in confirmatione: & differẽda erat eius confirmatio, etiam ſi nullus in ea peccaſſet uſq; ad eandem mundi quã expectamus renouationem, aut ſi nõ diutius illa confirmatio differẽda erat, acceleranda erat mundana renouatio: ut cum eadem confirmatione fieret. Sed quod mundum nouiter factum ſtatim deus renouare, & eas res quæ poſt renouationem illã non erunt, in ipſo initio antequã appareret cur factę eſſent, deſtruere inſtituerit omni caret ratione. Sequitur ergo ꝗa angeli non ita fuerunt in numero perfecto, ut eorũ confirmatio nõ diu differret̃, propterea ꝗa mundi noui renouationem mox oporteret fieri, quod non cõuenit. Quod autem eandẽ confirmationẽ uſq; ad mundi futuram renouationẽ differre deus uoluerit, incõueniens uidet̃: præſertim cum illam in aliquibus tam cito perfecerit. Et cũ intelligi poſſit, quia in primis hominibus quando peccauerunt illam feciſſe ſi nõ peccaſſent, ſicut fecit in perſeuerantibus angelis. Quamuis enim nõdum proueherentur ad illam æqualitatem angelorum, ad quam peruenturi erant homines, cum perfectus eſſet numerus de illis aſſumendus. In illa tamen iuſtitia in qua erãt, uidetur quod ſi uiciſſent, ut non peccarent tentati ita confirmarẽtur cum omni propagine ſua, quod ultra peccare nõ poſſent, quemadmodum quia uicti peccauerunt, ſic infirmati ſunt, ut quantũ in ipſis eſt ſine peccato eſſe non poſſint. Quis enim audeat dicere plus ualere iuſtitiã ad alligandũ in ſeruitutem hominẽ in prima perſuaſione ſibi conſentientẽ, quã ualeret iuſtitia ad cõfirmandũ eũ in libertate ſibi in eadem prima

tentatione adhærentem? Nam quemad
modum: quoniam humana natura to-
ta quæ erat in parentibus primis, tota
in illis uicta eſt ut peccaret (excepto il-
lo ſolo homine quē deus ſicut ſine uiri
ſemine de uirgine facere ſciuit, ſic à pec
cato Adæ ſecernere uoluit) ita in eiſdē
tota uiciſſet ſi non peccaſſet. Reſtat er-
go ut non completa in illo primo nu-
mero angelorum ſuperna ciuitas: ſed
de hominibus complenda fuiſſe dicat̃.
Quæ ſi rata ſunt, plures erūt electi ho-
mines quàm ſint reprobi angeli. B. Ra
tionabilia mihi ualde uidentur quæ di
cis, ſed quid dicemus, quia legitur de
deo: conſtituit terminos populorum
iuxta numerum filiorum Iſrael, quod
quidam, quia pro filiorum Iſrael inue
nitur angelorum dei, ſic exponunt, ut
ſecundum numerum bonorū angelo-
rum aſſumēdus intelligatur numerus
electorum hominum. A. Hoc nō repu-
gnat prædictę ſententiæ, ſi certum non
eſt quod totidē angeli cecidiſſent quot
remanſerunt. Nam ſi plures ſunt ange
li electi quàm reprobi, & neceſſe eſt ut
reprobos electi homines reſtaurent. &
poteſt fieri ut beatorum numero coæ-
quentur, & ſic plures erunt homines
iuſti quàm angeli iniuſti. Sed memēto quo
pacto incepi tuæ reſpondere quæſtio-
ni tuæ, uidelicet, ſi quod dixero maior
nō confirmet authoritas, quamuis il-
lud ratione probare uidear nō alia cer
titudine accipiatur: niſi quia interim
mihi ita uidetur, donec mihi Deus me
lius aliquo modo reuelet. Certus enim
ſum, ſiquid dico quod ſacræ ſcripturæ
abſq; dubio contradicat, quia falſum
eſt: nec illud tenere uolo, ſi cognouero.
Sed ſi in illis rebus de quibus diuerſa
ſentiri poſſunt ſine periculo, ſicut eſt
illud unde nunc agimus. Si enim neſci
mus utrum plures homines eligendi
ſint quàm angeli perditi an non: & al-
terum horum æſtimamus magis quā
alterum, nullum puto animæ pericu-
lum: ſi inquam in his rebus ſic exponi
mus diuina dicta, ut diuerſis ſententijs
fauere uideātur, nec alicubi inuenitur
ubi quid indubitanter tenendū ſit de-
terminent, non arbitror reprehendi de
bere. Illud autē quod dixiſti: conſtituit
terminos populorum ſeu gentiū iuxta
numerum angelorū Dei, quod in alia Deut.
translatione legitur, iuxta numerū fi- 32.
liorum Iſrael, quoniam ambæ transla
tiones aut idem ſignificant, aut diuerſa
ſine repugnantia, ita intelligēdum eſt,
ut per angelos Dei & p filios Iſrael an
geli boni ſignificentur tantummodo,
aut ſoli homines electi. Aut ſimul an-
geli & electi homines tota, ſcilicet illa
ciuitas ſuperna. Aut per angelos Dei
ſancti angeli tantū, & per filios Iſrael,
ſoli homines iuſti. Aut ſoli angeli per
filios Iſrael & iuſti homines per ange-
los Dei. Si boni angeli tātum deſignan
tur per utrunq;, idem eſt: quod ſi ſolū
per angelos dei. Si uero tota cœleſtis ci
uitas, hic eſt ſenſus, q̄a tandiu aſſumē-
tur populi, id eſt, multitudines electo-
rum hominum, aut tandiu erūt popu-
li in hoc ſeculo: donec de hominibus
prędeſtinatus numerus illius ciuitatis
nondum perfectus cōpleatur. Sed non
uideo nūc, quomodo ſoli angeli aut ſi-
mul angeli & homines ſancti per filios
Iſrael intelligantur: ſanctos autem ho-
mines filios Iſrael, ſicut filios Abrahæ
uocari nō eſt alienū. Qui angeli quoq;
dei per hoc recte poſſent uocari, quia
uitam angelicam imitantur: atq; ſimi-
litudo & æqualitas illis angelorū pro-
mittitur in cœlo, & quia omnes iuſte
uiuentes angeli dei ſunt. Vnde & ipſi
confeſſores atque martyres dicuntur.
Qui enim confitetur & teſtatur uerita-
tem dei, nuncius, id eſt, angelus eſt, &
ſi malus homo dicitur diabolus: ſicut
de Iuda dicit dominus, propter ſimili-
tudinem malitiæ, cur nō & bonus ho-
mo dicitur angelus, propter imitatio-
nem iuſtitiæ? Quare poſſumus, ut æſti
mo, dicere deum conſtituiſſe terminos
populorum iuxta numerum electorū

hominum: quia tandiu erant populi, & erit in hoc mundo hominũ procreatio, donec numerus eorundem electorum hominum compleatur, & eo completo ceſſabit eſſe hominum generatio quæ fit in hac uita. At ſi per angelos dei, intelligimus ſanctos angelos tantum: & per filios Iſrael, tãtummodo iuſtos homines: duobus modis intelligi poteſt, quia conſtituit deus terminos populorum iuxta numerum angelorum dei, aut quia tantus populus, id eſt, tot homines aſſumentur, quot ſunt angeli dei: aut quia tandiu erũt populi, donec numerus angelorum dei compleatur ex hominibus. Et hoc uno modo exponi poſſe uideo: conſtituit terminos populorum iuxta numerũ filiorũ dei, id eſt, quia (ſicut ſupra dictũ eſt) tandiu erũt populi in hoc ſeculo, donec numerus ſanctorum hominũ aſſumatur, & colligitur ex utraque tranſlatione, quia tot homines aſſument, quot remanſerunt angeli. Vnde tamen non ſequitur, quãuis perditi angeli ex hominibus reſtaurandi ſunt, tot angelos cecidiſſe quot perſeuerauerunt. Quod tamen ſi diceretur, inueniendum erit quomodo ratę non ſint ſupra poſitæ rationes, quæ uidentur oſtendere non fuiſſe in angelis prius quam quidam illorum caderent, illum perfectum numerum quem ſupra dixi, & plures homines electos futuros, quàm ſint mali angeli. B. Non me pęnitet, quia coëgi te ut de angelis hoc diceres, nam non fruſtra factũ eſt: nũc redi ad id unde digreſſi ſumus. A. Conſtat deum propoſuiſſe, ut de hominibus angelos qui ceciderant reſtauraret. B. Certum eſt. A. Tales ergo oportet eſſe homines in illa ciuitate ſuperna, q pro angelis in illam aſſumẽtur, quales illi futuri ibi erant pro quibus ibidẽ erũt, id eſt, quales nunc ſunt boni angeli, alioquin non erunt reſtaurati qui ceciderunt & ſequitur quia deus aut non poterit perficere bonum quod incepit, aut pœnitebit eum tantum bonũ incepiſſe, quæ duo abſurda ſunt. B. Vere oportet, ut æquales ſint homines bonis Angelis. A. Boni angeli unquã'ne peccauerunt? B. Non. A. Potes'ne cogitare, quòd homo qui aliquando peccauit: nec unquam deo pro peccato ſatiſfecit: ſed tãtum impunitus dimittitur, æqualis ſit angelo qui nunquam peccauit. B. Verba iſta cogitare & dicere poſſum, ſed ſenſum eorum ita cogitare nequeo: ſicut falſitatem nõ poſſum intelligere ueritatem eſſe. A. Nõ decet ergo deum, hominem peccatorũ ſine ſatisfactione ad reſtaurationem angelorum ſumere perditorum, quoniam nõ patitur ueritas, eum lauari ad ęqualitatem angelorum. B. Sic oſtẽdit ratio. A. Conſidera etiam in ſolo homine, ſine eo quod debet angelis æquari, utrum eum taliter deus ad beatitudinem illã uel talem, qualem habebat antequam peccaret debeat prouehere. B. Dic quæ cogitas, & ego conſiderabo prout potero. A. Ponamus diuitem aliquem in manu tenere margaritam pretioſam, quam nunquam pollutio ulla tetigit: quamque nullus alius poſſit amouere de manu eius, niſi ipſo permittente: & eam diſponat recondere in theſaurum ſuum, ubi ſunt chariſſima & pretioſiſſima quę poſſidet. B. Cogito hoc uelut ante nos ſit. A. Quid ſi ipſe permittat eandem margaritam ab aliquo inuido excuti de manu ſua in cœnum, tamen prohibere poſſet, ac poſtea eam de cœno ſumens pollutam & non lotam in aliquem locum ſuum mundum & charum deinceps illam ſic ſeruaturus recõdat. Putabis'ne illum ſapientem? B. Quomodo hoc poſſum? nam non'ne eſſet hoc ſatis melius, ut margaritã ſuã mundam teneret & ſeruaret, quã pollutam? A. Non'ne ſimiliter faceret deus, qui hominem angelis ſociandum ſine peccato, quaſi in manu ſua tenebat in paradiſo, & permiſit ut accenſus inuidia diabolus eum in lutum peccati, quãuis cõſentientem deijceret. Si enim

prohibere uellet diabolum non poſſet tentare hominem, nónne inquam ſimiliter faceret, ſi hominem peccati ſorde maculatū ſine omni lauatione, id eſt, abſq; omni ſatisfactiõe, talem ſemper manſurū ſaltem in paradiſum, de quo eiectus fuerat, reduceret? B. Similitudinem ſi deus hoc faceret negare non audeo: & idcirco eum hoc facere poſſe nõ abnuo. Videretur enim, aut quod propoſuerat peragere non potuiſſe, aut boni propoſiti eum pœnituiſſe quę in deū cadere nequeunt.

Quòd homo non poſſit ſaluari ſine peccati ſatiſfactione. Cap. 19. Anſel.

Tene igitur certiſſime, quia ſine ſatiſfactione, id eſt, ſine debiti ſolutione ſpontanea, nec deus poteſt peccatū impunitū dimittere: nec peccator ad beatitudinem uel talem qualem habebat antequã peccaret, peruenire: non enim hoc modo repararetur homo uel talis qualis fuerat ante peccatum. B. Rationibus tuis omnimodo cõtradicere nõ poſſum. Sed quid eſt, qđ dicimus deo:
Mat. 6 Dimitte nobis debita noſtra, & omnis gens orat deum, quoniam credit ut dimittat ſibi peccata? Si enim ſoluimus quod debemus, cur oramus ut dimittat? Nunquid deus iniuſtus eſt, ut iterum exigat quod ſolutum eſt? Si autẽ non ſoluimus: cur fruſtra oramus, ut faciat quod, quia non conuenit, facere non poteſt? A. Qui nõ ſoluit fruſtra dicit dimitte: qui autem ſoluit ſupplicat: quia hoc ipſum pertinet ad ſolutionẽ ut ſupplicet. Nam deus nulli quicquã debet, ſed omnis creatura illi debet: & ideo non expedit homini, ut agat cum deo, quemadmodū par cum pari. Sed de hoc non eſt opus nunc tibi reſpondere. Cum enim cognoſces, cur Chriſtus mortuus eſt, forſitã per te uidebis quod quæris. B. Sufficit mihi nunc, qđ de hac quæſtione reſpondes. Quod autem nullus homo ad beatitudinẽ peruenire queat cum peccato, aut ſolui à peccato, niſi ſoluat, quod rapuit peccãdo: ſic aperte monſtraſti, ut etiam ſi uelim non poſſim dubitare.

Quòd ſecundum menſuram peccati oporteat eſſe ſatisfactionem, nec eam homo per ſe facere poſſit. Cap. 20. Anſel.

Hoc quoq; non dubitabis, ut puto: quia ſecundum menſurã peccati oportet ſatisfactionẽ eſſe. B. Alioquin aliquatenus inordinatum maneret peccatum, quod eſſe nõ poteſt, ſi deus nihil relinquit inordinatū in regno ſuo. Sed hoc eſt præſtitutum, quia quodlibet paruū incõueniens in deo impoſſibile eſt. A. Dic ergo quid ſolues pro peccato tuo? B. Pœnitentiam, cor contritū & humiliatum, abſtinentias & multimodos labores corporis, & miſericordiã dandi & dimittendi, & obediẽtiam. A. Quid in his omnibus das deo? B. An nõ honoro deum, quando propter timorem eius & amorem in cordis contritione lætitiam temporalem abijcio, abſtinentijs & laboribus delectationes & quietem huius uitæ calco, in dando & dimittendo, quæ mea ſunt largiendo, in obediẽtia meipſum illi ſubijcio? A. Cū reddis aliquid quod debes deo, ẽt ſi nõ peccaſti, nõ debes computare pro debito quod debes pro peccato. Omnia autem iſta debes deo quæ dicis. Tantus nanque debet eſſe in hac mortali uita amor: & ad qđ pertinet omne deſiderium perueniẽdi ad id ad quod factus es: & dolor, qa nondū ibi es: & timor, ne non peruenias, ut nullam lætitiam ſentire debeas, niſi de his quæ tibi aut auxiliū, aut ſpem dant perueniẽdi. Nõ enim mereris habere, quod non ſecundum quod es, amas & deſideras, & de quo quia nondū habes & adhuc utrū habiturus ſis, an nõ in tanto es periculo, non doles? Ad quod etiam pertinet quietem & delectationes mundanas, quę animū ab illa uera quiete & delectatione reuocant, fugere: niſi quãtum ad intentionẽ illuc perueniendi cognoſcis ſufficere. Dationem uero ita debes cõſiderare te facere ex debito: ſicut in-

telligis, quia quod das à te non habes, ſed ab illo cuius ſeruus es tu, & illi cui das: & natura te docet ut cōſeruo tuo, id eſt, homo homini facias, quod tibi
Matt. 8 ab illo uis fieri, & quia qui nō uult dare quod habet: non debet accipere qđ nō habet. De dimiſſione breuiter dico, quia nullatenus pertineat ad te uindicta: ſicut ſupra diximus, quia nec tu tuus es: nec ille tuus aut ſuus qui tibi fecit iniuriam, ſed unius domini ſerui facti ab illo de nihilo eſtis, ſi & de conſeruo tuo te uindicas, iudicium quod propriū domini & iudicis omniū eſt, ſuper illū ſuperbe prēſumis. In obediētia uero quid das Deo quod nō debes: cui iubēti totum quod es, & quod habes, & quod potes debes? B. Nihil iam audeo in his omnibus dicere me dare Deo quod nō debeo. A. quid ergo ſolues deo pro peccato tuo? B. Si meipſ̄m & quicquid poſſum, etiā quando non pecco illi debeo ne peccē, nihil habeo quod pro peccato illi reddā. A. Quid ergo erit de te? quomodo poteris ſaluus eſſe? B. Si rationes tuas conſidero, nō uideo quomodo. Si aūt ad fidē meā
Gal. 6. recurro, in fide Chriſtiana quę per dilectionē operaẽ, ſpero me poſſe ſaluari, et
Ezec. 18. quia legimus, ſi iniuſtus cōuerſus fuerit ab iniuſtitia ſua & fecerit iuſtitiam, omnes iniuſtitias ſuas tradi obliuioni. A. Hoc non dicitur niſi de illis, qui aut expectabant Chriſtum antequam ueniret, aut credūt in eum poſtquam uenit. Sed Chriſtū & chriſtianam fidem, quaſi nunquam fuiſſent poſuimus, qn̄ ſola ratione, utrū aduentus eius ad ſaluationem hominum eſſet neceſſarius, quærere propoſuimus. B. Ita fecimus. A. Sola igitur ratione procedamus. B. Quamuis in anguſtias quaſdā me deducas, deſidero tamē multum, ut ſicut incepiſti, progrediaris.

Quanti ponderis ſit peccatum.

Cap. 21. Anſel.

Ponamus omnia illa quæ modo ꝓpoſuiſti, te pro peccato poſſe ſoluere, te non debere, & uideamus utrū poſſit ſufficere ad ſatiſfactionem unius tam parui peccati, ſicuti eſt unus aſpectus contra uoluntatem Dei. B. Niſi qa audio te hoc ponere in quæſtionē, putarē me hoc peccatum una ſola cōpunctione delere. A. Nondū conſideraſti quāti ponderis ſit peccatum. B. Nūc oſtende mihi. A. Si uideres te in conſpectu Dei, & aliquis tibi diceret: aſpice illuc, & Deus ecōtra, nullatenus uolo ut aſpicias, quære tu ipſe in corde tuo, quid ſit in omnibus quę ſunt, pro quo deberes contra uoluntatem Dei illum aſpectum facere. B. Nihil inuenio pro quo hic debeam: niſi forte ſim in ea neceſſitate poſitus, ut ſit neceſſe me aut hoc aut maius peccatū facere. A. Remoue hanc neceſſitatem, de ſolo hoc peccato cōſidera: ſi poſſis illud facere pro teipſo redimēdo. B. Aperte uideo, quia nō poſſum. A. Ne te diutius protraham, quid ſi neceſſe eſſet aut totū mundū: et quicqd Deus non eſt perire & in nihilum redigi: aut te facere tam paruam rem contra uoluntatē Dei? B. Cū conſidero actionē ipſam, leuiſſimū qddam uideo eſſe, ſed cum intueor qd ſit contra uoluntatem Dei, grauiſſimum qddam & nulli damno comparabile intelligo: ſed ſolemus aliquando facere contra uoluntatem alicuius non reprehenſibiliter, ut res eius ſeruentur quod poſtea illi placet contra cuius uoluntatem facimus. A. Hoc ſit homini, qui aliquando nō intelligit quid ſibi ſit utile aut non poſſet reſtaurare qd perdidit, ſed Deus nullo indiget, & omnia ſi perirēt, poſſet, ſicut ea fecit, reſtaurare. B. Fateri me neceſſe eſt, qa pro conſeruanda tota creatura nihil deberē facere cōtra uoluntatem Dei. A. Quid, ſi plures eēnt mūdi pleni creaturæ, ſicut iſte eſt. B. Si infinito numero multiplicarenẽ: & ſimiliter mihi obtenderentur, idipſum reſponderem. A. Nihil rectius potes: ſed conſidera etiam ſi contingeret, ut contra uoluntatem Dei illum aſpe-

ctum faceres: quid poſſes pro hoc peccato ſoluere. B. Non habeo aliquid maius quàm quod ſupra dixi. A. Sic grauiter peccamus, quotieſcunq; ſcienter aliquid quantumlibet paruum contra uoluntatē Dei facimus, quoniam ſemper ſumus in cōſpectu eius, & ſemper ipſe pręcipit nobis ne peccemus. B. Vt audio, nimis periculoſe uiuimus. A. Patet, quia ſecundum quantitatem peccati exigit Deus ſatisfactionem. B. Non poſſum negare. A. Non ergo ſatisfacis, ſi nō reddis aliquid maius quàm ſit id pro quo peccatū facere non debueras. B. Et rationem uideo ſic exigere, et omnino eſſe impoſſibile. A. Nec Deus ullum obligatū aliquatenus debito peccati aſſumere poteſt ad beatitudinem: quia nō debet. B. Nimis eſt grauis hæc ſententia. A. Audi adhuc aliud, cur non minus ſit difficile hominem reconciliari Deo. B. Niſi fides me conſolaretur, hoc ſolum cogeret me deſperare. A. Audi tamen. B. Dic.

Quam contumeliam fecit Deo homo, cum ſe permiſit à diabolo uinci, pro qua ſatisfacere non poteſt. Cap. 22. Anſel.

Homo in paradiſo ſine peccato factus, quaſi poſitus eſt pro Deo inter Deum & diabolum, ut uinceret diabolum non conſentiendo ſuadenti peccatum, ad excuſationem & honorē Dei & confuſionem diaboli, cum ille infirmior in terra non peccaret, eodem diabolo ſuadente qui fortior peccauit in cœlo nullo ſuadēte. & cum hoc homo facile poſſet efficere, nulla ui coactus ſola ſuaſione ſpōte ſe uinci permiſit ad uoluntatem diaboli & contra uoluntatem & honorem Dei. B. Ad quid uis tendere? A. Iudica tuipſe, ſi non eſt contra honorem Dei, ut homo reconcilietur illi cum calumnia huius contumeliæ Deo irrogatæ, niſi prius honorauerit Deum uincendo diabolum: ſicut inhonorauit illum uictus à diabolo. Victoria uero talis eſſe debet, ut ſicut fortis ac poteſtate immortalis conſenſit diabolo ut peccaret, unde iuſte incurrit pœnam mortalitatis: ita infirmus & mortalis qualē ſe fecit ipſe per mortis difficultatem uincat diabolum, ut nullo modo peccet. quod facere nō poteſt, quandiu & uulnere primi peccati cōcipitur & naſcitur in peccato. B. Iterum dico, quia & ratio probat quod dicis, & impoſſibile eſt. A. Adhuc accipe unum ſine quo iuſte non reconciliatur homo, nec minus impoſſibile eſt. B. Tot iam propoſuiſti nobis, quæ facere debemus, ut quicqd ſuperaddas non me magis terrere poſſit. A. Audi tamen. B. Audio.

Quod abſtulit Deo, cum peccauit quod reddere nequit. Cap. 23. Anſel.

Quid abſtulit homo Deo, cum uinci ſe pmiſit à diabolo? B. Dic tu ut incepiſti, qa ego neſcio qd ſuper hæc mala q̃ oſtēdiſti, potuit addere. A. Non'ne abſtulit Deo, quicquid de humana natura facere propoſuerat? B. Non poteſt negari. Anſ. Attende diſtrictam iuſtitiam & iudica ſecundum illam, utrum ad æqualitatem peccati homo ſatisfaciat Deo, niſi idipſum quod permittendo ſe uinci à diabolo Deo abſtulit, diabolum uincendo reſtituat: ut quemadmodum per hoc quòd uictus eſt, rapuit diabolus quod Dei erat, & Deus perdidit: ita per hoc qđ uincat, perdat diabolus, & Deus recuperet. B. Nec diſtrictius nec iuſtius aliquid poteſt cogitari. A. Putas'ne ſummam iuſtitiam, hanc iuſtitiam poſſe uiolare? B. Nō audeo cogitare. A. Nullatenus ergo debet aut pōt accipere homo à Deo, qđ Deus illi dare propoſuit: ſi non reddit Deo totum quod illi abſtulit, ut ſicut per illum Deus perdidit, ita per illum recuperet. Quod non aliter fieri ualet, niſi ut quemadmodum per uictū tota humana natura corrupta & quaſi fermētata eſt peccato, cū quo nullū Deus aſſumit ad perficiendam illam ciuitatē cœleſtem: ita per uincentem iuſtificentur à peccato tot homines quot illū numerum

rum completuri erant, ad quem complendum factus eſt homo. Sed hoc facere nullatenus poteſt homo peccator, quia peccator peccatorē iuſtificare nequit. B. Et nihil iuſtius & nihil impoſſibilius, ſed ex his omnibus uidetur miſericordia dei & ſpes hominis perire, quantum ad beatitudinem ſpectat, ad quam factus eſt homo. Anſel. Expecta adhuc parum. Boſo. Quid habes adhuc amplius?

Quia quandiu homo non reddit deo quod debet, non poſsit eſſe beatus nec excuſetur impotentia.

Cap. 24. Anſel.

Si homo dicitur iniuſtus, qui homini non reddit quod debet: multo magis iniuſtus eſt, qui deo quod debet nō reddit. B. Si poteſt & non reddit, uere iniuſtus eſt. Si uero nō poteſt, quomodo iniuſtus eſt? A. Forſitan ſi nulla in illo eſt impotentiæ cauſa, aliquatenus excuſari poteſt. Sed ſi in ipſo impotentia eſt culpa, ſicut nō leuigat peccatū: ita non excuſat nō reddentem debitū. Nam ſiquis iniūgat aliquod opus ſeruo ſuo, & præcipiat illi ne deijciat ſe in foueam quā illi demonſtrat, unde nullatenus exire poſſit: & ſeruus ille contemnens mandatum & monitionē domini ſui, ſponte ſe in præmonſtratam mittat foueā, ut nullatenus poſſit iniūctum opus efficere: putas'ne illi aliquatenus impotētiam iſtam ad excuſationem ualere, cum opus iniunctum non faciat? B. Nullo modo, ſed ad augmentum potius culpę, quoniam ipſe impotentiam illā ſibi fecit. Dupliciter nanq; peccauit, quia & quod iuſſus eſt facere non fecit: & quod præceptum eſt ne faceret, fecit. Anſ. Ita homo qui ſe ſponte obligauit illi debito, quod ſoluere non poteſt: & ſua culpa deiecit ſe in hāc impotentiam: ut nec illud poſſit ſoluere quod debebat ante peccatum, id eſt, ne peccaret, nec quod debet, quia peccauit, inexcuſabilis eſt. Ipſa nanque impotentia culpa eſt, quia nō debet eam habere, immo debet eam non habere. nam ſicut culpa eſt, non habere quod debet habere: ita culpa eſt habere, qđ debet non habere. Sicut ergo culpa eſt homini, non habere poteſtatem illam quam accepit, ut poſſet cauere peccatum. ſic culpa eſt illi, habere impotentiam per quam nec iuſtitiam tenere & peccatum cauere, nec quod pro peccato debet reddere, poteſt. Sponte nāque fecit, unde perdidit illam poteſtatem, & deuenit in hanc impotentiam. Idem enim eſt, non habere poteſtatem quam debet habere, & habere impotentiam quam debet non habere. Quapropter impotentiam reddendi deo quod debet, quæ facit ut non reddat, non excuſat hominem ſi non reddit, quoniā effectus peccati nō excuſat peccatum, qđ facit. B. Et graue nimis eſt, & ita eſſe neceſſe eſt. A. Iniuſtus ergo homo eſt, qui non reddit deo quod debet. B. nimis eſt uerum, nam iniuſtus eſt, quia non reddit: & iniuſtus eſt, quia reddere nequit. A. Nullus autem iniuſtus admittitur ad beatitudinem, quoniā quemadmodum beatitudo eſt ſufficientia in qua nulla eſt indigentia: ſic nulli conuenit niſi in quo ita pura eſt iuſtitia, ut nulla in eo ſit iniuſtitia. B. Non audeo aliter credere. A. Qui ergo non ſoluit deo quod debet, nō poteſt eſſe beatus. B. Nec hoc cōſequi, negare poſſum. A. Quod ſi uis dicere, q̄a miſericors deus dimittit ſupplicanti quod debet, idcirco quia reddere nequit, non poteſt dici dimittere, niſi aut hoc qđ homo ſpōte reddere debet nec poteſt, id ē, quod recōpenſari poſſit peccato quod fieri nō deberet pro conſeruatione omnis rei q̄ deus non eſt, aut hoc quod puniendo erat ablaturus inuito, ſicut ſupra dixi, id eſt, beatitudinem, ſed ſi dimittit qđ ſponte reddere debet homo, ideo quia reddere non poteſt: quid eſt aliud quā dimittit deus, quod habere nō poteſt? Sed deriſio eſt, ut talis miſericordia deo attribuatur. At ſi dimittit, quod inuito erat ablaturus propter impotē-

tia reddendi quod ſponte reddere debet, relaxat deus pœnam, & facit beatum hominē propter peccatum, quia habet quod debet non habere. Nam ipſam impotentiam debet non habere, et idcirco quandiu illam habet, ſine ſatiſfactione peccatum eſt illi: uerum huiuſmodi miſericordia dei nimis eſt cōtraria iuſtitiæ illius, quæ nonniſi pœnam permittit reddi propter peccatū. Quapropter quemadmodum deū ſibi eſſe cōtrarium, ita hoc modo illum eſſe miſericordem eſt impoſſibile. Boſ. Aliam dei miſericordiam uideo eſſe quærendam quàm iſtam. A. Verū eſto dimittat deus ei, qui non ſoluit debitum, idcirco quod non poteſt. B. Ita uellem. A. At quandiu nō reddet, aut uolet reddere aut nō uolet. Quòd ſi uolet quod non poterit, indigens erit. Si uero non uolet, iniuſtus erit. B. Hoc nihil clari⁹. A. Siue autem indigens ſiue iniuſtus ſit, beatus non erit. B. Et hoc apertum. A. Quandiu nō reddet, beatus eſſe nō poterit. B. Si rationem ſequitur deus iuſtitiæ, non eſt qua euadat miſer homuncio, & miſericordia dei perire uidetur. A. Rationem poſtulaſti, rationē accipe, miſericordem deum eſſe nō nego, qui homines & iumenta ſaluat, quemadmodum multiplicauit miſericordiam ſuam. Nos autem loquimur de illa ultima miſericordia, qua poſt hanc uitam beatum facit hominem. hanc beatitudinem nulli dare debere, niſi illi cui penitus dimiſſa ſunt peccata, nec hanc dimiſſionem fieri, niſi debito reddito, quod debetur pro peccato ſecundum magnitudinem peccati, ſuprapoſitis rationibus puto me ſufficienter oſtendiſſe. Quibus ſiquid tibi uidetur poſſe rationibus obijci dicere deberes. B. Ego utique nullam tuarū rationum aliquatenus infirmari poſſe uideo. A. Nec ego, ſi bene conſiderenē, æſtimo, ueruntamen ſi uel una de omnibus quas poſui inexpugnabili ueritate roborať ſufficere debet. Siue nanq; uno ſiue pluribus argumentis ueritas inexpugnabiliter monſtretur, æqualiter ab omni dubitatione defenditur. B Ecce ita eſt. Quomodo ergo ſaluus erit homo, ſi ipſe nō ſoluit quod debet nec ſaluari ualet, ſi non ſoluit quod debet, aut qua fronte aſſerimus deum in miſericordia diuitem, ſuper humanū intellectum hanc miſericordiam facere non poſſe? A. Hoc debes nunc ab illis exigere: qui Chriſtum non eſſe credunt neceſſarium ad ſalutē hominis: quorū uice loqueris ut dicant, qualiter homo ſaluari ſine Chriſto poſſit. Quòd ſi nō poſſunt ullo modo, deſinant nos irridere, & accedant ut iungant ſe nobis, qui non dubitamus hominem ſaluari poſſe per Chriſtum, aut deſperent hoc ullo modo poſſe fieri. Quòd ſi horrent, credant nobiſcū in Chriſtū ut poſſint ſaluari. B. A te quæro, ſicut incepi, ut oſtendas mihi qua ratione ſaluetur homo per Chriſtum.

Quòd ex neceſſitate per Chriſtum ſaluetur homo. Cap. 25. Anſel.

No'nne ſufficienter probať per Chriſtum hominem poſſe ſaluari, cū etiam infideles non negēt hominem ullo modo poſſe fieri beatum, & ſatis oſtēſum ſit: quia ſi ponimus Chriſtum nō eſſe, nullo modo poteſt inueniri ſalus hominis. Aut enim per Chriſtū, aut alio aliquo modo, aut nullo modo poterit ſaluus eſſe. quapropter ſi falſum eſt quia nullo, aut aliquo alio modo pōt hoc eſſe: neceſſe eſt fieri per Chriſtum. B. Si quis uidens rationem, quia alio modo non poteſt eſſe, & non intelligens qua ratione per Chriſtum eſſe ualeat, aſſerere uelit quia nec per Chriſtū nec ullo modo queat hoc eſſe, quid huic reſpōdebimus? A. Quid reſpondendum eſt illi, qui idcirco aſtruit eſſe impoſſibile quod neceſſe eſt eſſe, quia neſcit quomodo ſit? B. Quia inſipiens eſt. A. Cōtemnendum eſt ergo quod dicit. B. Verum eſt, ſed hoc ipſum illi oſtendendū eſt, qua ratione ſit quod putat impoſ-

ſibile. A. An non intelligis ex his quæ ſupra diximus: qa neceſſe eſt aliquos homines ad beatitudinem peruenire? Nam ſi deo eſt incōueniens hominem cum aliqua macula perducere ad hoc ad quod illum ſine omni macula fecit: ne aut boni incepti pœnitere, aut propoſitum implere nō poſſe uideat̃: multo magis propter eandem incōuenientiam, impoſſibile eſt nullū hominē ad hoc ꝑuehi ad quod factus eſt. quapropter aut extra fidem chriſtianam inuenienda eſt peccati ſatisfactio, qualem ſupra eſſe debere oſtendimus, qđ nulla ratio poteſt oſtendere, aut indubitāter in illa eſſe credenda eſt. Quod enim in neceſſaria ratione ueraciter eſſe colligitur: id in nullam debet duci dubietatem, etiam ſi ratio quomodo ſit nō percipit̃. B. Verū eſt quod dicis. A. Quid ergo quæris amplius? B. Non ad hoc ueni ut auferas mihi dubitationē, ſed ut oſtendas mihi certitudinis meæ rationem, quapropter ſicut me rationabiliter deduxiſti ad hoc, ut uideam hominem peccatorē hoc debere Deo pro peccato quod & reddere nequit: et niſi reddiderit, ſaluari non ualet, ita uolo me perducas illuc, ut rationabili neceſſitate intelligā, eſſe oportere omnia illa quæ nobis fides catholica de Chriſto credere præcipit, ſi uolumus ſaluari: & quomodo ualeāt ad ſalutem homines, & qualiter Deꝰ miſericordia ſaluet hominem, cum non dimittat illi peccatū niſi reddiderit quod propter illud debet, & ut certiores ſint argumentationes tuæ ſic à longe incipe, ut eas ſupra firmū fundamentū conſtituas. A. Adiuuet me nunc Deus, qa tu nullatenus mihi parcis, nec cōſideras imbecillitatem ſciētiæ meæ, cui tam magnū opus iniungis. Tentabo tamen, quandoquidem incepi non in me ſed in Deo cōfidens, et faciam quod ipſo adiuuāte potero. Sed ne faſtidiū hæc uolenti legere, nimis longa cōtinuatione generē, à dictis dicēda alio exordio diſtinguamꝰ.

LIBER SECVNDVS

Hominem factum eſſe iuſtum ut beatus eſſet.

Caput Primum.

RAtionalem naturam à Deo factam eſſe iuſtā, ut illo fruendo beata eſſet dubitari non debet, Ideo nanque rationalis eſt, ut diſcernat inter iuſtū & iniuſtū, inter bonum & malum, inter maius bonum & minus bonū, alioquin fruſtra facta eſſet rationalis. Sed Deus nō fecit eam rationalem fruſtra. Quare ad hoc eam factam rationalem eſſe conſtat. Simili ratione probatur, quia ad hoc accepit poteſtatem deſcernendi, ut odiſſet & uitaret malum: amaretq́ & diligeret bonum, atque maius bonum magis diligeret & eligeret. Aliter nanque fruſtra illi Deus dediſſet poteſtatē illam diſcernendi, quia in uanū diſcerneret ſi ſecūdum diſcretionem nō amaret & uitaret. Sed non cōuenit, ut deus tantam poteſtatem fruſtra dederit. Ad hoc itaque factam eſſe rationalem naturam certum eſt, ut ſummum bonum ſuper omnia amaret, & diligeret non propter aliud ſed ꝓpter ipſum: ſi enim propter aliud, non ipſum ſed aliud amat. Ad hoc niſi iuſta facere nequit. Vt igitur fruſtra non ſit rationalis: ſimul ad hoc rationalis & iuſta facta eſt. Quod ſi ad ſummum bonum eligendum & amandum iuſta facta eſt, aut talis ad hoc facta eſt, ut aliquando aſſequeret̃ qđ amaret et eligeret aut nō. Sed ſi non ad hoc iuſta eſt facta, ut qđ ſic amat & eligit aſſequat̃, fruſtra facta eſt talis, ut ſic illud amet & eligat, nec ulla ratio erit cur illud aſſequi debeat aliqñ. Quandiu ergo amando & eligēdo ſummū bonū iuſta faciet, ad qđ facta eſt miſera erit, qa indigēs erit cōtra uoluntatem nō habendo qđ deſiderat, qđ nimis abſurdū eſt. Quapropter ra-

tionalis natura iuſta eſt facta, ut ſummo bono fruẽdo beata eẽt, homo ergo qui rõnalis natura eſt, factus eſt iuſtus ad hoc ut Deo fruendo beatus eſſet.

Quòd homo non moreretur: ſi non peccaſſet. Cap. 2. *Anſel.*

Quòd autem talis factus ſit, ut neceſſitate non moreretur, hoc facile probatur, quia ut iam diximus, ſapientiæ & iuſtitiæ Dei repugnat ut cogeret mortem pati ſine culpa, quem iuſtum fecerat ad ęternam beatitudinem. Sequitur ergo quia ſi nunquam peccaſſet, nunquam moreretur.

Quòd cum corpore in quo uiuit in hac uita reſurgat. Cap. 3. *Anſel.*

Vnde aperte quandoq; futura mortuorum reſurrectio probatur. Quippe ſi homo perfecte reſtaurandus eſt, talis debet reſtitui qualis futurus erat ſi nõ peccaſſet. B. Aliter eſſe non poteſt. A. Quemadmodum igitur ſi non peccaſſet homo, cum eodem quod gerebat corpore in incorruptibilitatem trãſmutandus erat, ita oportet ut cum reſtaurabitur, cum ſuo in quo uiuit in hac uita corpore reſtauretur. B. Quid reſpondebimus, ſiquis dicat quia hoc fieri oportet de illis in quibus humanum genus reſtaurabitur, de reprobis uero non eſt neceſſe? A. Nihil iuſtius aut cõuenientius intelligitur, quàm ut ſicut homo ſi perſeueraſſet in iuſtitia totus, id eſt, anima & corpore æterne beatus eſſet: ita ſi perſeuerat in iniuſtitia, totus ſimiliter æterne miſer ſit. B. Breuiter mihi de his ſatisfeciſti.

Quòd de humana natura perficiet Deus, quod incepit. Cap. 4. *Anſel.*

Ex his eſt facile cognoſcere, quoniã ad hoc de humana perficiet Deus natura quod ĩcepit: aut in uanum fecit tam ſublimẽ naturam ad tantum bonum. At ſi nihil pretioſius agnoſcitur Deus feciſſe quàm rationalem naturam ad gaudendum de ſe, ualde alienum eſt ab eo ut illam rationalem naturam penitus perire ſinat. B. Nõ poteſt aliter putare cor rationale. A. Neceſſe eſt ergo, ut de humana natura perficiat quod incepit, hoc autem fieri ſicut diximus nequit, niſi per integram peccati ſatiſfactionem, quam nullus peccator facere poteſt. B. Intelligo iam neceſſe eſſe ut Deus perficiat quod incepit, ne aliter quàm deceat à ſuo ĩcepto uideatur deficere.

Quòd quamuis hoc neceſſe ſit fieri: tamen hoc non faciet cogente neceſſitate: & quòd ſit neceſſitas qua aufert gratiam aut minuit, & ſit neceſſitas que augeat. Cap. 5. *Boſo.*

Sed ſi ita eſt, uidetur quaſi cogi Deus neceſſitate uitandi indecentiam, ut ſalutem procuret humanam. Quomodo ergo negari poterit plus hoc propter ſe facere, quàm propter nos? At ſi ita eſt, quam gratiam illi debemus, pro eo qđ facit propter ſe? Quomodo etiam noſtram imputabimus ſalutem eius gratiæ ſi nos ſaluat neceſſitate? A. Eſt neceſſitas quæ benefacienti gratiam aufert aut minuit, & eſt neceſſitas qua maior ex beneficio gratia debet. Cum enim aliquis ea neceſſitate cui ſubiacet inuitus benefacit, aut nulla aut minor illi gratia debetur. Cum uero ipſe ſe ſponte neceſſitati benefaciendi ſubdit, nec inuitus eam ſuſtinet: tunc utiq; beneficij gratiam meret maiorem. non enim hæc eſt dicẽda neceſſitas, ſed gratia, quia nullo cogente illã ſuſcepit aut ſeruat, ſed gratis. Nam ſiqd hodie ſponte promittis te cras daturũ, eadẽ cras uoluntate das, quamuis neceſſe ſit te cras reddere promiſſum ſi non poteris aut non uis mentiri, non tamen minus tibi debet ille pro impenſo beneficio cui das quàm ſi non promiſiſſes: quoniam te debitorem ante tempus dationis illi facere non es cunctatus nec coactus. Tale eſt cum quis ſanctæ cõuerſationis uouet propoſitum. Quamuis nãque ſeruare illud ex neceſſitate poſt uotum debeat, ne apoſtatæ damnationem incurrat, & licet cogi poſſet ſeruare ſi nolit: ſi tamen non inuitus ſeruat quod

quod uouit,non minus,ſed magis gra
tus eſt Deo quàm ſi non uouiſſet, quo
niam non ſolum cõmunem uitam, ſed
etiam eius licentiam ſibi propter Deũ
abnegauit. nec ſancte uiuere dicendus
eſt neceſſitate, ſed eadem qua uouit li-
bertate. Quare multo magis ſi Deus fa
cit bonum homini quod incepit, licet
non deceat eum à bono incepto defice
re,totum gratię debemus imputare: qa
hoc propter nos nõ propter ſe(nullius
egens)incepit. Non enim illum latuit,
quid homo facturus erat cum illum fe
cit: & tamen bonitate ſua illum crean-
do ſponte,ſe ut perficeret inceptum bo
nũ quaſi obligauit. Deniq; Deus nihil
facit neceſſitate,quia nullo modo cogi
tur aut ꝓhibetur aliquid facere. Et cũ
dicimus,Deum aliquid facere quaſi ne
ceſſitate uitandi inhoneſtatem quã uti
que non timet potius intelligendũ eſt
quod facit neceſſitate ſeruandæ hone-
ſtatis: quæ.ſ.neceſſitas non eſt aliud,
quã ĩmutabilitas honeſtatis eius quã
à ſeipſo & non ab alio habet, & idcir-
co impropriè dicitur neceſſitas. Dici-
mus tamen,quia neceſſe eſt ut bonitas
Dei propter immutabilitatem ſuã per-
ficiat de homine quod incepit, quam-
uis totum ſit gratia,quod fecit bonum.
B.Concedo.

Quòd ſatisfactionem per quã ſaluatur homo non poſſit facere niſi Deus homo. Cap. 6. Anſ.

Hoc autem fieri nequit,niſi ſit q ſol-
uat Deo pro peccato hominis aliquid
maius quàm omne quod Deus nõ eſt.
B.Ita conſtat.A. Illum quoque qui de
ſuo poterit Deo dare aliquid,quod ſu-
peret omne quod ſub Deo eſt, maiorẽ
eſſe neceſſe eſt, quàm omne quod non
eſt Deus.B.Nequeo negare.A.nihil au
tem eſt, quod ſup omne ſit, quod De⁹
non eſt niſi Deus.B.Verũ eſt.A. Nõ er
go poteſt hanc ſatisfactionẽ facere niſi
Deus.B.Sic ſequitur.A.Sed nec facere
illam debet niſi homo,alioquin non ſa
tisfacit homo.B. Non uidetur aliquid
iuſtius.A. Si ergo ſicut conſtat neceſſe
eſt, ut de hoĩbus perficiatur illa ſuper-
na ciuitas:nec hoc eẽ ualet niſi fiat prę
dicta ſatisfactio quam nec poteſt face-
re niſi Deus,nec debet niſi homo:neceſ
ſe eſt ut eam faciat Deus homo.B. Be-
nedictus Deus, iam magnũ quiddam
inuenimus de hoc qđ quęrimus: pro-
ſequere igitur ut incepiſti. Spero enim,
quia Deus nos adiuuabit. A. Inueſti-
gandum eſt nunc quomodo poſſit fie-
ri Deus homo.

Quòd neceſſe ſit eundem ipſum eſſe perfectũ Deũ & perfectum hominem. Cap. 7.

Diuina natura & humana non poſ-
ſunt inuicem mutari, ut diuina fiat hu
mana,uel humana diuina : nec ita mi-
ſceri ut q̃dam tertia ſit ex duabus,quæ
nec diuina ſit omnino nec humana.De
nique ſi fieri poſſet ut altera in alteram
conuerteretur, aut eſſet tantũ Deus &
non homo,aut ſolũ homo et nõ Deus.
Aut ſi miſcerentur ita ut ex duabus cor
ruptis fieret quędã tertia:quemadmo-
dũ de duobus indiuiduis animalibus
diuerſarum ſpecierum maſculo & fœ-
mina naſcitur tertiũ , quod nec patris
integram nec matris ſeruat naturã:ſed
ex utraq; tertiam , nec homo eſſet, nec
Deus.Non igit̃ poteſt fieri homo Deus
quem quærimus ex diuina & humana
natura, aut cõuerſione alterius in alte-
ram,aut corruptiua cõmiſtione utriuſ
que in tertiam: quia hæc fieri nequeũt,
aut ſi fieri ualerent , nihil ad hoc quod
quærimus ualeret.Si aũt quolibet mo-
do cõiugi ita dicuntur hæ duæ naturæ
ĩtegrę:ut cũ alius ſit homo,alius deus.
& non idem ſit Deus,qui & homo im
poſſibile eſt ut ambo faciant quod fie-
ri neceſſe eſt.Nam Deus nõ faciet,quia
non debebit:& homo nõ faciet , qa nõ
poterit:ut ergo hoc faciat deus homo,
neceſſe eſt eundẽ ĩpſum eſſe perfectum
Deum & pfectũ hominem,qui hãc ſa-
tisfactionẽ facturus eſt, quoniam eam
facere non põt niſi ſit uerus Deus, nec
debet niſi ſit uerus homo.Quoniam er
go ſeruata ĩtegritate utriuſque naturæ

neceſſe eſt inueniri Deum hoiem, non
minus neceſſe eſt has duas naturas in-
tegras conueniri in unam perſonā, quē
admodum corpus et anima rationalis
conueniunt in unum hoīem: quoniam
aliter fieri nequit, ut idem ipſe ſit perfe
ctus Deus & perfectus homo. B. To-
tum mihi placet quod dicis.

Quod ex genere Adæ & de uirgine fœmina Deum oporteat aſſumere hominem. Cap. 8. *Anſel.*

Reſtat nunc quærere, unde & quo-
modo aſſumet Deus humanā naturā.
Aut enim aſſumet eam de Adam, aut
faciet nouum hominem, quemadmo-
dum fecit Adam de nullo alio homine.
Sed ſi nouum hominem faciet non ex
Adę genere, nō pertinebit ad genus hu
manum quod natum eſt de Adā: qua-
re non debebit ſatisfacere pro eo, quia
non erit de illo. Sicut enim rectū eſt, ut
pro culpa hominis homo ſatisfaciat:
ita neceſſe eſt ut ſatisfaciens idē ſit qui
peccator, aut eiuſdē generis. Aliter nan
que nec Adam, nec genus eius ſatisfa-
ciet pro ſe. Ergo ſicut de Adam & Eua
peccatū in omnes hoīes propagatum
eſt: ita nullus niſi uel ipſi uel qui de il-
lis naſcitur pro peccato hominū ſatiſ-
facere debet. Quoniā ergo illi nequeūt,
neceſſe eſt ut de illis ſit qui hoc faciet.
Amplius ſicut Adam & totum genus
eius per ſe ſtetiſſet ſine ſuſtētatione al-
terius creaturę ſi nō peccaſſet: ita opor
tet ut ſi idē genus reſurget poſt caſum,
per ſe reſurgat & releuetur. Nam per
quēcunque in ſtatum ſuum reſtituatur,
per illum utique ſtabit per quem ſtatū
ſuum recuperabit. Deus etiam quādo
humanam naturā primitus fecit in ſo-
lo, Adam: nec fœminam, ut de utroque
ſexu multiplicarentur homines, facere
uoluit niſi de ipſo, unde ipſe aperte mō
ſtrauit ſe non niſi de Adā uoluiſſe face
re, quod de humana natura facturus
erat. Quapropter ſi genus Adæ per ali
quem releuatur hominē, qui non ſit de
eodem genere, nō in illam dignitatem
quam habiturum erat ſi non peccaſſet
Adam, & ideo non integre reſtaurabi-
tur, & dei ꝑpoſitū deficere uidebitur: quę
duo inconuenientia ſunt: ergo neceſſe
eſt, ut de Adam aſſumatur homo, per
quem reſtauretur genus Adæ. B. Si ra-
tionem ſequimur ſicut propoſuimus,
hoc ineuitabiliter oportet eſſe. A. Inue-
ſtigemus nunc, utrum aſſumenda ſit à
deo natura hominis de patre & matre
ſicut alij homines, aut de uiro ſine fœ-
mina, aut de fœmina ſine uiro. Nā quo
cunque modo ex his tribus modis ſit,
de Adam & de Eua erit, de quibus eſt
omnis homo utriuſque ſexus, nec aliquis
modus ex tribus his facilior eſt deo quàm
alij, ut eo modo potius debet aſſumi.
B. Bene procedis. A. Verū nō eſt opus
multo labore ut oſtendatur: quia mun
dius & honeſtius procreabitur homo
ille de ſolo uiro uel fœmina, quā de cō-
miſtione utriuſque, ſicut oēs alij filij ho-
minum. B. Sufficit. A. Aut ergo de ſolo
uiro, aut de ſola fœmina aſſumendus
eſt. B. Aliunde non poteſt. A. Quatuor
modis poteſt deus facere hominem: ui-
delicet aut de uiro & de fœmina, ſicut
aſſiduus uſus monſtrat: aut nec de ui-
ro nec de fœmina, ſicut creauit Adam,
aut de uiro ſine fœmina, ſicut fecit Euā
aut de fœmina ſine uiro, quod nōdum
fecit, ut igitur hunc quoque modū pro-
bet ſuæ ſubiacere poteſtati & ad hoc
ipſum opus dilatū eſſe: nihil cōuenien
tius quàm ut de fœmina ſine uiro aſſu
mat illū hominem, quem quærimus.
Vtrum aūt de uirgine aut de nō uirgi-
ne dignius hoc fiat, nō eſt opus diſpu-
tare: ſed ſine omni diſputatione aſſerē-
dum eſt, quia de uirgine Deū hominē
naſci oportet. B. Secundum placitum
cordis mei loqueris. A. Eſt'ne ſolidum
hoc quod diximus, aut uanum aliquid
ſicut nubes, quod dixiſti nobis infide
les obijcere? B. Nihil ſolidius A. Pinge
igitur non ſuper fictam uanitatem, ſed
ſuper ſolidam ueritatem, & dic quia ual
de conuenit ut quemadmodum homi
nis peccatum & cauſa noſtræ damna-

tionis initiũ ſumpſit à fœmina:ita medicina peccati & cauſa noſtræ ſalutis naſcatur de fœmina:ac ne mulieres deſperent ſe pertinere ad ſortem beatorꝫ, quoniam de fœmina tãtum malũ proceſſit, oportet ut ad reformandã ſpem earum, de muliere tantum bonũ procedat. Pinge & hic. Si uirgo erat, quæ cauſa fuit humano generi totius mali, multo magis decet ut uirgo ſit quæ cauſa erit totius boni. Hoc quoque pinge. Si mulier quam fecit deus de uiro ſine fœmina facta eſt, de uirgine conuenit ualde ut uir quoqꝫ qui fiet de fœmina ſine uiro fiat de uirgine. Sed de picturis q̃ poſſint pingi ſuper hoc: quia deus homo de uirgine muliere naſci debet: iſta nunc ſufficiant. B. Valde pulchrę & rationabiles ſunt picturæ iſtæ.

Quòd neceſſe ſit uerbum ſolum & hominem, in unam conuenire perſonã. Cap. 9. Anſel.

Nunc quoqꝫ quærendum eſt in qua perſona deus, qui eſt tres perſonæ, hominem aſſumat. Plures enim perſonæ nequeunt unum eundemq́ hominem aſſumere in unitate perſonæ. Quare in una perſona tantũ hoc fieri neceſſe eſt. Sed de hac unitate perſonę dei & hominis: & in qua perſona dei hoc magis fieri oporteat, in epiſtola de incarnatione uerbi ad dominum papam Vrbanum directa, quãtum ad præſentem inueſtigationem ſufficere puto, locutus ſum. B. Breuiter tamẽ hoc tange cur potius perſona filij debeat incarnari, q̃ patris & ſpiritus ſancti. A. Si qualibet alia perſona incarnaretur erunt duo filij in trinitate, filius ſcilicet dei, qui & ante incarnationem filius eſt, & ille qui per incarnationem filius erit uirginis: & erit in perſonis, quæ ſemp æquales eſſe debent, inæqualitas ſecundum dignitatem natiuitatum. Digniorem nanque natiuitatem habebit natus ex deo, quã natus ex uirgine. Item, ſi pater fuerit incarnatus, erunt duo nepotes in trinitate: quia pater erit nepos parentũ uirginis per hominem aſſumptum: & uerbum cum nihil habeàt de homine: nepos tamen erit uirginis, quia filij eius erit filius. Quæ omnia inconuenientia ſunt, nec in incarnatione uerbi contingunt. Eſt & aliud cur magis conueniat incarnari filio quã alijs perſonis: quia conuenientius ſonat filium ſupplicare patri, quàm aliam perſonam alij. Item homo pro quo erat oraturus, & diabolus quem erat expugnaturus, ambo falſam ſimilitudinem dei per propriam uolontatem præſumpſerant: Vnde quaſi ſpecialius aduerſus perſonam filij peccauerant, qui uera patris ſimilitudo creditur. Illi itaque cui ſpecialius fit iniuria, conuenientius attribuitur culpæ uindicta aut indulgẽtia. Quapropter cum ratio nos inuitabilis perduxerit ad hoc, ut neceſſe ſit diuinam, & humanam naturam in unã conuenire perſonam: nec hoc fieri poſſit in pluribus perſonis dei, & hoc cõuenientius fieri pateat in perſona uerbi quàm in alijs: neceſſe eſt uerbũ deũ & hominem in unam conuenire perſonã. B. Sic eſt uia qua me ducis undique munita ratione, ut neque ad dexteram neqꝫ ad ſiniſtrã uideam me ab illa poſſe declinare. A. Nõ ego te duco, ſed ille de quo loquimur, ſine quo nihil poſſumus, nos ducit ubicunque, uiam ueritatis tenemus.

Quòd homo idem non ex debito moriatur, & quo modo poſſit uel non poſſit peccare: & cur ille uel angelus de ſua iuſtitia laudandus ſit, cum peccare non poſſit. Cap. 10. Anſel.

Vtrum autem homo ille ſit moriturus ex debito, ſicut alij homines ex debito moriuntur, nũc inueſtigare debemus. Sed ſi Adam moriturus non erat ſi non peccaſſet, multo magis iſte mori tem pati nõ debebit, in quo peccatum eſſe nõ poterit, quia deus erit. B. In hoc uolo te aliquantulũ morari, ſiue enim dicatur poſſe ſiue non poſſe peccare, in utroque mihi nõ parua naſcitur quæſtio. Nam ſi non poſſe peccare dicir, ut enim aliquantulũ loquar, nõ quaſi de

illo qui nūquam fuiſſet, ſicut hactenus fecimus: ſed uelut de eo quē & cuius facta nouimus, quis neget illum multa potuiſſe facere quę peccata dicim9? Quippe ut alia taceā, quomodo dicemus eū nō potuiſſe mentiri, quod ſemper peccatum eſt? Cum enim dicat Iudæis de patre: ſi dixero, quia non ſcio eū, ero ſimilis uobis mendax, & inter hæc uerba dicat: non ſcio eum: quis eū dicat eaſdē tres nequiuiſſe proferre dictiones, ſiue alijs uerbis: ut ſic diceret, non ſcio eum? Quod ſi faceret, ut ipſe ait: eſſet mendax, quod eſt eſſe peccatorem. Quare quoniā hoc potuit, peccare potuit. A. Et hoc dicere potuit, & peccare nō potuit. B. Hoc oſtende. A. Omnis poteſtas ſequitur uoluntatē. Cum enim dico, quia poſſum loqui uel ambulare, ſubauditur, ſi uolo. Si enim nō ſubintelligitur uolūtas: nō ē poteſtas, ſed neceſſitas. Nam cum dico, quia nolens poſſum trahi & uinci, non eſt, nec mea poteſtas, ſed neceſſitas & poteſtas alterius. Quippe non eſt aliud poſſum trahi uel uinci, quàm alius me trahere uel uincere poteſt? Poſſumus itaq; dicere de Chriſto, quia potuit mentiri, ſi ſubaudiatur, ſi uellet: & quoniā mentiri non potuit nolens, nec potuit uelle mentiri: nec minus dici poteſt, nequiuiſſe mentiri. Sic itaq; potuit & nō potuit mentiri. B. Nūc redeamus ad inueſtigandū de illo quaſi nōdum ſit, ſicut incepimus. Dico igitur, ſi peccare non potuit: quia ſicut dicis nō poterit uelle, ex neceſſitate ſeruabit iuſtitiā: quare nō ex libertate arbitrij iuſtus erit. Quę igitur gratia illi pro iuſtitia ſua debebitur? Solemus nanque dicere deū, idcirco feciſſe angelum & hominem tales qui peccare poſſent, quatenus cū poſſent deſerere iuſtitiam, & ex libertate arbitrij ſeruarent, gratiam & laudē mererentur: quæ illis ſi ex neceſſitate iuſti eſſent, non deberentur. A. Nónne angeli, qui modo peccare nequeunt, laudandi ſunt? B. Sunt utique, quia hoc quod modo non poſſunt meruerūt, per hoc quód potuerunt & noluerūt. A. Quid dicis de deo, q peccare non poteſt: nec hoc meruit per poteſtatē peccandi qua non peccauit: nónne laudādus eſt pro iuſtitia ſua? B. Hic uolo, ut reſpondeas pro me, nam ſi dico eum non eſſe laudandum, ſcio me mentiri. Si autem dico laudandum, timeo infirmare rationem quam dixi de angelis. A. Angeli non ſunt laudandi de iuſtitia ſua, quia peccare potuerunt, ſed quia p hoc quodammodo à ſe habēt quód peccare nequeūt: in quo aliquatenus ſimiles ſunt deo, qui à ſe habet quicquid habet. Dicitur enim dare aliquid quod non aufert quando poteſt: & facere eſſe aliqd, qui cum poſſit idipſum facere nō eſſe, non facit. Sic itaque cum angelus potuit auferre ſibi iuſtitiam, & nō abſtulit: & facere ſe non eſſe iuſtum & non fecit, recte aſſeritur ipſe ſibi dediſſe iuſtitiam & ſeipſum iuſtum feciſſe. Hoc igitur modo habet à ſe iuſtitiam: quia creatura eam aliter à ſe habere nequit, & idcirco laudādus eſt de ſua iuſtitia & non neceſſitate, ſed libertate iuſtus eſt, quia improprie dicitur neceſſitas, ubi nec coactio ulla eſt nec prohibitio. Quapropter quoniam deus perfecte habet à ſe quicquid habet, ille maxime laudandus eſt de bonis quæ habet & ſeruat, nō ulla neceſſitate: ſed ſicut ſupra dixi, propria & æterna immutabilitate. Sic ergo homo ille, q idē ipſe deus erit, quoniā omne bonū qđ ipſe habebit, à ſe habebit, non neceſſitate ſed uoluntate, & libertate & à ſeipſo iuſtus, & idcirco laudandus erit. Quāuis enim humana natura à diuina habeat quod habebit, idem tamen ipſe à ſeipſo (quoniam duæ naturę una perſona erūt) habebit. B. Satisfeciſti mihi ex hoc & aperte uideo: qa & peccare non poterit: & tamen laudandus erit de iuſtitia ſua. Sed nunc quærendū æſtimo, cum deus talem poſſet facere hominē: cur non tales fecit angelos & duos primos

mos homines, ut ſimiliter & peccare non poſſent, & de iuſtitia ſua laudandi eſſent? A. Intelligis quid dicas? B. Videor mihi intelligere, & idcirco quęro, cur eos tales nō fecit. A. Quoniam nō potuit nec debuit fieri, ut unuſquiſque eorum eſſet idem ipſe qui Deus, ſicut de homine iſto dicimus, & ſi quæris, cur non uel tot quot ſunt perſonę Dei, uel ſaltem de uno hoc fecit, reſpondeo: qa ratio tunc fieri nullatenus hoc exigebat, ſed omnino (quia Deus nihil ſine ratione facit) prohibebat. B. Erubeſco quia hoc quæſiui, dic quod dicturus eras. A. Dicamus ergo, quia mori non debebit, quoniam non erit peccator. B. Concedere me oportet.

Quòd moriatur ex ſua poteſtate, quod mortalitas non pertineat ad puram hominis naturam. Cap. II. Anſel.

Nunc autem reſtat indagare, utrum poſſit mori ſecundum humanam naturam, nam ſecundum diuinam incorruptibilis ſemper erit. B. De hoc cur dubitare debemus, cum ipſe uerus homo futurus ſit, & omnis homo naturaliter mortalis ſit? A. Non puto mortalitatem ad puram, ſed ad corruptam hominis naturā pertinere. Quippe ſi nunquā peccaſſet homo, & immortalitas ipſius immutabiliter firma eſſet: nō tamen minus homo eſſet uerus: & quando mortales in incorruptibilitatem reſurgent, non minus erūt ueri homines: nam ſi pertineret ad ueritatē humanæ naturæ mortalitas, nequaquam poſſet eſſe homo qui eſſet immortalis. non ergo pertinet ad ſynceritatē humanæ naturæ corruptibilitas ſiue incorruptibilitas: quoniam neutra facit aut deſtruit hominem, ſed altera ualet ad eius miſeriam, altera ad beatitudinem. Sed quoniam nullus homo eſt, qui non moriatur: Idcirco mortale ponitur in hominis diffinitione à philoſophis, qui non crediderunt totum hominem aliquando potuiſſe aut poſſe eſſe immortalē. Quare non ſufficit ad demōſtrandum illum hominem debere mortalem eſſe, hoc: quia uerus homo erit. B. Quære ergo tu aliam rationem: quia ego illā neſcio, ſi tu neſcis, quia ille probetur poſſe mori. A. Dubium non eſt, quia ſicut Deus erit, ita omnipotēs erit. B. Vnde eſt? A. Si ergo uolet, poterit animam ſuam ponere & iterū ſumere. B. Si hoc non poteſt, non uidetur quod ſit omnipotens. A. Poterit igitur nunquā mori, ſi uolet: & poterit mori & reſurgere. Siue autem animam ſuam ponat nullo alio faciente, ſiue alius hoc faciat, ut eā ponat ipſo permittente, quantū ad poteſtatem nil differt. B. Non eſt dubiū. A. Si igitur uoluerit permittere, poterit occidi, ſed ſi noluerit, nō poterit. B. Ad hoc nos indeclinabiliter perducit ratio. A. Ratio quoque nos docuit, quia oportet eū maius aliquid habere, quā quicquid ſub Deo eſt, quod ſponte det, & non ex debito, deo. B. Ita eſt. A. Hoc autem nec ſub illo nec extra illum inueniri poteſt. B. Verum eſt. A. In ipſo igitur inueniēdum eſt. B. Sic ſequitur. A. Aut igitur ſeipſum, aut aliquid de ſe dabit. B. Non poſſum aliter intelligere. A. Quærendum eſt nūc, cuiuſmodi hæc datio debebit eſſe. Dare nanque ſe non poterit Deo: aut aliquid de ſe quaſi non habenti, ut ſuus ſit: quoniā omnis creatura Dei eſt. B. Sic eſt. A. Sic ergo intelligenda eſt hæc datio. Quia aliquo modo ponet ſe ad honorē Dei, aut aliqd de ſe, quomodo debitor nō erit. B. Ita ſequitur ex ſupradictis. A. Si dicimus, quia dabit ſeipſum ad obediendum deo, ut perſeueranter ſeruando iuſtitiam ſubdat ſe eius uoluntati: non erit hoc dare, quod deus ab illo nō exigat ex debito. Omnis enim rationalis creatura debet hanc obedientiam Deo. B. Hoc negari nequit. A. Alio itaq; modo oportet aut det ſeipſum deo, aut aliquid de ſe. B. Ad hoc nos impellit ratio. A. Videamus ſi forte hoc ſit uitam ſuam dare, ſiue ponere animam ſuam, ſiue tradere ſeipſum morti ad honorem

Dei. Hoc enim ex debito Deus nõ exiget ab illo: quoniam nanque non erit peccatum in illo, non debebit mori ut diximus. B. Aliter nequeo intelligere. A. Conſideremus adhuc, utrum ſic rationabiliter cõueniat. B. Dic tu, & ego libenter audiam. A. Si homo per ſuauitatem peccauit, an nõ conuenit ut per aſperitatem ſatisfaciat? Et ſi tam facile uictus eſt à diabolo, ut Deum peccando exhonoraret, ut facilius non poſſet, non'ne iuſtum eſt ut homo ſatisfaciẽs Deo pro peccato, tãta difficultate uincat diabolum ad honorem Dei, ut maiori non poſſit? An non eſt dignũ, quatenus qui ſe ſic abſtulit Deo peccãdo, ut ſe plus auferre non poſſet: ſic ſe det Deo ſatisfaciendo, ut magis ſe nõ poſſit dare? B. Non eſt aliquid rationabilius. A. Nihil autem aſperius aut difficilius põt homo ad honorẽ Dei ſponte & non ex debito pati quàm mortẽ: & nullatenus ſeipſum põt homo magis dare deo quàm cum ſe morti tradit ad honorem illius. Boſ. Vera ſunt omnia hęc. A. Talem ergo oportet eũ eſſe, qui pro peccato hominis ſatisfacere uolet: ut mori poſſit, ſi uelit. B. Video hominem illum planè quem quærimus, talem eſſe oportere: qui nec ex neceſſitate moriatur, quoniam erit omnipotens: nec ex debito, quia nunquam peccator erit: & mori poſſit ex libera uoluntate, quia neceſſarium erit. A. Sunt & alia multa, cur eum ualde cõueniat hominum ſimilitudinem & conuerſationem abſq; peccato habere, quæ facilius & clarius per ſe patent in eius uita & operibus ꝙ uelut ante experimẽtum, ſola rõne mõſtrari poſſint. Quis enim explicet quàm neceſſarie, quàm ſapienter factum ſit, ut ille qui homines erat redempturus, & de uia mortis & perditionis ad uiam uitæ & beatitudinis æternæ docendo reducturus, cum hominibus cõuerſaretur & in ipſa conuerſatione cum eos doceret uerbo qualiter uiuere deberent, ſeipſum exemplum præberet? Exemplũ autem ſeipſum qũo daret infirmis & mortalibus, ut propter iniurias aut contumelias, aut dolores, aut mortem à iuſtitia non recederẽt, ſi ipſum hæc omnia ſentire non agnoſcerent.

Quòd quamuis incommodorum noſtrorum particeps ſit, miſer tamen non ſit. Cap. 12. Boſo.

Omnia hæc patẽter oſtendunt eum mortalem, & incommodorum noſtrorum participem eſſe oportere. Sed hæc omnia miſeriæ noſtræ ſunt, nunquid ergo miſer erit? A. Nequaquam, nam ſicut ad beatitudinem non pertinet cõmodum, quod habet quis contra uoluntatem: ita non eſt miſeria, apprehendere ſapiẽter nulla neceſſitate aliquod incommodum ſecũdum uoluntatem. B. Concedendum eſt.

Quòd cum alijs infirmitatibus noſtris ignorantiam non habeat. Cap. 13. Boſo.

Verum in hac ſimilitudine, quã habere debet cum hominibus, dic utrum ignorantiam quoq; ſicut alias infirmitates noſtras habiturus ſit. A. Quid dubitas de deo, utrum ſit omnia ſciẽs? B. Quia quamuis ſit immortalis futurus ex diuina natura, mortalis tamen erit ex humana. Cur ergo non ſimiliter poterit ille homo eſſe uere ignorans, ſicut uere mortalis erit? A. Illa hominis aſſumptio in unitatem perſonæ: non niſi ſapienter à ſumma ſapiẽtia fiet, & ideo nõ aſſumet in homine, quod nullo modo utile, ſed ualde noxiũ eſt ad opus, quod idem homo facturus eſt. Ignorãtia nanque ad nihilum illi utilis eſſet, ſed ad multa noxia: quomodo enim tot & tanta opera quæ facturus eſt faciet ſine ſumma ſapientia, aut quomodo illi homines credenr, ſi eũ ſciant neſcium? Si autẽ neſciet: ad quid erit illi utilis ignorantia illa? Deinde, ſi nihil amatur, niſi qđ cognoſcitur: ſicut nihil erit boni, quod non amet, ita nullũ bonum erit, quod ignoret. Bonum aũt nemo perfecte nouit, niſi qui illud à ma-

lo ſcit diſcernere, hanc quoque diſcretionem nullus ſcit facere, niſi qui malum nõ ignorat. Sicut igitur ille de quo loquimur, omne perfecte ſciet bonũ: ita nullum ignorabit malum. Omnẽ igitur habebit ſciẽtiam, quamuis eam publice in hominũ conuerſatione non oſtendat. B. Hoc in maiori ętate ita uidetur, ſicut dicis: ſed in infantia, ſicut nõ erit tempus congruum ut in illo appareat ſapientia: ita nõ erit opus, & ideo nec congruum, ut illam habeat. A. Nõnne dixi, quia ſapienter fiet illa incarnatio? Sapienter nanque aſſumet deus mortalitatem, qua ſapienter (quia ualde utiliter) utetur. Ignorantiam uero non poterit aſſumere ſapienter: quia nunquam eſt utilis, ſed ſemper noxia: niſi forte per eam mala uoluntas (quæ nunquam in illo erit) ab affectu reſtringitur. Nã etſi aliquando ad aliud non nocet hoc ſolo tamen nocet, quia ſcientiæ bonũ aufert, & ut breuiter abſoluã quod quæris, ex quo homo ille erit plenus deo, ſemper in ſeipſo erit, unde nunquam erit ſine eius potentia & fortitudine & ſapientia. B. Quamuis hoc in Chriſto fuiſſe ſemper non dubitarẽ, ideo tamen quęſiui, ut de hoc quoque rationẽ audirẽ. Sępe nanque aliquid eſſe certi ſumus, & tñ hoc ratione probare neſcimus.

Quomodo mors eius prævaleat numero & magnitudini peccatorum omnium. Cap. 14.

Nunc rogo ut doceas me, quomodo mors eius præualeat numero & magnitudini peccatorum omnium: cum unum (quod putamus leuiſſimũ, peccatum tam infinitum mõſtres, ut ſi numerus oſtendatur infinitus mundorũ, qui ſic pleni ſunt creaturis ſicut iſte eſt, nec poſſint ſeruari quin redigantur in nihilum, niſi faciat aliquis aſpectum unum contra uoluntatem dei, non tamen fieri debeat. A. Si præſens eſſet homo ille & quis eſſet ſcires, & diceretur tibi: niſi occidas hominem illum, peribit mundus iſte totus, & quicquid deus non eſt, faceres hoc pro conſeruanda omni alia creatura? B. Non facerem etiam ſi mihi infinitus numerus mundorum oſtẽderetur. A. Quid ſi iterum tibi diceretur, aut eũ occides, aut omnia peccata mundi uenient ſuper te. B. Reſpõderem me potius illa omnia peccata uelle ſuſcipere: non ſolum huius mundi quæ fuerũt & quę futura ſunt, ſed & quęcunque ſuper hęc cogitari poſſunt, quam iſtud ſolum quod nõ ſolũ de occiſiõe eius: ſed & de qualibet parua lęſione, quæ illũ tangeret, reſpõdere me exiſtimo debere. A. Recte exiſtimas ſed dic mihi, cur ita cor tuũ iudicat ut plus horreat unum peccatũ in læſione huius hominis, quã alia omnia quæ cogitari poſſunt: cũ omnia quęcunque fiunt peccata, contra illũ ſint. B. Quoniam peccatũ quod in perſona eius fit, incõparabiliter ſuperat omnia illa, quæ extra perſonã illius cogitari poſſunt. A. Quid dicis ad hoc: quia ſępe libenter aliquis patitur quaſdã in ſua perſona moleſtias, ne maiores patiatur in rebus ſuis? B. Quia deus nõ eget hac patientia, cuius poteſtati omnia ſubiacent, ſicut tu ſupra cuidã meæ interrogationi reſpõdiſti. A. Bene reſpondes. Videmus ergo, quia uiolationi uitæ corporalis huius hominis nulla immẽſitas uel multitudo peccatorum extra perſonã dei comparari ualet. B. Sapiẽtiſſimũ eſt. A. Quantum bonũ tibi uidetur, cuius interẽptio tam mala eſt? B. Si omne bonũ tam bonũ eſt, quàm mala eſt eius deſtructio: plus eſt bonum incõparabiliter, quã ſint ea peccata mala, quæ ſine exiſtimatione ſuperat eius interẽptio. A. Verũ dicis. Cogita, quia et peccata tantũ ſunt odibilia, quantum ſunt mala: & uita iſta tantũ amabilis, quantũ eſt bona. Inde ſequitur, quia uita hęc plus eſt amabilis, quã ſint peccata odibilia. B. Nõ poſſũ hoc nõ intelligere. A. Putas'ne, tantum bonum tam amabile poſſe ſufficere ad ſoluẽdũ quod debetur pro peccatis totius mundi? B. Immo põt plusquàm in infinitũ. A. Vides igitur quomodo uita hęc

uincat omnia peccata,ſi pro illis detur. B.Aperte. A.Si ergo dare uitã, eſt mortem accipere:ſicut datio huius uitę prȩualet omnibus hominum peccatis:ita & acceptio mortis.

Quomodo deleat mors eadem etiam peccata eum perimentium. Cap. 15. Boſo.

Ita eſſe de omnibus peccatis quæ pſonã dei nõ tangunt conſtat.Sed nunc uideo aliud quęrendũ.Nam ſi tam malum eſt eum occidere, quã bona eſt uita eius:quomodo poteſt mors eius ſuperare & delere peccata eorum qui eum occiderunt?Aut ſi alicuius eorum peccatum delet:quomodo poteſt aliorum quoq; hominum aliquod delere? Credimus enim,quia & multi ex illis ſaluati ſunt,& innumerabiles alij ſaluan-
1.Co.2 tur.A.Hãc quæſtionem ſoluit Apoſtolus qui dixit:quia ſi cognouiſſent,nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. Tantum nanque differunt ſcienter factum peccatum,& quod per ignorantiam fit,ut malum quod nunquam facere poſſent pro nimietate ſua ſi cognoſceretur,ueniale ſit,quia ignoranter factum eſt.Deum enim occidere nullus homo unquam ſcienter ſaltẽ uelle poſſit:& ideo qui illum occiderunt ignoranter,non in illud infinitum peccatũ, cui nulla alia comparari poſſunt peccata,proruerunt. Nam ſi conſiderauimus eius magnitudinem ad uidẽdum quàm bona eſſet uita illa ſecundũ hoc quod ignoranter factum eſt: ſed quaſi ſciẽter fiet,quod nec unquam fecit aliquis,nec facere potuit.B. Rationabiliter interemptores Chriſti ad ueniã peccati ſui pertingere potuiſſe,monſtraſti. A.Quid iam quęris amplius?Ecce iam uides, quomodo rationabilis neceſſitas oſtẽdit,ex hominibus perficiendũ eſſe ſupernam ciuitatem: nec hoc poſſe fieri,niſi per remiſſionem peccatorum, quam homo nullus habere poteſt niſi per hominem,qui idẽ ipſe ſit deus,atq; ſua morte homines peccatores deo cõcilìet. Aperte igitur inuenimus Chriſtum,quem deum & hominem cõfitemur,& mortuum propter nos.hoc autem abſq; omnium dubietate cognito cuncta quæ ipſe dicit certa eſſe,quoniã deus mẽtiri nequit:& ſapienter eſſe facta quæ fecit,dubitandũ non eſt, quãuis non eorum ratio intelligatur à nobis.B. Verum eſt quod dicis,nec aliquatenus quod dixit,eſſe uerum : aut quod fecit rationabiliter eſſe factũ,dubito.Sed hoc poſtulo,ut qđ quaſi non debere,aut non poſſe fieri uidetur infidelib⁹,in fide Chriſtiana hoc mihi qua rõne fieri debeat aut poſſit,aperias:nõ ut me in fide cõfirmes:ſed ut cõfirmatũ ueritatis ipſius intellectu lætifices.

Qualiter deus de maſſa peccatrice aſſumpſit hominem ſine peccato, & de ſaluatione Adæ & Euæ. Cap. 16.

Quapropter ſicut eorum quę ſupra dicta ſunt,rationem aperuiſti: ſic peto ut eorum quę ſum adhuc quæſiturus, rationem oſtendas.Primũ ſcilicet,qualiter de maſſa peccatrice &humano genere,quod totum infectum erat peccato,hominẽ ſine peccato quaſi azymũ de fermentato deus aſſumpſit. Nam licet ipſa hominis eiuſdem conceptio ſit munda,&abſq; carnalis delectationis peccato,uirgo tamen ipſa unde aſſumptus eſt,eſt in iniquitatibus concepta: & in peccatis cõcepit eam mater eius: & cum originali peccato nata eſt,quia & ipſa in Adam peccauit, in quo omnes peccauerunt. A.Poſtquam conſtat hominem illum eſſe deum & peccatorum reconciliatorem,dubium non eſt eum omnino ſine peccato eſſe:hoc aũt eſſe nõ ualet,niſi abſq; peccato de maſſa peccatrice ſit aſſumptus.Qua ratione uero ſapiẽtia dei hoc fecit,ſi nõ poſſumus intelligere,non debemus mirari,ſed cum ueneratione tolerare, aliqd eſſe in ſecretis tantæ rei quod ignoremus.Quippe mirabilis deus reſtaurauit humanam naturam,quam inſtaurauit:qualiter enim utrunq; deo facile eſt,ſed homo antequam eſſet non pec-

cauit ut fieri non deberet. Poſtquã uero factus eſt peccãdo meruit, ut quod & ad quod factus erat, perderet, quamuis nõ perdiderit omnino quod factus erat, ut eſſet quod puniref, aut cui deus miſereretur. Neutrum enim horum fieri poſſet, ſi in nihilum redactus eſſet.

Tanto ergo mirabilius deus illum reſtituit ꝙ inſtituit: quãto hoc de peccatore contra meritum: Illud non de peccatore, nec cõtra meritum fecit. Quantum etiam eſt deum & hominem, ſic in unum conuenire, ut ſeruata integritate utriuſque naturę idem ſit homo & deus. Quis ergo præſumat uel cogitare, ꝙ humanus intellectus ualeat penetrare, quàm ſapienter, quàm mirabiliter tam inſcrutabile opus factum ſit?

B. Aſſentior, quia nullus homo poteſt in hac uita tantum ſecretum penitus aperire: nec peto ut facias, quòd nullus homo facere poteſt: ſed tantum quantum potes. Plus enim perſuadebis altiores in hac re rationes latere, ſi aliquã te monſtraueris uidere: ꝙ ſi te nullam in ea rationem intelligere, nihil dicendo, probaueris. A. Video me ab importunitate tua nõ poſſe liberari: ſed ſi aliquatenus potero quod poſtulas oſtendere, gratias agamus deo. Si uero non potero, ſufficiant ea quæ ſupra probrata ſunt. Cum enim cõſtat deum hominem fieri oportere, dubium non eſt ſapientiam & potentiam illi non deeſſe, ut hoc ſine peccato fiat. B. Sic libenter accipio. A. Oportuit utiq; ut illa redẽptio quã Chriſtus fecit, prodeſſet: non ſolum illis qui eo tempore fuerunt, ſed & aliȷs. Sit enim rex aliquis, cui totus populus ſuæ cuiuſdã ciuitatis ſic peccauit, excepto uno ſolo, qui tamen eſt de illorum genere: ut nullus eorum facere poſſit unde mortis damnationem euadat. Ille autem qui ſolus eſt innocens, tantam apud regem habeat gratiam, ut poſſit, & tantã dilectionẽ erga reos, ut uelit omnes q credent ſuo conſilio reconciliare quodam ſeruitio ipſi regi ualde placituro, quod facturus eſt die ſecundum uoluntatem regis ſtatuto. Et quoniam nõ omnes poſſunt, qui reconciliandi ſunt, ad diem illam cõuenire: concedit rex propter magnitudinem ſeruitȷ illius, ut quicunq; uel ante uel poſt diem illam confeſſi fuerint ſe uelle per illud opus, quod ea die fiet, ueniam impetrare, & ad pactũ conſtitutum ibi accedere, ab omni culpa ſint abſoluti præterita. Et ſi contigerit ut poſt hanc ueniam iterum peccent, ſi digne ſatiſfacere & corrigi deinceps uoluerint, per eiuſdem pacti efficaciã iterum ueniam recipiant: ſic tamẽ ut nullus palatiũ eius ingrediatur donec factum ſit, unde culpę relaxantur. Secundum hanc ſimilitudinem, quoniã non potuerũt omnes homines qui ſaluandi erant præſentes eſſe, quando redemptionem illam Chriſtus fecit, tãta fuit uis in eius morte: ut etiam in abſentes uel loco uel tempore, eius protẽdatur effectus. Quòd autem non ſolum præſentibꝰ prodeſſe debeat, hinc facile cognoſcitur: quia non tot præſentes eius eſſe morti potuerunt, quot ad ſupernæ ciuitatis conſtructionẽ neceſſarȷ ſunt, etiam ſi omnes qui eiuſdem mortis tẽpore ubicunq; erant, ad illam redẽptionem admitterentur. Plures enim ſunt dæmones, quàm (de quibus reſtaurandus eſt numerus eorum) ea die uiuerẽt homines. Nec credẽdum eſt, ex quo factus eſt homo, ullum tẽpus fuiſſe quo mundus iſte cum creaturis ſuis, quæ factę ſunt ad uſus hominũ, ſic uacuus fuiſſet: ut nullus eſſet in illo ex humano genere ad hoc pertinens propter qđ factus eſt homo. Videtur enim inconueniens, quòd deus uel uno momento permiſerit humanum genus, & eã quę fecit propter uſum eorum, de quibus ſuperna ciuitas perficiẽda eſt, quaſi fruſtra extitiſſe. Nã aliquatenus inuanũ eſſe uiderentur, quandiu non ad hoc propter quod maxime factæ eſſent, uiderentur ſubſiſtere. B. Congruenti ra-

tione & cui nihil repugnare uidetur, monſtras nullum unquam tẽpus fuiſſe, ex quo factus eſt homo, abſque aliquo qui ad eam pertineret (ſine qua factus eſſet uane omnis homo) recõciliationem: quod non ſolũ conuenire, ſed etiam neceſſe eſſe poſſumus concludere: Si enim conuenientius & rationabilius eſt hoc, quàm aliquando nullũ fuiſſe, de quo intentio dei qua hominẽ fecit, perficeretur: nec eſt aliquid quod huic obuiet rationi, neceſſe eſt ſemp aliquẽ ad prædictam reconciliationẽ pertinẽtem fuiſſe. Vnde Adam & Euam ad illam pertinuiſſe redemptionem dubitãdum non eſt, quamuis hoc authoritas diuina aperte non pronunciet. A. Incredibile quoque uidetur, quando deus illos fecit & propoſuit imutabiliter facere de illis oẽs homines, quos ad cœleſtem ciuitatẽ aſſumpturus erat, quod illos duos ab hoc excluſerit propoſito. B. Immo illos maxime ad hoc feciſſe credi debet, ut eſſent de illis propter quos facti ſunt. A. Bene cõſideras. Nulla tamen anima ante mortẽ Chriſti paradiſum cœleſtem ingredi potuit, ſicut ſupra dixi de regis palatio. B. Sic tenemus. A. Virgo autẽ illa, de qua ille homo aſſumptus eſt, de quo loquimur: fuit de illis, qui ante neceſſitatẽ eius p̄ eum mũdati ſunt à peccatis, & in eius ipſa munditia de illa aſſumptus eſt. B. Placeret mihi multum quod dicis, niſi cum ipſe debeat à ſeipſo habere mũditiam à peccato: uidetur eam habere à matre, & per ſe mundus non eſſe ſed p̄ illam. A. Non ita eſt. Sed quoniam matris munditia per quã mundus eſt, nõ fuit niſi ab illo: ipſe quoq; per ſeipſum & à ſe mundus fuit. B. Bene eſt de hoc. Verũ adhuc mihi aliud uidetur quærẽdum. Diximus enim ſupra: quia nõ neceſſitate moriturus erat, & nunc uidemus, quia mater eius per eius mortem futurã munda fuit, quod niſi illa fuiſſet, ipſe de illa eſſe non potuiſſet. Quomodo nõ neceſſitate mortuus eſt, qui non niſi qa moriturus erat potuit eſſe? Nam ſi moriturus non eſſet, uirgo de qua aſſumptus eſt, munda nõ fuiſſet. quoniam hoc nequaquam ualuit eſſe, niſi ueram eius mortem credendo: nec ille de illa potuit aliter aſſumi. Quare ſi non mortuus eſt ex neceſſitate, poſtquam aſſumptus eſt de uirgine, potuit nõ eſſe aſſumptus de uirgine poſtquã eſt aſſumptus: quod non eſt poſſibile. A. Si bene quæ ſupradicta ſunt cõſideraſſes, hanc quæſtionem in illis, ut puto, ſolutam intellexiſſes. B. Non uideo quomodo. A. No'nne, quando quæſiuimus, utrum ille mentiri potuerit, monſtrauimus in mẽtiendo duas eſſe poteſtates, unam uidelicet uolendi mẽtiri, alteram mentiendi? & quoniam cũ mẽtiendi poteſtatem haberet, hoc à ſeipſo habuit, ut non poſſet uelle mẽtiri: idcirco de ſua iuſtitia, qua ueritatem ſeruauit, eſſe eum laudãdum. B. Ita eſt. A. Similiter eſt in ſeruando uitam, poteſtas uolendi ſeruare, & poteſtas ſeruandi. Cum aũt quæritur, utrum idem deus homo potuerit ſeruare uitam ſuam ut nunquam moreretur, dubitandum nõ eſt: quia ſemper habuit poteſtatem ſeruandi, quamuis nequiuerit uelle ſeruare ut nunquam moreretur, & quoniam hoc à ſeipſo habuit, ut ſcilicet uelle nõ poſſet, nõ neceſſitate ſed libera poteſtate animam ſuam poſuit. B. Non omnino ſimiles fuerunt in illo iſtæ poteſtates mentiendi ſcilicet & ſeruandi uitã. Ibi enim ſequitur, quia ſi uellet, poſſet mentiri, hic autem uidetur, quia ſi non mori uellet, nõ magis hoc poſſet quàm poſſet non eſſe quod erat. Nam ad hoc erat homo ut moreretur, & propter huius futuræ mortis fidem de uirgine potuit aſſumi, ſicut ſupra dixiſti. A. Quẽadmodum putas illum nõ potuiſſe nõ mori, aut neceſſitate mortuum eſſe: qa non potuit nõ eſſe quod erat, ita potes aſſerere illum non potuiſſe uelle non mori, aut neceſſitate mori uoluiſſe, quoniam quod erat non eſſe non potuit.

Non enim magis ipſe factus eſt homo
ad hoc ut moreretur, ꝙ ut uellet mori.
Quapropter ſicut nõ debes dicere, ꝗa
non potuit uelle non mori, aut neceſſi
tate uoluit mori: ſic non eſt dicendum,
quia non potuit non mori, aut neceſſi-
tate mortuus eſt. B. Immo quoniã ei-
dem ſubiacent rationi, ſcilicet & mori
& uelle mori, utrunque uidetur in illa
neceſſitate fuiſſe. A. Quis ſe ſponte uo
luit hominem facere, ut eadem immu-
tabili uoluntate moreretur, & per hu-
ius fidem certitudinis uirgo munda fie
ret, de qua homo ille aſſumeretur? B. De⁹
filius Dei. A. Non'ne mõſtratum eſt ſu
pra, ꝙ Dei uoluntas nulla cogitur ne-
ceſſitate: ſed ipſe ſe ſpõtanea ſua ſeruat
immutabilitate, quando dicitur aliꝗd
neceſſitate facere? B. Vere monſtratum
eſt. Sed uidemus ecõtra: quia qđ Deus
immutabiliter uult, non poteſt nõ eſſe
ſed neceſſe eſt eſſe. Quapropter ſi Deus
uoluit ut ille homo moreretur, non po
tuit non mori. A. Ex eo quia filius Dei
aſſumpſit hominẽ ea uoluntate ut mo
reretur, probas eũdem hominem non
potuiſſe non mori. B. Ita intelligo. A.
An non ſimiliter apparuit ex his quæ
dicta ſunt, filium Dei & aſſumptũ ho-
minem unam eſſe pſonam, ut idem ſit
Deus & homo, & fili⁹ Dei & uirginis
filius? B. Sic eſt. A. Idem igitur homo
ſua uoluntate non potuit non mori, &
mortu⁹ eſt. B. Negare nequeo. A. Quo-
modo ergo uoluntas Dei nulla neceſſi
tate facit aliquid, ſed ſua poteſtate: &
uoluntas illius fuit uolũtas Dei, nulla
neceſſitate mortuus eſt, ſed ſola ſua po
teſtate. Boſ. Argumentationibus tuis
obuiare nequeo. nam, nec propoſitio-
nes quas præmittis, nec cõſequentias
quas infers, ullatenus infirmare ualeo.
Sed tamen hoc mihi ſemper occurrit
quod dixiſti: quia ſi uellet non mori,
non magis hoc poſſet quàm poſſet nõ
eſſe quod erat: uere nanque moriturus
erat, quia ſi uero nõ fuiſſet moriturus,
non fuiſſet uera fides futuræ mortis
eius, per quàm & illa uirgo de qua na
tus eſt, & alij multi mũdati ſunt à pec
cato. Nam ſi uera non fuiſſet, nil pro-
deſſe potuiſſet. Quapropter ſi potuiſ-
ſet non mori, potuit facere non eſſe ue-
rum quod uerũ erat. A. Quare uerum
erat antequam moreretur, quia mori-
turus erat. B. Quomodo hoc ipſe ſpon
te uoluit & immutabili uoluntate. A.
Si ergo, ſicut dicis, idcirco non potuit
non mori, quia uere moriturus erat: &
ideo uere erat moriturus, quia hoc ip-
ſe ſponte & immutabiliter uoluit: ſe-
quitur illum nõ ob aliud non potuiſſe
non mori, niſi quia immutabili uolun
tate uoluit mori. A. Ita eſt, ſed quæcun
que fuerit cauſa, uerum eſt tamẽ: quia
non potuit non mori, & neceſſe fuit il-
lum mori. A. Nimis hæres in nihilo: &
(ut dici ſolet) quæris nodum in ſcirpo.
Boſ. An es oblitus, quid obiecerim ex
cuſationibus tuis in huius diſputatio
nis noſtræ principio: quia uidelicet
quod poſtulabam, non faceres doctis,
ſed mihi & hoc ipſum mecum petenti
bus. Suſtine igitur, ut pro tarditate &
hebetudine noſtri ingenij quærã, qua-
tenus mihi & illis etiam in puerilibus
quęſtionib⁹, ſicut incepiſti, ſatisfacias.
A. Iam diximus, quia Deus improprie
dicitur aliquid non poſſe aut neceſſi-
tate facere.

*Quòd in Deo non ſit neceſsitas, uel impoſsibili-
tas: & quòd ſit neceſsitas cogens, & neceſsitas non
cogens.* Cap. 17.

Omnis quippe neceſſitas & impoſ
ſibilitas eius ſubiacet uoluntati. Illius
autem uoluntas nulli ſubditur neceſſi
tati aut impoſſibilitati. Nil enim eſt ne
ceſſariũ aut impoſſibile, niſi quia ipſe
ita uult: ipſum uero aut uelle aut nolle
aliquid propter neceſſitatẽ aut impoſ-
ſibilitatem, alienum eſt à ueritate. Qua
re quoniam omnia quę uult, & nõ niſi
quę uult, facit, ſicut nulla neceſſitas ſi-
ue impoſſibilitas pcedit eius uelle aut
nolle, ita nec eius facere aut nõ facere:
quãuis multa uelit imutabiliter, & fa-

ciat. Et ſicut cum Deus facit aliquid, poſtquam factum eſt iam non poteſt non eſſe factum, ſed ſemper uerum eſt factum eſſe: nec tamen recte dicitur impoſſibile Deo eſſe, ut faciat quod prę teritum eſt nō eſſe præteritum. Nil enim ibi operatur neceſſitas nō faciendi aut impoſſibilitas faciendi: ſed dei ſola uoluntas, quæ ueritatem ſemper (quia ipſe ueritas eſt) ĩmutabilem, ſicut eſt eſſe uult. Ita ſi proponit ſe aliquid immutabiliter facturũ, quamuis quod proponit antequam fiat non poſſit nō eſſe futurum, nō tamen ulla eſt in eo faciendi neceſſitas, aut non faciendi impoſſibilitas: quia ſola operatur in eo uoluntas. Quoties nanque dicitur Deus non poſſe, nulla negatur in eo poteſtas: ſed inſuperabilis ſignatur potentia & fortitudo. Nō enim aliud intelligitur, niſi quia nulla res pōt efficere ut agat ille, quod negatur poſſe. Nā uſitata eſt huiuſmodi multum locutio, ut dicat̃ res aliqua poſſe, non quia in illa: ſed quoniā in alia re eſt poteſtas: & non poſſe, non quoniam in illa: ſed quia in alia re eſt impotentia. Dicimus nanque, iſte homo poteſt uinci: pro, aliquis poteſt eum uincere: & ille non poteſt uinci, pro: nullus eum uincere poteſt. Non enim poteſtas eſt poſſe uinci, ſed impotentia: nec, uinci non poſſe impotentia eſt, ſed poteſtas. Nec dicimus deum neceſſitate facere aliquid, eo quòd in illo ſit ulla neceſſitas: ſed quoniam eſt in alio, ſicut dixi de impotentia, quando dicitur nō poſſe. Omnis quippe neceſſitas, eſt aut coactio aut prohibitio: quæ duę neceſſitates cōuertuntur inuicem contrarie, ſicut neceſſe & impoſſibile. Quicqd nanque cogitur eſſe, prohibetur non eſſe: & quod cogitur non eſſe, prohibetur eſſe, quemadmodum quod neceſſe eſt eſſe, impoſſibile eſt nō eſſe, & quod neceſſe eſt non eſſe, impoſſibile eſt eſſe: & conuerſum. Cū autem dicimus aliqd neceſſe eſſe aut non eſſe in deo: non intelligitur, ꝙ ſit in illo neceſſitas aut cogens aut ꝓhibens: ſed ſignificatur, quòd in omnibus alijs rebus eſt neceſſitas prohibens eas facere & cogens non facere, cōtra hoc qđ de Deo dicitur. Nam cum dicimus, ꝙ neceſſe eſt Deum ſemper uerum dicere, et neceſſe eum nunquam mentiri, non dicitur aliud niſi, quia tanta eſt in illo cōſtantia ſeruādi ueritatem: ut neceſſe ſit nullam rem facere poſſe, ut uerum non dicat aut ut mentiatur.

Quomodo uita Chriſti ſoluatur Deo pro peccatis hominum, et quomodo debuit Chriſtus uel non debuit pati. Cap. 18.

Quaptopter cum dicimus, quia homo ille qui ſecundum unitatem perſonæ (ſicut ſupra dictum eſt) idē ipſe eſt qui filius Dei Deus, nō potuit nō mori aut uelle non mori poſtquam de uirgine natus eſt, non ſignificatur in illo ulla impotentia ſeruandi aut uolendi ſeruari uitam ſuam immortalem, ſed immutabilitas uoluntatis eius, qua ſe ſponte fecit ad hoc hominem, ut in eadem uoluntate perſeuerās moreretur, & quia nulla res potuit illam uoluntatem mutare. Plus enim eſſet impotentia quàm potentia, ſi poſſet uelle mentiri aut fallere aut mutare uoluntatem, quam prius immutabilem eſſe uoluit. Et ſi (quemadmodum ſupra dixi) cum aliquis ſponte ſe proponit facturū bonum aliquod, & eadem uoluntate poſtea perficit quod propoſuit, quamuis cogi poſſit ſi nolit promiſſum ſoluere, non tamen dicendus eſt neceſſitate facere quod facit, ſed ea qua propoſuit libera uoluntate. Non enim neceſſitate aut impotētia fieri uel non fieri dici debet aliquid, ubi neq; neceſſitas nec impotentia quicquam operantur, ſed uoluntas. ſi unquā ita eſt in homine, multo magis neceſſitas aut impotentia nequaquam nominādæ ſunt in Deo, qui nihil niſi quod uult facit: & cuius uolūtatem nulla uis cogere aut prohibere ualet. Ad hoc enim ualuit in Chriſto diuerſitas naturaꝝ & unitas perſonæ,

ut quod

ut quod opus erat fieri ad hominũ reſtaurationem,ſi humana nõ poſſet natura,faceret diuina:etſi diuinæ minime conueniret,exhiberet humana & non alius atq; alius,ſed idem ipſe eſſet qui utrunq; perfecte exiſtens per humanã ſolueret,quod illa debebat:& per diuinam poſſet, quod expediebat. Deniq; uirgo,quæ per fidem munda facta eſt, ut de illa poſſet aſſumi,nequaquã crediderit illũ moriturũ, niſi quia uellet: quemadmodum per prophetam, qui de illo dixit:oblatus eſt, quia ipſe uoluit,didicerat. Quapropter quoniã uera fuit fides eius,neceſſe erat ita futurũ eſſe ſicut credidit. Quòd ſi te iterũ perturbat,quod dico neceſſe erat: memento,quia ueritas fidei uirginis non fuit cauſa,ut ille ſpõte moreretur:ſed quia hoc futurum erat,uera fuit fides. Quãobrem ſi dicitur:neceſſe erat ut uoluntate ſola moreretur,quia uera fuit fides ſiue prophetia quæ de hoc præceſſerat, non eſt aliud quã ſi dicas: neceſſe fuiſſe ita futurum eſſe quoniam ſic futurũ erat. huiuſmodi autem neceſſitas non cogit rem eſſe:ſed eſſe rei facit neceſſitatẽ eſſe. Eſt nanque neceſſitas præcedens,quæ cauſa eſt ut ſit res: & eſt neceſſitas ſequens,quam res facit. Præcedens & efficiens neceſſitas eſt, cum dicitur cœlum uolui:quia neceſſe eſt, ut uoluatur. Sequens uero, & quæ nil efficit,ſed ſic eſt,cum dico te ex neceſſitate loqui, quia loqueris. Cum enim hoc dico,ſignifico nihil facere poſſe,ut dum loqueris non loquaris, nõ quod aliquid te cogat ad loquendum. Nam uiolentia naturalis conditionis cogit cœlum uolui: te uero nulla neceſſitas facit loqui.Sed ubicunq; eſt præcedẽs neceſſitas,eſt & ſequens:non autẽ ubi ſequens,ibi ſtatim & præcedens. Poſſumus nanque dicere,neceſſe eſt cœlũ uolui,quia uoluitur: ſed non ſimiliter eſt uerũ, idcirco te loqui:quia neceſſe eſt ut loquaris. Iſta ſequens neceſſitas currit per omnia tempora,hoc modo.

Eſa.53

Quicquid fuit,neceſſe eſt fuiſſe. Quicquid eſt,neceſſe eſt eſſe. Quicquid futurum eſt,neceſſe eſt futurum fuiſſe. Hęc eſt illa neceſſitas quę(ut tractat Ariſtoteles de propoſitionibus ſingularibus & futuris)uidetur utrũlibet deſtruere, & omnia eſſe ex neceſſitate aſtruere. Hac ſequenti & nihil efficienti neceſſitate,quoniam uera fuit fides uel prophetia de Chriſto,quia ex uolũtate nõ neceſſitate moriturus erat:neceſſe fuit, ut ſic eſſet:hac,homo factus eſt: hac,fecit & paſſus eſt. Quicquid fecit & paſſus eſt,hac uoluit quæcunque uoluit. Ideo enim neceſſitate fuerunt,quia futura erant:& futura erant,quia fuerũt: & fuerunt,quia fuerunt: & ſi uis omnium quæ fecit & quæ paſſus eſt uerã ſcire neceſſitatem,ſcito omnia ex neceſſitate fuiſſe,quia ipſe uoluit. Voluntatẽ ergo eius nulla pręceſsit neceſsitas. Quare ſi non fuerunt,niſi qua ipſe uoluit:ſi non uoluiſſet, non fuiſſent. Sic utiq; nemo tulit animam eius ab illo: ſed ipſe poſuit eam, & iterum ſumpſit eam:quia poteſtatem habuit ponendi animam ſuam, & iterũ ſumendi eam, ſicut ipſe dicit. B. Satisfeciſti mihi illũ nõ poſſe probari ulla neceſsitate mortem ſubijſſe,nec me pœnitet, ut hoc faceres,importunũ tibi extitiſſe. A. Oſtẽdimus,ut puto,certam rationem quo modo deus aſſumpſerit hominem ſine peccato de maſſa peccatrice:ſed nequaquam negandum æſtimo aliam eſſe præter iſtam quam diximus, excepto hoc,quia deus facere poteſt quod hominis ratio comprehendere nõ poteſt. Verum quoniam & iſta mihi uidetur poſſe ſufficere,& ſi aliam nunc inquirere uellem,neceſſe eſſet inueſtigare qd ſit originale peccatum,& quomodo à primis parẽtibus in uniuerſum genus humanum præter illum, de quo agimus,hominem diffundatur, & incidere in quaſdam alias quæſtiones quæ ſuum poſtulant tractatum,ea qua diximus ratione cõtenti,q̃ de incepto re-

Io.10.

ſtant opere pſequamur. B. Vt uis, ſed eo pacto, ut tu aliquando auxiliante deo illam aliam rationem, quam nunc inquirere uitas, quaſi debitũ exoluas. A. quoniam uoluntatem hanc ſcio me gerere, quod petis nõ denego: ſed quia de futuris incertus ſum, promittere nõ audeo: ſed dei diſpoſitioni committo. Sed dic nunc, quid tibi de quæſtione quã in principio propoſuiſti, propter quam alię multę ſe ingeſſerunt, perſoluendum uideatur. B. Summa quæſtionis fuit, cur deus homo factus ſit, ut p mortem ſuam ſaluaret hominem, cũ hoc alio modo potuiſſe facere uideret. Ad quod tu multis & neceſſariis rationibus reſpondens: oſtendiſti reſtaurationem humanæ naturæ non debuiſſe remanere: nec potuiſſe fieri, niſi ſolueret homo quod pro peccato deo debebat: quod debitum tãtum erat, ut illud cũ non deberet ſoluere niſi homo, non poſſet niſi deus, ita ut idem eſſet homo qui deus: unde neceſſe erat, ut deus aſſumeret hominem in unitatem perſonæ: quatenus qui in natura ſoluere debebat & non poterat, in perſona eſſet qui poſſet. Deinde, quia de uirgine & à perſona filij dei eſſet aſſumẽdus homo ille qui de' eſſet, & quomodo ſine peccato de maſſa peccatrice aſſumi potuerit monſtraſti. Vitam autem huius hominis tam ſublimẽ, tam ṕtioſam apertiſſime probaſti: ut ſufficere poſſit ad ſoluendum, quod pro peccatis totius mundi debetur, & plus in infinitũ. Reſtat ergo nunc oſtẽdere, quomodo illa ſoluatur deo pro peccatis hominum.

Quanta ratione de morte eius ſequatur humana ſaluatio. Cap. 19. Anſel.

Si propter iuſtitiam ſe permiſit occidi, nõnne ad honorem dei uitam ſuam dedit? B. Si poſſum intelligere qđ non dubito quamuis non uideam, quomodo rationabiliter, hoc fecerit, cũ & iuſtitiam indeclinabiliter & uitam ſuã ęternaliter ſeruare potuerit, fatebor illũ tale quid ſpõte dediſſe Deo ad honorem illius, cui quicquid Deus non eſt, comparari non poteſt, & quod pro omnibus hominibus omnium debitis recõpenſari poteſt. A. An non intelligis, quia cum iniurias, & contumelias, & mortem crucis cum latronibus ſibi (ſicut ſupra diximus) propter iuſtitiam, quã obediẽter ſeruabat, illatas benigna patientia ſuſtinuit, exemplum dedit hominibus quatenus propter nulla incõmoda q̃ ſentire poſſunt, à iuſtitia quã deo debent declinent, quod minime dediſſet, ſi ſecundum potentiam ſuã mortem pro tali cauſa illatam declinaſſet. B. Videtur, quod nulla hoc exemplũ neceſſitate dederit: quoniã multi ante aduentum eius, & Ioannes Baptiſta poſt aduentũ ante mortem eius, fortiter mortem pro ueritate ſuſtinentes illud ſuffi cienter dediſſe noſcuntur. A. Nullus unquam moriendo homo præter illũ deo dedit quod aliquando neceſſitate perditurus nõ erat, aut ſoluit quod nõ debebat. Ille uero ſpõte patri obtulit, quod nulla neceſſitate unquam amiſſurus erat: & ſoluit pro peccatoribus, quod pro ſe non debebat. Quapropter ille magis dedit exẽplũ, ut unuſquiſque, quod aliquando incunctanter amiſſurus eſt, pro ſeipſo reddere deo cũ ratio poſtulat, nõ dubitet: quia cum nullatenus aut pro ſe indigeret aut cogeretur, pro alijs quibus nil niſi pœnam debebat, tam pretioſam uitam, immo ſeipſum tantam ſcilicet perſonam, tãta uoluntate dedit. B. Multum propinquas deſiderio meo, ſed ſuſtine ut quoddam quæram, quod quamuis fatuum forſitan putes quærere, nõ tamen promptũ mihi eſt, quid reſpondeam ſi à me quęratur. Dicis, quia quãdo mortuus eſt, dedit quod non debebat. Sed nemo negabit illũ melius feciſſe, quando illud ad exemplũ taliter dedit, & magis hoc placere deo: q̃ ſi nõ hoc feciſſet, aut dicet eum non debuiſſe facere, quod melius eſſe & quod magis placere deo cognouit. Quomodo ergo aſſeremus eũ

non debuiſſe Deo qđ fecit,id eſt,quod melius eſſe magis placere Deo cognouit: præſertim cũ creatura debeat Deo totum quod eſt, & quod ſcit, & quod poteſt. A. Quãuis creatura nil habeat à ſe, quando tamen illi Deus cõcedit aliquid licite facere & non facere, dat illi ita ſuum eſſe utrunq;, ut licet alterũ ſit melius, neutrum tamen exigatur determinate: ſed ſiue faciat quod melius eſt, ſiue alterũ, debere facere dicatur quod facit: & ſi facit quod melius eſt, præmium habeat: q̃a ſponte dat quod ſuũ eſt. Nam cũ uirginitas melior ſit cõiugio, neutrũ tamen ab homine determinate exigitur: ſed & qui cõiugio uti, & qui uirginitatem ſeruare mauult, et qđ facit, debere facere dicit. Nemo enim uirginitatem ſiue coniugium dicit eligi non debere: ſed dicimus, quia quod mauult homo, antequã aliquid horũ ſtatuat: hoc debet facere, et ſi uirginitatem ſeruat, pro ſpontaneo munere qđ offert Deo, præmiũ expectat. Cum ergo creaturã dicis Deo debere quod melius ſcit & poteſt, ſi intelligis ex debito, & non ſubaudis, ſi Deus iubet, non eſt ſemper uerũ. Siquidem, ut dixi, non debet homo uirginitatẽ ex debito, ſed ſi mauult debet uti coniugio. Quod ſi te mouet uerbum quod eſt debere, nec potes illud intelligere ſine aliquo debito: ſcito, quia ſicut contingit poſſe & neceſſe aliquando dici, nõ quia ſunt in rebus ubi dicuntur: ſed quoniã ſunt in alio, ita & debere. Quippe cũ dicimus, debere pauperes à diuitibus eleemoſynam accipere: non eſt aliud q̃ diuites debere pauperibus eleemoſynã impendere, hoc nanq; debitum nõ eſt exigendũ à paupere, ſed à diuite. Deus quoq; dicitur omnibus debere præeſſe, non quia ille in hoc aliquo modo ſit debitor: ſed quoniam omnia debent illi ſub eſſe, et debere facere quod uult: quomodo qđ uult, debet eſſe. Ita quando uult aliqua creatura facere qđ ſuum eſt facere & nõ facere, dicitur debere facere: quia quod ipſa uult debet eſſe. Dominus itaq; Ieſus cum mortẽ (ſicut diximus) ſuſtinere uoluit: quoniam ſuum erat, & pati & non pati, debuit facere quod fecit: q̃a quod uult fieri debuit: & nõ debuit facere, quia nõ ex debito. Nempe quoniam ipſe idem eſt deus & homo: ſecundũ humanã ex qua fuit homo, ſic accepit à diuina natura quę alia eſt ab humana, eſſe ſuũ quod habebat: ut nil deberet dare niſi quod uolebat: ſecundũ perſonam uero, ſic à ſeipſo habebat quod habebat: & ſic perfecte ſibi ſufficiens erat, ut nec alij quicquam retribuere deberet, nec ut ſibi retribueret, dare indigeret. B. Aperte ut uideo, quia nulla rõne ſeipſum morti ex debito, ſicut ratio mea uidebatur monſtrare, dedit ad honorẽ Dei: & tamẽ facere debuit quod fecit. A. Honor utiq; ille totius eſt trinitatis: quare quoniã idẽ ipſe eſt Deus filius Dei, ad honorẽ ſuũ ſeipſum ſibi, ſicut patri & ſpiritui ſancto obtulit, id eſt, humanitatẽ ſuam diuinitati ſuæ, quæ una eadem triũ perſonarum eſt. Vt tamen in eadẽ ipſa ueritate manentes apertius loquimur qđ uolumus: dicamus ſicut uſus habet, quia filius ſpõte ſeipſum patri obtulit. hoc nanque modo apertiſſime dicitur, quia in perſona totus Deus cui ſecundũ hominem ſe obtulit intelligiť. et per nomẽ patris & filij immenſa quædam in cordibus audientiũ, cum patrem filius hoc modo poſtulare pro nobis dicitur, pietas ſentitur. B. Hoc libentiſſime accipio. A. Intueamur nunc prout poſſumus, quãta mihi ratione ſequať humana ſaluatio. B. Ad hoc tendit cor meum. Nam quamuis hoc mihi uidear intelligere, ipſam tamen rõnis cõtexionem à te uolo audire. A. Quantum aũt ſit qđ filius ſponte dedit, non eſt opus exponere. Boſ. Sufficienter pater. Anſ. Eum autem qui tantum donum ſponte dat Deo, ſine retributione debere eſſe non iudicabis. Immo neceſſe eſſe uideo, ut pater filio retribuat: alioquin

aut iniuſtus eſſe uidereť, ſi nollet: aut impotens ſi nō poſſet, quæ aliena ſunt à Deo. A. Qui retribuit alicui, aut dat quod ille nō habet, aut dimittit quod ab illo poteſt exigi. Prius autem quàm tantam rem filius faceret, omnia quæ patris erāt, ſua erant: nec unquam debuit, quod illi dimitti poſſit. Quid ergo retribuetur nullius rei egēti, aut cui non eſt quod dari aut dimitti poſſit? Boſo. Ex una parte uideo retribuendi neceſſitatem, & ex altera impoſſibilitatem: quia & neceſſe eſt Deum reddere quod debet, & nō eſt, quod reddat. A. Si tanta & tam debita merces nec illi nec aliȷ̄ redditur, inuanum filius tantā rem feciſſe uidebitur. B. Hoc nefas eſt æſtimare. A. Neceſſe eſt ergo, ut alicui aliȷ̄ reddatur, quia illi non poteſt. Boſ. Ineuitabiliter ſequitur. Anſ. Si uoluerit filius, quod ſibi debetur, alteri dare, poterit'ne pater iure illum prohibere, aut illi cui dabit negare? B. Immo & iuſtū & neceſſarium intelligo, ut cui uoluerit dare filius, à patre reddatur, quia et filio quod ſuum eſt dare licet, & pater quod debet nō niſi aliȷ̄ reddere poteſt. A. Quibus conuenientius fructum & retributionem ſuę mortis attribuet, q̄ illis propter quos ſaluandos (ſicut ratio ueritatis nos docuit) & hominē ſe fecit? & quibus (ut diximus) in moriendo exemplum moriendi propter iuſtitiam dedit: fruſtra quidem imitatores eius erunt, ſi meriti eius participes nō erunt. Aut quos iuſtius faciet hæredes debiti, quo ipſe non eget ex abūdantia ſuæ plenitudinis, q̄ parētes ſuos et fratres quos aſpicit tot & tantis debitis obligatos egeſtate tabeſcere in profundo miſeriarum, ut eis dimittatur quod pro peccatis debent, & detur quo, propter peccata carent. B. Nihil rationabilius, nihil dulcius, nihil deſiderabilius mundus audire poteſt. Ego enim tantam fiduciam ex hoc concipio, ut iam dicere non poſſim quāto gaudio exultet cor meum. Videtur enim mihi, q̄ nullum hominē reȷ̄ciat Deus ad ſe ſub hoc nomine accedētem. A. Ita eſt, ſi accedit ſicut oportet. Quemadmodū aūt ſit ad tantæ gratiæ participationē accedendum, & quomodo ſub illa uiuendum, nos ubiq; ſacra ſcriptura docet, quę ſuper ſolidam ueritatem quam adiuuāte Deo, aliquatenus perſpeximus, uelut ſuper firmum fundamētum fundata eſt. B. Vere quicquid ſuper fundamentum hoc ædificatur, ſuper firmam petram fundatur. A. Puto me aliquantulum iam tuæ ſatisfeciſſe quæſtioni, quamuis hoc melior me facere plenius poſſit, et maiores atq; plures q̄ meum, aut mortale ingenium comprehendere ualeat, huius rei ſint rationes. Palàm etiā eſt, quia Deus ut hoc faceret quod diximus nullatenus indigebat: ſed ita ueritas īmutabilis exigebat. licet enim hoc quod homo ille fecit, Deus dicatur feciſſe propter unitatem perſonę: Deus tamen non egebat ut de cœlo deſcenderet ad uincendū diabolum: neque ut per iuſtitiam ageret contra illum ad liberādum hominem, ſed ab hoīe Deus exigebat ut diabolum uinceret, & qui per peccatum Deum offenderat, per iuſtitiam ſatisfaceret. Siquidem diabolo nec Deus aliquid debebat niſi pœnam, nec homo niſi uicem, ut ab illo uictus, illum reuinceret: ſed quicqd ab illo exigebatur, hoc Deo debebat nō diabolo.

Quàm magna, & quàm iuſta ſit miſericordia Dei. Cap. 20.

Miſericordiam uero Dei, quæ tibi perire uidebatur, cum iuſtitiā Dei & peccatum hominis conſiderabamus, ita magnam tanquam concordem inuenimus iuſtitiæ: ut nec maior nec iuſtior cogitari poſſit. Nempe quid miſericordius intelligi ualet, q̄ peccatori tormētis æternis deputato, & unde ſe redimat non habenti, deus pater dicit. accipe unigenitum meum, & da pro te. Ipſe filius: tolle me & redime te. Quaſi hæc dicunt, quando nos ad chriſtianā fidem uocant & trahunt. Quid etiam iuſtius,

Iuſtius, quàm ut ille cui datur pretium
maius omni debito, ſi debito datur af-
fectu, dimittat omne debitum.

Quòd impoſſibile ſit diabolum reconciliari.
Cap. XXI.

Diaboli uero reconciliationem, de
qua quæſiuiſti, impoſsibilem intelliges
ſi diligenter humanam conſideres. Si-
cut enim homo non potuit reconcilia-
ri niſi per hominem deum qui mori poſ
ſet, per cuius iuſtitiam deo reſtitueret,
quod per peccatum hominis perdide-
rat: ita angeli damnati non poſſunt ſal
uari niſi per angelum domini, qui mo
ri poſſit, & qui per iuſtitiam ſuam deo
reparet quod aliorum peccata abſtule
runt. et ſicut homo per alium hominẽ,
qui non eiuſdem generis quãuis eiuſ-
dem eſſet naturæ, non debuit releuari:
ita nullus angelus per alium ſaluari de
buit: & quamuis omnes ſint unius na
turæ, quoniam non ſunt eiuſdem gene
ris ſicut homines. Non enim ſic ſunt
omnes angeli de uno angelo, quemad
modum omnes homines de uno homi
ne. Hoc quoq; remouet eorum reſtau-
rationem: quia ſicut ceciderunt nullo
alio ſuadente ut caderent: ita nullo alio
adiuuante reſurgere debent, quod eſt il
lis impoſsibile, aliter enim in dignitatẽ
quam habituri erant, non poſſunt reſti
tui, quoniã ſine alieno auxilio per pote
ſtatem ſuam quã acceperant ſtetiſſent
in ueritate, ſi non peccaſſent. Quapro-
pter ſiquis opinatur ſaluatoris noſtri
redemptionem uſq; ad illos aliquando
debere extendi, rationabiliter conuinci
tur: quia irrationabiliter decipitur. Qđ
non dico, quaſi pretiũ mortis eius om
nibus hominum & angelorum pecca
tis ſua magnitudine non præualeat: ſed
quoniam perditorum angelorum reue
lationi immutabilis ratio repugnat.
B. Rationabilis, & quibus nihil contra
dici poſſit, quæ dicis omnia mihi uidẽ
tur, & per unius quæſtionis quã pro-
poſuimus ſolutionem, quicquid in no
uo ueteriq; teſtamento continẽt pro-
batum intelligo.

Quòd in his quæ dicta ſunt, ueritas ueteris et no ui teſtamenti probata ſit. Cap. XXII.

Cum enim ſic probes deum fieri ho
minem ex neceſſitate, ut etiam ſi temo
ueantur pauca quæ noſtris libris po
ſuiſti, ut quod de tribus perſonis Dei
et de Adam tetigiſti: non ſolum Iudęis,
ſed etiam paganis ſola ratione ſatisfa-
cias: & idem ipſe deus homo nouũ cõ
dat teſtamentũ, & uetus approbet. ſi-
cut ipſum ueracem eſſe neceſſe eſt con
fiteri: ita nil quod in illis continetur, ue
rum eſſe poteſt aliquis diffiteri. An. Si
quid diximus quod corrigendum ſit
non renuo correctionem ſi rationabi-
liter fit. Si autem teſtimonio ueríta-
tis roboratur, quod nos rationabiliter
inueniſſe exiſtimamus, deo non nobis
attribuere debemus, q̃ eſt benedictus
in ſecula. Amen.

BEATI ANSELMI IN *Dialogum de ueritate. Prologus.*

TRES tractatus perti
nentes ad ſtudium ſa-
cræ ſcripturæ quõdam
feci diuerſis tẽporibus
conſimiles: in hoc quia
facti ſunt per interro-
gationem & reſponſionem, & perſona
interrogantis nomine uocator diſcipu
li, reſpondentis uero nomine magiſtri.
Quartum enim quem ſimili modo edi
di, non inutilem ut puto introducendis
ad dialecticam, cuius initium eſt, de
grãmatico: quoniam ad diuerſum ab
his tribus ſtudium pertinet, iſtis nolo
connumerare. Vnus horũ trium eſt de
ueritate: quid ſcilicet ſit ueritas, & in
quibus rebus ſoleat dici, & quid ſit iu
ſtitia. Alius uero de libertate arbitrij,
quid ſit: et utrũ eam ſemper habeat ho
mo, & quot ſint eius diuerſitates in ha
bendo uel non habendo rectitudinẽ uo
luntatis, ad quã ſeruandã eſt data crea
turę rationalis: in quo naturalẽ tantum
fortitudinẽ uolũtatis ad ſeruandã acce

ptam rectitudinem,non quomodo ne
ceſſarium ad hoc ipſum illi ſit, ſed ad
hoc ut gratia ſubſequatur,oſtendi.Ter
tius autem eſt de quæſtione,qua quæri
tur:quid peccauit diabolus, quia non
ſtetit in ueritate:cum deus non dederit
ei perſeuerantiam,quam niſi eo dante
habere nõ potuit:quoniam ſi deus de-
diſſet, ille habuiſſet: ſicut boni angeli
habuerunt illam:quia illis dedit deus.
Quem tractatum,quamuis ibi de con-
firmatione bonorum angelorum dixe
rim,de caſu diaboli intitulaui: quoniã
illud contingens fuit,quod dixi de bo
nis angelis.Quod autem ſcripſi de ma
lis,ex propoſito fuit quæſtionis. Qui
uidelicet tractatus,quamuis nulla con
tinuatione dictaminis cohæreant:ma-
teria tamen eorum & ſimilitudo diſpu
tationis exigit, ut ſimul eo quo illos
commemoraui ordine conſcribantur.
Licet itaque à quibuſdam feſtinantib⁹
alio ordine ſint conſcripti,antequã per
fecti eſſent,ſic tamen eos,ut hic poſui,
uolo ordinari.

Quòd ueritas non habeat principium uel finem
Cap. 1. Diſcip.

Quoniam,deum,ueritatem eſſe cre-
dimus:&ueritatem,in multis alijs eſſe
dicimus,uellem ſcire: an ubicunq; ue-
ritas dicitur, deum eam eſſe fateri de-
beamus.Nam tu quoq; in monologio
tuo per ueritatem orationis,ꝓbas ſum
mam ueritatem non habere principiũ
uel finem: dicens, Cogitet qui poteſt,
quando incepit aut quando non fuit
hoc uerum: ſcilicet,quia futurum erat
aliquid:aut quando deſinet,aut nõ erit
hoc uerum ſcilicet, quia præteritũ erit
aliquid.Quòd ſi neutrum iſtorum co-
gitari poteſt,&utrunq; horum uerum
ſine ueritate eſſe non poteſt: impoſſibi-
le eſt,uel cogitare,quòd ueritas princi-
pium aut finem habeat. Deniq; ſi ueri
tas habuit principium, aut habebit fi-
nem: antequam ipſa inciperet, uerum
erat tunc, quia nõ erat ueritas:& poſt
quam finita erit,uerum erit tunc,quia
non erit ueritas. At quia uerum nõ po
teſt eſſe ſine ueritate, erat igitur ueritas
antequam eſſet ueritas, & erit ueritas
poſtquam finita erit ueritas: quod in-
conuenientiſſimum eſt. Siue igitur di-
catur ueritas habere, ſiue intelligatur
non habere principium uel finem:nul-
lo claudi poteſt ueritas principio uel
fine.Hoc tu in monologio tuo. Qua-
propter ueritatis diffinitionem à te au
dire expecto.Mag. Nõ memini me in-
ueniſſe diffinionem ueritatis:ſed ſi uis,
quæramus per rerum diuerſitates, in
quib⁹ ueritatem dicimus eſſe, quid ſit
ueritas.Diſc.Si aliud nõ potero,uel au
diendo iuuabo.

De ueritate ſignificationis, & duabus ueritatibus enunciationis. Cap. 2. Mag.

Quæramus ergo primum, quid ſit
ueritas in enunciatione: quoniam hãc
dicimus ſæpius ueram,uel falſam.Diſ.
Quære tu, & quicquid inueneris, ego
ſeruabo.Mag.Quando eſt enunciatio
uera?Diſ.Quando eſt quod annunciat
ſiue affirmando ſiue negando.Dico au
tem quod enunciat, & quando negat
eſſe quod non eſt: quia ſic enunciat,
quemadmodum res eſt.Mag.An ergo
tibi uidetur,ꝙ res enunciata ſit ueritas
enunciationis?Diſ.Non.Mag. Quare?
Diſ. Quia nihil eſt uerum, niſi partici-
pando ueritatem:& ideo ueritas,in ip-
ſo uero eſt:res uero enunciata, non eſt
in enunciatione uera:unde nõ eius ue-
ritas,ſed cauſa ueritatis dicenda eſt.
Quapropter non niſi in ipſa oratione
quærenda mihi uidetur eius ueritas.
Ma.Vide ergo,an ipſa oratio, aut eius
ſignificatio,aut aliquid eorum q̃ ſunt
in diffinitione enunciationis, ſit quod
quæris.Diſ. Non puto. Mag. Quare?
Diſc.Quia ſi hoc eſſet,ſemper eſſet ue-
ra:quoniam eadem manẽt omnia,quæ
ſunt in enunciationis diffinitione: &
cum eſt,quod enunciat,& cum nõ eſt.
Eadem eſt enim oratio,& eadem ſigni
ficatio,& cætera ſimiliter.Mag. Quid
igitur tibi uidetur ibi ueritas? Diſ.Ni-

hil aliud ſcio, niſi cum ſignificat eſſe quod eſt: tūc eſt in ea ueritas, & eſt uera. M. Ad quid facta eſt affirmatio? Diſc. Ad ſignificandum eſſe quod eſt. Mag. Hoc ergo debet. Diſ. Certum eſt. Ma. Cum ergo ſignificat eſſe quod eſt, ſignificat quod debet. Diſ. Palàm eſt. Mag. At cū ſignificat quod debet, recte ſignificat. Diſ. Ita eſt. Ma. Cum autem ſignificat recte, recta eſt ſignificatio? Diſc. Non eſt dubium. Mag. Cum ergo ſignificat eſſe quod eſt, recta eſt ſignificatio? Diſ. Ita ſequitur. Mag. Item cum ſignificat eſſe quod eſt, uera eſt ſignificatio? Diſ. Vere & recta & uera eſt, cum ſignificat eſſe quod eſt. Mag. Idem igitur eſt illi, & rectam, & ueram eſſe, & ſignificare eſſe quod eſt? Di. Vere idem. Ma. Ergo nō eſt illi aliud ueritas, quàm rectitudo. Diſ. Aperte nunc uideo ueritatem hanc, eſſe rectitudinem. Mag. Similiter, cum enunciatio ſignificat nō eſſe quod non eſt. Diſc. Video quod dicis: Sed doce me, quid reſpondere poſſim, ſiquis dicat: quia etiam oratio, cum ſignificat hoc eſſe quod non eſt, ſignificat quod debet, pariter nanque accepit ſignificare eſſe, & quod eſt, et quod nō eſt. Nam ſi nō accepiſſet ſignificare eſſe etiam quod non eſt, nō idem ſignificaret. Quare etiam cum ſignificat eſſe quod non eſt, ſignificat quod debet. At ſi quod debet ſignificando, recta & uera eſt, ſicut oſtendiſti: uera eſt oratio, etiā cum enunciat eſſe quod non eſt. Mag. Vera quidem non ſolet dici, cum ſignificat eſſe quod non eſt: ueritatem tamen & rectitudinem habet, quia facit quod debet. Sed cum ſignificat eſſe quod eſt, dupliciter facit quod debet: quoniam ſignificat, & quod accepit ſignificare, & ad quod facta eſt. Sed ſecundum hanc rectitudinem & ueritatem, qua ſignificat eſſe quod eſt, uſu recta & uera dicitur enunciatio: non ſecundum illam, qua ſignificat eſſe, etiam quod non eſt. Plus enim debet propter quod accepit ſignificationem, quàm propter quod non accepit. Non enim accepit ſignificare rem eſſe cum non eſt, uel non eſſe cum eſt: niſi quia non potuit illi dare tunc ſolummodo ſignificare eſſe quando eſt, uel non eſſe, quando non eſt. Alia igitur eſt rectitudo & ueritas enunciationis: quia ſignificat quod accepit ſignificare, & ad quod ſignificandum facta eſt. Alia uero, quia ſignificat quod accepit ſignificare. Quippe iſta immutabilis eſt ipſi orationi: illa uero, mutabilis. Hanc nanque ſemper habet, illā uero non ſemper. Iſtam enim, naturaliter habet: illam uero, accidentaliter & ſecundum uſum. Nam cum dico, dies eſt: ad ſignificādum eſſe quod eſt, recte utor huius orationis ſignificatione: quia ad hoc facta eſt, & ideo tunc recte dicitur ſignificare. Cum uero eadē oratione ſignifico eſſe quod non eſt, non ea recte utor: quia non ad hoc facta eſt, & idcirco tunc non recta eius ſignificatio dicitur: quamuis in quibuſdā enunciationibus inſeparabiles ſint iſtæ duæ rectitudines ſeu ueritates: ut cū dicimus, homo animal eſt, aut homo lapis non eſt. Semper enim hæc affirmatio ſignificat eſſe quod eſt: & hęc negatio non eſſe quod non eſt, nec illa poſſumus uti ad ſignificandū eſſe quod non eſt: ſemper enim homo animal eſt. nec iſta, ad ſignificandum non eſſe quod eſt: quia homo nunquam lapis eſt. De illa igitur ueritate, quam habet oratio, ſecundum quod aliquis ea recte utitur incepimus quærere: quoniam ſecundum hanc, ueram eam eſſe iudicat uſus communis locutionis. De illa auetm ueritate, quā non habere non poteſt, poſtea dicemus. Diſc. Redi igitur ad id quod incepiſti: quoniam ſufficienter mihi inter duas ueritates orationis diſcreuiſti: ſi tamen aliquam eam ueritatem oſtenderis habere, cum mentitur ſicut tu dicis. Ma. De ueritate ſignificationis, de qua incepimus, interim iſta ſufficiant. Eadem enim ratio ueritatis, quam in propoſitione uocis perſpeximus, con-

ſideranda eſt in omnibus ſignis quę
fiunt ad ſignificandum aliquid eſſe uel
non eſſe, ut ſunt ſcripturæ uel digitorū
loquela. D. Ergo tranſi ad alia.

De ueritate opinionis. Cap. III. Mag.

Cogitationem quoq; dicimus uerā,
cū eſt quod aut ratione aut aliquo mo
do putamus eſſe: & falſum, cū non eſt.
Diſ. Ita uſus habet. M. Quid ergo tibi
uidetur ueritas in cogitatione? Di. Se-
cundum rationem, quā in propoſitio-
ne uidimus: nihil rectius dicitur ueri-
tas cogitationis, quàm rectitudo eius.
Ad hoc nanque nobis datum eſt, poſſe
cogitare eſſe uel non eſſe aliquid: ut co
gitemus eſſe, quod eſt: & nō eſſe, quod
non eſt. Quapropter qui putat eſſe, qđ
eſt: putat quod debet, atque ideo recta
eſt cogitatio. Si ergo uera & recta eſt
cogitatio, non ob aliud quàm quia pu
tamus eſſe quod eſt, aut nō eſſe, quod
non eſt: non eſt aliud eiꝰ ueritas quàm
rectitudo.

De ueritate uoluntatis. Cap. IIII. Mag.

Recte conſiderans. Sed & in uolun-
tate dicit ipſa ueritas, ueritatem eſſe: cū
Ioan. 8 dicit diabolum, non ſteiſſe in ueritate.
Nō enim erat in ueritate, neq; deſeruit
ueritatem niſi uolūtate. Diſ. Ita credo.
Si enim ſemꝑ uoluiſſet, quod debuit,
nunquam peccaſſet: qui non niſi pec-
cando, ueritatem deſeruit. Ma. Dic er-
go, quid tu intelligas per ueritatem?
Diſ. Non niſi rectitudinem. Nā ſi quan
dui uoluit quod debuit, ad quod, ſcili
cet, uoluntatem acceperat in rectitudi-
ne & ueritate fuit: et cum uoluit, quod
non debuit, rectitudinem & ueritatem
deſeruit. Non aliud poteſt ibi intelligi
ueritas, quàm rectitudo: quoniam ſiue
ueritas ſiue rectitudo nō aliud in eius
uoluntate, fuit, quā uelle quod debuit.

*De actionis naturalis, & non naturalis ueri-
tate.* Cap. V. Mag.

Bene intelligis. Verum in actione
quoque nihilominus ueritas creden
da eſt, ſicut dominus dicit. Quia qui
male agit, odit lucem: & qui facit ueri
tatem, uenit ad lucem. D. Video, quòd
dicis. Mag. Conſidera igitur, quod ibi Ioan. 3
ſit ueritas, ſi potes. Diſ. Niſi fallor, ea-
dem ratione qua ſupra ueritatē in aliis
cognouimus, in actione quoque con-
templanda eſt. Ma. Ita eſt. Nam ſi ma-
le agere, & ueritatem facere oppoſita
ſunt: ſicut oſtendit dominus, cum di-
cit: Qui male agit, odit lucem: et qui fa
cit ueritatem, uenit ad lucem. idem eſt ibid.
ueritatem facere, quod eſt bene facere.
Bene nanque facere, ad male facere con
trarium eſt. Quapropter ſi ueritatem
facere, & bene facere idem ſunt in op-
poſitione, non ſunt diuerſa in ſignifica
tione. Sed ſententia eſt omnium: quia
qui facit quod debet, bene facit, & re-
ctitudinem fecit. Vnde ſequitur, quod
rectitudinem facere, eſt facere uerita-
tem. Cōſtat nanque facere ueritatem,
eſſe bene facere: & bene facere, eſſe re-
ctitudinem facere. Quare nihil aper-
tius, quàm ueritatem actionis eſſe, re-
ctitudinem facere. Diſ. In nullo uideo
titubare ęſtimationem tuam. Mag. In-
ſpice, an omnis actio quæ facit quod
debet, ueritatem facere conuenienter
dicatur. Eſt quippe actio rationalis, ut
dare eleemoſynam, & eſt irrationalis
actio, ignis qui calefacit. Vide ergo, an
cōuenienter dicamus ignem facere ue
ritatem? Diſc. Si ignis ab eo a quo ha
bet eſſe, accepit calefacere, cum calefa
cit, facit quod debet. Ideo non uideo,
quæ incōuenientia ſit: ignem facere ue
ritatem, & rectitudinem: cum facit, qđ
debet. Mag. Mihi quoque aliter nō ui
detur. Vnde animaduerti poteſt recti-
tudinem ſeu ueritatem actionis, aliam
eſſe neceſſariam, aliam non neceſſariā.
Ex neceſſitate nanque ignis facit ueri
tatem & rectitudinem, cum calafacit,
& non ex neceſſitate facit homo recti-
tudinem & ueritatem, cum benefacit.
facere autem non ſolum pro eo quod
proprie dicitur facere, facere ueritatem
intelligit, non tantum in facto, ſed ēt in
uerbo & in ſufferentia: ſed pro omni

uerbo

uerbo Dominus uoluit ītelligere, cum
Ioan.3 dixit: Quoniam qui facit ueritatem, uenit ad lucem. Non enim ſeparat illum ab hac ueritate ſine luce qui patiť perſecutionem propter iuſtitiam: aut qui eſt quando & ubi debet eſſe, aut qui ſtat uel ſedet quando debet & ſimilia. Nullus nanque dicit tales, non bene fa
2.Co.5 cere. Et cum dicit Apoſtolus: Quia recipiet unuſquiſq; prout geſſit. Intelligēdum ibi eſt, quicquid ſolemus dicere, uel bene facere, uel male facere. Diſ. Vſus quoque communis locutionis hoc habet: ut & pati, & multa alia dicat facere, quæ non ſunt facere. Quare rectam quoq; uoluntatem de cuius ueritate ante ueritatem actionis ſupra cō templati ſumus: inter rectas actiones, niſi fallar, computare poſſumus. Mag. Non falleris. Nā qui uult quod debet, recte & bene facere dicitur: nec ab his qui ueritatem faciunt excluditur. Sed quoniam de ueritate inueſtigādo illam loquimur, & Dominus de illa ueritate, quæ in uoluntate eſt, ſpecialiter ui-
Ioan.8 detur dicere, cū dicit de diabolo. Quia in ueritate nō ſtetit: ideo ſeparatim qd in uoluntate ueritas eſſet, conſiderare uolui. Diſ. Placet mihi ita factum eſſe. Mag. Cum ergo conſtet actionis ueritatem, aliam naturalem eſſe, aliam non naturalē. Sub naturali ponenda eſt illa ueritas orationis, quā ſupra uidimus, ab illa non poſſe ſeparari. Sicut enim ignis cum calefacit, ueritatem facit: qa ab eo accepit à quo habet eſſe: ita et hęc oratio, ſcilicet, dies eſt, ueritatem facit, cū ſignificat diem eſſe: ſiue dies ſit, ſiue dies non ſit: quoniam hoc naturaliter accepit facere. Diſ. Nunc primū uideo in falſa oratione ueritatem.

De ſenſuum ueritate, & quòd falſitas quæ putatur eſſe in ſenſu, eſt in opinione.

Cap. 6. Mag.

Putas ſic nos præter ſummam ueritatem, omnes ſedes inueniſſe ueritatis? Diſ. Reminiſcor nunc cuiuſdam ueritatis, quam in his, de qbus tractaſti non inuenio. Mag. Quę eſt illa? Diſ. Eſt quidem in ſenſibus corporis ueritas, ſed non ſemper. Nam fallunt nos aliquando. Nam cum uideo aliquādo per medium uitrum aliquid, fallit me uiſus: quia aliquando renūciat mihi corpus, quod uideo ultra uitrum, eiuſdem eſſe coloris cuius eſt & uitrum, cum alterius ſit coloris: aliquādo uero facit me putare uitrum habere colorem rei, quā ultra uideo, cū nō habeat. Multa ſunt alia, in quibus uiſus & alij ſenſus fallunt. Mag. Non mihi uidetur hæc ueritas uel falſitas in ſenſib⁹ eſſe, ſed in opinione. Ipſe nāque ſenſus interior ſe fallit, non ille mētitur exterior. Quod aliquando facile cognoſcitur, aliquando difficile. Cū enim puer timet ſculptum draconem aperto ore, facile cognoſcitť: quia hoc nō facit uiſus, qui nihil aliud puero renunciant quā ſenſibus: ſed puerilis ſenſus interior qui nondū bene ſcit diſcernere inter rem & rei ſimilitudinem. Tale eſt enim, cum uidētes hominem alicui ſimilem, putamus illū eſſe cui ſimilis eſt: aut cum audiēs quis nō hominis uocem, putat eſſe hominis uocem. Nam & hoc facit ſenſus interior. Quod aūt dicis de uitro: ideo eſt, quia cum uiſus tranſit per corpus aliquod aerei coloris, nō aliter impediatur aſſumere ſimilitudinem coloris qui ultra uidetur, quā cum trāſit per aera: niſi inquantum illud corpus, quod tranſit, ſpiſſius aut obſcurius eſt aere: ut cum tranſit per uitrum ſui proprij coloris, id eſt, cui nullus alius admiſtus eſt color, aut per puriſſimam aquā, aut per cryſtallum, aut per aliquid ſimilem habens colorem. Cum uero tranſit idem uiſus per alium colorem: ut per uitrū non ſui coloris, ſed cui alius color eſt additus: ipſum colorem qui prius occurrit, accipit. Quapropter quoniam poſt unum acceptum colorem, ſecundum quod illo affectus eſt, alium quicūq; occurrat, aut nullatenus, aut minus integre accipit. Ideo illū quem prius ce-

pit, aut ſolum, aut cum eo qui poſt oc currit renũciat. Si enim uiſus, quãtum capax eſt coloris tantũ afficitur priore colore, non poteſt alium ſentire ſimul colorem. Si autem minus ꝙ colorẽ ſentire poſſit, priori afficitur, poteſt alium ſentire: ut ſi trãſit per aliquod corpus, uelut per uitrum, quod ita perfecte ſit rubicundum, ut omnino uiſus afficiatur eius rubore, nequit diuerſo ſimul affici colore. Si autem non tam perfectum inuenit ruborẽ, qui prior occurrit, quantum coloris capax eſt, quaſi nondum plenus, adhuc aliũ ualet aſſumere colorem, inquantum eius capacitas priori colore nõ eſt ſatiata. Qui ergo hoc neſcit, putat uiſum renunciare hoc, ſcilicet, qa omnia quæ poſt prius aſſumptum colorem, ſentit aut omnino, aut aliquatenus eiuſdem ſint coloris. Vnde contingit, ut ſenſus interior culpam ſuam imputet ſenſui exteriori. Similiter cum fuſtis integer, cuius pars eſt intra aquam, & pars extra, putatur fractus: aut cum putamus, quòd uiſus noſter uultus noſtros iueniat in ſpeculo: & cum multa alia nobis aliter uideãtur uiſus & alij ſenſus nunciare quàm ſint, non culpa ſenſuum eſt, qui renũciant quod poſſunt, quoniam ita poſſe acceperunt: ſed iudicio animę imputandum eſt, q nõ bene diſcernit, quid poſſint illi, aut qd debeãt. Quod oſtẽdere, quoniam magis laborioſum eſt ꝙ fructuoſum, ad hoc quod intendimus, in hoc modo tempus cõſumendum non arbitror. Hoc tantum ſufficiat dicere: quia ſenſus quicquid renũciare uideantur, ſiue ex ſua natura hoc faciant, ſiue ex aliqua alia cauſa hoc faciant quod debent, & ideo rectitudinẽ & ueritatem faciunt. Et cõtinetur hæc ueritas ſub illa ueritate, quę eſt ĩ actione. D. Satiſfeciſti mihi tua reſpõſione, & nolo te amplius morari in hac de ſenſibus quæſtione.

De ueritate rerum eſſentiæ. Cap. 7. Mag.

Iam conſidera an præter ſummam ueritatem in aliqua re ueritas ſit intelligenda, exceptis his quæ ſupra cõſpecta ſunt. D. Quid illud eſſe poteſt? M. An putas aliquid eſſe aliquãdo aut alicubi, quod non ſit in ſumma ueritate, & quod inde non acceperit quod eſt, inquantum eſt: aut quòd poſſit aliud eſſe, quàm quod ibi eſt? D. Non eſt putandum. M. Quicquid igitur eſt, uere eſt, inquantum hoc eſt quod ibi eſt. D. Abſolute cõcludere potes, quia omne qđ eſt, uere eſt: quoniam non eſt aliud, ꝙ quod ibi eſt. M. Eſt igitur ueritas in omnium quæ ſunt, eſſentia: quia hoc ſunt, quod in ſumma ueritate ſunt. D. Video ita ibi eſſe ueritatẽ, ut nulla poſſit eſſe falſitas: quoniã quod falſò eſt, non eſt. M. Bene dicis. Sed dic, an aliquid aliud debeat eſſe, ꝙ qđ eſt in ſumma ueritate. D. Non

De diuerſis intellectibus, debere & non debere, poſſe & non poſſe. Cap. 8. Mag.

Si ergo omnia hic ſunt, qđ ibi ſunt, ſine dubio hic ſunt, quod debent. Diſc. Vere hic ſunt, quod debent. M. Quicquid uero eſt, quod debet eſſe, recte eſt. D. Nihil conſequentius, aliter non poteſt eſſe. Ma. Igitur omne quod eſt, recte eſt. Di. Nihil conſequentius. Ma. Si ergo ueritas & rectitudo idcirco ſunt in rerum eſſentia: quia hoc ſunt, quod ſunt, in ſumma ueritate, certum eſt ueritatem rerum, eſſe rectitudinem. Diſc. Nihil planius, quantum ad cõſequentiam argumentationis. Sed ſecundum rei ueritatem, quomodo poſſumus dicere: quia quicquid eſt, quod debet eſſe, cum ſint multa opera mala, quæ certum eſt non eſſe debere. M. Quid mirum ſi eadem res debet eſſe, & nõ eſſe. Diſc. Quomodo poteſt hoc eſſe? Mag. Scio te non dubitare, quia nihil omnino eſt, niſi Deo aut faciente, aut permittente. Diſc. Nihil mihi certius. Ma. An audebis dicere, quia Deus aliquid faciat, aut permittat non ſapienter, aut non bene? Diſcipu. Immo aſſero, quia nihil niſi bene & ſapienter. Ma. An iu-

dicabis nō debere eſſe, quod tanta bonitas & tanta ſapientia facit, aut permittit? Diſc. Quis intelligens audeat hoc cogitare? M. Debet igitur eſſe pariter, & quod faciente, & quod permittente deo ſit. Diſci. Patet quod dicis. Mag. Dic etiam, an putes eſſe debere, malæ uoluntatis effectum? Diſ. Idem eſt ac ſi dicas, an debeat eſſe opus malum, quod nullus ſenſatus concedit. Ma. Permittit tamē deus aliquos male facere, quod male uolunt. Diſc. Vtinam non tam ſæpe permitteret. Mag Idem igitur debet eſſe, & non eſſe. Debet enim eſſe, quia bene & ſapienter ab eo, quo non permittente fieri non poſſet, permittitur: & non debet eſſe, quantum ad illum, cuius iniqua uoluntate concipitur. Hoc igitur modo: quia dominus Ieſus ſolus innocens erat, nō debuit mortem pati, nec ullus eam illi debuit inferre, & tamē eam debuit pati; quia ipſe ſapienter & benigne, & utiliter uoluit eam ſufferre.

Quòd omnis actio ſignificet aut uerum, aut falſum. Cap. 9.

Multis enim modis eadem res ſuſcipit diuerſis conſiderationibus contraria: quod in actione ſæpe contingit, ut in percuſſione. Percuſſio nanque & agentis eſt, & patientis: unde & actio dici, & paſſio poteſt: quamuis ſecundum ipſum nomē actio uel percuſſio, & quæ ſimiliter dicta à paſſiuis in actiua ſignificatione dicuntur: magis uideantur eſſe patientis, quàm agentis. Quippe ſecundum id quod agit, magis proprie uidetur dici agentia uel percutientia, & ſecundum id quod patitus, actio uel percuſſio. Nam agētia & percutientia ab agente, & percutiente dicuntur: ſicut prouidentia à prouidente, & continentia à continente, quæ ſcilicet agens & percutiens, prouidens et continens, actiua ſunt: actio uero & percuſſio ab acto & percuſſo, quæ paſſiua ſunt, deriuantur. Sed quoniam, ut in uno dicā, quod in certis intelligas: ſicut percutiens non eſt ſine percuſſo, nec percuſſus abſq; percutiēte: ita percutientia & percuſſio ſine inuicem eſſe nequeunt: immo una & eadem res eſt, diuerſis nominibus ſecundum diuerſas partes ſignificata: idcirco percuſſio, & percutientis, & percuſſi eſſe dicitur. Quapropter ſecundum quòd agēs uel patiēs eidem ſubiacent iudicio, uel contrariis: ipſa quoque actio ex utraque parte ſimiliter iudicabitur, aut contrarie. Cum ergo & qui percutit, recte percutit: & qui percutitur, recte percutitur: ut cum peccans, ab eo ad quem pertinet corrigitur, ex utraque parte recta eſt: quia ex utraque parte debet eſſe percuſſio. Econtrario, quando ab iniquo iuſtus percutitur: quia nec iſte percuti, nec ille percutere debet, ex utraque parte non recta eſt, qa ex neutra parte debet eſſe percuſſio. Cum uero peccans, ab eo ad quem nō pertinet percutitur: quoniam & iſte debet percuti, & ille non debet percutere: debet, & non debet eſſe percuſſio: & ideo recta, & non recta negari non poteſt. Quod ſi ad ſupernæ ſapientiæ bonitatiſq; conſideres iudicium, ſiue ex altera tantum, ſiue ex utraque parte, agentis ſcilicet & patientis non debeat eſſe percuſſio: quis audebit negare debere eſſe, quod tanta bonitate & ſapientia permittitur? Diſc. Neget qui audet, ego uero non audeo. Mag. Quid etiam ſi ſecundum naturam rerum conſideres, ut cum claui ferrei impreſſi ſunt in corpus Domini: an dices fragilem carnē non debuiſſe penetrari, aut acuto ferro penetratam non debuiſſe dolere? Diſ. Contra naturam dicerem. Mag. Poteſt igitur contingere, ut debeat eſſe ſecundum naturam actio uel paſſio, quæ ſecundum agentem uel patientē eſſe non debet: quoniā nec ille agere, nec iſte debet pati. Diſc. Nihil horum negare poſſum. Mag. Vides igitur ſæpiſſime poſſe contingere, ut eadē actio debeat eſſe, & non de-

beat eſſe, diuerſis conſiderationibus. Diſ. Ita aperte hoc oſtendis, ut non poſſim non uidere. Mag. Vnum inter hæc te ſcire uolo: quia debere, & non debere, aliquando dicitur improprie: ut cũ dico, quia debeo amari à te. Si enim debeo, uere debitor ſum reddere quod debeo, & in culpa ſum, ſi non amor à te. Diſ. Ita ſequitur. Mag. Sed cum debeo amari à te, non eſt à me exigẽdum: ſed à te. Diſ. Fateri me ita oportet. Ma. Cũ ergo eſſe dico, quia debeo amari à te, non ita dicitur, quaſi ego debeam: ſed quia tu debes amare me. Similiter cum dico, quia non debeo amari à te, non aliud intelligitur: quàm quia tu non debes amare me. Qui modus loquendi eſt ẽt in potentia & in impotentia: ut cũ dicitur, Hector potuit uinci ab Achille, & Achilles non potuit uinci ab Hectore. Non enim fuit potentia in illo, qui potuit uinci, ſed in illo, q uincere potuit: nec impotentia in illo, qui uinci nõ potuit: ſed in illo qui uincere non potuit. D. Placet mihi quod dicis. Quippe uel le puto hoc cognoſcere.

De latitudine ueritatis. Cap. 10. Mag.

Recte putas, ſed redeamus ad ueritatem ſignificationis, à qua ideo incepi, ut te à notioribus ad ignotiora perducerem. Omnes enim de ueritate ſignificationis loquuntur: ueritatem uero, quæ eſt in rerum eſſentia, pauci conſiderant. Diſ. Profuit mihi, quia hoc ordine me duxiſti. Mag. Videamus ergo, quàm lata ſit ueritas ſignificationis. Nanque non ſolum in his, quæ ſigna ſolemus dicere: ſed & in alijs omnibus, q diximus, eſt ſignificatio uera uel falſa. Quoniam nanque nõ eſt ab aliquo faciendum, niſi quod quis debet facere: eo ipſo, quod aliquis aliquid facit, dicit & ſignificat hoc ſe debere facere: quod ſi debet facere quod facit, uerum dicit: ſi autem non debet, mentitur. D. Quamuis uidear mihi intelligere: tamẽ quod mihi inauditũ hactenus fuit apertius oſtende quod dicis. M. Si eſſes in loco, ubi ſcires eſſe ſalubres herbas & mortiferas, ſed neſcires eas diſcernere, & eſſet ibi aliquis, de quo non dubitares, quin illas diſcernere ſciret, tibiq́ interroganti, quæ ſalubres eſſent, & q̃ mortiferæ, alias uero ſalubres diceret eſſe, alias comederet, cui magis crederes, uerbo, an actioni eius? D. Non tantum crederem uerbo, quantum operi. Ma. Plus ergo tibi diceret, quæ ſalubres eſſent opere quàm uerbo. D. Ita eſt. Ma. Sic itaq́, ſi neſcires non eſſe mentiendum, & mentiretur aliquis corãm te, etiam ſi diceret tibi ipſe, ſe non debere mentiri: plus ipſe tibi diceret opere, ſe mentiri debere, quàm uerbo nõ debere. Similiter dum cogitat aliquis aliquid, aut uult aliquid: ſi neſcires, an deberet id uelle, ſiue cogitare: ſi uoluntatem eius, & cogitationem uideres, ſignificaret tibi in ipſo opere, quia hoc deberet cogitare & uelle. Quod ſi ita deberet, uerum diceret: ſin autẽ, mentiretur. In reꝝ quoq́ exiſtentia, eſt ſimiliter uera uel falſa ſignificatio, quoniã eo ipſo, quia ẽ, dicit ſe debere eſſe. D. Video nunc aperte, qđ hactenus non animaduerti.

De ſumma ueritate. Cap. 11. Mag.

Progrediamur ad ea quæ reſtant. D. Præcede & ſequar. M. Summam autẽ ueritatem, non negabis eſſe rectitudinem. D. Immo nihil aliud illã poſſum fateri. M. Cõſidera: quia omnes ſupradictæ rectitudines, ideo ſunt rectitudines: quia illa in quibus ſunt, aut fiunt, aut faciunt quod debent, ſumma ueritas non ideo eſt rectitudo, quia debet aliquid. Omnia enim illi debent aliqđ, ipſa uero nulli quicquã debet, nec ulla ratione eſt quod eſt, niſi quia eſt. Diſc. Intelligo. M. Vides etiã, quomodo iſta rectitudo cauſa ſit omnium aliarũ ueritatũ & rectitudinum, & nihil ſit cauſa illius? D. Video, & animaduerto in alijs quaſdam eſſe tãtum effecta, quaſdam uero eſſe cauſas & effecta: ut cum ueritas, quæ eſt in rerum exiſtentia, ſit effectum ſummæ ueritatis: ipſa quoq́

cauſa eſt ueritatis, quæ cogitatiõis eſt, & eius, quæ eſt in propoſitione, & iſtę duæ ueritates nullius ſunt cauſa ueritatis. M. Bene cõſideras, unde iam intelligere potes, quomodo ſummam ueritatẽ in meo Monologio probaui nõ habere principium uel finem per ueritatem orationis. Cum enim dixi, quando non fuit uerum, quia futurum erat aliquid: non ita dixi, ac ſi abſq; principio iſta oratio fuiſſet, quæ aſſereret futurum aliquid eſſe: aut iſta ueritas, eſſet deus: ſed q̃m non poteſt intelligi, quãdo oratio iſta eſſet, ueritas illi deeſſet, ut per hoc quia non intelligitur, quando iſta ueritas eſſe non potuit, ſi eſſet oratio in qua eſſe poſſet, intelligatur illa ueritas ſine principio fuiſſe, q̃ prima cauſa eſt huius ueritatis. Quippe ueritas orationis non ſemper poſſet eſſe, ſi eius cauſa non ſemper eſſet. Etenim non eſt uera oratio, quæ dicit futurum eſſe aliud, niſi re ipſa ſit aliquid futurum, neq; aliquid eſt futurum, ſi non ſit in ſumma ueritate. Similiter de illa intelligendum eſt ueritate orationis, quæ dicit: quia præteritum eſt aliquid. Nã ſi nullo intellectu ueritas orationi huic, ſi facta fuerit, deeſſe poterit: neceſſe eſt, ut eius ueritatis quæ ſumma cauſa eſt, iſtius, nullus finis intelligi poſſit. Idcirco nanque uere præteritum dicitur eſſe aliquid, quia ita eſt in re: & ideo eſt aliquid præteritum, quia ſic eſt in ueritate ſumma. Quapropter, ſi nunquam potuit non eſſe uerum, futurum eſſe aliquid, & nunqnam poterit non eſſe uerum, præteritum aliquid eſſe, impoſſibile eſt principium ſummæ ueritatis fuiſſe aut finem futurum eſſe. Diſ. Nihil tuæ rationi obijci poſſe uideo.

De ueritatis diffinitione. Cap. 12. *Mag.*

Redeamus ad indagationem ueritatis, quam incepimus. Diſ. Totum hoc pertinet ad indagandam ueritatem: ueruntamen redi ad quod uis. M. Dic ergo mihi, an tibi uideatur eſſe aliqua rectitudo alia, pręter has quas contemplati ſumus? D. Non alia præter has: niſi illa, quæ eſt in reb⁹ corporeis, quæ multũ eſt aliena ab iſtis, ut rectitudo uirgæ. M. In quo tibi illa uidetur differre ab iſtis? D. Quia illa uiſu corporeo cognoſci poteſt, iſtas rationis capit contemplatio. M. Nonne rectitudo illa corporum ratione intelligitur præter ſubiectũ, & cognoſcitur? Aut ſi de alicuius corporis abſentis linea dubitetur, an recta ſit, & monſtrari poteſt, quia in nullam partem flectitur: Nonne ratione colligitur, quia rectam eam neceſſe eſt eſſe? D. Etiam. Sed eadem, quæ ſic rationi intelligitur, uiſu ſentitẽ in ſubiecto. Illæ uero nõ, niſi ſola mente percipi poſſunt. M. Poſſumus igitẽ, niſi fallor, diffinire: quia ueritas, eſt rectitudo ſola mente perceptibilis. Diſc. Nullo modo hoc dicẽtem falli uideo. Nempe nec plus nec minus continet iſta diffinitio ueritatis quã expediat: quoniam nomen rectitudinis diuidit eam ab omni re, quæ rectitudo non uocatur. Quod uero, ſola mẽte percipi dicitur, ſeparat eam à rectitudine uiſibili. Sed quoniam docuiſti me oẽm ueritatem eſſe rectitudinẽ, & rectitudo idẽ uidetur mihi eſſe, quod iuſtitia.

De iuſtitia & eius diffinitione. Cap. 13.

Iuſtitia quoq; doce me, quid eſſe intelligam. Videtur nanque, quia omne quod rectum eſt eſſe, iuſtum etiam eſt eſſe: & conuerſim, quia quod iuſtũ eſt eſſe, rectum eſt eſſe. Iuſtum enim & rectum uidetur, ignem calidum eſſe: & unumquenque hominem, diligentem ſe diligere. Nam ſi quicquid debet eſſe, recte & iuſte eſt: nec aliquid recte & iuſte eſt, niſi quod debet eſſe: ſicut puto, non poteſt aliud eſſe iuſtitia, quàm rectitudo. In ſumma nanque & ſimplici natura, quamuis non ideo ſit recta & iuſta, quia debeat aliquid dubium: tamen non eſt idem, eſſe rectitudinem, et iuſtitiam M. Habes igitur diffinitionẽ iuſtitiæ; ſi iuſtitia non eſt aliud quàm

rectitudo. Et quoniam de rectitudine ſola mente perceptibili loquimur, inuicem ſeſe diffiniunt ueritas. & rectitudo, & iuſtitia: ut qui unam earum nouerit, & alias neſcierit: per notam ad ignotarum ſciētiam pertingere poſſit: immo qui nouerit unam, alias neſcire non poſſit. D. Quid ergo? An dicemus lapidem iuſtum, cum à ſuperioribus inferiora petit: quia hoc facit quod debet: quemadmodum dicimus hominē iuſtum, qui quod debet facit? Ma. Nō ſolemus huiuſmodi à iuſtitia iuſtū dicere. Diſ. Cur ergo magis homo quàm lapis iuſtus eſt, ſi uterque iuſte facit? Mag. Tuipſe an non putas facere hominis, à facere lapidis aliquo modo differre? D. ſ. Scio quia homo ſponte, lapis naturaliter & non ſponte facit. Mag. Idcirco lapis non dicitur iuſtus: quia non eſt iuſtus, qui facit quod debet, ſi nō uult quod facit. D. Dicemus ergo iuſtum eſſe equum, cum uult paſcere: quia uolēs facit quod debet? M. Non dixi iuſtum eſſe eum, qui facit uolens quod debet: ſed dixi nō eſſe iuſtū, qui non facit uolens quod debet. Diſ. Dic ergo, quid ſit iuſtus. Ma. Quæris, ut uideo, diffinitionē iuſtitiæ, cui laus debetur: ſicut cōtrario eius ſcilicet iniuſtitiæ debetur uituperatio. D. Illam quæro. Mag. Conſtat, quia illa iuſtitia non eſt in ulla natura, quæ rectitudinē non agnoſcit. Quicquid enim nō uult rectitudinem, etiam ſi eam tenet, non meretur laudem: quia tenet rectitudinem: uelle autem illam non ualet, qui neſcit eam. Diſ. Verum eſt. Mag. Rectitudo igitur, quæ tenenti ſe laudem acquirit, non eſt niſi in rationali natura: quæ ſola rectitudinem, de qua loquimur, percipit. Diſ. Ita ſequitur. M. Ergo quoniam omnis iuſtitia eſt rectitudo: nullatenus eſt iuſtitia, quæ ſeruantem ſe facit laudabilem, niſi in rationalibus. D. Non poteſt aliter eſſe. M. Vbi igitur tibi uidetur iſta iuſtitia in homine, qui rationalis eſt? D. Non eſt niſi, aut in uoluntate, aut in ſcientia, aut in opere. M. Quid ſiquis recte intelligit, aut recte operatur, non autem recte uelit: laudabit eum quiſquā de iuſtitia? Diſ. Non. M. Ergo non eſt iſta iuſtitia, ſcientiæ rectitudo, aut rectitudo actionis: ſed rectitudo uoluntatis. Diſc. Aut hoc erit, aut nihil. M. Videtur tibi ſufficiēter eſſe diffinita iuſtitia, quam quærimus? D. Tu uide. M. Quicunq; uult quod debet: putas eum recte uelle, & habere rectitudinem uoluntatis? D. Si quis neſciens uult quod debet: ut cum uult oſtium claudere contra illum qui ipſo neſciente uult in domo alium occidere: ſiue iſte habeat, ſiue non habeat aliquā uolūtatis rectitudinem, non habet illā quā quærimus. M. Quid dicis de illo, qui ſcir ſe debere uelle qđ uult? D. Poteſt contingere, ut intelligens uelit quod debet, & nolit ſe debere. Nam cum latro cogitur ablatam reddere pecuniam: palàm eſt, quia nō uult ſe debere: quoniam igitur cogitur uelle reddere, q̃a debet: ſed hic nullatenus laudandus eſt hac rectitudine. M. Qui cibar eſurientem pauperem propter inanē gloriam: uult ſe debere uelle quod uult. Idcirco nanque laudat̄, quia uult facere quod debet: quid itaq; de iſto tu dicas? D. Non eſt huius rectitudo laudanda: & ideo non ſufficit ad iuſtitiā, quam quærimus. Sed oſtende iam quæ ſufficiant. Ma. Omnis uoluntas ſicut uult aliquid: ita uult propter aliquid. Nam quemadmodum conſiderādum eſt, quid uelit: ita uidendum eſt, cur uelit. Quippe non magis recta debet eſſe uolendo quod debet: q̃ uolendo propter quod debet. Quapropter omnis uoluntas habet quid, & cur. Omnino nanque nihil uolumus, niſi ſit cur uelimus. D. Omnes hoc in nobis cognoſcimus. M. Cur autē tibi uidetur unicuiq; uolēdum quod uult, ut laudabilem habeat uolūtatem. Quid enim uolendū ſit, palàm eſt: quia qui non uult quod debet, iuſtus non eſt. D. Nec mi-

nus apertum mihi uidetur: quia ſicut uolendum eſt unicuiq; quod debet: ita uolendum eſt, ideo quia debet, ut iuſta ſit eius uolūtas. M. Bene intelligis hæc duo neceſſaria eſſe uoluntati ad iuſtitiam uelle, ſcilicet quod debet, ac ideo quia debet. Sed dic, an ſufficiāt? D. Cur non? Cum aliquis uult quod debet, ꝗa cogitur: & ideo cogitur, quia hoc uelle debet: non'ne hic quodammodo uult, quod debet quoniam debet? Diſ. Non poſſum negare: Sed alio modo uult iſte, alio modo uult iuſtus. M. Diſtingue iſtos modos. D. Iuſtus nanque cū uult quod debet, ſeruat uoluntatis rectitudinem: nō propter aliud inquam iuſtus eſt, quàm propter ipſam rectitudinem. Qui autem nō niſi coactus, aut extranea mercede conductus, uult qđ debet: ſi ſeruare dicendus eſt rectitudinem, nō eam ſeruat propter ipſam, ſed propter aliud. M. Voluntas ergo iuſta eſt, quæ ſui rectitudinē ſeruat propter ipſam rectitudinē. D. Aut iſta, aut nulla uoluntas iuſta eſt. M. Iuſtitia igitur eſt rectitudo uoluntatis propter ſe ſeruata. D. Vere hæc eſt iuſtitię diffinitio, quā quærebam. M. Vide tamen, ne forte aliquid in ea debeat corrigi. D. Ego nihil in ea corrigendum uideo. M. Nec ego. Nulla nanque iuſtitia eſt, quæ nō eſt rectitudo: nec alia quā rectitudo uoluntatis, iuſtitia dicitur per ſe. Dicitur enim rectitudo actiōis, iuſtitia: ſed nō niſi cum iuſta uolūtate fit actio. Rectitudo aūt uolūtatis, etiam ſi impoſſibile ſit fieri quod recte uolumus; tamen nequaquā amittit nomen iuſtitiæ. Qđ aūt, ſeruata dicitur, forte dicet aliquis: ſi rectitudo uoluntatis non niſi cū ſeruatur, dicenda eſt iuſtitia: non mox ut habetur, eſt iuſtitia: ſed nec accipimus iuſtitiā, cū illam accipimus: ſed nos ſeruando facimus eam iuſtitiam eſſe. Nā prius accepimus illam et habemus, ꝙ̄ ſeruemus. Non enim ideo illam accipimus, nec idcirco illam primitus habemus, ꝗa ſeruamus: ſed illā incipimus ideo ſeruare, quia accipimus & habemus. Sed ad hoc reſpōdere nos poſſumus: quia ſimul accipimus illā, et uelle, & habere. Nō enim illam habemus niſi uolēdo, & ſi eam uolumus hoc ipſo ſolo eam habemus. Sicut aūt illam ſimul habemus & uolumus, ita illam ſimul uolumus & ſeruamus: quoniā ſicut eam non ſeruamus, niſi cū illam uolumus, ſic non eſt qñ eam uelimus & non ſeruemus: ſed quandiu eam uolumus, ſeruamus, & donec ſeruamus, uolumus. Quoniā ergo eodem tpe cōtingit nobis illam, & uelle, & habere: nec diuerſo tpe in nobis ſunt & uelle, & ſeruare, eā ex neceſſitate ſimul accipimus & habere illam, et ſeruare, et ſic quādiu habemus, ſeruamus: nec ulla ex his generatur incōuenientia. Quippe ſicut eiuſdem rectitudinis acceptio, natura prius eſt ꝙ̄ habere, aut uelle illam: quoniam habere illā, aut uelle, nō eſt cauſa acceptiōis, ſed acceptio facit uelle illā & habere, Simul enim incipimus illā & accipere, & habere, & uelle: & tamē ſimul ſunt tēpore, acceptio, & habere, & uelle: & mox ut eſt accepta, eſt habita: & uolumus eam ita habere, ſeu uelle illam: quamuis natura prius ſint, ꝙ̄ ſeruare illam, ſimul tamē ſunt tempore. Quare à quo ſimul accipimus, et habere, & uelle, et ſeruare uoluntatis rectitudinē: ab illo accipimus iuſtitiam, & mox ut uolumus, & habemus eandem rectitudinē uolūtatis, iuſtitia dicenda eſt. Qđ uero addidimus, propter ſe: ita neceſſarium eſt, ut nullo modo eadem rectitudo, niſi propter ſe ſeruata, iuſtitia ſit. D. Nihil poſſum cogitare contra. M. Videt̄ tibi, ꝙ iſta diffinitio poſſit aptari ſummæ iuſtitiæ, ſecundum quod de re loqui poſſumus, de qua nihil, aut uix proprie aliquid, poteſt dici? D. Licet nō ſit ibi aliud uoluntas, aliud rectitudo: tamen ſicut dicimus, poteſtatem diuinitatis, aut diuinam poteſtatē, ſiue potentē diuinitatē: cū in diuinitate non ſit aliud poteſtas,

quàm diuinitas, ita non inconuenienter dicimus, ibi rectitudinem uoluntatis, aut uoluntariam rectitudinem, ſeu rectam uoluntatem. Si uero illam rectitudinem dicimus propter ſe ſeruari, de nulla alia rectitudine tam conuenienter dici poſſe uidetur. Sicut enim non aliud illam, ſed ipſa ſe ſeruat: nec per aliud, ſed per ſe: & ita non ꝓpter aliud, ſed propter ſe. M. Indubitanter itaque poſſumus dicere, quia iuſtitia eſt rectitudo uolũtatis, quæ rectitudo propter ſe ſeruatur. Et quoniã uerbi, quod hic dico (ſeruatur) nõ habemus participiũ paſſiuum præſentis temporis, pro pręſenti, poſſumus uti paſſiuo præterito participio eiuſdẽ uerbi. D. Hunc uſum habemus notiſſimũ, ut præteritis participŷs paſſiuis utamur pro præſentibus, quæ latinitas non habet, ſicut non habet, pręterita participia à uerbis actiuis & neutris, et pro pręteritis, quę nõ habet, utitur præſentibus: ut ſi dicatur de aliquo, hic quod ſtudens & legens didicit, non niſi coactus docet, id eſt, quod dum ſtuduit, & legit, didicit: & non niſi cum cogitur docet. M. Bene ergo diximus iuſtitiam, eſſe rectitudinem uoluntatis ſeruatam propter ſe, id eſt, quę ſeruatur propter ſe. Et hinc eſt, quod iuſti dicuntur aliquãdo recti corde, id eſt, recti uoluntate: aliquando recti ſine adiectione cordis: quoniã nullus alius itelligitur rectus, niſi ille qui rectam habet uoluntatem: ut eſt iſtud: Gloriamini oẽs recti corde. Et illud: Videbunt recti & lætabuntur. D. Satiſ feciſti etiam prius de diffinitione iuſtitię: tranſeamus ad alia.

Quòd una ſit ueritas in omnibus ueris.

Cap. 14. *Mag.*

Redeamus ad rectitudinem ſeu ueritatem, quibus duobus nominibus, (quoniã de rectitudine mẽte ſola percepibili loquimur) una res ſignificatur, quæ genus eſt iuſtitiæ: & quæramus, an ſit una ſola ueritas in omnib⁹ iſtis, in quibus ueritatem dicimus eſſe: an ita ſint ueritates plures, ſicut plura ſũt, in quibus conſtat eſſe ueritatem. D. Hoc multum noſſe deſidero. M. Conſtat: quia in quacunq; re ſit ueritas, nõ eſt aliud ꝙ rectitudo. D. Non hinc dubito. M. Si ergo plures ſunt ueritates ſecũdum plures res, plures quoq; ſint rectitudines. D. Hoc quoq; nõ minus certum eſt. M. Si ſecundum diuerſitates rerum, neceſſe eſt eſſe diuerſas rectitudines: utiq; ſecundum res ipſas habent eſſe ſuum eædem rectitudines, & ſicut res ipſæ in quibus ſunt uariãtur: ſic quoq; rectitudines uarias eſſe neceſſe eſt. D. In una re, in qua rectitudinem eſſe dicimus, oſtende quod in cæteris intelligam. M. Dico, quia ſi rectitudo ſignificationis, ideo eſt alia quàm uoluntatis rectitudo, quia iſta in uoluntate, illa in ſignificatione eſt habet ſuum eſſe rectitudo propter ſignificationem & ſecundum eam mutatur. D. Ita eſt. Cum enim ſignificatur eſſe, quod eſt: aut non eſſe, quod eſt, recta ſignificatio eſt, & conſtat eſſe rectitudinem, ſine qua ſignificatio recta nequit eſſe. Si uero ſignificetur eſſe quod non eſt, aut non eſſe quod eſt, aut ſi nihil omnino ſignificetur, nulla erit rectitudo ſignificationis, quę non niſi in ſignificatione eſt. Quapropter per ſignificationẽ habet eſſe, & per eam mutatur eius rectitudo quemadmodũ color per corpus habet eſſe & non eſſe. Exiſtẽte nanque corpore, colorem eius neceſſe eſt eſſe: & pereunte corpore, colorem eius manere impoſſibile eſt. M. Non ſimiliter ſe habet color ad corpus, ut rectitudo ad ſimilitudinem ſignificationum. D. Oſtende diſſimilitudinem. M. Si nullus aliquo ſignificare uelit ſigno quod ſignificandum eſt: erit ulla per ſigna ſignificatio? D. Nulla. M. An ideo non erit rectum, ut ſignificetur quod ſignificari debet? D. Non idcirco minus erit rectum, aut minus hoc exiget rectitudo. M. Ergo non exiſtente ſignificatione, non perit rectitudo, qua rectum eſt: & qua

& qua exigitur, ut quod ſignificãdum eſt, ſignificetur. D. Si interijſſet, nõ eſſet rectum hoc: nec ipſa hoc exigeret. M. Putás ne cum ſignificatur, quod ſignificari debet, ſignificationem tunc rectã eſſe propter hanc, & ſecundum hanc ipſam rectitudinem? D. Immo non poſſum aliter cogitare. Si enim alia rectitudine recta eſſet ſignificatio, pereũte iſta nihil prohibet rectam eſſe ſignificationem. Sed nulla eſt recta ſignificatio, q̃ ſignificat quod non eſt rectum ſignificari, aut quod nõ exigit rectitudo. M. Nulla igitur ſignificatio eſt recta alia rectitudine, q̃ illa quæ permanet pereunte ſignificatione. D. Palàm eſt. M. An itaqꝫ non uides, quia non ideo eſt reſtitudo in ſignificatione, qa tunc incipit eſſe cũ ſignificatur eſſe quod eſt, uel non eſſe quod non eſt. Sed quia ſignificatio tunc fit ſecundum rectitudinem quæ ſemper eſt, nec ob hoc abeſt a ſignificatione, quia perit cum non ſicut debet aut cũ nulla ſit ſignificatio, ſed quoniam tunc ſignificátio deficit a nõ deficiente rectitudine. D. Sic uideo, ut non poſſim non uidere. M. Rectitudo ergo, qua ſignificatio recta dicitur, non habet eſſe & non eſſe, aut aliquem motum per ſignificationem quomodocunque moueatur ipſa ſignificatio. D. Mihi nihil iam clarius. M. Potes'ne probare colorem ſimiliter ſe habere ad corpus, quomodo rectitudo ſe habet ad ſignificationem? D. promptior nũc ſum probare, quia ualde diſſimiliter. M. Puto quia iam tibi notum eſt: quid de uoluntate, & eius rectitudine, & de alijs quę rectitudinem habere debent, ſentiendum ſit. D. Omnino uideo hac ipſa ratione probari, quoquomodo ipſa ſit, rectitudinem immobilem permanere. M. Quid ita conſequi exiſtimas de ipſis rectitudinibus: Sũt alię ab inuicem, aut eſt una & eadem omnium rectitudo? D. Supra cõceſſum eſt: quia ſi ideo ſunt plures rectitudines, quoniam plures ſunt res in quibus conſiderantur, neceſſe eſt eas exiſtere & uariari ſecundum res ipſas: quod nequaquam fieri demõſtratum eſt. Quapropter nõ ideo ſunt plures rectitudines, quia plures ſunt res in quibus ſunt. M. An habes aliquam aliam rationẽ, cur tibi plures eſſe uideantur, pręter ipſam rerum pluralitatem? D. Sicut iſtã nullam eſſe cognoſco: ita nullam aliã inueniri poſſe cõſidero. M. Vna igitur & eadem eſt omnium rectitudo. Diſc. Sic me fateri neceſſe eſt. M. Amplius, ſi rectitudo non eſt in rebus illis: quæ debent rectitudinem, niſi cum ſint ſecundum quod debent, & hoc ſolum eſt illis rectas eſſe: manifeſtum eſt earũ omnium unam ſolam eſſe rectitudinem. D. Non poteſt negari. Ma. Vna igitur in omnibus illis eſt ueritas. D. Et hoc negari impoſſibile eſt: Sed tamen oſtẽde mihi, cur dicimus huius uel illius rei ueritatem, uelut ad diſtinguendas ueritatis differentias: ſi nullam ab ipſis rebus aſſumunt diuerſitatẽ. Multi nanque uix concedent nullam eſſe differentiam inter ueritatem uolũtatis, & eam quæ dicitur actionis, aut alicuius aliorum. M. Improprie hui⁹ uel illius rei eſſe dicitur: quoniam illa non in ipſis rebus. aut ex ipſis: aut per ipſas in quibus eſſe dicitur, habet ſuũ eſſe: Sed cum res ipſæ ſecũdum illam ſunt, quæ ſemper præſtò eſt his quæ ſunt ſicut debent, tũc dicitur huius uel illius rei ueritas: ut ueritas uocis, actionis, uoluntatis: quemadmodum dicitur tempus huius uel illius rei, cum unum & idem ſit tempus omnium, quæ ſunt in eodem tempore ſimul, & ſi non eſſet hæc, uel illa res, non minus eſſet idem tempus. Non enim dicitur ideo tempus huius uel illius rei, quia tempus eſt in ipſis rebus: ſed quia ipſæ ſunt in tempore. Et ſicut tempus per ſe conſideratum, non dicitur tempus alicuius: ſed cum res, quæ in illo ſunt, conſideramus, dicimus tempus huius uel illius rei: ita ſumma ueritas per ſe ſubſiſtẽs nullius

rei eſt: ſed cũ aliquid ſecũduũ illam eſt, tunc eius dicitur ueritas uel rectitudo.

BEATI ANSELMI
Dialogus de libero arbitrio.

Quòd poteſtas peccandi non pertineat ad libertatem arbitrij.

Caput .Primum. Diſcipulus.

CVM liberum arbitriũ uideatur repugnare gratiæ, & prędeſtinationi, & pręſcientiæ dei: ipſa libertas arbitrij quid ſit noſſe deſidero, et utrum illam ſemper habeamus. Si enim libertas arbitrij eſt, poſſe peccare & nõ peccare, ſicut a quibuſdã ſolet dici: & hoc ſemper habemus, quomodo aliquãdo gratia indigemus? Si autẽ hoc non ſemper habemus, cur nobis imputatẽ peccatum, quando ſine libero arbitrio peccamus? M. Libertatem arbitrij non puto eſſe, potentiam peccandi & non peccandi. Quippe ſi hoc eius eſſet diffinitio: nec deus nec angelus, qui peccare nequeunt, liberum haberent arbitriũ, quod nefas eſt dicere. D. quid, ſi dicitur aliud eſſe libernm arbitriũ dei & angelorum bonorum, aliud noſtrum? Ma. Quamuis differat liberum arbitriũ hominum a libero dei arbitrio & angelorum bonorum: diffinitio tamen huius libertatis in utriſq; ſecundum hoc nomẽ, eadem debet eſſe: licet enim animal differat ab animali ſiue ſubſtantialiter ſiue accidentaliter, diffinitio tamẽ ſecundum nomen animalis omnibus animalibus eſt eadem. Quapropter talem oportet dare diffinitionem libertatis arbitrij, quę nec plus, nec minus illa contineat. Quoniam ergo liberum arbitrium diuinum & bonorum angelorum peccare non poteſt: non pertinet ad diffinitionem libertatis arbitrij, poſſe peccare. Denique nec libertas, nec pars libertatis eſt peccandi poteſtas. Quod ut planè intelligas, intende ad ea quæ dicam. D. Ad hoc hic ſum. Mag. Quę tibi uoluntas liberior uidetur, illa quę ſic uult & poteſt non peccare, ut nullatenus ualeat flecti à non peccandi rectitudine: an illa quę flecti aliquo modo poteſt ad peccandum? Diſc. Cur non ſit liberior illa, quæ ad utrũque ſe habet non uideo. M: An nõ uides, quoniam qui ſic habet quod decet, et quod expedit, ut hoc amittere nequeat, liberior eſt: quàm ille, qui ſic habet hoc ipſum, ut poſſit perdere: & ad hoc quod dedecet & non expedit ualeat adduci? D. Nulli dubium hoc eſſe puto. M. Hoc quoq; non minus indubitabile dices: quia peccare ſemper dedecens & noxium eſt. D. Nullus ſanæ mentis aliter ſentit. M. Liberior itaq; uoluntas eſt, quę a rectitudine non peccandi declinare nequit, ꝙ quæ illam poteſt deſerere. D. Nihil mihi rationabilius aſſeri poſſe uidetur. M. An putas, quod additum minuit, & ſeparatum auget libertatem, id aut libertatẽ eſſe, aut partem libertatis? D. Non hoc putare poſſum. M. Poteſtas ergo peccandi, quæ addita uoluntati minuit eius libertatem: & ſi deriuatur auget: nec libertas eſt, nec pars libertatis.

Quòd tantum homo & angelus peccauerunt per hanc poteſtatem & liberum arbitrium: & quã uis potuerunt ſeruire peccato, non tamen eis potuit dominari peccatum. Cap. II Diſcipulus.

Nihil conſequentius. M. Non pertinet ad libertatem arbitrij, quod ſic eſt extraneum a libertate. D. Rationibus tuis nullatenus contradicere queo. Sed nũ parum me mouet: quia & angelica & noſtra natura in principio habuit poteſtatem peccandi, quam ſi non habuiſſet nõ peccaſſet: quare ſi per hanc poteſtatem, quæ ſic aliena eſt a libero arbitrio peccauit utraque prędicta natura: quomodo dicemus eam peccaſſe per liberum arbitrium? Aut ſi per liberum arbitrium non peccauit, ex neceſſitate peccaſſe uidetur. Nempe aut ſpõte, aut ex neceſſitate: aut ſi ſponte pec-

cauit,quomodo niſi per liberum arbitrium? Quare ſi non per liberum arbitrium,utique ex neceſſitate peccaſſe uidetur. Eſt & aliud,quod in hac peccā- Ioan. 8 di poteſtate me mouet. Qui enim peccare poteſt, ſeruus poteſt eſſe peccati: quoniam qui facit peccatum, ſeruus ē peccati. Qui autem ſeruus poteſt eſſe peccati,huic poteſt dominari peccatū: Quomodo libera fuit illa natura, aut cuiuſmodi liberū arbitrium illud erat, cui peccatum dominari poterat? Ma. Et per poteſtatem peccandi & ſponte per liberum arbitrium & non ex neceſſitate,noſtra & angelica natura primitus peccauit, & ſeruire potuit peccato: & tamen nō illi peccatum dominari poterat, unde illa non libera, aut eius arbitrium non liberum dici poſſit. D. Opus habeo, ut quod dicis,aperias: quia clauſum eſt mihi. M. Per liberū arbitrium peccauit apoſtata angelus,ſiue primus homo: q̄a per ſuum arbitrium peccauit, quod ſic liberum erat,ut nulla alia re cogi poſſet ad peccandum, & ideo iuſte reprehenditur: quia hanc haberet arbitrij ſui libertatem,non aliqua re cogente,non aliqua neceſſitate: ſed ſponte peccauit. Peccauit aūt per arbitrium ſuum,quod erat liberum,ſed nō per hoc, unde liberum erat,id eſt,per poteſtatem qua poterat non peccare et peccato non ſeruire: ſed per poteſtatem,quam habuit, peccandi: qua nec ad nō peccandi libertatem iuuabatur,nec ad peccandi ſeruitutem cogebatur. Quod autem conſequi tibi uidetur: quia ſi potuit ſeruus eiſe peccati,potuit ei dominari peccatum: & ideo nec illum,nec eius arbitrium liberum fuiſſe. Non ita eſt. Etenim qui ſuæ poteſtatis eſt,ut non ſeruiat,nec alienę poteſtatis eſt,ut ſeruiat,quamuis poteſtate ſua ſeruire poſſit,quandiu non illa,quæ eſt ſeruiendi: ſed illa, quæ non eſt ſeruiendi,utitur poteſtate: nulla res poteſt illi dominari,ut ſeruiat. Nā etſi diues liber poſſit ſe facere ſeruum pauperis: quandiu hoc nō facit,nec ille nomen amittit libertatis, nec pauper illi proprie dicitur dominari: Aut ſi dicit, improprie dicitur,quia hoc nō in eius, ſed in alterius eſt poteſtate. Quamobrem nihil prohibet angelum & hominem ante peccatum liberos fuiſſe,aut liberum arbitrium habuiſſe.

Quomodo poſtquam ſe fecerunt ſeruos peccati, liberum habuerunt arbitrium. Cap. 3. Diſ.

Satisfeciſti mihi, q̄a nihil certe hoc prohibet ante peccatum. Sed poſtquā ſe fecerunt ſeruos peccati: quomodo liberum arbitrium ſeruare potuerunt? Mag. Licet peccato ſe ſubdidiſſent, libertatem arbitrij tamen naturalem in ſe interimere nequiuerunt: ſed facere potuerunt,ut iam non ſine alia gratia quàm erat illa,quam prius habuerūt, illa libertate uti non ualeant. Diſ. Credo: ſed intelligere deſidero. Mag. Conſideremus cuiuſmodi arbitrij libertatem habuerūt ante peccatum: quia certum eſt eos,liberum arbitrium habuiſſe. Diſ. Hoc expecto. Ma. Ad quid tibi uidentur habuiſſe illam libertatem arbitrij? An ad aſſequendum, quod uellent: an ad uolendum, quod deberent, & quod illis uelle expediret? D. Ad uolendum quod deberent,& quod expediret uelle. M. Ergo ad rectitudinē uoluntatis,habuerūt libertatem arbitrij. Quandiu nanque uoluerunt quod debuerunt: rectitudinem habuerunt uoluntatis. Diſ. Ita eſt. Mag. Dubium eſt adhuc cum dicitur,quia libertatem habuerunt ad rectitudinem uoluntatis: ſi non addatur aliud. Quęro igitur,quomodo habebāt illam libertatem ad rectitudinem uolūtatis: an ad capiendū eam ſine datore,cum illam nondū haberent: an ad accipiendum nondū habitam,ſi daretur,ut haberēt: an ad deſerendum quā acceperant: & per ſe reſumendum deſertam: an ad ſemper ſeruādum acceptam? Diſ. Ad capiendū rectitudinem ſine datore,non puto illos habuiſſe libertatem: quoniā nihil potue-

runt habere, quod non acceperant. Ad accipiendum uero a datore, quã nondum habebant, ut eam haberent, non eſt dicendum eos habuiſſe libertatem: quia non eſt credendum eos factos ſine recta uoluntate, quamuis non negandum ſit eos libertatẽ habuiſſe recipiendi eandem rectitudinem, ſi eam deſererent, & ab ipſo datore primo illis redderetur, quod in hominibus ſæpe uidemus, qui de iniuſtitia ad iuſtitiam ſuperna gratia reducuntur. M. unde eſt, quod dicis eos poſſe recipere perditã rectitudinem, ſi reddatur: ſed nos illã libertatem, quam haberunt antequam peccarent, quærimus: cum ſine dubio liberum habuerunt arbitrium, non illam qua nullus indigeret, ſi nunquam ueritatẽ deſeruiſſet. D. Proſequar itaq; & reſpondebo ad ea quę reſtãt de his, quæ interrogaſti. Ad deſerendum autẽ eandem rectitudinem, eos libertatem habuiſſe non eſt uerum: quia deſerere uoluntatis rectitudinem, eſt peccare: et poteſtatem peccandi, nec libertatẽ, nec partem eſſe libertatis ſupra monſtraſti. Ad reſumẽdum uero per ſe rectitudinem deſertam, libertatem non acceperunt: cum ad hoc rectitudo illa data ſit, ut nunquam deſeratur. Ipſa nanque poteſtas reſumendi deſertam, generaret negligentiam ſeruandi habitam.

Quapropter reſtat libertatem arbitrij datam eſſe rationali creaturę uel naturę, ad ſeruandam acceptam rectitudinem uoluntatis. M. Bene ad interrogata reſpõdiſti. Sed adhuc opus eſt ut cõſideremus, propter quid illam rectitudinem ſeruare debeat rationalis creatura: an propter ipſam rectitudinem, aut propter aliud? D. Si nõ illa libertas data eſſet illi naturæ, ut uoluntatis rectitudinem propter ipſam ſeruaret rectitudinem, nõ ualeret ad iuſtitiam: quoniam conſtat iuſtitiam eſſe rectitudinẽ uoluntatis propter ſe ſeruatam. ſed ad iuſtitiam prodeſſe arbitrij libertatem credimus. Quare indubitanter aſſerendum eſt, rationalem naturam nõ eam accepiſſe, niſi ad ſeruandam rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem. Ma. Quoniam omnis libertas eſt poteſtas: illa libertas arbitrij eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem. D. Nõ poteſt aliud eſſe. M. Iam itaq; clarum eſt, liberum arbitrium non eſſe aliud quàm arbitrium potens ſeruare rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem. D. Clarum itaque eſt. Sed quandiu ipſam rectitudinem habuit, ſeruare potuit quod debuit. Poſtquã autem illam deſeruit, quomodo poteſt ſeruare quod non habet? Abſente ergo rectitudine, quam ſeruare poſſit, non eſt liberum arbitriũ, quod eam ſeruare ualeat. Nõ enim ſaruare ualet, quod non habet. M. Etiam ſi abſit rectitudo uoluntatis, nõ tamen rationalis natura minus habet quod ſuum eſt. Nullã nanque poteſtatem habemus, ut puto, quæ ſola ſufficiat ſibi ad actum: & tamen cũ ea deſint, ſine quibus ad actum minime perducuntur noſtrę poteſtates, non minus eas, quantum in nobis eſt, habere dicimur. Sicut nullũ inſtrumentum ſolum ſibi ſufficit ad operandum: & tamen cum deſunt illa quæ, quibus inſtrumento uti nequimus, inſtrumentum nos cuiuslibet operis habere ſine falſitate fatemur. Quod, ut in multis aduertas, in uno tibi monſtrabo. Nullus uiſum habens dicitur, nullatenus uidere poſſe montem. D. Qui montẽ uidere non poteſt, profecto nullum habet uiſum. M. Habet ergo poteſtatem & inſtrumentum uidendi montem, qui uiſum habet: & tamẽ ſi mons abeſt, & dicis ei: uide montem, reſpondet tibi: Nõ poſſum, quia abeſt: ſi adeſſet, poſſem uidere. Item ſi mons adeſſet, & lux abeſſet: reſponderet ſe montem non poſſe uidere: quia non poſſet abſente luce, ſed ſi lux adeſſet, tũc poſſet. Rurſum ſi uiſum habenti lux & mons præſens eſſet, & aliquid uiſui obſtaret:

obſtaret uelut ſi aliqs illi oculos clau-
deret, diceret, ſe non poſſe uidere mon-
tem: ſed ſi nihil uiſui eius obſiſteret,
tunc ſine dubio montem uidendi pote
ſtatem haberet. D. Hoc totum omni-
bus notũ eſt. M. Vides ergo, quia pote
ſtas uidēdi aliquod corpus, alia eſt in
ui dente, alia in re uidenda, alia in me-
dio: Idem neque in uidẽte, neque in re
uidenda: & ea quę eſt in medio, alia eſt
in adiuuante, alia in non impediente,
id eſt, cum nihil quod impedire poſſit
impedit. D. Video planè. M. Quatuor
igitur iſtæ poteſtates ſunt, quarum ſi
quælibet una deſit, alię tres ſunt: nec
ſingulæ, nec omnes ſimul aliquid poſ-
ſunt efficere: nec tamē abſentibus alĳs
negamus, aut qui uiſum habet, habere
uiſum, aut inſtrumentum ſiue poteſta
tem uidendi: aut rem uiſibilem, poſſe
uideri, aut lucem, poſſe uiſum iuuare.

Quomodo poteſtatem habeant ſeruandi rectitudinem, quam non habent.

Cap. IIII. Mag.

Quarta autem poteſtas impropriè
dicitur: quod enim ſolet impedire ui-
ſum, non ob aliud dicitur dare poteſta
tem uidendi, cum non impedit niſi qa
non aufert. Poteſtas autem uidendi lu
cem, non niſi in tribus rebus eſt, quia
tũc eſt idem, & quod uidetur, & quod
adiuuat. Nam hoc eſt omnibus notũ.
D. Nulli itaque eſt ignotum. M. Si er-
go abſente re, quæ uideri poſſit, in tene
bris poſiti, & clauſos ſiue ligatos ocu
los habentes, quãtum ad nos pertinet,
uidendi quamlibet uiſibilem rem po-
teſtatem habemus, quid prohibet nos
habere poteſtatem ſeruãdi rectitudinē
uoluntatis propter ipſam rectitudinē,
etiam abſente ipſa rectitudine, quan-
diu & ratio in nobis eſt: qua eam uale
mus cognoſcere, & uoluntas qua illā
tenere poſſumus? Ex his enim conſtat
præfata libertas arbitrĳ. D. Satisfeciſti
intellectui meo, poteſtatem ſeruãdi re-
ctitudinem uoluntatis rationali natu-
ræ ſemper ineſſe, atq; hanc poteſtatē in
primi hominis & angelorum arbitrio
liberã fuiſſe, quibus inuitis rectitudo
uoluntatis non poterat auferri.

Quòd nulla tentatio cogat inuitum peccare. Cap. V.

Sed nunc quomodo eſt humanæ uo
luntatis arbitrium hac poteſtate libe-
rum, cum ſæpe rectam habens homo
uoluntatem, ipſam rectitudinem inui-
tus cogente tentatione deſerat? M. Ne-
mo illam deſerit, niſi uolendo. Si ergo
inuitus dicitur, uolens, nemo deſerit il-
lam inuitus: ligari enim homo poteſt,
& inuitus: quia nolens poteſt torque-
ri inuitus, qa nolens poteſt occidi: uel-
le autem non poteſt inuitus, quia non
poteſt uelle nolens uelle. nã omnis uo
lens, ipſum ſuum uelle uult. D. Quo-
modo dicitur inuitus mentiri, qui mē-
titur ne occidatur: cum hoc nō niſi no-
lens facit? Nam ſicut inuitus mentitur,
ſic inuitus uult mentiri: & qui inuitus
mentiri uult, nolens uult mentiri. Ma.
Ideo forſitan inuitus mentiri dicitur:
quia cum ſic uult ueritatem, ut mētia-
tur, niſi propter uitam: & uult menda
ciũ quia propter uitã: & nō uult mēda
cium propter mendacium ipſum, quo
niam uult ueritatem: & ideo uolēs &
nolens mentitur. Alia nanque uolun-
tas eſt, qua uolumus aliquid propter
ſe, ut cum uolumus ſalutē propter ſe:
& alia cum aliquid uolumus propter
aliud, ut cum uolumus abſinthium bi
bere propter ſalutem. Vnde poteſt for
ſitan dici, ſecundũ has diuerſas uolun
tates: quia inuitus, & non inuitus mē-
titur. Quapropter cum dicitur inuitus
mentiri: quia id non uult, inquantum
uult ueritatem, non repugnat illi ſentē
tiæ qua dico: neminem inuitũ deſerere
rectitudinem uolũtatis, quia mentien-
do uult eam deſerere propter uitam, ſe
cundũ quam uoluntatem non inuitus
eam deſerit, ſed uolens: de qua uolunta
te nũc loquimur, de illa nanque loqui
mur, qua uult mentiri propter uitam:
non de illa, qua non uult mendacium

propter ſe. Aut idcirco certe mentitur
inuitus: quia inuitus, aut occidiť, aut
mentitur: id eſt, inuitus eſt in hac angu
ſtia, ut ex neceſſitate horum unũ quod
libet fiat: quamuis enim neceſſe ſit illũ
aut occidi, aut mentiri: non tamen ne-
ceſſe eſt illũ occidi, quia poteſt nõ occi
di, ſi mentitur: nec neceſſe eſt illũ men-
tiri: quia põt non mẽtiri, ſed occiditur.
Neutrũ enim eſt determinate in neceſſi
tate: quia utrũlibet eſt in uoluntate uel
poteſtate. Itaque licet inuitus aut occi
datur aut mentiatur: non tamen ideo
ſequitur, ut inuitus mentiatur, aut ut
inuitus occidatur. Eſt et alia ratio, quã
frequens habet uſus, cur inuitus & no
lens & ex neceſſitate dicitur aliquis fa
cere, quod tamen uolẽs facit. Nam qđ
nõ niſi difficile facere ualemus, & ideo
nõ facimus: dicimus hoc nos facere nõ
poſſe. Et ex neceſſitate nos ſiue inuitos
deſerere quod ſine difficultate dimitte
re nequimus: & idcirco cum facimus
hoc nos inuitos & nolẽtes & ex neceſ
ſitate facere aſſerimus. Hoc igiť modo,
qui mentitur ne moriatur, mentiri, in-
uitus & nolens dicitur & ex neceſſita
te, quia mendaciũ uitare nõ ualet ſine
mortis difficultate. Sicut igiť qui mẽti
tur propter uitã improprie dicitur in-
uitus mentiri, qm̃ mentitur uolens, ita
non proprie diciť inuitur uelle mẽtiri,
quoniam hoc non niſi uolens uult. Nã
ſicut cũ mentitur uult ipſum mentiri,
ſic cũ uult mẽtiri, uult ipſum uelle. D.
Non poſſum negare, qđ dicis. M. Quo
modo itaq; nõ eſt libera uoluntas, quã
aliena poteſtas ſine ſuo aſſenſu ſubijce
re nõ põt? D. Nónne ſimili rõne poſſu-
mus dicere, uoluntatẽ equi eſſe liberã,
quia appetitui carnis nõ ſeruit niſi uo-
lens. M. Non eſt hoc ſimiliter: in equo
nanque non ipſa uoluntas ſe ſubijcit,
ſed naturaliter ſubiecta ſemper neceſſi
tate appetitui carnis ſeruit. In homine
uero, quandiu ipſa uoluntas recta eſt,
nec ſeruit, nec ſubiecta eſt cui non de-
bet, nec ab ipſa rectitudine ulla ui alie
na auertitur, niſi ipſa cui nõ debet, uo-
lens conſentiat, quẽ cõſenſum nõ natu
raliter, nec ex neceſſitate, ſicut equus,
ſed ex ſe aperte uidetur habere. D. Satiſ
feciſti huic obiectioni meæ de uolunta
te equi. Redi ubi eramus. M. An nega-
uimus omnem rem liberam eſſe ab ea
re, a qua cogi non uolens, uel prohibe
ri non poteſt? D. Nõ uideo, quomodo
negem. M. Dic etiam, quomodo ſupe-
rat recta uoluntas, & quomodo ſupe-
ratur? D. Velle ipſam rectitudinẽ perſe
ueranter, eſt illi uincere: uelle aũt quod
non debet, eſt illi uinci. M. Puto, quia
tentatio rectam uolũtatem nõ niſi uo
lentem, aut ipſa rectitudine prohibere,
aut ad id quod non debet, cogere põt:
ut illã uelit, & iſtud nolit. D. Nec hoc
ulla rõne falſum eſſe uideo. Ma. Quis
ergo poteſt uoluntatem dicere, nõ eſſe
liberam ad ſeruandam rectitudinem,
& liberam a tentatione & peccato: ſi
nulla tentatio poteſt illam niſi uolentẽ
auertere a rectitudinę ad peccatum, id
eſt, ad uolendum quod non debet. Cũ
ergo uincitur, non aliena uincitur pote
ſtate, ſed ſua. D. Hoc monſtrant ea, quę
dicta ſunt. M. Nónne uides ex his con
ſequi, qui nulla poteſtas poteſt uince
re rectam uoluntatem? Nam ſi poteſt,
habet poteſtatem uincendi, & ſua po-
teſtate uincitur: ſed hoc eſſe nõ poteſt,
quoniam uoluntas non niſi ſua uinciť
poteſtate. Quare nullatenus poteſt ten
tatio uincere rectam uolũtatem, & cũ
dicitur, improprie dicitur. Non enim
aliud intelligitur, quàm quia uolũtas
poteſt ſe ſubijcere tentationi: ſicut ecõ-
uerſo cum imbecillis dicitur poſſe uin
ci a forti, non ſua poteſtate dicitur, ſed
aliena quoniam nõ ſignificatur aliud,
niſi fortis habet poteſtatem uincendi
imbecillem.

Quomodo ſit noſtra uoluntas potens contra ten tationes, licet uideatur impotens. Cap 6. Diſ.

Quamuis ſic omnia impugnantia
uoluntati noſtrę ſubijcias, atq; nullam
tentationem illi dominari permittas,

ut in nullo poſſim obuiare aſſertionibus tuis:non tamen poſſum diſſimulare quādam impotentiam eſſe in eadem uoluntate,quam ferè omnes exprimimus:cum uiolentia tentationis ſuperamur.Quapropter niſi illam potētiam quam probas, & illam impotentiam quam ſentimus,facias conuenire: non poteſt animus meus in quietem huius quæſtionis peruenire.M.Iſtam impotentiam quam dicis uolūtatis, in quo putas eſſe?D.In eo,quia non poteſt p̄ſeuerarer rectitudini adhærere.M. Si per impotentiam non adhæret, aliena ui auertit̄ à rectitudine.D.Credo .Ma. Quæ eſt hæc uis?D.Vis tentationis. M.Hæc uis non auertit à rectitudine: ſi ipſa nō uult,quod ſuggerit tentatio. D.Ita eſt.Sed ipſa tentatio, ipſa ſua ui cogit eā uelle quod ſuggerit.M.Quomodo cogit eam uelle? An ita, ut poſſit eam quidem nolle ſed non ſine graui moleſtia : an ita, ut nullatenus poſſit nolle?D.Quamuis fateri me oporteat nos aliquando ſic premi tentationibus, ut ſine difficultate non ualeamus nolle,quod ſuggerunt: non tamē poſſum dicere, quòd ſic nos unquam opprimat, ut quod mouēt nullatenus nolle poſſimus.M.Neſcio, quomodo poſſit dici.Si enim uult homo mentiri, ut non ſuſtineat mortem, ut ſeruet uitam ad tempus:quis dicet impoſſibile uelle eum non mentiri,ut uitet æternā mortem,&ſine fine uiuat?Quapropter iam dubitare hanc impotentiam ſeruādi rectitudiuem nō debes, quam dicis in noſtra uoluntate eſſe: cum tentationibus conſentimus non eſſe ex impoſſibilitate,ſed ex difficultate. Frequenti nanque uſu dicimus,nos non poſſe aliquid:non,quia nobis eſt impoſſibile: ſed q̄a ſine difficultate non poſſumus. Hęc autem difficultas non permittit libertatem uoluntatis uinci.Impugnare nanque poteſt inuitam uolūtatem,expugnare nequit inuitā. Hoc itaq; modo,puto te poſſe uidere:quomodo conueniant potentia uoluntatis,quam ratio ueritatis aſſerit:& impotentia, quā humanitas noſtra ſentit. Sicut enim difficultas nequaquam uoluntatis interimit libertatem:ita illa impotentia, quam non ab aliud in uoluntate dicimus eſſe:niſi quia nō poteſt tenere ſuā rectitudinē ſine difficultate, nō aufert eidem uoluntati perſeuerādi in rectitudine poteſtatem.

Quomodo uoluntas fortior ſit,quā tentatio:etiam cum ab illa uincitur. Cap. 7. Diſ.

Sicut nequaquam ualeo,quod probas, negare ita nullatenus queo uolūtatem fortiorem eſſe tētationi,cum ab ea ſuperatur affirmare.Nam ſi uoluntas ſeruandi rectitudinem fortior eſſet quàm tentationis impetus: fortius illa uolendo,quæ tenet,reſiſteret:quàm illa inſiſteret.Nō enim aliunde ſcio, me magis uel minus fortiorem habere uoluntatem: niſi quia magis uel minus fortiter uolo.Quapropter cum minus fortiter uolo,quod debeo: quàm tentatio mihi ſuggerit,quod nō debeo; quomodo tentatio fortior non ſit uoluntate mea non uideo.M.Vt uideo, æquiuocatio uoluntatis te fallit.Diſ. Ipſam uellē æquiuocationem cognoſcere.M. Sicut uiſus æquiuoce dicitur,ita & uoluntas.Vocamus enim uiſum, inſtrumentum uidendi,id eſt,radium procedentem per oculos, quo ſentimus lucem,& ea quę ſunt in luce: & dicimus uiſum,iuſtrumenti ipſius opus,quando illo utimur,id eſt,uiſionem.Eodem modo dicitur uoluntas, ipſum inſtrumentū uolendi, quod eſt in anima, & quod cōuertimus ad uolēdum hoc uel illud: ſicut uiſum ad uidēdum diuerſa conuertimus,& dicit̄ uoluntas, uſus eius uoluntatis,q̄ eſt inſtrumentū uolendi:ſicut dicit̄ uiſus,uſus eius uiſus, qui eſt inſtrumentū uidendi. Sicut igit̄ uiſum,qui eſt inſtrumentū uidendi habemus etiam cū non uidemus:uiſus aūt,quod eſt opus eius,non eſt niſi cū uidemus:ita uolūtas,inſtrumentū ſci-

licet uolēdi,ſemper eſt in anima etiam cum non uult aliquid,uelut cum dormit:uolūtatem uero,quam dico uſum ſiue opus eiuſdem inſtrumenti,non habemus niſi quando uolumus aliquid. Illa utique uolūtas,quam dico inſtrumentum uolēdi,una & eadem ſemper eſt quicquid uelimus. Illa uero, quæ opus eſt,tam multiplex eſt quam multa & quā ſæpe uolumus: quemadmodum uiſus,quem etiam in tenebris uel clauſis oculis habemus, ſemper idem eſt quicquid uideamus. Viſus autē,id eſt,opus eius, qui & uiſio nominatur, tam numeroſus eſt quam numeroſa et quam numeroſe uidemus. D. Planè uideo,& amo hanc uolūtatis diſtinctionem:& iam mihi uideor uidère,quam ex eius ignorantia patiebar deceptionem: ſed tamē tu proſequere, quod incepiſti. M. Cum ergo uideas duas uoluntates eſſe,inſtrumentū uolendi, & opus eius:in qua harum duarū intelligis fortitudinem conſtare uolendi? D. In illa quæ eſt inſtrumentum uolendi. M Si ergo ſcias uirū ita fortē ut eo tenente taurum indomitum,taurus non poſſet ſe mouere:& uideas eundem uirum tenētem arietē,ut ipſe aries ſeſe de manibus eius excutiat,putabis'ne illū minus fortem in tenendo arietem, quā in tenendo taurum? D. Illum quidem non diſſimiliter fortem in utroq; opere iudicabo,ſed eū ſua fortitudine non æqualiter uti fatebor:fortius enim operatur in tauro,quàm in ariete. Sed ille fortis eſt,qui fortitudinem habet:actio uero ei⁹ fortis dicitur,quia fortiter fit. M.Sic intellige uoluntatem, quā uoco inſtrumentum uolendi,inſeparabilem fortitudinē habere:qua aliquando magis,aliquando minus utitur in uolendo. Vnde qđ fortius uult, nullatenus deſerit ablato eo quod minus fortiter uult:& cū offertur fortius quod uult, ſtatim dimittit quod non pariter uult: & tunc uoluntas,quam dicere poſſumus actionem inſtrumenti huius,agit opus ſuum cum aliquid uult. Tūc inquam uolūtas,actio magis uel minus fortis dicitur:quoniam magis uel minus fortiter fit. D. Aperta iam mihi eſſe quę explicas neceſſe eſt ut fatear. M. Vides igitur,quia cum homo habitam rectitudinē uoluntatis aliqua ingruente deſerit tētatione,nulla ui aliena abſtrahitur:ſed ipſe conuertit ſe ad id qđ fortius uult.

Quòd nec deus poteſt auferre uoluntati rectitudinem. Cap. 8. Diſ.

Nunquid uel deus poteſt illi auferre rectitudinem? M. Vide quomodo non poſſit. Totam quidem ſubſtantiā, quā de nihilo fecit, poteſt redigere in nihilum. A uoluntate uero habentē rectitudinem,non ualet illam ſeparare. D. Huius tuæ mihi inauditæ aſſertionis multum à te rationem expecto. M. Nos loquimur de illa uoluntatis rectitudine, qua iuſta dicitur uoluntas,id eſt, quæ propter ſe ſeruatur. Nulla autem eſt iuſta uoluntas,niſi quæ uult,quod deus uult eam uelle. D. Sic oportet fateri, ꝙ hoc nō uult planè iniuſta eſt. M. Seruare itaq; rectitudinē uoluntatis propter ipſam rectitudinē,eſt unicuiq; ſeruanti eam uelle,quod deus uult illū uelle. Si itaq; deus ſeparat hanc rectitudinē ab alicuius uoluntate,aut uolens facit hoc,aut nolens? D. Nolens non poteſt. M. Si itaque aufert alicuius uoluntati præfatam rectitudinem,uult quod facit. D. Abſque dubio uult. Ma. Vtique ſi ab alicuius uoluntate uult ſeparare eandem rectitudinem,nō uult eum rectitudinem ſeruare uolūtatis propter ipſam rectitudinem. Diſ. Sic ſequitur. Mag. Sed iam poſitum eſt, ſeruare hoc modo rectitudinē uoluntatis eſſe omni ſeruanti uelle,quod deus uult illum uelle. D. Si poſitum non eſſet, ita tamē eſſet. Ma. Ergo ſi deus hanc rectitudinem tollit ab aliquo,nō uult eū uelle, quod uult eum uelle. Diſ. Nihil conſequentius,& nihil impoſſibilius. Mag. Igitur nihil magis impoſſibile,quàm

deum

deum rectitudinem uolũtatis auferre. Quod tamen facere dicitur, quãdo nõ facit ut eadem rectitudo nõ deſeratur. Porrò diabolus uel tentatio, ideo dicitũ hoc facere ſine uoluntate ipſam uincere, & a rectitudine quam tenet abſtrahere: quoniam non permitteret ei aliquid, aut minaretur auferre, quod magis quàm ipſam rectitudinẽ uult: nullatenus ipſa ſe ab illa quam aliquatenus uult poſſe auertere. D. Sic planum uidetur mihi quod dicis, ut nihil contradici poſſe exiſtimem.

Quòd nihil liberius ſit recta uoluntate.

Cap. 9. Mag.

Cernis itaq; nihil liberius recta uoluntate, cui nulla uis aliena poteſt ſuã auferre rectitudinẽ. Nempe ſi dicimus: quia cum uult mẽtiri, ne perdat uitam aut ſalutẽ, cogitur deſerere timore mortis aut tormenti ueritatem: non eſt uerum. Non enim cogitur magis uelle uitam, quàm ueritatem: ſed quoniam ui aliena prohibetur utrunque ſeruare ſimul, ipſa eligit quod mauult: ſponte utique & nõ inuita. quamuis in neceſſitate utramlibet deſerendi poſita ſit non ſponte, ſed inuita. Nõ enim minus fortis eſt ad uolendum ueritatem, quàm ad uolendum ſalutem: ſed fortius uult ſalutem. Nam ſi præſentem uideret gloriam æternam, quam ſtatim poſt ſeruatam ueritatem aſſequeretur, & inferni tormenta, quibus poſt mẽdacium ſine mora deputaretur, proculdubio mox uirium ſufficientiam ad ſeruandã ueritatem habere cerneret. Diſ. Aperte hoc uidetur eũ maiores uires exhibere ad uolẽdum ſalutem æternam propter ſe, & ueritatem propter præmium: quàm ad ſalutem temporalem ſeruandam.

Quomodo peccans ſit ſeruus peccati, & quòd maius miraculum ſit, cum deus reddit rectitudinem illam deſerenti, quàm cum mortuo reddit uitam,

Cap. 10. Mag.

Semper itaq; habet rationalis homo liberum arbitrium: quia ſemper habet poteſtatem ſeruandi rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem, quamuis aliquando cum difficultate. Sed cum libera uoluntas deſerit rectitudinem per difficultatẽ ſeruandi: utique poſt ſeruit peccato per impoſſibilitatem per ſe recuperãdi. Sic ergo fit ſpiritus uadens & nõ rediens: quoniam,
Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Pſa 70
Quippe ſicut nulla uoluntas, antequã Ioan. 8
haberet rectitudinem, potuit eam deo non dante capere: ita dum deſerit acceptam, non poteſt eam, niſi deo reddẽte recipere. Et maius miraculũ exiſtimo, cum deus uolũtati deſertam reddit rectitudinem: quàm cum mortuo reddit uitam amiſſam. Corpus enim neceſſitate moriendo nõ peccat, ut uitã nunquam recipiat: uoluntas uero per ſe rectitudinem deſerendo, meretur ut illa ſemper indigeat. Et ſiquis ſponte ſibi mortem infert, non aufert ſibi aliquid, quod nũquam erat amiſſurus. Qui uero uolũtatis rectitudinem deſerit, hoc abijcit, quod ex debito erat ſeruaturus. D. Valde uerum eſt quod dicis de ſeruitute. Quia ſeruus fit peccati, qui facit Ioan. 8
peccatum, & de impoſſibilitate recuperãdi deſertam rectitudinem, niſi ab eo a quo prius data ea reddatur, et ut illã ſemper teneant indeſinenter conſiderãdum eſt omnibus quibus datur.

Quòd iſta ſeruitus non auferat libertatem arbitrij. Cap. 11.

Sed hac ſentẽtia multum repreſſiſti exultationem meam, qua iam putabã eſſe ſecurum hominem ſemper habentem libertatem arbitrij. Quare ipſam ſeruitutem exponi mihi poſtulo: ne forte libertati præfatæ repugnare uideatur. Vtraque enim ſcilicet, hæc libertas, & ſeruitus eſt in uolũtate: ſecundũ quãlibet aut liber, aut ſeruus eſt homo. Si ergo ſeruus, quomodo liber eſt? Aut ſi liber, quomodo ſeruus? M. Si bene diſcernas: quando nõ habet præfatam rectitudinem ſine repugnãtia, & ſeruus eſt, & liber. Nũquam enim eſt eius poteſtatis rectitudinem capere, cum non

habet: ſed ſemper eſt eius poteſtatis ſeruare, cum habet. Per hoc, quia redire non poteſt a peccato, ſeruus eſt: per hoc, quia abſtrahi non poteſt a rectitudine, liber eſt. Sed a peccato & eius ſeruitute, non niſi per alium poteſt reuerti. A rectitudine uero, nõ niſi per ſe poteſt auerti: & a libertate ſua nec per ſe, nec per alium poteſt priuari. Semper enim naturaliter liber eſt ad ſeruandã rectitudinẽ, ſi eam habet: etiam quando, quam ſeruat, non habet. Diſ. Sufficit mihi hoc huius libertatis & ſeruitutis, ut in eodem homine poſſint eſſe ſimul facta concordia.

Cur cum homo non habet rectitudinem magis dicitur liber: quia non poteſt ei auferri, cum habet: quàm cum eam habet ſeruus, quia cum non habet, per ſe, non poteſt recuperare eam. Cap. 12.

Sed multũ noſſe deſidero, cur quando non habet rectitudinem, magis dicitur liber: quia non poteſt ei ab alio auferri cum habet: quam cum rectitudinem habet ſeruus, quoniam eam nõ poteſt recuperare per ſe, cum non habet. Per hoc enim, quia redire non poteſt a peccato ſeruus eſt. Per hoc, quòd abſtrahi non poteſt a rectitudine, liber eſt. Et ſicut nunquam abſtrahi poteſt, ſi habet: ita nunquam poteſt redire, ſi non habet. Quapropter ſicut ſemper habet illam libertatem: ita ſemper habere uidetur illam ſeruitutem. Magiſt. Ita ſeruitus non eſt niſi impotentia. Siue enim dicamus eam impotentiam eſſe redeundi ad rectitudinem, ſiue impotentiam recuperandi, aut iterum habendi rectitudinem: nõ ob aliud eſt homo ſeruus peccati niſi per hoc, quia nequit redire ad rectitudinem, aut recuperare, aut habere illam, qua poteſt homo non peccare. Cum autem habet eandem rectitudinem, non habet impotentiam non peccandi. Quare quando habet rectitudinem illam, non eſt ſeruus peccati. Poteſtatem autem ſeruandi rectitudinem ſemper habet, & cum rectitudinem habet, & cum non habet, & ideo ſemper eſt liber. Quòd autem quæris, cur quando non habet rectitudinem magis dicitur liber: idcirco quoniam ab alio non ei poteſt auferri, quando habet: quoniam ſeruus, tunc cum habet rectitudinẽ, ideo quia non poteſt eam recuperare per ſe quando non habet: tale eſt ac ſi quæras, cur homo cum ſol adeſt, magis dicitur habere poteſtatem uidendi ſolem, propter hoc, quia intueri illum poteſt cũ adeſt: quoniam dicitur cum ſol abeſt, habere impotentiã uidendi ſolem, quoniam quando abeſt non poteſt eum facere ſibi præſentẽ. Sicut enim & quando ſol abeſt habemus in nobis uiſum, quo illum uidemus, cum abeſt: ſic etiã quando uolũtatis rectitudo nobis deeſt, habemus tantum in nobis aptitudinem intelligendi & uolẽdi, qua eam poſſumus ſeruare propter ſe, cum eam habemus. Et ſicut quando nobis nihil deeſt ad uidendum ſolem, niſi præſentia eius: tunc ſolummodo non habemus illam poteſtatem, quam nobis facit eius præſentia, ſic tantũmodo quãdo nobis illa rectitudo deeſt, tunc habemus illam impotentiam, quam facit nobis eius abſentia. Semper igitur homo habet arbitrij libertatem, ſed non ſemper ſeruus eſt peccati: ſed quando non habet rectam uoluntatem. Diſci. Si intente cogitaſſem, quæ ſupradicta ſunt, quando uidendi poteſtatem in quatuor poteſtates diſtribuiſti, non hæc dubitaſſem: quare fateor culpam huius dubitationis meę. Mag. Parcam tibi, tamen nunc, ſed deinceps ea quæ dicimus ſic ſint præſentia, cum opus erit huiuſmodi: ut ea nobis neceſſe nõ ſit reperere. Diſci. Gratam habeo tuam indulgentiam. Sed ne mireris, ſi ea quę non conſueui, non ſunt mihi propter unam auditionẽ ſemper omnia ad intuendum in corde præſentia.

Quòd poteſtas ſeruandi rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem, ſit perfecta diffinitio liberi arbitrij Cap. 13. Mag.

Dic adhuc, ſiquid in diffinitione libertatis arbitrij, quam fecimus dubitas. Diſci. Vnum eſt, quod adhuc me aliquantulum in ea ſolicitat. Nam ſæpe habemus poteſtatem ſeruandi aliquid, quæ tamen libera non eſt, ut aliena ui impediri nõ poſſit. Quamobrem cum dicis, quia libertas arbitrij eſt poteſtas ſeruandi rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem, uide ne forte addendum ſit, quod illam poteſtatem tam liberam deſignet eſſe, ut nulla ui ſuperari poſſit. Mag. Si poteſtas ſeruandi rectitudinem uoluntatis propter ipſam rectitudinem, aliquando inueniri poſſet abſque illa, quam perſpeximus, libertate: expediret, ut quod dicis, adderetur: Sed cum dicta diffinitio ſic perfecta ſit ex genere & differentijs: ut nec minus aliquid claudat, nec plus quàm illa, quam quærimus libertas: nihil illi addendum, aut demendum intelligi poteſt. Eſt enim, poteſtas, libertatis genus. Quod autẽ additum eſt, ſeruandi, ſeparat eam ab omni poteſtate, quæ non eſt ſeruandi: ſicut eſt poteſtas ridendi, aut ambulãdi. Addendo uero, rectitudinem, decernimus eam à poteſtate ſeruandi aurũ, & quicquid non eſt rectitudo. Per additamentum, uoluntatis, ſegregatur à poteſtate ſeruandi rectitudinem aliarum rerum, ut uirgæ, aut opinionis. Per hoc autem quod dictum eſt, propter rectitudinẽ ipſam, diuiditur à poteſtate ſeruandi rectitudinem uoluntatis propter aliud, ut cum ſeruatur propter pecuniam, aut naturaliter. Seruat enim naturaliter canis rectitudinẽ uoluntatis, cum amat catulos ſuos, aut dominum ſuum ſibi bene facientem. Quoniam igitur nihil eſt in hac diffinitione, quod non ſit neceſſarium ad cõcludendã libertatem arbitrij rationalis uoluntatis, & ad alia excludenda, & ſufficienter illa includitur, & alia excludũtur, nec abundans utique, nec indigens eſt hæc noſtra diffinitio. Itáne tibi uidetur? Diſcipul. Mihi utique perfecta uidetur. Mag. Dic quoque, ſi quid uis amplius de libertate hac, propter quam imputatur illam habenti, ſiue faciat bonum, ſiue malũ. De hac enim ſola nunc noſter eſt ſermo.

Diuiſio huius libertatis. Cap. 14 *Diſ.*

Reſtat nunc, ut diuidas eandem libertatem. Quamuis enim ſecundum hanc diffinitionem communis ſit omni rationali creaturæ uel naturæ, multum tamen differt illa quæ dei eſt, ab illis quæ rationalis naturæ ſunt, & illę ab inuicem. Magiſt. Libertas arbitrij alia eſt à ſe, quæ nec facta eſt, nec ab alio accepta, quæ eſt ſolius dei: alia à deo facta, & accepta, quæ eſt angelorum. Facta autem ſiue accepta, alia ẽſt habẽs rectitudinem, quam ſeruet, alia carens. Habẽs, alia tenet ſeparabiliter, alia inſeparabiliter. Illa quidem, quæ ſeparabiliter tenet, fuit angelorum omnium antequam boni confirmarentur & mali caderent: & eſt omnium hominum ante mortem, qui habent rectitudinem eandem. Quæ uero tenet inſeparabiliter, eſt electorũ angelorum & hominum. Sed angelorum electorum, poſt reproborum ruinam. & hominũ, poſt mortem ſuam. Illa autem quæ caret rectitudine: alia caret recuperabiliter, alia irrecuperabiliter. Quæ recuperabiliter caret, eſt tantum in hac uita omnium hominum carẽtium: quamuis illam multi non recuperent. Quæ autem irrecuperabiliter caret, eſt reproborum hominum & angelorum, ſcilicet angelorum, poſt ruinam: & hominum, poſt hanc uitam. Diſ. De diffinitione & diuiſione libertatis huius, deo annuẽte, mihi ſatisfeſti: ut nihil queam inuenire, quod neceſſe habeam de illis interrogare.

BEATI ANSELMI

Dialogus de caſu diaboli.

Quòd etiã ad angelos dicatur: Quid habes, quod non accepiſti? & à deo non ſit niſi bonum, & eſſe, & omne bonum ſit eſſentia, & omnis eſſentia bonum.

Caput Primum. Diſ.

1.C.4 ILLVD Apoſtoli: Quid habes, quod nõ accepiſti: dicitur hominibus tãtum, an & angelis? Mag. Nulla creatura habet aliquid à ſe. Quod enim ſeipſum à ſe nõ habet: quomodo habet à ſe aliquid? Deniq; ſi non eſt aliquid niſi unus qui fecit: & quæ facta ſunt, ſunt ab uno: clarũ eſt, quia nullatenus poteſt haberi aliquid, niſi qui fecit, aut quod fecit. Diſ. Vere clarum. Ma. Sed neq; ipſe factor, neq; quod factum eſt, poteſt haberi niſi ab ipſo factore. D. Nec hoc minus clarũ. M. Ille igitur ſolus à ſe habet, quicqd habet: & omnia alia, nõ niſi ab illo habent aliquid: & ſicut à ſe nõ, niſi nihil, habent: ita ab illo non niſi aliquid, habent. D. Non planè uideo quod ais, qđ à deo non habent alia, niſi aliquid: Nã quis fecit alius, ut multa quę uidemus trãſire de eſſe ad non eſſe, nõ ſint quod erant etiamſi omnino in nihilum non tranſeant? Aut quis facit non eſſe quicquid non eſt: niſi ille qui facit eſſe omne quod eſt? Item ſi nõ eſt aliquid, niſi ideo qa deus fecit: neceſſe eſt, ut quod non eſt, idcirco non ſit: quia ipſe nõ facit. Sicut ergo illa quæ ſunt, ab illo habent eſſe aliquid: Ita quæ non ſunt, uel quæ de eſſe tranſeunt ad non eſſe, uidentur ab eodem ipſo habere nihil. M. Non ſolum ille dicitur facere aliquid eſſe, aut nõ eſſe aliquid, qui facit ut ſit quod non eſt, aut non ſit quod eſt: ſed etiam ille qui poteſt facere aliquid, ut non ſit, & non facit: dicitur facere eſſe non eſſe. Quippe non ille tantum dicitur facere aliquem nudum eſſe, aut nõ eſſe indutum qui eum deſpoliat: ſed & qui ſpoliantem, cum prohibere poſſit, non prohibet: ſed ille dicitur proprie facere, iſte improprie. Cum enim iſte dicitur, quia facit eſſe nudum, aut non eſſe indutum: nõ aliud intelligitur, niſi quia cum poſſet non fecit ut non eſſet nudus, aut maneret indutus. Hoc modo Deus dicitur multa facere, quæ nõ facit: ut cum dicitur inducere in tentationem, quoniam non defendit à tentatione cum poſſit: & facere non eſſe qđ non eſt, quoniam cum poſſit, nõ facit eſſe. At ſi conſideres ea quæ ſunt, cum tranſeunt ad non eſſe, non ipſe facit ea non eſſe. Quoniam nanque non ſolum non eſt aliqua alia eſſentia niſi illo faciente: ſed nec aliquatenus manere põt quæ facta eſt, niſi eodem ipſo faciente ut maneat. Cum ipſe deſinit ſeruare quod fecit, non ideo id quod erat redit in non eſſe, quia ipſe facit non eſſe: ſed quia ceſſat facere eſſe. Nam & cũ quaſi iratus deſtruẽdo aliquid aufert eſſe, non eſt ab illo non eſſe: ſed illo tollente uelut ſuum quod præſtiterat, quod ab eo factum ſeruabatur ut eſſet, redit in non eſſe, quod non ab illo, ſed à ſe antequam fieret, habebat. Si enim ab aliquo tunicam repetas, quam præſtiteras illi modo, ad tempus, non habet à te nuditatem: ſed te quod tuum erat tollẽte, redit in id quod erat antequam indueretur à te. Nempe ſicut à ſummo bono, non eſt niſi bonum, & omne bonum eſt à ſummo bono: ita à ſumma eſſentia non eſt niſi eſſentia, & omnis eſſentia eſt à ſumma eſſentia. unde quoniam ſummum bonum eſt ſumma eſſentia, conſequẽs eſt, ut omne bonum ſit eſſentia, & omnis eſſentia bonũ. Nihil ergo & nõ eſſe, ſicut eſt eſſentia, nõ eſt bonum. Nihil itaq; & non eſſe, non eſt ab illo, à quo non eſt niſi bonum & eſſentia. D. Aperte nunc uideo: quia ſicut bonum & eſſe, nõ eſt niſi à deo: ita nõ eſt à deo, niſi bonum & eſſe. M. Vi-

de ne ullatenus putes cum in diuinis libris legimus, aut cum ſecūdum illos dicimus, deum facere malum, aut facere non eſſe: quod negem propter quod dicitur, aut reprehendam, quia ita dicitur: ſed non tantum debemus inhęrere improprietati uerborum ueritatem tegenti, quantum inhiare proprietati ueritatis ſub multimodo genere locutionis latenti. D. Iſta non niſi non intelligenti aut calumnioſo habes opus dicere. M. Redi ad id quod incepiſti, & uide ſi nō ſolū homini, ſed & angelo pōt dici, quia non habet quod nō accepit.

Cur uideatur diabolus, ideo non accepiſſe perſeuerantiam, quia deus non dedit. Cap. 2. Diſ.

Satis patet, nō minus angelo quàm homini conuenire. Conſtat ergo, quia ille angelus qui ſtetit in ueritate, ſicut ideo perſeuerauit, quia perſeuerātiam habuit: ita ideo perſeuerātiam habuit: quia accepit: & ideo accepit, quia deus dedit id. Cōſequens eſt igitur, quia ille qui in ueritate non ſtetit, quemadmodum ideo non perſeuerauit, quia perſeuerantiam non habuit, ſic ideo non habuit perſeuerantiam, quia nō accepit, & ideo nō accepit, quia deus nō dedit. Si ergo potes, uolo ut oſtēdas mihi culpam eius, cum ideo non perſeuerauit, quia ille non dedit, quo non dante nihil habere potuit. Certus ſum enim ē ſi non uideam, non illum niſi iuſte à ſummo iuſto damnatum, nec ſine culpa iuſte illum potuiſſe damnari. Mag. Vnde putas conſequi, ſi bonus angelus ideo accepit perſeuerantiam, quia deus dedit: malum ideo non accepiſſe, quia deus non dedit. D. Quia ſi bono angelo datio eſt cauſa acceptionis, puto non dationem eſſe malo angelo cauſam non acceptionis, & ſi ponitur non datio, inde neceſſariam eſſe cauſam ut ſequatur non acceptio, ut omnes ſcimus, quia cum non accipimus, quod uolumus, non ideo nō datur, quia nō accepimus, ſed ideo non accipimus, quia non datur. Denique quoſcunque legi aut audiui facere quæſtionē hanc, hac ratione eam, inquantum memini, cōſtituunt: quia ſi bonus angelus, ideo accepit, quia deꝰ dedit: malus angelus, ideo non accepit, quia deus non dedit: nec memini me adhuc huius conſequētiæ ſolutionem uidiſſe.

Quòd ideo deus non dedit, quia ille non accepit. Cap. 3. Mag.

Nulla eſt ibi conſequentia. pōt enim non dare, non eſſe cauſa non accipiendi: etiam ſi dare, ſemper eſſet cauſa accipiendi. D. Ergo ſi ponatur nō dare, non neceſſe eſt ſequi, non accipere. Quare poteſt eſſe accipere, etiā ſi non ſit dare. M. Non eſt ita. D. Exemplo uolo mihi oſtendas, quod dicis. M. Si ego porrigo tibi aliquid, & tu accipis: non ideo do, quia accipis, ſed ideo accipis, quia do: & eſt datio, cauſa acceptionis. Diſ. Ita eſt. M. Quid ſi ipſum porrigo alij, & non accepit: ille'ne ideo nō accipit: quia nō do? D. Potius uidetur, quia tu ideo non das, quia ille non accipit. M. Hoc igitur non dare, non eſt cauſa non accipiendi, & tamen ſi pono nō me dediſſe, cauſa eſt conſequendi illum non accepiſſe. Aliud nāque eſt rem, cauſam eſſe alterius rei: aliud poſitionem rei, eſſe cauſam ut ſequatur aliquid. Cum enim incēdium non ſit cauſa ignis, ſed ignis incendij, poſitio tamē incēdij ſemper cauſa eſt, ut ſequatur eſſe ignem. Si enim eſt incendium, neceſſe eſt ignem eſſe. D. Neceſſe eſt me ſic eſſe fateri. M. Videns ergo, ut puto, ſi tu ideo accepiſti, quia ego dedi: nō tamen idcirco cōſequi illum qui non accepit, ideo, non accepiſſe, quia ego non dedi: & tamen conſequi, quia ſi ego non dedi, ille non accepit. D. Video, & placet mihi, quia uideo. M. An amplius dubitas, quia ſicut angelus qui ſtetit ideo accepit ꝑſeuerantiam, quia deus dedit: ita nō ſtatim idcirco deus nō dedit, quia ille nō accepit. D. Nondum mihi hoc oſtendiſti: ſed illud tantum ſufficienter demōſtraſti, ſcilicet non eſſe conſequens ex

eo: quia bonus angelus ideo accepit, quia deus dedit, malum ideo non accepiſſe, quia deus non dedit. Si enim uis aſſerere deum illi ideo nō dediſſe, quia non accepit. Quæro, cur non accepit? Aut quia non potuit, aut quia non uoluit. Nam ſi non habuit poteſtatē, aut uoluntatē accipiendi deus non dedit. Si enim deus dediſſet, pro certo habuiſſet. Quare ſi nō potuit habere poteſtatem aut uoluntatē accipiendi perſeuerantiam, niſi dante deo, quid peccauit, ſi non accepit, quod deus illi nō dedit poſſe aut uelle accipere? M. Deus dedit illi poteſtatem & uoluntatē accipiendi perſeuerantiam. D. Accepit igitur, quod deus dedit: & habuit, quod accepit. M. Vere habuit & accepit. D. Accepit ergo, & habuit perſeuerantiā. M. Non accepit & ideo non habuit. Diſ. No'nne dixiſti deum illi dediſſe, & illū accepiſſe poteſtatem & uoluntatē accipiendi perſeuerantiam? M. Dixi, ſed nō dixi deum illi dediſſe accipere perſeuerantiam: ſed tantum uelle & poſſe perſeuerātiam accipere. D. Ergo ſi uoluit, & potuit: accepit perſeuerantiam. M. Non eſt neceſſarium conſequēs. D. Nō uideo, cur non: niſi mihi oſtendas. M. Incepiſti unquam aliquid cum uoluntate & poteſtate perficiendi: quod tamen uoluntate ante finem rei mutata non perfeciſti? D. Sæpe. M. Voluiſti igitur, & potuiſti perſeuerare, in quo non perſeueraſti. D. Volui utique, ſed non perſeueraui in uoluntate: & ideo non perſeueraui in actione. M. Quare non perſeueraſti in uoluntate? D. Quia non uolui. M. No'nne quādiu uoluiſti perſeuerare in actione, uoluiſti perſeuerare in ipſa uolūtate? D. Non poſſum negare. M. Cur ergo dicis: non uoluiſſe perſeuerare in illa? D. Iterum reſpōderē, quia perſeuerare uolui, ſed non perſeueraui in hac uoluntate: niſi rem uiderem in infinitum procedere, te ſemper idipſum interrogāte, & me eadem reſpondente. M. Non ergo debes dicere: ideo non uolui perſeuerare in uolūtate huius uoluntatis. Sed cum quæritur: quare non perſeueraſti in actione, in qua uoluiſti & potuiſti perſeuerare. Reſpondere potes uel debes, quia non perſeueraui in uolūtate. Quod ſi quæritur iterum, quare nō perſeueraſti in uoluntate: Alia cauſa reddenda eſt, unde ſcilicet contigerit defectus illius uolūtatis: quàm, quia nō perſeueraſti uelle uoluntatem. Non enim reſpondendo aliud oſtendis quàm idipſum qđ quęritur, id eſt, non perſeueraſti in uolūtate perſeuerandi in actione. D. Video: quia non uidebā quid dicerem. M. Dic ergo uno uerbo qđ ſit perſeuerare, quantum res exigit, in faciendo aliquid. D. Perficere. Nam perſeuerare in ſcribēdo aliquid dicimus, perſcribere, inducēdo perducere. M. Dicamus igitur ſimiliter, etiam ſi non ſit in uſu, quod perſeuerare in uolūtate, ſit perſeuerare uelle. D. Ita fiat. M. Cum ergo non perfeciſti quud uoluiſti, & potuiſti: cur non perfeciſti? D. Quia non perſeuerare uolui. M. Ita ergo: dic quia diabolus qui accepit uelle, & poſſe accipere perſeuerantiam, & uelle & poſſe perſeuerare: ideo non accepit nec perſeuerauit, quia non perſeuerare uoluit. D. Item quæro: quare nō perſeuerare uoluit? Cū enim dicis, quia nō perſeuerare uoluit quod uoluit, tale eſt ac ſi dicas: quod uoluit prius, poſtea non uoluit. Quoniam ergo non uoluit quod prius uoluit, quare non uoluit: niſi quia non habuit uoluntatem? Non dico uoluntatem, quā prius habuit cum uoluerit, ſed quam non habuit, cum non uoluit. Hanc autem uoluntatem, quare nō habuit: niſi quia non accepit? Quare autem nō accepit, niſi quia deus nō dedit? ſed ideo deus non dedit, quia ille non accepit. M. Iterum dico, quia non ideo nō accepit, quia deus non dedit: ſed ideo deus non dedit, quia ille nō accepit. D. Hoc oſtende. M. Sponte dimiſit uoluntatē, quam habuit: & ſicut accepit, habuit

quouſq; habuit:ita potuit accipere & ſemper tenere, quod deſeruit. Sed quia deſeruit, non accepit. Quod ergo ideo non accepit tenere quod deſeruit: non ideo non accepit, quia deus non dedit: ſed deus non dedit, qa ille nõ accepit. Quis nõ uideat, quia ideo non uoluit tenere, quia deſeruit: ſed ideo deſeruit, quia non uoluit tenere. Semper nãque tenenti prius eſt, non uelle tenere quã uelle deſerere. Ideo enim uult aliquis deſerere quod tenet, quia nõ uult tenere. D. Quæro igitur, quare tenere nõ uoluit quod tenebat, niſi quia deus non dedit uelle? Ma. Non ſemper prius eſt non uelle tenere, quàm uelle deſerere. D. Quando non ſit, oſtende mihi. M. Quando aliquando rem propter ſe nõ uis tenere: ſed deſerere, ut carbonẽ igni tum in manu nuda poſitum: tunc forſi tan prius eſt non uelle tenere quã uelle deſerere, & ideo uis deſerere, qa non uis tenere. Prius enim ꝙ teneas nõ uis tenere: uelle autem deſerere non potes, niſi cum tenes. Cum autẽ tenes quod propter aliquid non uis tenere, nec tamẽ propter aliquid deſerere uis: & magis uis aliquid quod non potes habere, niſi deſeras quod tenes: tũc uelle deſerere prius eſt, quàm nõ uelle tenere. Auarus nanque, cum uult tenere numum, & mauult panem, quem nequit habere, niſi numum det: prius uult dare, id eſt, deſerere numum quàm nõ uelit tenere: non enim illum ideo uult dare, quia non uult tenere: ſed quia ut panem habeat, neceſſe habet dare. Nam & antequam habeat, uult tenere & habere: & cum habet, nequaquã nõ uult tenere, quandiu non habet neceſſe deſerere. D. Verum eſt. M. Nõ ergo ſemper eſt prius, non uelle tenere, quàm uelle deſerere: ſed aliquando prius eſt, uelle deſerere. D. Nõ poſſum negare. M. Dic ergo quia non ideo non uoluit cum debuit & quod debuit, quia uolũtas deficit, Deo dare deficiente: ſed quia ipſe uolendo, quod non debuit, bonã uolũtatẽ expulit mala ſuperueniente. Quapropter non ideo nõ habuit bonã uoluntatẽ perſeuerantẽ, aut non accepit, quia Deus nõ dedit. ſed ideo Deus nõ dedit, qa ille uolendo, qđ nõ debuit, eã deſeruit: & eam deſerendo non tenuit.

Quomodo ille peccauit, & uoluit ſimilis eſſe Deo. Cap. 4. Diſ.

Intelligo quod dicis. Mag. Dubitas adhuc diabolum non ideo uoluiſſe deſerere quod habebat, quia non uoluit tenere, ſed ideo nõ uoluiſſe tenere, quia uoluit deſerere? D. Non dubito ſic eſſe poſſe: ſed nondum feciſti me certũ ſic eſſe. Prius ergo oſtẽde, quid uoluit habere quod non habebat, ut uellet deſerere quod tenebat: ſicut in auaro monſtraſti. Deinde, ſi nihil condici poterit ita eſſe, me nõ dubitare fatebor. M. Peccaſſe illũ non dubitas: qm̃ a iuſto Deo non potuit iniuſte dãnari. Sed quæris, quomodo peccauit. D. Ita eſt. M. Si iuſtitiam perſeueranter ſeruaſſet, nõ peccaſſet unquã, nec miſer eſſet. D. Ita credimus. M. Iuſtitiam uero nullus ſeruat, niſi uolendo quod debet: neq; deſerit, niſi uolẽdo quod nõ debet. D. Nulli dubium. M. Volendo aliquid igitur, quod uelle tunc non debebat, deſeruit iuſtitiam: & ſic peccauit. D. Ita ſequiẽ Sed quæro, quid uoluit. M. Verũ quod habebat, debebat uelle. D. Debebat uere uelle quod a deo acceperat, nec hoc uolendo peccauit. M. Voluit igitur aliquid quod non habebat, nec tunc uelle debebat: ſicut Eua ſimilis uoluit eſſe dĳs, prius quã deus hoc uellet. D. Nec hoc ita ſequi negare queo. M. Nihil autem uelle poterat niſi iuſtitiam, aut cõmodum: ex commodis enim conſtat beatitudo, quã uult omnis rõnalis natura. D. In nobis poſſumus hoc cognoſcere, qui nihil uolumus niſi quod iuſtum & commodum putamus. M. Iuſtitiam uero uolendo peccare non potuit. D. Verũ eſt. M. Peccauit ergo uolẽdo aliquod cõmodũ, quod nec habebat, nec tunc uelle debuit: quod tñ at

augmentum beatitudinis eſſe illi poterat. D. Palàm eſt, quoniã aliter non potuit. M. Cernis ut puto, quia plus aliquid quàm accepit inordinate uolendo, uoluntatem ſuam extra iuſtitiam extendit. D. Aperte nũc uideo: qa peccauit, & uolendo quod non debuit, & uolendo quod debuit, & palàm eſt, qa ideo non uoluit plus quã debuit, quia noluit tenere iuſtitiam: ſed ideo iuſtitiã non tenuit, quia aliquid uoluit, quod uolendo illam deſeruit: ſicut in auaro de numo & pane monſtraſti. Mag. At cum hoc uoluit, quod deus illum uelle nolebat, uoluit inordinate, ſimilis eſſe deo. D. Si deus cogitari nõ poteſt, niſi ita ſolꝰ, ut nihil illi ſimile cogitari poſſit: quomodo potuit diabolus uelle quod non potuit cogitare? Nõ enim ita obtuſe mentis erat: ut nihil aliud ſimile deo cogitari poſſe neſciret. Ma. Etiamſi uoluit omnino par eſſe deo ſecundum aliquid minus deo, cõtra uoluntatem dei hoc uoluit inordinate ſimilis eſſe deo, quia propria uoluntate, quæ nulli ſubdita fuit, uoluit aliquid. Solius enim dei eſſe debet, ſic uoluntate propria uelle aliquid, ut ſuperiorem non ſequatur uolũtatem. D. Ita eſt. M. Non ſolum autem uoluit eſſe æqualis deo, quia pręſumpſit habere propriam uoluntatem: ſed etiã maior noluit eſſe, uolẽdo qđ deus illũ uelle uolebat: qm̃ uoluntatem ſuam ſupra uoluntatẽ dei poſuit. D. Satis liquet. M. Iam tibi manifeſtum eſſe puto ex rationibus ſupra dictis diabolum ſponte dimiſiſſe uelle quod debebat, & iuſte amiſiſſe quod habebat: quia ſponte & iniuſte uoluit quod non habebat, & uelle non debebat. D. Nihil puto manifeſtius. Mag. Quãuis igitur bonus angelus ideo accepit perſeuerantiam, quia deus dedit: non ideo non accepit tamẽ malum angelus, quia deus non dedit: ſed deus ideo non dedit, quia ille non accepit: et ideo non accepit, quia accipere noluit. D. Mihi quidem ſatisfeciſti ad ea quæ quæro: ut nec in his quę proponis, nec in ipſa conſequentia concluſionũ tuarum nullam uideam ſenſu meo titubare ueritatem.

Quòd boni angeli ante caſum malorum peccare potuerunt. Cap. 5. Mag.

Putas'ne bonos angelos ſimiliter potuiſſe peccare: antequam mali caderent? D. Puto: ſed ratione comprehendere uellem. M. Hoc certum habes: qa ſi non potuerunt peccare, non poteſtate, ſed neceſſitate ſeruauerũt iuſtitiam, Quare non magis meruerunt gratiam a deo, quia ſteterunt alĳs cadentibus: quàm quia ſeruauerunt rationabilitatem, quam perdere nequiuerunt. Sed nec iuſti recte, ſi bene conſideres, dicerentur. D. Sic monſtrat ratio.

Quomodo boni confirmati ſunt in ſuo ſtatu, & mali in caſu ſuo Cap. 6. Mag

Illi ergo qui ceciderunt, ſi non peccaſſent cum poſſent, tãto meliores eſſent quàm iſti, quanto & uere eſſent iuſti, & gratiam a deo mererentur. Vnde ſequitur, quia aut electi homines, maiores & meliores erũt angelis bonis, aut reprobi angeli perfecte non reſtaurabũtur, quoniam non tales erũt homines, qui pro illis ſumuntur, quales illi futuri erant. D. Hęc duõ penitus negãda exiſtimo. M. Poterant igitur boni angeli peccare ante caſum malorum, nec aliter quàm, ſicut oſtenſum eſt, de illis qui peccauerũt. D. Aliter eſſe poſſe nõ uideo. M. Illi itaque angeli qui magis uoluerunt iuſtitiam quam habebant, quàm illud plus quod non habebant: bonum, quod quaſi propter iuſtitiam quantum ad uoluntatem pertinuit, ꝑdiderunt, iuſtitia retribuente acceperunt: & de illo, quod habebãt, in uera ſecuritate permanſerunt. Quapropter a deo ſunt profecti, ut ſunt adepti quicquid potuerunt uelle, nec tam uideãt, qđ plus uelle poſſunt, & propter hoc peccare nequeunt. Illi uero angeli qui maluerunt illud plus, quod nondum deus illis date uolebat, ꝙ ſtare in iuſtitia in

tia in

tia in qua facti erant:eadem iuſtitia iudicante,& illud propter quod illã contempſerunt,nequaquam obtinuerunt: & quod tenebant bonum,amiſerunt: Sic ergo diſtincti ſunt angeli,ut adhærentes iuſtitiæ nullum uelle bonũ poſſint quo non gaudeant, & deſerentes illam nullum uelle queant,quo nõ careant. Diſ. Nihil pulchrius aut iuſtius hac diſtinctione. Sed ſi poſſes dicere, uellem audire cuiuſmodi commodum illud fuit,quod & boni angeli iuſte uolendo ſic perfecerũt, & mali iniuſte cõcupiſcendo ſic defecerunt. M. Quid illud fuerit non uideo,ſed quicquid fuerit ſufficit ſcire:quia fuit aliquid ad qđ creſcere potuerunt, quod non acceperunt,quãdo creati ſunt:ut ad illud ſuo merito proficerent.

Quæſtio, an uoluntas. & eius conuerſio ad quod non debet, ſit ipſum malum quod malos facit: & cur non poſsit rationalis creatura per ſe de malo conuerti ad bonum, ſicut poteſt de bono ad malum.

Cap. 7. *Diſcip.*

Et nobis nũc ſufficiat hucuſque de hoc inueſtigaſſe. Sed neſcio,quid ſit:ut cum me ſperem ad finem quæſtionis iam pertingere,tunc magis uideam uelut de radicibus ſuccisarũ quæſtionũ alias pullulantes cõſurgere. Ecce enim cũ manifeſtiſſime uideam, peruerſum angelũ nulla ratione deuenire potuiſſe in immoderatam boni indigentiã,non propter immoderatam concupiſcentiam:non parũ me mouet,unde ipſam inordinatã habuit uoluntatẽ. Si enim bona fuit propter bonam uolũtatem, de tanto bono cecidit in tãtum malũ. Item,ſi bona fuit,deus illam illi dedit: quia non,niſi nihil,habuit à ſe. Si ergo uoluit,quod deus dedit uelle,quid peccauit? Aut ſi à ſe habuit hanc uoluntatem,habuit à ſe aliquod bonum,quod non accepit. Quod ſi mala eſt,& aliqđ eſt:iterum occurrit,quia non niſi à deo eſt,à quo omne quod eſt, aliquid eſt. Et ſimiliter quæri poteſt,quid peccauit habendo uoluntatem,quã deus dedit: aut quomodo potuit deus dare malã uoluntatem. Si uero mala uoluntas ab ipſo diabolo fuit, & aliquid eſt:habuit aliquid à ſe, & non eſt omnis eſſentia bona,nec malum erit nihil:ſicut ſolemus dicere. ſiquidem mala uoluntas, eſſentia eſt:aut ſi mala uoluntas nihil eſt:propter nihil,et ideo ſine cauſa tam grauiter damnatus eſt. Quod aũt dico de uoluntate, hoc idem dici poteſt de concupiſcentia,ſiue deſiderio: quoniã & concupiſcentia & deſiderium uolũtas eſt,& ſicut eſt bona & mala uolũtas,ita eſt & bona & mala concupiſcẽtia, & bonum & malum deſiderium. Quòd ſi dicitur,quia uoluntas eſt aliqua eſſentia,& ideo bonum eſt aliquid ſed conuerſa ad hoc quod debet uelle, ſit bona uoluntas:ad id uero quod nõ debet conuerſa, dicitur uoluntas mala. Quicquid dixi de uoluntate, uideo poſſe dici de ipſa conuerſione uoluntatis. Mouet enim multum me,unde ipſam peruerſam habuit diabolus uolũtatis conuerſionem, & cætera quæ de uolũtate modo dixi. Eſt adhuc aliquid quod ualde miror,cum cõſidero hanc uoluntatis cõuerſionem: cur uidelicet drus talem fecerit illam naturam, quã tanta excellẽtia ſublimauerat:ut de eo quod debuit uelle,poſſit cõuertere uoluntatem ſuam ad id quod nõ debuit: ſed de eo quod nõ debet,non poſſit ad id quod debet. cũ magis uideatur poteſtatem debuiſſe talis creatura à tali factore accipere faciendi bonũ, ad quod facta ſunt: ꝗ faciendi malum,ad quod uitandum facta eſt. Quod etiam in noſtra natura quæri poteſt:quoniam credimus, nullum hominem poſſe bonã uoluntatem habere niſi dante dro:malã uero, ſemper habere poſſe ſola permiſſione dei.

Quòd uoluntas eius, & conuerſio ſit, non ipſum malum. Cap. 8. *Mag.*

Nec uoluntatem,nec uoluntatis cõuerſionẽ puto negari poſſe aliquid eſſe. Nam etſi non ſunt ſubſtantiæ,non ta-

men probari poteſt eas non eſſe eſſentias:quoniam multæ ſunt eſſentiæ prę ter illam,quæ proprie dicitur ſubſtantia.Deniq; bona non magis eſt aliqd, ꝙ mala uolũtas:nec eſt iſta magis malum,ꝙ illa bonum.Nõ enim magis eſt aliquid uoluntas, quæ uult dare miſericorditer.ꝙ illa,quę uult rapere uiolẽter:nec magis hæc malum, ꝙ illa bonum eſt. Ergo ſi mala uoluntas eſt ipſum malum,quo malus aliquis dicitũ: erit & bona uoluntas ipſum bonum, quo fit aliquis bonus: ſed mala uoluntas erit nihil,ſi eſt ipſum malum:quod credimus eſſe,nihil.Bona igitur uoluntas,nihil erit:quoniam ipſa non magis eſt aliquid,quàm mala uoluntas.Quare ipſum bonum,quod bonos facit,nõ poterimus negare nihil eſſe:quoniã ipſum eſt bona uoluntas,quæ nihil erit, Sed falſum eſſe nullus ambigit, bonã uoluntatem,ſiue bonum ipſum eſſe nihil.Itaq; mala uoluntas non eſt ipſum malum,quod malos facit:ſicut nec bona uoluntas eſt ipſum bonum,qđ bonos facit.Hoc ipſum quod dixi de uoluntate,poteſt conſiderari in cõuerſione uoluntatis.Non enim magis eſt aliquid conuerſio illa,quæ cõuertit uolũtatem de rapina ad tribuendũ: ꝙ illa, quæ conuertit eandem uoluntatem de largitate ad auaritiam: & cætera quæ de uoluntate pauloante dixi. D. Mihi quoq; idipſum uidetur,ut aſſeris. M. Neque ergo uolũtas mala, neq; praua uoluntatis conuerſio,eſt ipſum malũ, quo angelus uel homo ſit malus, qđ nihil eſſe dicimus:nec bona uoluntas, nec bona uoluntatis conuerſio,eſt bonum quo boni fiunt.

Quòd iniuſtitia ſit ipſum malum, & ſit nihil

Cap. 9. Diſcip.

Quid ergo dicemus ipſum malum, quod malos facit: & quid ipſum bonum,quod bonos facit?M.Iuſtitiã credere dicimus,ipſum bonum, quo fiũt boni,id eſt,iuſti,& angeli & homines, & quo ipſa uolũtas bona ſiue iuſta dicitur. Iniuſtitiam uero ipſum malum eſſe,quod nihil aliud dicimus eſſe, ꝙ boni priuationem,quod malos & malam uoluntatem facit: & ideo eandem iniuſtitiam,nõ aliud eſſe aſſerimus, ꝙ priuationẽ iuſtitiæ.Quandiu enim uoluntas primum data rationali naturæ, & ſimul in ipſa datione ab ipſo datore conuerſa,immo nõ conuerſa, ſed facta recta ad hoc quod uelle debuit: ſtetit in ipſa rectitudine,quam dicimus ueritatem ſiue iuſtitiam, in qua facta fuit, iuſta fuit. Cũ uero auertit ſe ab eo qđ debuit,& conuertit ſe ad id quod non debuit,non ſtetit in originali(ut ita dicam)rectitudine,in qua facta eſt: quã cum deſeruit,magnum aliquid perdidit.et nihil pro ea,niſi priuationẽ eius, quæ nullam habet eſſentiam,quã iniuſtitiam nominamus,ſuſcepit.

Quomodo malum uideatur eſſe aliquid

Cap. 10. Diſcip.

Quod dicis,malũ eſſe priuationem boni,concedo, ſed nihilominus uideo bonum priuationem eſſe mali.Et ſicut percipio in priuatione mali aliquid aliud fieri,quod bonũ dicimus: ita animaduerto in priuatione boni aliquid aliud fieri,quod malũ dicimus. Quapropter licet quibuſdam argumentis malũ nihil eſſe probetur: ut quoniam malum non niſi uitium aut corruptio eſt,quę nullo modo ſunt niſi in aliqua eſſentia:& quanto magis ibi ſunt, tãto magis illam redigunt in nihilũ: & ſi eadẽ eſſentia omnino deueniat ad nihil, uitium quoq; & corruptio inueniũtur nihil:licet inquã ſic,aut alio modo probetur nihil,eſſe malũ,nõ poteſt minus mens niſi ſola fide acquieſcere,ſi nõ illud mihi auferatur, quod mihi etiam probat malũ non niſi aliquid eſſe. Nã cum auditur nomen mali:fruſtra horrẽt corda noſtra,quod in huius nominis ſignificatione intelligunt,ſi nihil ſignificetur hoc nomine. Itẽ, ſi uox hoc ſcilicet malũ,nomen eſt,utiq; ſignificatum eſt.Si aũt ſignificatum eſt,ſignifi-

cat:ſed nõ niſi aliquid ſignificat. Quomodo ergo malũ eſt nihil, ſi qđ ſignificat nomine eius eſt aliquid? Deniqꝫ cũ manente iuſtitia, tanta uideatur tranquillitas, tãta quies: ut in multis nihil aliud uideatᷣ iuſtitia, ꝙ quieſcere a malo: ſicut eſt caſtitas, patientia: recedente aũt iuſtitia tam diuerſus, tam laborioſus, tamqꝫ multiplex occupet animũ affectus, qui uelut crudelis dominus miſerũ homunculum cogat tot turpiũ & laboroſum operum ſolicitũ eſſe, & ipſis operibus tam grauiter laborare: mirũ eſt ſi poterit oſtẽdi nihil hęc omnia operari. M. Puto, quia nõ ita es inſanus, ut dicas nihil, eſſe aliquid: cum tamen non poſſis negare nihil, eſſe nomẽ. quapropter ſi nihil poteſt probari aliquid eſſe per nomẽ nihili: quomodo ęſtimas te probare eſſe malũ aliquid ꝑ nomen mali? D. Nihil agit exemplum, quod litem lite reſoluit. Nam et hoc ipſum nihil, neſcio quid ſit. Quapropter quoniam quæſtio eſt de malo in manibus, quod dicis eſſe nihil: ſi uis me docere, quid ſit malũ: doce me prius, qd intelligam eſſe nihil, deinde ad alia, quibus præter nomẽ mali me dixi, me moueri de eo, ut aliquid eſſe uideatᷣ, reſpõdebis. M. Cũ nequaquam differant nihil eſſe, & non aliquid eſſe, quomodo dici poteſt quid ſit, quod nõ eſt aliqd? D. Si nõ eſt aliquid quod hoc nomine ſignificatur, nõ ſignificat aliquid. Siue ro non ſignificat aliquid, nõ eſt nomẽ, ſed utiqꝫ nomen eſt: quanquam igitur nullus dicat, nihil eſſe aliquid: ſed ſemper nihil eſſe, cogamur fateri nihil. Nemo põt nomen nihili ſignificatum eſſe diffiteri. Verum ſi hoc ipſum nomẽ nõ ſignificat nihil, ſed aliquid: id quod ſignificatur, uidetur non poſſe eſſe nihil, ſed magis aliquid. Si ergo quod ſignificatur nõ eſt nihil, ſed aliquid: qualiter uerũ erit, ut ſignificatur per hoc nomẽ quod eſt nihil? Quippe ſi uere nihil dicitur, uere nihil eſt, & idcirco nõ eſt aliquid. Quare ſi quod ſignificatᷣ hoc nomine, nõ eſt nihil, ſed aliquid, quemadmodum conſequentia uidetᷣ oſtẽdere, falſe & incongrue uocatᷣ hoc nomine: At ecõtra, ſi ſecundũ iudiciũ omne, id quod nominatur nihil, uere eſt nihil, et nequaquã eſt aliquid: nuſquã ne uidetᷣ aliquid cõſequentius, ꝙ ut hoc ipſum nomen nihil ſignificet, id nõ ſignificet aliquid? Quid itaqꝫ eſt: quia hoc nomẽ uidelicet non ſignificat nihil, ſed aliqd: & non ſignificat aliquid ſed nihil? M. Forſitan nõ repugnãt, ſignificare nihil, & aliquid. D. Si nõ repugnant: aut iſta uox diuerſa cõſideratione ſignificat nihil, aut aliquid: aut inuenienda res eſt aliqua, quæ ſit aliqd, & nihil. M. Quid ſi utrunqꝫ inueniri poteſt, et diuerſa ſcilicet ſignificationis cõſideratio in hoc nomine, & eandem rem eſſe aliquid et nihil? D. Vtrunqꝫ uellẽ cognoſcere. M. Conſtat quoniã hæc uox ſcilicet nihil, quantũ ad ſignificationem nullatenus differre ab eo, quod dicit, nõ aliquid. Nihil quoqꝫ hoc apertius, ꝙ qđ hæc uox ſcilicet, non aliquid, oẽm rem penitus & omne quod eſt aliquid, intellectu remouendũ, nec omnino ullam rem, aut penitus quod aliquid ſit intellectu retinendũ ſua ſignificatione cõſtituit: ſed quoniã remotio alicuius rei ſignificari nullatenus poteſt, niſi cũ ſignificatione eius ipſius, cuius ſignificatur remotio. Nullus enim intelligit, quid ſignificet non homo, niſi intelligẽdo quid ſit homo: neceſſe eſt ut hæc uox quæ eſt, nõ aliquid, deſtruendo id quod eſt aliquid, ſignificet aliquid. Qm̃ uero auferendo omne quod eſt aliquid, nullã ſignificat eſſentiam, quã in audientis intellectu retinendam conſtituat: idcirco uox nõ aliquid nullã rem, aut quod ſit aliquid, ſignificat. igitᷣ hæc uox, nõ aliquid, his diuerſis rõnibus aliquatenus ſignificat rem, et aliquid: & nullatenus ſignificat rem, aut aliquid: ſignificat enim remouendo, & nõ ſignificat cõſtituendo. Hac ratione nomẽ nihil, quod perimit omne quod eſt aliquid: & de-

ſtruendo nō ſignificat nihil, ſed aliq̄d & conſtituendo nō ſignificat aliquid, ſed nihil. Quapropter non eſt neceſſe nihil, eſſe aliquid: ideo quia nomen ſignificet aliquid quolibet modo, ſed potius neceſſe eſt nihil, eſſe nihil: quia nomen eius ſignificat hoc modo aliquid. Hoc itaq; modo nō repugnat malum nihil eſſe, & mali nomen eſſe ſignificatum: ſed ſic aliquid perimendo ſignificat, ut nullius rei conſtitutiuum.

Quomodo malum, & nihil, non poßint probari per nomen ſuum aliquid eſſe, ſed quaſi aliquid. Cap. XI. *Diſ.*

Nequeo negare nomen nihil ſecundum prædictam a te rationem, aliquo modo ſignificare aliquid: ſed ſatis notum eſt, quia illud aliquid quod iſto modo hoc nomine ſignificatur, nō nominatur nihil. nec cū audimus hoc nomen, accipimus illud pro illa re, quam ita ſignificat. Illud igit̄ quæro, pro quo hoc nomen ponitur: & quid intelligimus, cū ipſum audimus: illud inquā quæro, quid ſit. Illud enim hoc nomine proprie ſignificat, & idcirco nomen eſt: quia eius ſignificatum eſt. nō quia ſupra dicto modo negando ſignificat aliquid: eius quippe nomen eſt, pro cuius ſignificatione inter nomina cōputatur, & illud uocatur nihil. Illud q̄ro, quomodo ſit aliquid, ſi proprie uocat̄ nihil: aut qualiter ſit nihil, ſi nomen ſignificatum ſignificat nihil: aut quomodo idem ſit aliquid, & nihil? Illud idē quæro de nomine mali, & de eo quod ſignificat, et quod malum nominatur. M. Recte quæris, quia licet ſupra poſita ratione, malum et nihil ſignificēt aliquid: tamen quod ſignificatur malū, non eſt aut nihil, ſed & alia ratio qua ſignificant aliquid: & quod ſignificat̄ eſt aliquid, ſed non uere eſt aliquid, ſed quaſi aliquid. Multa quidē dicuntur ſecundum formam, quæ non ſunt ſecūdum rem: ut timere, ſecundum formā uocis dicitur actiuum, cū ſit paſſiuū ſecundum rem. Ita quoq; cæcitas, dicit̄ aliquid ſecundum formam loquendi, cum nō ſit aliquid ſecundū rem. Sicut enim de aliquo dicimus: quia uiſum habet, et uiſus eſt in eo: ita dicimus: q̄a habet cæcitatem, & cæcitas eſt in eo: cū hoc non ſit aliquid, ſed potius non aliquid: & hanc habere, non ſit habere aliquid: immo carere eo, quod eſt aliquid. Cæcitas nanque non eſt aliud, q̄ nō uiſus, aut abſentia uiſus, ubi uiſus debet eſſe: non uiſus uel abſentia uiſus non magis eſt aliquid, ubi uiſus debet eſſe, q̄ ubi non debet eſſe. Quare cæcitas non magis eſt in oculo aliquid, q̄a ibi debet eſſe uiſus: q̄ nō uiſus uel abſentia uiſus in lapide, ubi nō debet eſſe uiſus. Multa quoq; alia ſimiliter dicūtur aliquid ſecundum formam loquēdi, quæ non ſunt aliquid: quoniam ſic loquimur de illis, ſicut de rebus exiſtētibus. Hoc urgo modo malū, & nihil, ſignificant aliquid, & quod ſignificat eſt aliquid, non ſecundum rem, ſed ſecundum formam loquēdi. Nihil enim non aliud ſignificat, q̄ nō aliquid, aut abſentiam eorum quæ ſunt aliquid: & malum non eſt aliud. q̄ non bonū, aut abſentia boni, ubi debet et expedit eſſe bonum. Quod autem non eſt aliud, q̄ abſentia eius, quod eſt aliquid, utique non eſt aliquid. Malum igitur uere eſt nihil, & nihil nō eſt aliquid: & tñ quodammodo ſunt aliquid. quia ſic loquimur de his, quaſi ſint aliquid: cū dicimus, nihil, uel malū fecit: aut nihil, aut malum eſt, quod fecit: ſicut dicimus, aliquid, uel bonū fecit: aut aliquid, uel bonum eſt, quod fecit. Hinc eſt, ꝙ cum negamus omnino eſſe aliquid quod dicit aliq̄s. ita dicimus: hoc quod dicis, nihil eſt. Nam & hoc quod proprie nō dicitur: non de eo quod eſt aliquid dicitur. & cum ita dicitur, ſicut modo dixi, non dicitur eo quòd ſit aliquid, ſed quaſi aliquid, dicitur. Diſcip. De ratione nominis mali, qua me putabam poſſe probare malū eſſe aliquid, ſatisfeciſti.

Quòd

Quod angelus a ſe non potuit habere uoluntatem primam, & quòd multa dicuntur poſſe aliena poteſtate, & non poſſe aliena impotentia.

Cap. 12.

Reſtat nunc ut me ad alia quæ mihi malum eſſe aliquid perſuadere nituntur, quid reſpondere ualeam edoceas. M. Vt ueritatem rei enodare poſſimus, lõge aliquãtulum exordiri nos oportet: ſed & opus eſt, ut tu ea quæ dicam, nõ ſis contentus ſingula tantum intelligere: ſed omnia ſimul memoria quaſi ſub uno intuitu colligere. D. Ego quidẽ intentus ero, quantum potero: ueruntamen ſi in aliquo tardior ꝙ uelis extitero, non te me expectare pigeat, prout uideris tarditatẽ meam expetere. Ma. Ponamus ergo deum nũc facere angelum, quem uelit facere beatum: & non ſimul totũ, ſed per partes, & hactenus iam eſſe factũ, ut iam ſit aptus ad habẽdam uoluntatẽ, ſed nondum uelit aliquid. D. Pone quod uis, & expone qđ quæro. M. An ergo putas, ꝙ ipſe angelus per ſe poſſit uelle aliquid? D. Nõ bene uideo, quod dicis ꝑ ſe. Quod enim (ſicut ſupra iam dixiſti de omni creatura) nihil habet quod non accepit, nihil poteſt per ſe. M. per ſe dico, per hoc quod iam habet: ut qui habet pedes, et quæ ſufficiant ad potentiam ambulandi, poteſt ambulare per ſe, qui autẽ habet pedes, & nõ habet incolumitatem pedũ, non poteſt ambulare per ſe. Hoc itaque modo quærat, an ille angelus ꝗ iam aptus eſt ad uolendum, & nondũ quicquam uult: poſſit per ſe uelle aliquid. D. Puto. quia poteſt ſi aliquãdo uult. M. Non reſpondes ad interrogationem meam. D. Quomodo? M. Ego quæro de nihil uolente, & de poteſtate quæ præcedit rem: & tu reſpondes de uoluntate & poteſtate quę ſit cum re. Nam omne quod eſt, eo ipſo quo eſt, poteſt eſſe, Nõ autem omne quod eſt, potuit eſſe antequam eſſet. Cum ergo quæro utrum ille qui nihil uult poſſit uelle, quæro poteſtatem ante uoluntatem, qua ſe poſſit mouere ad uoluntatem. Tu uero cum reſpondes, quia ſi uult poteſt: dicis poteſtatem, quæ ſit cum ipſa uolũtate. Neceſſe enim eſt ſi uult, ut poſſit uelle. Diſ. Scio duas eſſe poteſtates: unam quæ nondũ eſt in re, alterã quæ iam eſt in re. Sed & hoc nõ poſſum neſcire: quia quicquid ita põt eſſe, ut iam ſit, ſi aliquando nõ fuit, potuit prius eſſe. Si enim nõ potuiſſet, nũquã eſſet. Bene ergo æſtimo me reſpondiſſe: quia qui ideo poteſt uelle, qa iam uult: neceſſe eſt eum prius potuiſſe, ꝗ̃ uellet. Ma. Putas, quia quod nihil eſt, omnino nihil habet: & ideo nullã habet poteſtatem, & ſine poteſtate omnino nihil poteſt. D. Hoc non poſſum negare. M. Aeſtimo, quia mundus antequam fieret, nihil erat. D. Verũ dicis. M. Ergo omnino nihil potuit antequã eſſet. D. Ita ſequitur. M. Non ergo potuit eſſe antequã eſſet. D. Et ego dico. Si non potuit eſſe, impoſſibile fuit, ut eſſet aliquando. M. Et poſſibile & impoſſibile erat antequam eſſet: & quidẽ in cuius poteſtate nõ erat ut eſſet, erat impoſſibile: ſed deo in cuius poteſtate erat ut fieret, poſſibile erat. quia ergo deus mundum facere poterat, prius ꝙ fieret, ideo eſt mũdus: nõ quia ipſe mũdus prius potuit eſſe. D. Rationi non poſſum cõtradicere: ſed uſus loquendi nõ conſentit. M. Nõ eſt mirum. Multa nanque in cõmuni locutione dicuntur impropriè: ſed tamen oportet medullã ueritatis inquirere. Neceſſe eſt improprietatem perturbantem, quantum res expetit & poſſibile eſt, ſecernere. Ex qua improprietate loquendi fit, ut ſæpiſſime dicamus, rem poſſe: non quod illa poſſit, ſed qm̃ alia res põt: & rem, quæ poteſt, non poſſe: quoniã alia res nõ põt. ut ſi dico: liber poteſt a me ſcribi, utiq; liber nihil poteſt: ſed ego poſſum ſcribere librũ. Et cũ dicimus: iſte non poteſt uinci ab illo, nõ aliud intelligimus quã ille nõ poteſt uincere iſtũ. Hinc eſt quod dicimus, deũ non poſſe

aliquid ſibi aduerſum,aut peruerſum: quoniam ſic eſt potens in beatitudine & iuſtitia,immo quoniam beatitudo & iuſtitia non ſunt in illo diuerſa,ſed unũ bonum:ſic eſt omnipotens in ſimplici bono,ut nulla res poſſit, quæ noceat ſummo bono. Ideo nõ poteſt corrumpi uel mentiri.Ita ergo quicquid nõ eſt,antequã eſt,ſua poteſtate eſſe nõ poteſt:ſed ſi põt alia res facere , ut ſit:: hoc modo,aliena poteſtate poteſt eſſe. Quamuis aũt pluribus modis diuidi poſſit potentia,uel impotentia:hoc tãtum nunc tibi ſufficiat,quia multa dicunẽ poſſe nõ ſua ſed aliena poteſtate: & multa nõ poſſe nõ ſua ſed aliena impotẽtia.De propria igitur poteſtate loquor,cũ quæro de angelo, quem nouũ poſuimus fieri:et hactenus iam eſſe,factum iam,et aptus iam ſit ad habendã uoluntatẽ,ſed nihil adhuc uelit,an ipſe poſſit per ſe uelle aliquid, et de ipſa mihi reſponde.D.Si iam ſit , aptus eſt ad uolũtatẽ ut nihil illi aliud deſit quàm uelle:non uideo , cur per ſe non poſſit. Quicunq; enim aptus eſt ad uidendũ, & clauſis oculis in luce poſitus nihil uidet,põt tamẽ uidere per ſe,quare ergo nõ uolens ſimpliciter non uelit per ſe,ſicut nõ uidẽs põt per ſe uidere?M. Quia ille nõ uidens habet uiſum,et uoluntatẽ qua poteſt mouere uiſum: nos uero de illo,qui nullã habet uoluntatẽ loquimur.Quare reſpõde mihi , ſiqua res ſeipſam mouet de nõ uelle ad uelle:ut ſic ipſa ſe uelit mouere. D.Si dixero,quia moueatur non uolens : conſequẽs erit,ut nõ a ſe,ſed ab alio moueatur,niſi forte ſiquis ſubito claudit oculos ad ictum uenientẽ : aut ſi cogiẽ quis aliquo incõmodo,ut uelit quod prius nõ uolebat. Neſcio enim tunc prius ſe uelit mouere ad hanc uoluntatem.M. Nullus cogiẽ uel timore uel ſenſu alicuius incõmodi, nec attrahitur amore alicuius cõmodi ad uolendũ aliquid: niſi qui prius habet naturalẽ uoluntatem uitandi incõmodum,aut habendi commodũ:qua uoluntate ſe mouet ad alias uolũtates.D.Negare nequeo.M. Dic ergo,q͂a quicquid ſe mouet ad uolendũ,prius ſe uult ita mouere. D. Ita eſt M.Quod ergo nihil uult,nullo modo põt ſe mouere ad uolendũ. D.Non poſſum cõtradicere.M. Reſtat igiẽ, ut ille angelus qui iam aptus factus eſt ad habendã uoluntatem , ſed tamen nihil uult:non poſſit habere primã uolũtatem a ſe. D.Neceſſe eſt fateri me: q͂a nihil poteſt per ſe uelle,qui nihil uult. M.Beatus autem non poteſt eſſe,ſi nõ uult beatitudinẽ.Dico enim nunc beatitudinẽ,non beatitudinem cum iuſtitia:ſed quam uolunt omnes etiam iniuſti.Omnes quippe uolunt bene ſibi eſſe.Excepto nanque hoc,quòd omnis natura bona diuiditur in duo bona,& duo his contraria mala uſu dicuntur. unum bonũ,& quod dicitur iuſtitia: cui contrariũ malum iniuſtitia , alterũ bonũ eſt,quod mihi uidetur poſſe dici cõmodum,& huic malum opponitur incõmodum.Sed iuſtitiam quidẽ non omnes uolunt,neq; omnes fugiũt iniuſtitiam.cõmodum uero nõ ſolum omnis rationalis natura , ſed & omne q͂d ſentire poteſt uult,& uitat incõmodũ. Nã nullus uult,niſi quod aliquo modo putat ſibi commodum. Hoc igitur modo,bene ſibi eſſe oẽs uolũt, & male ſibi eſſe nolũt.De hac beatitudine nũc dico:quia nullus poteſt eſſe beatus.q nõ uult beatitudinem.Nullus nanque beatus poteſt eſſe , aut habendo quod non uult,aut nõ habendo quod uult. D.Non eſt negandum. M. Nec beatus eſſe poteſt,qui non uult iuſtitiam . D. Nec hoc minus concedendum.

Quòd accepta ſola uoluntate beatitudinis , nec aliud poſſet uelle, nec illam non uelle : & quicquid uellet, non eſſet iuſta, uel iniuſta uoluntas.

Cap. 13. Mag.

Dicamus ergo deũ illi dare primum ſolam beatitudinis uoluntatẽ,& uideamus an idcirco,quia accepit aliquam uoluntatẽ,iam ſe poſſit ipſe mouere ad

uolēdum aliud ꝙ qđ accepit uelle. D.
Proſequere quod incepiſti, ego enim
paratus ſum intelligere. M. Cõſtat, q̃a
nondum aliud uult ꝙ beatitudinem,
quia non aliud accepit uelle. D. Vnde
eſt? M. Quæro ergo à te, an poſſit ſe mo
uere ad aliud uolēdum. D. Nequeo ui-
dere, quomodo ſe moueat ad uolendũ
aliud ꝙ beatitudinem, quia aliud non
uult. Nã ſi uult ſe mouere ad aliud uo-
lēdum, uult utique aliud. M. Sicut er-
go nulla uolũtate adhuc data nihil po-
terat ſe uelle: ita ſola uoluntate beatitu
dinis accepta, nullam aliam à ſe poteſt
habere uoluntatem. D. Ita eſt. M. No'n
ne ſi putat prodeſſe aliq̃d ad adipiſcen
dum beatitudinẽ, poteſt ſe mouere ad
uolendũ illud? D. Dubito quid reſpon
deam, nam ſi non poteſt, non uideo ꝙ
uelit beatitudinem, qui nõ poteſt uelle
quo ſe adipiſci poſſe beatitudinem pu-
tat. Si uero poteſt, nõ intelligo quomo
do non poſſit uelle aliud. M. Qui uult
aliud non propter rem, quam uidetur
uelle, ſed propter aliud: quid proprie
iudicandus eſt uelle? an illud quod di-
citur uelle, an illud propter quod uult?
D. Illud itaq; propter quod uult uideť
uelle. M. Qui ergo uult aliq̃d propter
beatitudinem, non aliud uult ꝙ beati-
tudinem, quare poteſt, & quod putat
prodeſſe ad beatitudinem, & ſolã bea-
titudinem uelle. D. Satis eſt planũ. M.
Quæro adhuc, an accepta hac ſola uo-
luntate poſſit nõ uelle beatitudinem.
D. Non poteſt utrũque ſimul & uelle
& non uelle. M. Verũ eſt. Sed non hoc
quæro: ſed q̃ro, an poſſit deſerere hanc
uoluntatẽ, & mouere ſe de uelle ad nõ
uelle beatitudinem. D. Siquidem hoc
facit nolens, non ipſe facit: ſi uero uo-
lens, aliud uult ꝙ beatitudinem, ſed
non uult aliud. Quare manifeſtum pu
to, quia nullatenus põt per ſe nõ uelle,
ad quod ſolum accepit uelle. M. Bene
intelligis. Sed reſponde mihi adhuc, ſi
non poteſt nõ uelle beatitudinẽ: quãto
maiorem eam intelliget, qui nihil niſi
beatitudinem uult, & non poteſt niſi
uelle beatitudinem? D. Si non tãto ma-
gis uellet beatitudinem, quanto melio
rem ac maiorem illam putaret: aut om
nino ſi uellet beatitudinẽ, aut uellet a-
liud propter qđ meliorẽ nollet: ſed dici
mus, quia illam uult, & non aliud. M.
Vult ergo eſſe beatus, quãto altius hoc
eſſe poſſe cognoſcit. Diſ. Proculdubio
uult. M. Ergo uult ſimilis eſſe deo. D.
Nihil apertius. M. Quid tibi uideť, an
eſſet iuſta uoluntas, ſi hoc modo ſimi-
lis uellet eſſe deo? D. Nec iuſtã uolo di
cere, quia uellet qđ non cõueniret: nec
iniuſtam, quia ex neceſſitate uellet. M.
At eum qui uult beatitudinem ſolam,
cõmoda tantũ uelle poſuimus. Si ergo
ille, qui nihil uellet niſi commoda, nõ
poſſet habere maiora & ueriora: uel-
let'ne minora quibuſcunq; uti poſſet?
D. Immo nõ poſſet nec uellet quælibet
infima, ſi maiora nõ poſſet. M. No'nne
cum uellet cõmoda infima & immun
da, quibus irrationabilia animalia de
lectanť: eſſet eadẽ uolũtas iniuſta & ui
tuperabilis? D. Quomodo iniuſta aut
reprehendẽda uolũtas eſſet: q̃a uellet,
qđ non poſſe uelle accepiſſet? M. Vo-
lũtatem tñ ipſam ſiue cũ uult ſumma
cõmoda, ſiue cum uult infima, conſtat
eſſe opus & donum dei, ſicut eſt uita,
aut ſenſibilitas: aut non eſſe in eo iuſti
tiã, ſiue iniuſtitiã. D. Nõ eſt dubiũ. M.
Ergo inquantũ eſſentia eſt bonũ, aliq̃d
eſt: quantũ uero ad iuſtitiam pertinet
ſiue iniuſtitiã, nec bona nec mala eſt.
D. Nihil clarius. M. Sed nõ debet eſſe
beatus, ſi non habet iuſtã uoluntatem:
immo non põt perfecte nec laudabili-
ter eſſe beatus, qui uult quod nec põt,
nec debet eſſe. D. Multum patet.

Quòd ſimiliter ſit, ſi ſola accepta uoluntas rectitu dinis, et idcirco utranque uoluntatem accepit ſimul, & ut iuſtus, & ut beatus eſſet.

Cap. 14. Mag.

Conſideremus ergo de iuſtitiæ uo-
luntate. Si dareť eidẽ angelo uelle ſolũ,
qđ eũ uelle conueniret: an poſſet aliud

uelle, aut ſi non poſſet non uelle per ſe quod accepiſſet uelle. D. Omnino qđ uidimus in uoluntate beatitudinis, neceſſe eſt in hac quoq; uoluntate euenire. M. Ergo nec iuſtā nec iniuſtam haberet uoluntatem. Sicut enim ibi non eſſet uoluntas iniuſta, ſi uellet inconuenientia: nec idcirco eſſet iuſta uolūtas, quoniam ſic hoc accepiſſet ut non poſſet aliter uelle. Quoniam ergo nec ſolummodo uolendo beatitudinem, nec ſolummodo uolendo quod conuenit, cum ex neceſſitate ſic uelit, iuſtus, uel iniuſtus, poteſt appellari: nec pōt nec debet eſſe beatus, niſi uelit, & niſi iuſte uelit: neceſſe eſt, ut ſic faciat deus utrāque uoluntatem in illo cōuenire: ut & beatus eſſe uelit, quatenus addita iuſtitia ſic tēperet uolūtatem beatitudinis, ut & reſecet uolūtatis exceſſum, & excedendi nō amputet poteſtatē: ut cum per hoc quod uolet beatus eſſe, modū poſſit excedere: per hoc quod iuſte uolet, nō uolet excedere: & ſic iuſtam habens beatitudinis uolūtatem poſſit & debeat eſſe beatus: qui nō uolendo, qđ non debet uelle, cū tamē poſſit, mereatur: ut quod uelle nō debet, nunquam uelle poſſit, & ſemper tenēdo iuſtitiam per moderatā uolūtatem nullo modo indigeat, aut ſi deſeruerit iuſtitiam per immoderatā uoluntatem omnino indigeat. D. Nihil cōuenientius cogitari poteſt. M. Memento, quia cū ſuperius cōſiderabamus ſolam beatitudinis uolūtatē, ſine hac meta quā addidimus: ut ſub deo ſe coerceat: dicebamus in ea non eſſe iuſtitiam uel iniuſtitiā quicqd uellet. Diſ. Bene memini. M. An putas aliquid eſſe, quod additū eidem uoluntati tēperet illam: ne plus uelit ꝙ uelle oportet, & expedit? D. Nullus intelligens nihil hoc eſſe putabit. M. Hoc ſatis credo, animaduertis non aliud eſſe quàm iuſtitiam. D. Nihil aliud cogitari poteſt. M. Certum eſt igitur iuſtitiā eſſe aliquid.

Quòd iuſtitia ſit aliquid, Cap. 15.

Diſ. Immo ualde aliquid bonū. M. Antequam acciperet iuſtitiam, hanc uolūtas illa debebat uelle & non uelle ſecūdum iuſtitiam? D. Non debebat: quod ideo non debebat, quia non acceperat. M. Poſtquam aūt non accepit: non dubitas debere, niſi aliqua uiolētia amittat? D. Semper eam huic debito alligatam puto, ſiue teneat quod accepit, ſiue ſponte deſerat. M. Recte aſſeris. Sed quid ſi uoluntas eadem iuſtitiam tam utiliter, & tam ſapienter additam ſibi, nulla indigentia & nulla uiolentia cogente deſerat, utendo ſponte ſua poteſtate, id eſt, plus uolendo ꝙ debeat: an remanebit aliquid aliud cum ipſa uoluntate, ꝙ quod prius cōſiderabamus ante additamētum iuſtitiæ? Quoniā nihil aliud eſt additum ꝙ iuſtitia, ſeparata iuſtitia nihil aliud certū eſt remanere ꝙ quod prius erat: niſi quia debitricem fecit eam accepta iuſtitia, & quaſi quædam pulchra ueſtigia ſui reliquit derelicta eadem iuſtitia. Eo enim ipſo quo debitrix iuſtitiæ permanet, monſtratur honeſtare iuſtitiæ fuiſſe decorata. Sed & hoc ſatis iuſtum eſt, ut quod ſemel accepit iuſtitiam, ſeruare eā ſemper debeat, niſi uiolēter amiſerit. Et certe multum dignior natura probaꝛ: quę uel aliquādo habuiſſe, & ſemper debere ut habeat tam honeſtū bonū cōmuniter: ꝙ quia hoc ipſum nō habere nec debere aliquando cognoſciſ. Ma. Bene conſideras, ſed adde huic tuæ ſentētiæ: quia quāto natura q̄ hoc habuit quod debet, mōſtratur laudabilior: tanto ꝑſona, quæ nō habet quod debet, cōuincitur uituperabilior. D. Vehemēter aſſentio. M. Diſcerne mihi bene, quid ibi mōſtrat naturam laudabilem, & quid faciat perſonam uituperabilem. D. Habuiſſe uel debere, monſtrat naturalem dignitatē: & nō habere, facit perſonalē inhoneſtatem. Habere enim, factum eſt ab eo qui dedit: non habere, factum ab ipſo qui deſeruit. Ideo nāque debet, qa accepit; ideo uero non habet, quia deſeruit.

ſeruit. M. Non ergo reprehendas in ipſa uoluntate, quæ non ſtetit in iuſtitia, debere iuſtitiam. ſed non habere iuſtitiam. D. Omnino nihil aliud ibi reprehendo ꝙ abſentiam iuſtitię, ſiue nõ habere iuſtitiam. Nam ſicut iam dixi: habere, decorat: nõ habere uero, deturpat. & quo magis illud decet, eo magis iſtud dedecet: immo non ob aliud uolũtatem illam deturpat ex propria culpa nõ habere, ꝙ quia illam decorat ex bonitate dãtis habere debere. M. Nõne iam uoluntatem ipſam, quæ non habet iuſtitiam quam debet habere, iudicas iniuſtam, et in illa eſſe iniuſtitiam? D. Quis non ita iudicet? M. Si nõ eſſet iniuſta, nec eſſet in illa iniuſtitia: puto quia nihil in ea reprehẽderes. D. Nihil omnino. M. Ergo nihil aliud in illa reprehendis, ꝙ iniuſtitiam, & quia iniuſta eſt. D. Non poſſum aliud quicquã in ea reprehendere. M. Si ergo nihil aliud ibi reprehẽdis, ꝙ abſentiam iuſtitiæ, & illam nõ habere iuſtitiam: ſicut pauloante dixiſti: et iterum uerum eſt, quia nihil aliud reprehendis in ea, quã in illa eſſe iniuſtitiam: ſiue illã eſſe iniuſtam: palàm eſt, quia non aliud in illa eſt iniuſtitia, aut eſſe iniuſtã, ꝙ abſentia iuſtitiæ, aut non habere iuſtitiã. D. Nullo modo poſſunt hæc eſſe diuerſa. M. Sicut igitur abſentia iuſtitiæ, & nõ habere iuſtitiam, nullam eſſentiam habent: ita iniuſtitia & eſſe iniuſtum, nullum habent eſſe, & idcirco non eſt aliquid, ſed nihil. D. Non eſt conſequentius aliquid. M. Memento etiam iam conſtare: quia recedẽte iuſtitia excepto debito iuſtitię, nihil aliud ibi remanſit, ꝙ quod habebat ante ſuſceptam iuſtitiam. D. Conſtat utique. M. Ac iniuſta nõ erat, nec iniuſtitiam, habebat, ante quã haberet iuſtitiam. Diſ. Non. Mag. Ergo aut recedẽte iniuſtitia, nõ eſt in illa iniuſtitia, nec eſt iniuſta. aut nihil eſt iniuſtitia, uel eſſe iniuſtum. D. Non poteſt uideri aliquid magis neceſſarium. M. Ac iniuſtitiam illam habere, & eſſe iniuſtam, poſt deſertam iuſtitiam conceſſiſti. D. Immo nõ poſſum non uidere. M. Nihil igitur eſt iniuſtitia, uel eſſe iniuſtum. D. Credentem me feciſti ſcire, quod neſciens credebam.

Quòd iniuſtitia non ſit niſi abſentia debitæ iuſtitiæ. Cap. 16. Mag.

Aeſtimo etiam te cognoſcere iam, quòd iam iniuſtitia non ſit aliud quã abſentiã iuſtitiæ: nec iniuſtũ eſſe aliud quàm nõ habere iuſtitiam: cur nõ ante datam, ſed poſt derelictam iuſtitiam, eadem abſentia iuſtitiæ uocetur iniuſtitia: & non habere iuſtitiam, ſit iniuſtum eſſe, & ſit utrunq; reprehenſibile. non enim propter aliud, niſi quia non dedecet abeſſe iuſtitiam, niſi ubi debet eſſe. Sicut enim uirum, qui nondũ debet habere barbam, non dedecet nõ habere: cum uero iam debet habere, indecorum eſt non habere. Ita naturã, quæ non debet habere iuſtitiam, non deformat non habere: illam uero quæ habere debet, dehoneſtat nõ habere, & quãto magis debet habere, uirilem oſtẽdit naturam: tanto magis non habere, fœdat uirilem figuram. D. Sufficenter uideo iniuſtitiam nõ eſſe, niſi abſentiam iuſtitię ubi debet eſſe iuſtitia. M. Cum poſſimus ſolam uoluntatem beatitudinis præfato angelo dari, uidimus eũ nihil potuiſſe uelle aliud. D. Aperte uidimus quod dicis.

Cur deſertor angelus non poßit redire ad iuſtitiam. Cap. 17. Mag.

An modo derelicta iuſtitia, & remanente illa ſolum uoluntate, quæ prius fuerat, beatitudinis, poteſt idem deſertor ad uolũtatem iuſtitiæ redire per ſe, ad quam nõ potuit antequam daretur uenire. Diſc. Sed modo multo minus. Tunc enim conditione naturæ non poterat habere: nunc uero merito quoq; culpæ non debet habere. M. Nullo ergo modo poteſt habere iuſtitiam a ſe, cum non habet iuſtitiam, quia nec antequam eam accepit, nec poſtquam eã deſerit. D. Non debet aliqd habere a ſe,

M.Nonne aliquo modo uel cũ ipſe haberet potuit ipſe ſibi dare iuſtitiã?D. Quomodo potuiſſet?M.pluribus modis dicimus facere.Dicimus enim facere aliquid,cum eſſe facimus rem,& cũ facere poſſimus ut non ſit,& non facimus.Hoc itaq; modo potuit ipſe ſibi dare iuſtitiam,quia potuit ſibi auferre eam,& potuit non auferre: quomodo ille qui ſtetit in ueritate,in qua factus eſt,non fecit cum potuit ut eam nõ haberet:& ita eam ipſe ſibi dedit,& totũ hoc a deo accepit.Ab eo enim acceperant ambo habere, & poſſe tenere, & poſſe deſerere.Hoc ultimũ ideo deus dedit,ut poſſent ſibi dare aliquo modo iuſtitiam.Si enim nullo modo eam ſibi poſſent auferre:nullo modo poſſent ſibi dare.Qui ergo hoc modo ſibi dedit eam,hoc ipſum a deo accepit,ut ſibi eam daret.

Quomodo malus angelus ſe fecit iniuſtum,et bonus ſe iuſtum, & quòd malus ſic debet deo gratias pro bonis quæ accepit & deſeruit,ſicut bonus qui ſeruauit accepta. Cap. 18. Diſ.

Video, quia non auferendo potuerũt ſibi dare iuſtitiam,ſed alter ſibi dedit,alter ſibi abſtulit.Ma. Vides ergo deo parem eos habere gratiam,quantum ad bonitatem ipſius, nec diabolũ ideo minus debere deo reddere q̃d dei eſt:quia ſibi abſtulit quod deus dedit, & noluit accipere quod deus obtulit. D.Video.M.Semper igitur debet deo gratias agere malus angelus pro beatitudine quam ſibi abſtulit:ſicut bonus pro ea quam ſibi ipſe dedit.D.Veriſſimũ eſt.M.Aeſtimo, quia animaduertis deum nullo modo poſſe facere iniuſtum,niſi iniuſtum non faciendo iuſtũ cum poſſit.Deus iniuſtum facit,quando non facit iuſtum, quem iuſtum facere poteſt.Nam ante acceptam iuſtitiam nullus eſt iuſtus uel iniuſtus: & nullus poſt acceptam iuſtitiam fit iniuſtus,niſi ſponte deſerta iuſtitia.Sicut ergo bonus angelus fecit ſe iuſtũ, non auferẽdo ſibi iuſtitiam cum potuit:ita deus malum angelum,angelũ facit iniuſtum, non reddendo ei iuſtitiam cũ poſſit.D.Facile cognoſcitur.

Quod uoluntas inquãtum ſit,bonum eſt,& nulla res mala ſit. Cap. 19 Mag.

Redeamus ad conſiderationem uoluntatis,& reminiſcamur quòd conſiderauimus uoluntatem ſcilicet beatitudinis quicquid uelit non eſſe malũ, ſed eſſe bonum aliquod antequã accipiat iuſtitiam. Vnde conſequitur,quia cũ deſerit acceptam iuſtitiam: ſi eadẽ eſſentia eſt, quæ prius erat bonum aliquod,quantum ad hoc quod eſt:quãtum uero ad hoc q̃a iuſtitia non eſt, in illa quæ fuit,dicitur mala & iniuſta. Nã ſi uelle deo ſimilem eſſe, malum eſſet; filius dei non uellet ſimilis eſſe patri, aut ſi uelle quaslibet infimas uoluptates eſſet malum mala diceretur uoluntas brutorum animalium.Sed nec uoluntas filij dei eſt mala, quia eſt iuſta: nec uolũtas irrationalis mala dicitur, quia nõ eſt iniuſta. Vnde ſequitur nullam uoluntatem eſſe malũ, ſed eſſe bonum inquãtum eſt,quia opus dei eſt: nec niſi inquantum eſt iniuſta,malam eſſe. & quoniã nulla res mala dicitur niſi mala uolũtas,aut pp malã uoluntatem:ut malus homo, & mala actio: nihil eſt apertius q̃ nullã rem eſſe malam,nec aliud eſſe malũ, q̃ abſentiam iuſtitiæ derelictæ in uoluntate, aut in aliqua re propter malam uoluntatem.

Quomodo deus faciat malas uoluntates & actiones, & quomodo accipiantur ab eo. Cap. XX. Diſ.

Sic tua diſputatio ueris et neceſſarijs apertiſque rationibus cõcatenatur,ut nulla ratione quod dicis, diſſolui poſſe uideam:niſi quia uideo aliud conſequi,q̃d nec dici debere credo,nec quo modo non ſint,ſi uera ſunt quæ dicis, nõ uideo. Nam ſi uelle eſſe ſimilẽ Deo non nihil nec malũ, ſed quoddã bonũ eſt,non niſi ab eo a quo eſt omne bonũ,quod eſt,haberi potuit. Si ergo angelus non habuit quod non accepit:

quod habuit ab illo accepit à quo habuit. Quid autẽ ab illo accepit, quod ille nõ dedit? Quare ſi habuit uelle eſſe ſimilem Deo: ideo habuit, quia Deus dedit. M. Quid mirũ ſi quemadmodũ dicitur inducere in tentationẽ, quando non liberat de ea. ita fatemur eum dare uoluntatem malam, non prohibendo eam cum poteſt: præſertim cum poteſtas uolendi quælibet non niſi ab illo ſit. D. Hoc modo non uidetur eſſe incõueniens. M. Si ergo datio non eſt ſine acceptione: quemadmodum non inuſitate dicitur dare, & qui ſponte concedit, & qui non approbando permittit: ita non incongrue accipere dicitur, & qui cõceſſa ſuſcepit, & qui illicita præſumit. D. Nec incongruum nec inuſitatũ mihi uidetur quod dicis. Ma. Quid ergo dicimus contra ueritatem: ſi dicimus, cum diabolus uoluit, quod non debuit, hoc illum & à Deo accepiſſe, quia deus permiſit: & non accepiſſe, quia ille non conſenſit. D. Nihil hoc repugnare uidetur ueritati. M. Cũ igitur diabolus conuertit uoluntatem ad qđ non debuit, & ipſum uelle, & ipſa conuerſio fuit aliquid: & tamen non niſi à Deo, & de Dei uoluntate aliquid habuit. quoniã nec uelle aliquid, nec mouere potuit uoluntatẽ, niſi illo permittente qui fecit oẽs naturas ſubſtantiales & accidentales uniuerſales & indiuiduales. Inquantum enim uolũtas & cõuerſio ſiue motus uoluntatis eſt aliquid, bonũ eſt, & dei eſt. Inquantũ uero iuſtitia caret, ſine qua eſſe nõ debet: non ſimpliciter malũ, ſed aliquid malũ eſt, & quod malum eſt non dei, ſed uolentis, ſiue mouentis uolũtatẽ. Simplex quippe malum eſt iniuſtitia: quoniam non eſt aliud ꝙ malum, quod nihil eſt. Aliud uero malum eſt natura, in qua eſt iniuſtitia: quia eſt aliquid & aliud ꝙ iniuſtitia, quę malum & nihil eſt. Quare, quod aliquid eſt à deo ſit, & dei eſt, quod uero nihil eſt, id eſt, malũ ab iniuſto ſit & eius eſt. D. Quod quidem deus naturas rerum omniũ faciat fatẽdum eſt. Quod uero ſingulas actiones peruerſarũ uoluntatũ uelut ipſum prauum motũ uolũtatis, quo ipſa mala uoluntas ſe mouet, faciat quis cõcedat. M. Quid mirũ, ſi dicimus deũ facere ſingulas actiones, quæ fiũt mala uoluntate: cum fatemur eum facere ſingulas ſubſtantias, quæ fiunt iniuſta uolũtate & inhoneſta actione. D. Nõ habeo quid contradicam, quippe nec negare poſſum uere aliud eſſe quãlibet actionem: nec fateri uolo non fieri à deo, qđ uere aliquam habet eſſentiam. Neque iſta tua ratio ullo modo accuſat deum aut excuſat diabolum: ſed omnino deũ excuſat, & diabolum accuſat. Sed uellem ſcire, utrum idem deſertor angelus iſta de ſe præſciuerit.

Quòd malus angelus non potuit præſcire ſe caſurum eſſe. Cap. 21. Mag.

Cum quæris, utrũ ille angelus qui nõ ſtetit in ueritate pſciuerit ſe eſſe caſurũ, diſcernendũ eſt de qua ſcientia dicas. Nam ſi de illa ſcientia quęrit, qua non niſi cũ certa rõne aliquid intelligitur: omnino reſpondeo, non poſſe ſcire quod põt non eſſe. Quod enim nõ eſſe poteſt, nequaquã eſſe certa põt colligi ratione. Quapropter cõſtat illũ nullatenus potuiſſe prſcire caſum ſuũ, quæ neceſſe non erat futurum. Ponamus enim non fuiſſe futurum caſum illum, an itaq; putas præſciri potuiſſe ſi futurus non erat? D. Videt nõ poſſe præſciri, quod poteſt futurũ non eſſe, nec poſſe non eſſe futurũ, quod præſcitur. Sed reminiſcor nunc illius famoſiſſimæ q̃ſtionis de præſcientia diuina, & libero arbitrio: quãuis enim tãta authoritate aſſeratur, & tanta teneatur utilitate, & nullatenus propter humanã rationem dubitandũ ſit diuinam præſcientiam & liberũ arbitriũ ſibĳnuicem conſentire: tamen quantum ad rationis conſiderationẽ, quę uidetur ſpectare inſociabiliter uident diſſentire: unde uidemus in hac quæſtione nonnullos ſic in unã

partem urgentes, ut alteram omnes deferant unda infidelitatis ſuę ſubmergẽte perire, multos uero uelut contrarijs uentis hincinde contra inuicem ſuſtentando quaſſantibus periclitari. Cũ ergo diuinam conſtet præſcientiam eſſe, omnium quæ fiunt libero arbitrio, nec aliud horũ ſit ex neceſſitate: nihilominus uidetur poſſe nõ eſſe futurum qđ præſcitur. M. Breuiter interim reſpondebo. Præſcientia dei non proprie dicitur præſcientia. Cui enim omnia ſemp ſunt præſentia, non habet futurorum præſcientiam, ſed præſentium ſcientiã. Cum ergo alia ſit ratio de præſcientia futuræ ꝙ de præſentis rei ſcientia: non eſt neceſſe diuinam præſcientiam, & illam de qua quærimus, eandem habere conſequentiam. D. Aſſentio. M. Redeamus ad illam, quæ erat in manibus, q̃ſtionẽ. D. Placet quod dicis. Sed eo pacto, ut cum de illa cuius mentionẽ fecimus quæſiero, mihi reſpondere quod inde Deus tibi dignabitur oſtẽdere nõ renuas. Valde nanq; neceſſaria eſt eius ſolutio, ſi iam ab aliquo facta eſt, aut ſi fiat. fateor enim non Deum alicubi excepta diuina authoritate, cui indubitãter credo, me legiſſe rationẽ, quæ mihi ſufficeret ad eiuſdem ſolutionis intellectum. Mag. Cum ad illam ueniemus, ſi forte uenerimus, erit ſicut Deus dabit. Nunc autem quoniam ſuprapoſita ratione patet apoſtatam angelũ non potuiſſe præſcire ruinam ſuam, ea præſcientia quam rei neceſſitas ſequit: accipe adhuc aliam rationem, quæ non ſolum præſciẽtia, ſed & æſtimatione, aut qualibet ſuſpitione ſuum eum præſenſiſſe caſum excludit. D. Hoc accepto. M. Si adhuc in bona uoluntate ſtans præſciebat ſe caſurum, aut uolebat ut ita fieret, aut nolebat. Diſ. Vnum horũ neceſſe eſt uerum eſſe. M. Sed ſi cũ præſcientia uoluntatem habebat aliquãdo cadendi, iam ipſa mala uoluntate ceciderat. D. Patet quod dicis. M. Nõ itaque uolẽdo cadere prius ſciuit ſe caſurum, ꝙ caderet. D. Non pôt aliud obijci concluſioni tuæ. M. Ac ſi præſciebat ſe caſurum & nolebat: tantũ miſer erat dolendo, quantũ magis ſtare uolebat, & quo erat iuſtior, eo debebat eſſe felicior. D. Negari non poteſt. M. Ac tanto iuſtior erat, quanto magis uolebat ſtare, & quo erat iuſtior, eo debebat eſſe felicior. D. Nõ poteſt negari. M. Ergo ſi nolendo præſciebat ſe caſurũ, tanto erat miſerior, quãto debebat eſſe felicior, quod non conuenit. D. Ita quidẽ conſequi negare nequeo, ſed hoc ſæpe non ſolum ſine inconuenientia, ſed & laudabiliter & ſuperna gratia fieri cognoſcitur: multoties enim ut pauca de incommodis iuſtorum commemorem quanto quis iuſtior eſt: tanto maiore doloris compaſſione de alieno caſu afficitur. Sæpe enim eum qui maiorem habet in iuſtitia conſtantiam, uidemus ab iniuſtis maiorem pati perſecutionis inſtantiã. M. Non eſt eadem ratio in hominibus & in illo angelo. Hominis enim natura propter peccatum primi parentis iam innumerabilium incommodorum facta eſt paſſibilis, ex qua paſſibilitate multis modis gratia nobis operatur incorruptibilitatẽ. Ille uero adhuc nullo peccato præcedente alicuius mali non inuenerat paſſionem. Diſc. Satisfeciſti obiectioni meæ. Patet enim quia hęc ipſa ratio ſicut ſeparat ab ipſo malo angelo ſui caſus præſcientiam: ita nihilominus omnem ſegregat opinionem. M. Eſt & aliud quod mihi ſatis uidetur oſtendere nullo modo eum ſuam ante putauiſſe futuram præuaricationem. Nempe ut coactam putauiſſet aut ſpontaneã: ſed nec nullatenus erat unde ſe aliquando cogi ſuſpicaretur: nec quandiu uoluit in ueritate perſeuerare, ullo modo putare potuit ſe ſola uoluntate illam deſerturum. Supra nanque iam monſtratum eſt eum quandiu rectam uoluntatem habuit in hac ipſa uoluntate uoluiſſe perſeuerare. Quapropter uolẽdo

tenere perſeueranter quod tenebat: nullo modo uideo unde potuiſſet, uel ſuſpicari nulla alia accedente cauſa: ſola ſe illud deſerturum uoluntate. Non nego illũ ſciuiſſe, quia poſſet mutare uolũtatem quam tenebat, ſed dico illum nõ potuiſſe putare: quia aliquãdo omnia alia ceſſante cauſa, ſponte mutaret uoluntatem quam perſeueranter teneſſe uolebat. D. Qui diligenter intelligit quod dicis, patenter uidet quia nullo modo ſcire uel putare potuit angelus malus ſe facturum quod malefecit.

Quòd ſciuit ſe non debere uelle hoc quod uolendo peccauit, & deberet puniri ſi peccaret. Cap. 22.

Sed & hoc uolo ut pariter oſtendas ſi ſciuit ſe non debere uelle quod prævaricando uoluit. M. In hoc dubitare non debes ſi ſupra dicta conſideras. Si enim neſciſſet ſe nõ debere uelle quod iniuſte uoluit, ignoraſſet ſe debere uoluntatem tenere quam deſeruit. Quapropter nec iuſtus eſſet tenendo, nec iniuſtus deſerendo iuſtitiam quam neſciſſet. immo nec poterat nõ uelle plus quã habebat, ſi neſciebat ſe debere eſſe contentum eo quod acceperat. Denique quia ita rationalis erat, ut nulla re prohiberetur uti ratione, nõ ignorabat quid deberet uel nõ deberet uelle. D. Rationem tuam non uideo poſſe infirmari: ſed tamen inde mihi uidetur quædam oriri quæſtio. Si enim ſciebat ſe non debere deſerere quod acceperat: utique ſciebat nihilominus ſe debere puniri ſi deſereret. Quomodo igitur ſpõte potuit uelle unde miſer eſſet, quod acceperat inſeparabiliter uelle unde beatus eſſet?

Quòd non debuit ſcire, quia ſi peccaret puniretur. Cap. 23. Mag.

Sicut certum eſt quia debere ſe puniri ſi peccaret ignorare non potuit, ita quia puniretur ſi peccaret ſcire non debuit. D. Quomodo hoc ignorauit ſi ita rationalis erat, ut eius rationalitas nõ impediretur ueritatẽ cognoſcere: ſicut ſæpe noſtra impeditur regnante corruptibili corpore? M. Quia rõnalis erat, potuit intelligere quia iuſte ſi peccaret puniretur. Sed quoniã iudicia dei multa & inueſtigabiles uiæ eius, nequiuit comprehendere an deus faceret quod iuſte facere poſſet. Sed & ſiquis dicat quia nullatenus credere potuit deum creaturam ſuam propter eius culpam damnaturum quam tanta ſua bonitate fecerat: præſertim cum nullum exẽplum iuſtitiæ ulciſcentis iniuſtitiã præceſſiſſet, & certus eſſet numerũ in quo facturi erant, qui deo frui deberent tanta ſapientia eſſe præſtitutum: ut ſicut nihil habebat ſuperfluum, ita ſi minueretur, imperfectus eſſet, nec tam præclarum opus dei ex aliqua parte permanſurum imperfectum: nec ulla ratione ſcire poſſet ſi homo iam factus erat, deum humanam naturam pro angelica: aut angelicam pro humana ſi caderet ſubſtituturũ: ſed potius unamquãque in id ad quod facta erat pro ſe, nõ pro alia reſtitutam, aut ſi factus nondum homo erat: multo minus putare poſſet ad ſubſtitutionem alterius naturæ illum eſſe faciendum. Si inquam aliquis hoc dicat, quæ inconuenientia ineſt? Sed redeamus ad hoc quod dixerã, illum ſcilicet hanc non debuiſſe habere ſcientiam. Si enim ſciuiſſet non poſſet uolens & habens beatitudinẽ ſponte uelle: unde miſer eſſet: quare non eſſet iuſtus non uolendo quod nõ deberet: quoniam non poſſet uelle. Sed & hac ratione conſidera utrum ſcire quod quæris debuerit. nã ſi ſciſſet aut peccaſſet, aut non. D. Vnum horum eſſet. M. Si præuiſa tanta pœna nulla indigentia et nulla re cogente peccaſſet: tãto magis puniendus eſſet. D. Ita eſt. M. Non ergo hæc præſcientia illi expediebat. D. Vere peccaturo non expediebat præſcire pœnam. M. Quod ſi non peccaſſet, aut ſola bona uoluntate non peccaſſet, aut timore pœnę. D. Nihil aliud dici poteſt. M. Sed quoniam non cauiſſet peccatum ſolo amore iuſtitiæ, ipſo

opere mõſtrauit. D. Non eſt dubium. M. Si uero timore cauiſſet non eſſet iuſtus. D. Palàm eſt nullo modo eum debuiſſe ſcire indictam ſibi pœnam ſuum ſecuturam peccatum. Sed quoniam eũ angelum, qui ſtetit, & eum qui non ſtetit in ueritate, pari ſcientia præditos in prima conditione credimus: nõ uideo cur illi negata ſit ſcientia iſta, cui tam tenax erat bona uoluntas, ut ſufficeret ad cauendum peccatũ. M. Non tamen poſſet nec deberet cõtemnere pœnam quam præſciſſet. D. Sic uidetur. M. Sicut ergo ſolus amor iuſtitię: ita ſolum odium pœnæ ſufficeret ad non peccandum. D. Nihil planius. M. Duas igitur habuiſſet cauſas non pecandi. unam honeſtam & utilem, alteram inhoneſtam & inutilem, id eſt, amorem iuſtitiæ & odiũ pœnæ. Nam non ſatis eſt honeſtum ſolo odio pœnæ non peccare, & ad non peccandum inutile eſt odium pœnę ubi ſolus amor iuſtitię ſufficit. D. Non eſt quod poſſim obĳcere. M. Quid ergo? Nonne multo nitidius placet eius perſeuerantia: cum illa ſola perſeuerandi cauſa uidetur in illo quæ utilis eſt & honeſta quia ſpontanea, ꝙ ſi ſimul ſeſe illa oſtẽderet, ꝙ inutilis & inhoneſta, quia neceſſaria intelligitur?

Quòd etiam bonus angelus hoc ſcire non debuit. Cap. 14. Diſ.

Sic patet quod dicis, ut quod paulo ante uolebam eum ſciuiſſe, nunc gaudeam eum neſciuiſſe: niſi quia nũc eandem eum negare non poſſumus habere ſcientiam, quam ipſo angeli exẽplo peccantis ignorare non poteſt. Mag. Quod nũc uterque ſcilicet bonus angelus et malus certus eſt, quia talẽ culpam talis ſequitur pœna: ſicut ſcientia eſt ambobus diuerſa, ita eſt ſciẽtię cauſa non eadem & finis diſſimilis. Nam quod ille ſcit ipſo ſui experimẽto, hoc iſte didicit ſolo alterius exemplo. Sed ille illo modo quia non perſeuerauit, iſte alio modo quia perſeuerauit. Quapropter ſicut illi quoniam uituperabiliter nõ perſeuerauit, ſcientia ſua eſt ad pœnam: ſic iſti qui laudabiliter perſeuerauit, ſcientia eſt ad gloriam. Si ergo ille dicitur hoc ſolo, quia hanc habet ſcientiam, iam peccare non poſſe: ſatis patet, ꝗa ſicut glorioſa eſt ſcientia quæ ex laudabili perſeuerantia eſt comparata: ſic ad gloriam eſt impotentia peccandi, quæ ex glorioſa ſciẽtia eſt nata. Quemadmodum ergo malus angelus uituperandus eſt, quia nõ poteſt ad iuſtitiam redire: ita iſte laudãdus eſt, ꝗa non poteſt abire. Sicut enim ille iã redire nõ poteſt, quia ſola mala uoluntate abĳt, ſic iſte iam abire non poteſt: ꝗa ſola bona uoluntate permanſit. Palàm igitur eſt, quia ſicut illi non poſſe recuperare, qđ deſeruit eſt pœna peccati: ita huic non poſſe deſerere qđ tenuit eſt præmium iuſtitiæ.

Quòd ille ſi etiam hoc ſolo dicitur iam non poſſe peccare, quia nunc habet ſcientiam ex caſu diaboli, tamen illi ſit ad gloriam.

Cap. 15. Diſcip.

Valde pulchra eſſet huius ſcientiæ atꝗ impotentiæ iſta tua contemplatio ſi quemadmodũ aſſeris: ideo bono angelo eadem ſcientia & impotẽtia quia perſeuerauit contigiſſent. Non enim eas adeptus eſſe uidetur quia ipſe perſeuerauit: ſed quia deſertor nõ perſeuerauit. M. Si ita eſt, ut dicis, gaudere ꝑt bonus angelus de caſu apoſtatę angeli: utpote cui expediebat ut ille caderet. quoniam adeptus eſt hanc ſcientiã qua nec peccare nec miſer eſſe amplius poſsit, non quia ipſe bene meruit: ſed quia alius male meruit: ꝗ omnia ſunt nimia abſurditate plena. D. Quãto abſurdius uidetur: ſicut tu monſtras caſum peccantis angeli profuiſſe ſtanti: tanto magis neceſſarium eſt: ut oſtendas iſtum non ideo adeptum eſſe ſcientiam de qua agitur, quia ille peccauit. M. Non debes dicere ideo bonũ angelum ad ſcientiam profeciſſe hanc quia malus peccauit: ſed bonũ angelũ ideo profeciſſe ad hanc ſcientiam exemplo

cadētis: quia ille peccata. Si enim neuter peccaſſet: utriq; daturus erat Deus eandem ſcietiam merito perſeuerantię alio modo ſine alicuius cadētis exemplo. Nullus enim dicit Deum non alio modo potuiſſe angelis ſuis hanc dare ſcientiam. Cum ergo ille peccauit exēplo eius: iſtum docuit quod docturus erat nō impotentia quia alio modo nō potuit, ſed maiore potentia qua de malo bonum facere potuit: ut nec malum inordinatū in regno omnipotentis ſapientię permaneret. D. Placet mihi ualde quod dicis. M. Patet itaq; ſi bonus angelus hoc ſolo iam peccare nō poſſet quia ſcit peccatum mali angeli pœnam ſecutā eſſe: quod tamen hęc impotentia non illi eſſet ad minutionem laudis: ſed ad præmium ſeruatæ iuſtitiæ. Sed ſcis quia ſupra claruit eum idcirco peccare non poſſe: quoniam merito perſeuerātię a deo perfectus eſt, ut iam nō uideat quid plus uelle queat. D. Nihil excidit eorum quæ ſupra rōne inueſtigante cōperimus a memoria mea.

Quòd horremus audito nomine mali, & quid faciat opera quæ uidetur iniuſtitia facere, cum ipſa et malum nihil ſit. Cap 26

Sed cū omnibus quęſtionibus meis ſatisfeceris, illud adhuc expecto aperiri, quid ſit ꝙ horremus audito nomine mali, & quid faciat opera quæ iniuſtitia, quę malum eſt, uidetur facere, ut in raptore in libidinoſo, cū malum nihil ſit. M. Breuiter tibi reſpondebo. Malū quod eſt iniuſtitia ſemper nihil eſt, malum uero quod eſt incommoditas aliquando ſine dubio eſt nihil, ut cęcitas: aliquando eſt aliquid, ut triſtitia & dolor. Et hanc incommoditatem quæ eſt aliquid ſemper odio habemus. Cum itaque audimus nomen mali, non malum quod nihil eſt timemus: ſed malū quod aliquid eſt quod abſentiam boni ſequitur. Nam iniuſtitiam & cęcitatem quæ malum & nihil ſunt ſequunť multa incommoda quæ malum & aliquid ſunt, & hæc ſunt quæ horremus auditio nomine mali. Cū aūt dicimus quia iniuſtitia facit rapinam, aut cæcitas facit hominē cadere in foueam: nequaquā intelligēdum eſt quod iniuſtitia aut cæcitas faciant aliquid: ſed ſi iuſtitia eſſet in uoluntate & uiſus in oculo, nec rapina fieret, nec caſus in foueā. Tale eſt cū dicimus abſentia gubernaculi impellit nauem in ſcopulos, aut abſentia fræni facit equum diſcurrere, quod non eſt aliud ꝙ̄ ſi gubernaculū abeſt naui, & frenum equo: quę ſi adeſſent nec uenti nauem impellerent: nec equus diſcurreret. Sicut nanque gubernaculo nauis & fræno regitur equus. ſic iuſtitia gubernatur uoluntas hominis & uiſu pedes.

Vnde ueniat malum in angelum qui bonus erat. Cap 27. Diſ.

Sic mihi de malo quę eſt iniuſtitia ſatisfeciſti, ut iam oēs in corde meo ꝙ de illo ineſſe ſolebant quæſtiones ſint deterſæ. De hoc. n. malo quæſtio naſci uidetur: qm̄ ſi eſſet aliqua eſſentia, eſſet a deo a quo & neceſſe eſt eſſe omne qđ aliquid eſt, & impoſſibile eſt eſſe peccatū ſiue iniuſtitiā. De malo uero qđ eſt incōmoditas ſi aliquando eſt aliqđ nihil uideo recte fidei obuiare. Sed ne tædeat te breuiter reſpondere fatuæ interrogatiōi meę, ut ſciam qualiter hoc ipſum quærentibus reſpōdeam, quippe nō ſemper facile eſt inſipienti inſipienter quærēti, ſapienter reſpōdere. Quęro igitur unde primū uenit malū quod dicitur iniuſtitia, ſiue peccatū in angelū qui factus eſt iuſtus? M. Dic tu mihi unde uenit nihil in aliqđ. D. Nihil nec uenit nec recedit. M. Cur ergo quæris unde uenit iniuſtitia quæ nihil eſt? D. Quia qñ iuſtitia recedet inde ubi erat, dicimus accedere iniuſtitiam. M. Dic ergo quod magis proprie & apertius dicitť, et quare de abſceſſu iuſtitię. Siquidem ſæpe apta interrogatio expedit reſponſionē & inepta reddit impeditiorem. D. Cur ergo receſſit ab angelo iuſto iuſtitia? M. Si ꝓprie uis loqui nō re

ceſſit ab eo: ſed ipſe deſeruit eam uolendo quod non debuit. Diſ. Cur deſeruit eam? M. Cum dico quia uolẽdo quod non debuit eam deſeruit, aperte oſtẽdo cur & ꝙ illam deſeruit. Nam ideo illã deſeruit quia uoluit quod uelle nõ debuit, & hoc modo id uelendo qđ non debuit illam deſeruit. Diſ. Cur uoluit quod non debuit. M. Nulla cauſa præceſſit hanc uoluntatem niſi quia uelle potuit. D. An ideo uoluit quia potuit? Ma. Non: quia ſimiliter potuit bonus angelus uelle: nec tamen uoluit. Nam nullus uult quod uelle poteſt: ideo ꝗa poteſt ſine alia cauſa, quamuis nunꝗ uelit ſi non poteſt. D. Cur ergo uoluit? M. Non niſi quia uoluit. Nam hæc uolũtas nullã aliam habuit cauſam qua impelleretur aliquatenus aut attraheretur: ſed ipſe ſibi efficiens cauſa fuit ſi dici poteſt effectus.

Quòd poteſtas uolendi quod non debuit: bona fuit ſemper & ipſum uelle bonum quantum ad eſſe.

Cap. 18. Diſ.

Si poteſtas ipſa uolendi & ipſum uelle fuit aliquod bonum: fuit à deo. M. Vtrunque fuit aliquid, & poteſtas quidem non niſi bonũ aliquid & ſpontaneum donum dei: uelle autem ſecundum eſſentiam bonum: ſed quoniam non iuſte, factum eſt malum, & tamen a deo fuit a quo eſt omne quod aliꝗd eſt. Nempe non ſolum hoc habet aliꝗs a deo quod deus ſponte dat, ſed etiam quod iniuſte rapit deo permittente. Et ſicut dicitur deus facere quod permittit fieri: ita dicitur dare quod permittit rapi. Quoniam igitur permittente deo angelus malus per rapinã uſus eſt poteſtate a deo ſponte data, a deo habuit uti quod non eſt aliud ꝙ ipſum uelle. Non eſt enim aliud uelle quàm uti poteſtate uolendi, ſicut idem eſt loqui & uti poteſtate loquendi.

BEATI ANSELMI

De conceptu uirginali & peccato originali

Quæ ſit originalis & perſonalis natura.

Caput Primum.

CVM in omnibus religioſæ tuæ uolũtati uellim, ſi poſſim, obſequi & frater & fili chariſſime Boſo: tunc utique maxime debitorẽ me iudico, cum eam a me in te excitari intelligo. Certus autem ſum cũ in libro: Cur deus homo, quẽ ut ederem tu maxime inter alios me impuliſti, in quo te mecum diſputantem aſſumpſi, ligis aliam præter illã quam ibi poſui, poſſe uideri rationem, quomodo deus accepit hominem de maſſa peccatrice humani generis ſine peccato: quia ſtudioſa mens tua ad quærendumꝗ, quænam ſit illa, non parum prouocatur. Quapropter iniuſtus uideri tibi timeo, ſi quid inde mihi uidetur, dilectioni tuæ abſcõdo. Dicam igitur ſic breuiter de hoc quod ſentio, ut nullius de eadem re fidelem improbem ſententiam: nec meam (ſi ueritati repugnare rationabiliter poterit oſtendi) peruicaciter defendam. Illam tamen eiuſdem rei rationẽ, quam in eodẽ opuſculo poſui, omnino ratam & ſufficienter (ſi bene conſideretur) exiſtimo. nihil enim prohibet eiuſdem rei rationes plures eſſe: quarum unaquæque ſola poteſt ſufficere. Ad uidẽdum igitur qualiter deus hominem aſſumpſit de generis humani maſſapeccatrice ſine peccato: primum pe origiuali peccato neceſſe eſt inueſtigare. quia de hoc ſolo naſcitur hęc quæſtio. Nam ſi uidetur, quomodo Chriſtus huic ſubiacere non potuit: æqualiter aſſumptio ſiue conceptio illius hominis ab omni peccato libera fuit, palã, erit. Originale ab origine denominari dubium non eſt. Si ergo origimale peccatum non eſt niſi in homine: uidetur

dici

dici ab origine humanæ naturæ, quod eſt ab eius initio originale, eo quod ab ipſa humanę naturæ origine trahatur. Aut ab origine, hoc eſt, ab initio uniuſcuiuſq; perſonæ: quoniam in ipſa eius trahaẽ origine. Sed quod ab initio humanæ naturæ deſcendat, non uidetur: quando origo illius iuſta fuit, quando primi parentes iuſti facti ſunt ſine peccato. Videtur itaq; dici originale ab ipſa origine uniuſcuiuſq; perſonæ humanæ: quamuis ſiquis dicat peccatũ uocari originale, eo quod ab illis deſcendat in ſingulos à quibus habet originem naturæ, non contradicam: ſi tamẽ non negetur originale peccatum, cum ipſa uniuſcuiuſq; perſonæ trahi origine. Licet enim in unoquoque homine ſimul fuit & natura, qua eſt homo ſicut omnes alĳ: & perſona, qua diſcernitur ab alĳs, ut cum dicitur ille, uel iſte ſine proprio nomine: ut Adã & Abel, & uniuſcuiuſq; peccatum ſit in natura & perſona. fuit enim peccatũ Adæ in homine, quod eſt in natura: et in illo qui uocatus eſt Adã, quod eſt in perſona. Eſt tamẽ peccatum, quod quiſque trahit cũ natura, & in ipſa ſui origine. & eſt peccatum quod non trahit ab ipſa natura, ſed ipſe facit illud poſtquam iam eſt perſona diſcreta ab alĳs perſonis. Illud quidem quod trahit in ipſa origine, uocatur originale, quod poteſt etiam dici naturale, non q; ſit ex eſſentia naturæ, ſed quoniam propter eius corruptionem cum illa aſſumitur. Peccatum autem quod quiſq; facit poſtquam perſona eſt, perſonale poteſt nominari, quia uitio perſonę fit. Simili ratione poteſt dici originalis, & perſonalis iuſtitia. Siquidem Adam & Eua originaliter, hoc eſt, in ipſo ſui initio mox ut homines extiterunt ſine interuallo iuſti ſimul fuerunt. Perſonalis autem dici poteſt iuſtitia, cum iniuſtus accipit iuſtitiam, quam in origine non habuit. Ergo Adam & Eua ſi iuſtitiam ſeruaſſent originalẽ, qui de illis naſcerẽt originaliter, ſicut illi, iuſti eſſent.

Qualiter humana natura corrupta eſt. Cap. 2.

Quoniam autem perſonaliter peccauerũt, cum originaliter fortes & incorrupti haberent poteſtatem ſemper ſeruãdi ſine difficultate iuſtitiam, totum quod erant infirmatum & corruptum eſt. Corpus quidem, quia tale poſt peccatum fuit qualia ſunt brutorum animalium corruptioni & carnalibus appetitibus ſubiacẽtia, anima uero, quia ex corruptione corporis & eiuſdẽ appetitibus atq; ex indigentia bonorum quę perdidit, carnalibus affectibus eſt infecta, & quia tota natura humana in illis erat, & extra illos nihil erat, tota infirmata & corrupta eſt. Remãſit igiẽ in ea debitum iuſtitiæ integræ ſine omni iuſtitia quam accepit, & debitum ſatisfaciendi, quia eam deſeruit cum ipſa corruptione, quam propter peccatum incurrit. Sicut itaque, ſi non peccaſſet, qualis facta eſt à deo talis propagaretur: ita poſt peccatum, qualem ſe fecit peccando, talis propagatur. Quoniam igitur per ſe nec ſatisfacere pro peccato, nec iuſtitiam derelictam recuperare ualet, & corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & tunc maxime, quãdo infirmum eſt, ut in infantia & in utero matris, ut nec intelligere iuſtitiam poſſit: uidetur eſſe neceſſe eam infantibus naſci, cum debito ſatisfaciẽdi pro primo peccato, qđ ſemper cauere potuit & cum debito habendi originalẽ iuſtitiam, quam ſemper ſeruare ualuit. Nec impotentia excuſat eã in ipſis infantibus: quia in illis non ſoluit quod debet, quoniam ipſa ſibi fecit eam deſerendo iuſtitiam in primis hominibus, in quibus tota erat: & ſemper debitrix eſt habere poteſtatem, quam ad ſeruandam ſemper iuſtitiam accepit: hoc eſſe uideri poteſt in infantib⁹ originale peccatum. Addamus etiam peccata proximorum parentũ, quæ redduntur in tertiam & quartam generationem. Quãuis enim quæri poſſit, utrum hæc om-

Sapi. 9

nia intelligẽda ſint in originali peccato an non, tamen ne propter hoc quod q̃ro uidear leuigare illud, ponã iſtud eſſe tale: ut à nullo grauius oſtẽdi poſſit.

Quòd non ſit peccatum niſi in uoluntate rationali. Cap. 3.

Verum ſiue hoc totum ſic originale peccatum, ſiue aliud minus, puto nullatenus illud poſſe aſſeri eſſe in infante, antequam habeat animam rationalem: ſicut nec in Adam fuiſſe iuſtitiam prius q̃ fieret homo rationalis. Nam ſi Adam & Eua generaſſent ſine præcedẽti peccato: nõ tamen eſſet in ſemine iuſtitia, nec eſſe poſſet prius q̃ formaretur in uiuentem hominẽ. Si ergo ſemen hominis non eſt ſuſceptibile iuſtitiæ prius q̃ fiat homo, non poteſt ſuſcipere originale peccatum antequã homo fiat. Nempe originale peccatũ eſſe iniuſtitiam dubitari non debet. Nam ſi omne peccatum eſt iniuſtitia, & originale peccatum eſt peccatum, utique eſt & iniuſtitia. Sed ſi dicit aliqs, non eſt omne peccatũ iniuſtitia, dicat poſſe ſimul in aliquo & eſſe peccatum, & nullam eſſe iniuſtitiam: quod uidetur incredibile. Si uero dicitur originale peccatũ non eſſe abſolute dicẽdum peccatum, ſed cum additamento originale peccatum: ſicut pictus homo nõ uere homo eſt, ſed uere eſt homo pictus, profecto ſequitur: quia infans, qui nullũ habet peccatum niſi originale, mundus eſt à peccato: nec fuit ſolus inter homines filius uirginis ĩ utero matris & naſcẽs de matre ſine peccato: & aut non damnatur infans qui morit̃ ſine baptiſmo, nullum habẽs peccatũ præter originale, aut ſine peccato dãnatur. Sed nihil horum accipimus. Quare omne peccatum eſt iniuſtitia, & originale peccatũ eſt abſolute peccatũ. unde ſequitur, q̃ eſt iniuſtitia. Item ſi deus non damnat niſi propter iniuſtitiã: damnat aũt aliquem propter originale peccatũ. ergo non eſt aliud originale peccatũ q̃ iniuſtitia. Quòd ſi ita eſt, originale peccatũ non eſt aliud q̃ iniuſtitia, id eſt, abſentia debitæ iuſtitiæ, nõ enim uidetur eſſe iniuſtitia niſi in natura quæ, cũ debet habere, iuſtitiã non habet: utique originale peccatũ clauditur ſub eadẽ diffinitione iniuſtitiæ. At ſi iuſtitia eſt rectitudo uoluntatis propter ſe ſeruata, nec iſta rectitudo põt eſſe niſi in rationali natura: ergo non eſt ulla natura ſuſceptibilis iuſtitiæ præter rationalẽ. Quare quoniã iniuſtitia non poteſt eſſe, niſi ubi iuſtitia debet eſſe, originale peccatum quod eſt iniuſtitia, non eſt niſi in natura rationali. Rationalis aũt natura nõ eſt niſi deus, & angelus, & anima hominis, per quam homo dicitur rõnalis, & ſine qua non eſt homo. Quoniã ergo non eſt originale peccatum nec in deo nec in angelo, non eſt niſi in hominis anima rationali. Sciendũ quoque eſt, quia iuſtitia non poteſt eſſe niſi in uoluntate, ſi iuſtitia eſt rectitudo uolũtatis propter ſe ſeruata: quare nec iniuſtitia. Non. n. uocatur abſentia iuſtitiæ iniuſtitia, niſi ubi debet eſſe iuſtitia. Nihil itaq; præter ipſam iuſtitiã uel iniuſtitiam dicitur iuſtũ uel iniuſtũ niſi uoluntas, aut propter uolũtatem iuſtam uel iniuſtã. Per hanc dicimus iuſtũ uel iniuſtum hominem uel angelum, iuſtã uel iniuſtam animam ſiue actionem.

Quòd nihil per ſe ſit iuſtum aut iniuſtum niſi ipſa iuſtitia uel iniuſtitia, & quòd nihil puniatur niſi uoluntas uel iniuſtitia. Cap. 4.

Nihil enim ſiue ſubſtãtia ſiue actio ſiue aliquod aliud per ſe conſideratum eſt iuſtũ niſi iuſtitia, aut iniuſtum uel peccatũ niſi iniuſtitia: nec ipſa uolũtas in qua eſt iuſtitia ſiue iniuſtitia. Aliud enim eſt uis illa animæ, per quam ipſa anima uult aliud, quæ uis iuſtrumẽtũ uolendi poteſt dici (ſicut uiſus inſtrumentũ uidendi) quam uoluntatẽ nominamus: & aliud eſt iuſtitia, quã habendo iuſta uoluntas, & qua carendo iniuſta uocatur: dicuntur enim uoluntates eiuſdẽ inſtrumenti affectiones et uſus, q̃ hic longũ eſt inſerere. Nec ipſi appe-

Gal.5 ctus, quos Apoſtolus carnem uocat,
Ro.7 quæ concupiſcit aduerſus ſpiritum:& legem peccati quæ eſt in mẽbris repugnantem legi mentis, iuſti uel iniuſti ſunt per ſe conſiderandi. Non enim iuſtum faciũt uel iniuſtũ ſentientem, ſed iniuſtum tantũ uoluntate, cum non de-
Ro.8 bet, conſentientem. Dicit enim Apoſtolus, nihil damnationis eſſe his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundũ carnẽ ambulant, id eſt, nõ carni uoluntate cõſentiunt. Nam ſi ſentientem ſine cõſenſu iniuſtum facerent, ſequeretur damnatio. Quare non eos ſentire, ſed eis cõſentire peccatum eſt. Si enim iniuſti iuſti per ſe eſſent, quoties illis conſentiretur iniuſtum facerẽt. Sed quando bruta animalia illis cõſentiunt, non dicuntur iniuſta. Item ſi peccata eſſent, auferentur in baptiſmo: cũ omne peccatũ abſtergitur, quod nequaquam fieri palàm eſt. Quare non eſt in eorũ eſſentia ulla iniuſtitia, ſed in uoluntate rationali illos inordinate ſequẽte. Cum enim illis reſiſtit uoluntas condelectando legi dei ſecundũ interiorem hominẽ, tũc eſt iuſta uoluntas. Iuſtitiam enim (quã lex iubet) & legem dei dicit, quia a deo eſt, et legẽ mentis, quia per mentẽ intelligitur. ſicut lex uetus lex dei dicitur, quia a deo eſt, & lex Moyſi: quia per Moyſen miniſtrata eſt. Quod quidem dixi nullam actionẽ per ſe iniuſtã dici: ſed propter iniuſtam uoluntatẽ, in illis planũ eſt, quæ non iniuſte poſſunt fieri aliquando: ut eſt hominẽ occidere, ſicut fecit Phinees: & utriuſq; ſexus cõmiſtio, ut in coniugio: & ſicut in brutis animalibus. In illis uero quæ nun-
Nu.25 quam niſi iniuſte poſſunt eſſe, ut eſt periurium, & quædã alia, quę nec ſunt nominanda, non ita facile intelligitur. Sed ſi aliqua actio, qua fit aliud: q̃ non eſt niſi dum fit aliud, & peracto eo trãſit, ut iam non ſit, aut opus quod fit et remanet. Verbi gratia: Cũ in ſcribendo quod ſcribi non debet tranſit ſcriptio, qua fiunt ſcripturę quæ remanẽt, eſſet peccatũ tranſeunte actione, ut iam non ſit, trãſiret ſimiliter peccatum, nec iam eſſet: aut quandiu remaneret quod fit, nunquam deleretur peccatũ: Sed uidemus peccata ſæpe nõ deleti actione deleta, & deleri opere non deleto. Quare actio quę tranſit, nec opus quod remanet eſt aliquando peccatũ. Denique ſi de actionibus uoluntarijs, quæ iniuſtę fiunt, arguuntur membra & ſenſus q bu. fiunt, reſpondere poſſunt. Deus nos, & poteſtatem quæ in nobis eſt, ſubiecit uolũtati, ut ad imperium eius nõ poſſimus mouere nos & facere qđ uult, immo illa mouet nos uelut inſtrumenta ſua, & facit opera quę uidemur facere: nec nos poſſumus illi p nos reſiſtere: nec opera quæ facit, poſſunt non fieri dominæ quam deus nobis dedit, nec poſſumus, nec debemus nõ obedire. Quando illi obedimus, deo qui hãc legem nobis dedit, obedimus. Ergo qđ peccant membra, uel ſenſus, uel opera, quæ deus ſic ſubiecit uoluntati, ſi ſeruant quod deus illis ordinauit? Quicquid igitur faciunt, totũ imputandum eſt uoluntati. Quod cũ ita ſit, miratur forſitan quis: cur pro culpa uolũtatis membra puniant̃ uel ſenſus. Verũ non ita eſt, non enim punitur niſi uolũtas. Nã nihil eſt alicui pœna niſi quod eſt contra uoluntatẽ & nulla res pœnam ſentit, niſi quæ habet uoluntatẽ: membra aũt & ſenſus per ſe nihil uolũt. Si igitur uoluntas in mẽbris & ſenſibus operatur: ita in illis ipſa torquetur aut delectat̃. Quod ſiquis nõ accipit, ſciat in ſenſibus & membris nõ niſi animã, in qua eſt uoluntas, ſentire & operari: & ideo in illis torqueri aut delectari. habet tamen uſus, ut actiones, quas fecit iniuſta uolũtas, uocemus peccata: quia in uolũtate qua fiunt eſt peccatũ. Dantur ẽt quibuſdã nomina, quibus ſignificat̃ eas iniuſte fieri, ut fornicatio, mendaciũ. Sed aliud intelligitur cum quaſi actio uel prolatio, aliud cũ utrũ iuſte uel iniuſte fiat conſideratur.

Quòd malum quod eſt peccatum ſine iniuſtitia nihil ſit. *Cap.* 5.

Denique omnis eſſentia eſt a deo, a quo nihil eſt iniuſtũ. Quare nulla eſſentia eſt iniuſta per ſe. Iniuſtitia autẽ omnino nihil eſt, ſicut cæcitas. Non enim aliud eſt cæcitas, quam abſentia uiſus ubi debet eſſe: quæ nõ magis eſt aliud in oculo ubi debet eſſe uiſus, quàm in ligno ubi non debet eſſe. Nõ enim eſt iniuſtitia talis res qua inficiatur & corrumpatur anima, uelut corpus ueneno, & quæ faciat aliud, ſicut uidetur, quando malitioſus homo mala facit opera. Nã quemadmodũ cum indomita fera ruptis uinculis diſcurrẽdo ſæuit: & cum nauis, ſi gubernator dimiſſo gubernaculo dimittit eam, uẽtis & motibus maris uagatur & inuehitur in quælibet pericula, dicimus qa hoc facit abſentia cathenæ, uel gubernaculi: non quòd abſentia eorum aliquid ſit, aut quicquam faciat: ſed quoniam ſi adeſſent, facerent ne ſæuiret fera, aut periret nauis. Ita cum malus homo ſæuit, & in quælibet animæ ſuę pericula, quæ ſunt mala opera impellif: clamamus, quia hoc operatur iniuſtitia: non ꝙ ipſa ulla eſſentia ſit, aut faciat aliquid: ſed quoniam uolũtas (cui ſubditi ſunt omnes uoluntarĳ motus totius hominis) abſente iuſtitia diuerſis appetitibus ĩpulſa, ſe & omnia ſibi ſubdita, in multimoda mala leuis & effrẽnata & ſine rectore præcipitat: & quod totum iuſtitia, ſi adeſſet, prohiberet ne fieret. Ex his ergo facile cognoſcitur: quia iniuſtitia nullam habet eſſentiam, quamuis iniuſtæ uoluntatis affectus & actus, qui per ſe conſiderati aliquid ſunt, uſus iniuſtitiam uocet. Hac ipſa ratione intelligimus malum nihil eſſe. Sicut enim iniuſtitia non eſt aliud, quàm abſentia debitæ iuſtitiæ. Ita malum nõ eſt aliud, ꝙ̃ abſentia debiti boni. Nulla aũt eſſentia (quamuis mala dicatur,) eſt nihil nec malã eſſe, eſt illi eſſe aliquid. Nulli enim eſſentiæ eſt aliud malam eſſentiam eſſe, quàm deeſſe illi bonum quod debet habere. Deeſſe uero bonũ quod debet adeſſe, nõ eſt aliquid eſſe. Quare malam eſſe, nõ eſt ulli eſſentiæ aliquid eſſe. hęc breuiter de malo, quod ſemper eſt nihil, indubitanter ſicut de iniuſtitia: dixi. Incommoditas enim non eſt malũ: unde incommoda mala dicuntur, quæ aliquãdo nihil eſt: ut ſurditas & cæcitas aliquando uidetur eſſe aliquid: ut dolor, & triſtitia. Quod autem iuſtitia ſit rectitudo uoluntatis propter ſe ſeruata: & iniuſtitia non ſit aliud quàm abſentia debitæ iuſtitiæ, & nullã habeat eſſentiam, quod etiã omnis eſſentia ſit a deo, & nihil ſit a deo niſi bonũ, ſuffiĉiẽter me puto oſtẽdiſſe in eo tractatu quẽ feci de caſu diaboli. Sed de iuſtitia plenius, in illo quem edidi de ueritate.

Quod cum punit deus pro peccato, non puniat pro nihilo. *Cap.* 6.

Quidam cum audiunt peccatum nihil eſſe, ſolent dicere. Si peccatum nihil eſt: cur punit deus hominem pro peccato, cum pro nihilo puniri nemo debeat? Quibus, quãuis humilis ſit quæſtio, tamen quia quod quærunt ignorant, aliquid breuiter reſpondendum eſt. Licet pariter nihil ſit abſentia iuſtitiæ, & ubi debet eſſe iuſtitia, & ubi nõ debet eſſe: punit tamen deus recte peccatores non pro nihilo, ſed propter aliquid (quod in pręfato libro dixi:) quia & debitum ſibi honorem: quem ſponte reddere noluerunt, ab inuitis exigit. & ne quid inordinatũ ſit in regno eius eos ſeparatim a iuſtis ordine competẽti diſponit. Creaturas autẽ, in quibus iuſtitia non debet eſſe, non punit pro abſentia iuſtitiæ, hoc eſt, pro nihilo: qa nõ eſt aliquid, quod ab illis exigat, nec ordo congruus uniuerſitatis rerũ hoc expoſtulat. Sic itaque cum punit deus pro peccato, quod eſt abſentia debitæ iuſtitiæ, quæ nihil eſt: non omnino punit pro nihilo, & uerũ eſt. quia niſi ſit aliquid propter quod punire debeat,

omnino

omnino non punit pro nihilo. Iam peccatum & iniuſtitiam nihil eſſe: & hæc non eſſe niſi in rationali uoluntate, nec ullam eſſentiam proprie dici iniuſtam niſi uolũtatem, ex his quæ dicta ſunt, apertum eſſe exiſtimo.

Quòd ſemen hominis dicatur immundum & conceptum in peccatis quamuis in eo non ſit peccatum. Cap. 7.

Videtur itaq; ſequi, quòd aut infans ſtatim ab ipſa cõceptione animam habet rationalem, ſine qua uoluntatẽ rationalẽ nequit habere: aut in eo nõ eſt originale peccatũ mox cum cõceptus eſt. Quòd aũt mox ab ipſa cõceptione rationalem animam habeat, nullus humanus ſuſcipit ſenſus. Sequitur enim, ut quoties ſuſceptũ ſemen humanum, etiam ab ipſo momento ſuſceptionis, parit: antequã perueniat ad humanam figurã, toties damnetur in illo anima humana: qm̃ non reconciliatur p Chriſtum quod eſt nimis abſurdũ. Hæc igitur pars huius diuiſionis penitus relinquenda eſt. Sed ſi nõ ſtatim infans ab ipſa cõceptione habet peccatum: quid
Iob.14 dicit Iob deo? Quis poteſt facere mundum, de immundo cõceptum ſemine: niſi tu qui ſolus es? Et quomodo uerũ
Pſa.50 eſt, quod dicit Dauid. In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis cõcepit me mater mea? Quærã igitur, ſi poſſum quomodo (quãuis non ſtatim ab ipſa conceptione) ſit in infantibus peccatũ, de immundo tamẽ ſemine, in iniquitatibus & peccatis concipi dicanť. Sæpe utiq; diuina ſcriptura aſſerit aliqd eſſe, quando non eſt: idcirco, quia certũ eſt
Gen.2. futurum eſſe. Sic quippe deus Adæ de ligno uetito dicit. In quacunq; die comederis ex eo, morte morieris, non qđ ea die mortuus ſit corpe: ſed quoniam die illa neceſſitatem accepit aliquãdo moriendi. Et Paulus ſimiliter ob neceſſitatem moriendi aliquando ait. Si aũt Chriſtus in uobis eſt, corpus quidem mortuũ eſt propter peccatum: ſpiritus
Rom.8 uero uiuit propter iuſtificationẽ. Non enim corpora eorum quibus loquebatur mortua erãt, ſed moritura propter peccatum: quia per unum hoĩem peccatum in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors. Sicut in Adam oẽs pec- Rom.5
cauimus, quãdo ille peccauit: nõ quia tunc peccauimus ipſi, qui nondũ era- Vt ſu-
mus. Sed quia de illo futuri eramus, et pra.
tunc facta eſt illi neceſſitas, ut cũ eſſemus, peccaremus: quoniam per unius inobedientiã peccatores cõſtituti ſunt multi. Simili modo de immundo ſemine, in iniquitatibus & in peccatis cõcipi poteſt homo intelligi, nõ quòd in ſemine ſit immunditia peccati, aut peccatum ſiue iniquitas: ſed quia ab ipſo ſemine & ipſa cõceptione, ex qua incipit homo eſſe, accipit neceſſitatẽ: ut cũ habebit animam rationalem, habeat peccati ĩmunditiã: quæ nõ eſt aliud quam peccatum & iniqtas. Nam & ſi ex uitioſa concupiſcentia ſemine generetur infans, non tamen magis eſt in ſemine culpa, quã eſt in ſputo uel in ſanguine: ſiquis mala uoluntate exſpuit, aut de ſanguine ſuo aliquid emittit, nõ enim ſputum aut ſanguis, ſed mala uolũtas arguitur. Patet igitur quomodo, & infantibus nõ ſtatim ab ipſa cõceptione ſit peccatũ: & uera ſunt quæ de diuina ſcriptura oppoſui, quippe nõ eſt in illis peccatũ, quia non habent (ſine qua nõ ineſt peccatũ) uolũtatem: & tamen dicitur ineſſe, quoniam in ſemine trahũt peccandi (cum homines iam erũt) neceſſitatem. Si ergo hæc ut puto uera ſunt, qđ aſſumitur de parente ad prolem: quia nullam habet uoluntatẽ, nullum eſt in eo peccatum.

Quòd in ſemine ſumpto de uirgine non ſit peccatum, nec neceſſitas futuri peccati. Cap. 8.

Itaque perſpicuum eſt, quod in eo quod filius dei in perſonam ſuam aſſumpſit de uirgine, nulla potuit eſſe peccati macula. Sed dictũ eſt, quia ſemen à parentibus trahitur cum neceſſitate peccati futuri, cũ fuerit animatum anima rationali. hoc utiq; non eſt pro-

pter aliud niſi quia humana natura na
ſcitur in infantibus(ut dixi) cum debi
tus ſatisfaciẽdi pro peccato Adę,& ſe-
cundum quod poſui,proximorum pa
rentum , quod nequaquam facere pōt,
& quandiu nō facit peccat, & quia ſo-
la per ſe nō ualet iuſtitiam habere quã
deſeruit:& anima quę grauatur corpo
re quod corrumpitur,nequit eam ſaltẽ
intelligere, quæ nec ſeruari poteſt nec
haberi nō intellecta. Quapropter ſi ab
his neceſſitatibus ſemen aſſumptũ de
uirgine liberum oſtẽdi poterit, palàm
erit quia nullam peccati neceſſitatem
traxit.Quòd ſola quidẽ neceſſitas qua
humana natura ſola per ſe iuſtitiam re
cuperare nequit,& illa qua corpus qđ
corrumpitur aggrauat animam,ut eã-
dem iuſtitiam nec acceptam in ætate
perfecta ſine auxilio gratię ſeruare,nec
in infantibus ſaltem intelligere queat,
ab illo ſemine ſint alienæ facile mõſtra
ri ualet per unitatem perſonalem aſſu-
mentis & aſſumptę naturæ:ſi prius ne
ceſſitas illa repellitur, qua ad ſatisfa-
ctionem pro peccatis primorum & ꝓ-
ximorum parentum aſtringi uidetur.
Sed quia illud nullũ ſequatur a proxi-
mis parentibus,debitum, dubium nō
erit,ſi a debito primorum parentũ in-
telligi poterit.Hoc igitur adiuuãte deo
conabor primum,quomodo cognoſci
poſſit inueſtigare: quatenus hoc de-
monſtrato in aliјs non ſit neceſſe mul-
tum laborare.

Cur peccatum,quo damnatur humanum genus, magis imputatur Adæ quàm Euæ,cum illa poſt & per illam peccauerit. Cap. 9.

Ad quod mihi uidetur quærendum
in primus,cur ſępius & ſpecialius pec
catum,quo damnatum eſt humanum
genus,magis imputetur Adę quã Euę:
cum ipſa prius peccauerit et Adã poſt
et per illam. Dicit enim apoſtolus: Sed
regnauit mors ab Adam uſq; ad Moy
ſen,etiam in eos qui non peccauerunt
in ſimilitudinẽ præuaricationis Adæ.
Rom.5 Multa quoq; alia leguntur,quę magis
Adam quàm Euam criminari uidenť.
Quod ideo fieri exiſtimo,qa illa duo-
rum copula tota intelligitur in nomi-
ne principalis partis,ſicut ſępe per par
tem totũ ſolet ſignificari:Aut quoniã
Adam cum coſta ſua quamuis in mu-
lierem ædificata,dici poterat Adam ſi-
cut legitur:quia deus maſculũ:& fœ-
minam fecit eos,et benedixit eis.Et uo
cauit nomen eorum Adam,in die quo
creati ſunt:Aut idcirco,quia ſi nō Adã Gene.5
ſed ſola Eua peccaſſet,non neceſſe erat
totum humanum genus perire,ſed ſo-
lam Euam. Poterat nanque deum de
Adam,in quo ſemẽ omnium hominũ
creauerat,aliam facere mulierem per
quam de Adam propoſitum dei perfi-
ceretur.Eiſdem rationibus ſignificabo
per nomen Adæ eos ambos: niſi cum
neceſſe erit eos diſcernere.

Cur grauentur peccato Adæ qui eius conſcij non fuerunt. Cap. 10.

Eſt quidẽ unuſquiſq; filius Adæ ho
mo per creationem, & Adam per pro-
pagationem, & perſona per indiuidui
tatẽ,qua diſcernitur ab aliјs. Nō enim
habet homo eſſe ab Adã ſed per Adã.
Nam ſicut Adam non ſe fecit hominẽ:
ita non fecit in ſe naturam propagãdi,
ſed deus qui eum creauit hominem, fe
cit in eo hãc creaturam:ut de illo pro-
pagarentur homines. Dubium autem
non eſt,unde unuſquiſq; alligetur de-
bito,de quo agitur:nō enim inde,quia
homo eſt,nec quia perſona eſt.Nam ſi
idcirco unuſquiſque huius debiti reus
eſt,quia eſt homo,aut perſona: neceſſe
erat Adam priuſquã peccaſſet ad hoc
debitum aſtrictũ eſſe, quia erat homo
& perſona,quod eſt abſurdiſſimũ. Re
ſtat igitur,ut per hoc tantũ ſit debitor,
quia eſt Adam:ſed nō ſimpliciter,quia
eſt Adam:ſed quia eſt peccator Adam.
Nempe ſequeretur,quia ſi nunquã pec
caſſet Adam:tamen qui de illo propa-
garentur,cum hoc debito naſcerentur,
quod impium eſt. Non incongruũ eſt
hoc repetere, quod iam ſupra dictum

eſt: cur ſcilicet unuſquiſq; peccato uel debito Adæ grauatur, idcirco quia de illo propagatur cum eiuſdem peccati conſcius nõ fuerit. Cũ enim fecit deus Adam, fecit in eo naturam propagãdi, quam ſubiecit eius poteſtati, ut ea uteretur pro ſua uoluntate, quandiu ipſe uellet ſubditus eſſe deo, non ut illa uteretur beſtiali uel irrationali uoluptate, ſed humana & rationali uoluntate. Sicut enim eſt beſtiarum nihil uelle cum ratione: ita hominũ eſt nihil uelle ſine ratione, quod ſemper debent, quia poteſtatem hanc accepit Adam, & eã ſemper ſeruare potuit. Dedit etiã illi deus gratiam, ut ſicut quãdo illũ condidit, nulla propagandi operãte natura, aut uoluntate creaturæ, ſimul fecit eũ & rationalem & iuſtum: ita ſimul cũ rationalem haberẽt animã, iuſti eſſent quos generaret operante natura & uoluntate, ſi non peccaret. Eadem quippe ratione, qua monſtratur rationalem naturã iuſtam eſſe creatam, quod in pręfato feci opuſculo, probatur etiam, quod qui ex humana natura propagareñ nõ præcedẽte peccato, ex neceſſitate iuſtitiam pariter haberẽt cũ rationalitate. Siquidem qui creauit primum hominẽ ſine parentum generatione, creat etiam oẽs qui per creatam fiunt ab illo propagãdi naturã. Omnis igitur homo, ſi peccatum non præceſſiſſet, ſimul eſſet, ſicut Adam, & iuſtus & rationalis. Quoniam uero Adam ſubditus noluit eſſe dei uoluntati, ipſa natura propagandi quamuis remaneret, non fuit ſubdita eius uoluntati, ſicut eſſet ſi non peccaſſet: & gratiam quam de ſe propagandi ſeruare poterat, perdidit, atq; omnes q operante natura quam acceperat, propagantur, eius aſtricti debito naſcuñ. Quamobrem quoniã humana natura (quæ ſic erat in Adam tota, ut nihil de illa extra illum eſſet,) peccãdo ſine omni neceſſitate deum exhonorauit. unde & per ſe ſatiſfacere non potuit, gratiã, quam acceptam propagãdi de ſe ſemper potuit ſeruare perdidit: & peccatũ ſecum comitante pœna peccati, quantumcunq; per datam propagandi naturam propagetur, trahit.

Quòd propagatio de uirgine non ſubiaceat legi & meritis naturalis propagationis: & quòd tres ſint. Cap. 11.

Nunc igitur cõſiderandum eſt, utrũ hæc quaſi hęreditas peccati, & peccati pœna ad hominẽ per uirginem de Adã propagatam iuſte pertranſeat. Certum quidem eſt, quod Adam non accepit naturam propagãdi, niſi per uirum ſimul & mulierem. Siquidem humana natura nõ habet, & impoſſibile cognoſcitur, ut ſolus uir, aut ſola mulier hominem generare queat, natura tantum & uoluntate propria operante. Sicut namque limus terræ nõ acceperat naturam aut uoluntatem, qua operante uir primus de illo fieret, quamuis eſſet de quo à deo fieri poſſet: ſic non eſt facta mulier de coſta uiri, aut uir de ſola muliere operante natura aut uolũtate hominis. Sed deus propria uolũtate & poteſtate fecit uirũ de limo unum, & alterum de ſola fœmina, et fœminã de ſolo uiro: licet enim nihil fiat, niſi uolũtate dei faciente aut permittente, quædã tamen ſola poteſtas & uoluntas eius facit: quędam creata natura: quædam uoluntas naturę. Sed ſicut creata natura: nihil per ſe facere põt, niſi qđ à uoluntate dei ſuſcepit: ita uolũtas naturæ nequit per ſe quicquã operari, niſi qđ natura adiuuat aut cõcedit. Sola dei uolũtas fecit in principio rerum naturas, dans quibuſdã, competentes ſingulis uoluntates: ut naturæ & uoluntates ſecũdum ordinẽ ſibi traditum, ſuũ opus in rerum curſu perſoluerent: & adhuc multa facit cũ de eiſdem naturis & uoluntatibus operañ, quod ille ſecundum ſuũ uſum & propoſitum nequaq; facerent. Solius quippe uoluntatis dei eſt opus cũ mare ſiccũ iter intra ſe populo præbet, cum mortui reſurgũt, cũ aqua ſubito in uinum conuertitur, cum ſpi-

ritu ſancto corda hominũ ea, quæ nec per ſe nec per aliam creaturam ſciunt, docentur, cum noxię uoluntates à ſuo impetu ſola gratia regēte ad hoc quod prodeſt, conuertũtur, cum alia multa fiunt quæ nec creatura nec eius uoluntas per uſitatum curſum ſuum operatur. Natura leuia ſurſum, grauia deorſum trahit, terram aliquãdo prius uoluntate colēte & ſeminãte: aliqñ nullo uolũtatis opere præcedente herbas & arbores innumeras producere & eas fructificare facit: & alia multa quæ facilius uſu, q̃ doctrina cognoſcimus. Volũtati imputantur illa, quæ ſunt huiuſmodi, iter facere, ædificare, ſcribere, loqui, & ſimilia quę non niſi uoluntas facit. Cum igitur omnia quæ fiunt, ſi diligenter conſiderentur, fiant aut ſola uolũtate dei, aut natura ſecundũ uim à deo illi inditam, aut uolũtate creaturę: & ea quæ nec natura creata, nec uoluntas creaturæ, ſed ſolus deus facit: ſemper mirãda ſint, appatet, quia tres ſunt curſus rerum, ſcilicet mirabilis, naturalis, uolũtarius, & mirabilis quidem aliis, aut eorum legi, nullatenus ſubditus eſt, ſed libere dominatur: neque illis facit iniuriam, qñ eis obuiare uidetur, quia nihil habēt, niſi quod ab illo acceperunt, nec ille dedit eis aliud niſi ſub ſe. Quoniam ergo propagatio uiri de ſola uirgine, ita non eſt naturalis aut uoluntaria, ſed mirabilis: ſicut illa quę mulierem protulit de ſolo uiro, & ſicut creatio uiri de limo, palàm eſt quia nequaquam ſubiacet legibus & meritis illius propagationis: qm̃ & uoluntas & natura quamuis diſcrete operentur, aliud enim ibi facit uoluntas, aliud natura, pariter tamen uerus eſt homo & Adam de non homine, & Ieſus de ſola muliere, & Eua de ſolo uiro ſicut eſt uerus homo, qlibet uir aut mulier de uiro & muliere. Omnis aũt homo aut Adam eſt, aut de Adam eſt: ſed Eua de ſolo Adam eſt. & oēs alii de Adam & Eua. Quoniã nanque Maria, de qua ſola eſt Ieſus, de Adam & Eua eſt, non poteſt ipſe de eiſdem non eſſe. Sic nanque expediebat, ut qui redempturus erat genus humanũ, eſſet & naſceretur de patre & matre omnium.

Quòd mala Adæ nulla rectitudine ad illum hominem tranſeant. Cap. 12.

Quomodo autē filius uirginis non ſubiacet peccato, aut debito Adæ, ſic quoq; difficile nõ eſt intelligere. Siquidem Adã factus eſt, & iuſtus & liber à peccato, & debito ſæpefato & à pœna peccati, & beatus & potēs ſeruare ſemper acceptam iuſtitiã, & per iuſtitiam eã, quam dixi, libertatem & beatitudinē. Quoniam ergo cum hæc bona ſine omni difficultate poſſet ſeruare ſibi, nõ ſeruauit: ea ſibi ipſe abſtulit: & horum ſe contrariis ſubiecit, factus eſt itaq; ſeruus peccati, ſiue iniuſtitiæ & debiti, quod reddere nequit: & miſeriæ de qua eſt impotētia bona perdita, reparãdi. Sicut igitur aliter nequiuit ſibi auferre bona quæ habebat, & attrahere mala quæ non habebat, quàm non ſeruando ſibi bona cum potuit: ita nulli alii ualuit eadem bona auferre atque mala inferre, niſi non ſeruando bona cum ſeruare quiuit. Seruare autem nulli potuit ea bona, niſi illis quorum generationis poteſtatem uoluntati ſubditã accepit. Nulli ergo perſonę quamuis de eo propagatæ tranſmittere mala prædicta potuit, in cuius generatione nec natura illi data eſt propagandi: nec uoluntas eius quicquam operata eſt aut operari ualuit.

Quòd ſi non eſſet deus, ſed purus homo neceſſe tamen eſſet illum talem eſſe qualis primus homo factus eſt. Cap. 13.

Quare Adæ mala prędicta nulla ratione aut rectitudine ad hominē conceptum de uirgine pertranſeunt. Itē ſi diligenter puro rõtis intuitu, ſapientem dei ſpeculamur iuſtitiam: nimis abſurdũ intelligit, ut per illud ſemē qđ non creata natura, nec uolũtas creaturę, nõ ulli data poteſtas pducit aut ſeminat:

ſed

ſed ſolius dei uoluntas propria ad procreandum hominem, noua uirtute mũdũ a peccato de uirgine ſegregat, alieni peccati ſeu debiti ſiue pœnæ ad eundẽ hominem neceſſitas ulla pertranſeat: etiam ſi nõ aſſumatur in perſona Dei, ſed ut purus homo fiat. Nam eadẽ ipſa ratione, qua nõ debuit Deus, Adam facere niſi iuſtum, nec aliquo debito ſiue incommodo grauatũ, aperte mens rationalis cognoſcit eum, quem ſimiliter propria uoluntate & uirtute procreauit, alicui malo ſubditum fieri nõ deberet. quoniam nimis incõueniens eſt omnipotenti & ſapienti Dei bonitati, talẽ facere rationalem naturã ſola propria uoluntate de materia, in qua eſt nullũ peccatum. Quod qui non intelligit, nõ cognoſcit quid Deo non conueniat. Quapropter etiam ſi purũ hominẽ ſic faceret Deus, ut dictum eſt, neceſſe eſſet eum non minori præditum iuſtitia & beatitudine, quàm fuit Adam cum primum factus fuit.

Quòd propoſitæ rationi non refragetur, quod ſcriptum eſt: hominem de immundo ſemine, & in iniquitatibus conceptum, etiam ſi de aliquibus proprie dictum ſit. Cap. 14.

Nam ſi alicuius mens non capit, qđ de ſemine hominis dixi, ſcilicet: nõ eſſe in illo peccatum ante animam rationalem, ſed immundũ dici peccato & iniquitate propter futuram immunditiã, cum iam erit homo: atq; putat illũ immundum eſſe: in ipſa conceptione propria, quia ſicut ipſe mihi oppoſui legitur. Quis poteſt facere mũdum de immundo cõceptum ſemine. & in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. non hoc laboro, quia non indigeo ut quod non põt capere capiat: Sed peto, ut quod breuiter dicam, attendat. Illi utique qui hoc dixerunt aut noluerunt ea intelligi de omni hominis ſemine: aut tantũ de illo quod cũ conſenſu ſemitatur uoluptatis, quod non eſſet niſi brutorũ animalium, ſi homo nõ peccaſſet. At ſi de omni hoc ſenſerunt, ergo ſemen de ſola uirgine ſumptum immundum tanti uiri aſſerũt, quod impium eſt credere. Non itaq; hoc de illo ſcripſerũt. Sed ſi de aliquo hominis ſemine hoc iuxta hunc ſenſum protulerunt, nõ niſi de illo quod cum prædicta uoluptate cõcipitur, intelligi uoluerunt. Hoc aũt nullatenus refragatur noſtræ rationi, quæ ſemen de uirgine ſumptum aſſerit eſſe mundũ, quamuis de maſſa peccatrice.

Quomodo maſſa peccatrix non ſit tota peccatrix. Cap. 15.

Nam quemadmodum cæcitas non eſt niſi in aliqua parte hominis, quamuis homo dicatur cæcus, niſi in oculo ubi debet eſſe uiſus: nõ enim eſt in manu, uel in pede: nec ſurditas, niſi in aure: cum homo dicitur ſurdus: ita licet maſſa generis humani peccatrix nominetur, non tamẽ in ulla parte, eius peccatum niſi, ut dixi in uoluntate quæ in nulla hominis conceptione ſemen habere cognoſcitur. Quamobrem nulla ratione uera aut ueri ſimili contradicẽte, ſi cõſiderãtur quæ ſupra dicta ſunt, iam libere poſſumus concludere: quia nulla ratio, nulla ueritas, nullus intellectus permittit ad hominẽ de uirgine conceptum de peccato maſſæ peccatrici, quamuis de illa ſit aſſumptus aliquid potuiſſe aut debuiſſe accedere, etiam ſi non eſſet deus:

Cur Ioãnes & alij qui ſimiliter concepti ſunt per miraculum, non ſint per ſe liberi Cap 16.

Quod ſi obijciũtur mihi Ioannes baptiſta & alij, qui de ſterilibus & in quibus præ ſenectute, natura generandi iam erat emortua propagati ſunt, & quaſi per ſimilem rationem putantur debuiſſe naſci ſine peccato et pœna peccati, quia per miraculum cõcepti ſunt, ualde utique intelligẽda eſt ab iſtis aliena ratio illa quæ uirginalem conceptionem liberam ab omni peccati mõſtrat neceſſitate Aliud eſt enim inauditũ & inopinabile atq; naturæ incognitũ fa-

cere: & aliud naturā aut ætate, aut aliquo uitio debilitatam ſanare, et ad ſuū opus reuocare. Nam ſi Adā nō peccaſſet: ſicut ipſe nulla ſenectute, nulla cauſa infirmatus deficeret: ſic natura propagandi creata in illo, & ad utendum, ut iam dictū eſt, eius poteſtati ſubdita, nullo caſu a ſuo curſu impediretī. Non ergo in Ioanne & ſimilibus eſt aliquid nouū naturæ Adæ, ſicut eſt in filio uirginis, datum: ſed quod ſuis cauſis infirmatum erat, cognoſcitur eſſe reparatū. Quare quoniam illi per propagationē naturalem datam Adæ ſunt generati, nequaquam poſſunt aut debent ei de quo agimus, in conceptionis aſſimilari miraculo, aut ab originalis uinculo peccati abſoluti poſſunt oſtendi.

Cur deus incarnatus ſit, cum de Adam poſſet facere homines non deos ſine peccato tot, quot ſufficerent. Cape. 17.

Forſitan dicet aliquis, ſi purus homo, qui deus non eſſet, potuit fieri de Adam ſine omni peccati cōtagione, ſicut dicis, cur neceſſe fuit deū incarnari, cum per unum talem, qui eſſet ſine omni peccato poſſet peccatores deus redimere: aut, tot quot neceſſarij erant ad perficiendam supernā ciuitatem, homines ſimili miraculo facere. Ad hęc breuiter reſpondebo. Ideo deus factus eſt homo, quia nō ſufficeret ad redimēdos alios, ſicut ī præfato opuſculo mōſtratum eſt, homo nō deus. Idcirco etiā nō fecit tot homines tales, quot neceſſarij erāt: ne ſi nullus de propagatione naturali ſaluaretur, fruſtra naturā illā in Adam condidiſſe, & quaſi quod nō bene feciſſet, correxiſſe uideretur: qđ ſummæ ſapientiæ non conuenit de aliqua natura facere: non lōge ſupra inueſtigare propoſui, quomodo ſemē ſumptum de uirgine in quo monſtratum erat nullū eſſe peccatum liberum a neceſſitatibus prædictis in quib9 omnes alios homines concipi poſuerā, poſſet intelligi: & de illa quidem neceſſitate, qua recuperare iuſtitiam, quā deſeruit humana natura per ſe nequit: et de illa quę corpus qđ corrumpitur aggrauat animā, & maxime in infantibus illum liberari poſſe, qa homo ille deus eſſet, confidebam. ſi prius ab illo neceſſitas peccati & debiti Adæ & proximorum parētum rationabiliter alienarenī. Incepi itaq; quęrere, quomodo ualeret hoc intelligi de neceſſitate peccati & debiti Adę & de alijs, ut poſtea facilius quod quærebam, inueniretur: & abundante gratia illius, de cuius cōceptione agiī, munditia factum eſt: ut non modo ab omni peccato & debito & neceſſitatibus præfatis liberū cognoſceretur: ſed inſuper hominē ita conceptum eſſe debere prædictum nō minori iuſtitia uel beatitudine, ꝙ̄ in qua factus eſt Adam intelligibili ratione, etiam ſi non deus ſed purus homo eſſet, probareī. Siquidem pariter irrationabile uidebatur, et peccatū & pœnā peccati ab illis parentibus ad illū per talem propagationē deſcendere, & deum ſpōte rationabilē naturam iniuſtā aut nulla eius promerente iniuſtitia, miſeram facere.

Quòd de uirgine iuſta deus conceptus ſit, non ex neceſſitate, quaſi de peccatrice non poſſet, ſed quia ſic decebat. Cap. 18.

Quamuis ergo de mundiſſima uirgine filius dei ueriſſime conceptus ſit, non tamen hoc ea neceſſitate factū eſt, quaſi de peccatrice parēte iuſta proles rationabiliter generari per huiuſmodi propagationem nequiret. Sed quia decebat, ut illius hominis conceptio de matre puriſſima fieret. Nempe decens erat, ut ea puritate qua maior ſub deo nequit intelligi, uirgo illa niteret, cui deus pater unicū filium ſuū, quem de corde ſuo ęqualē ſibi genitum, tanquā ſeipſum diligebat, ita dare diſponebat: ut naturaliter eſſet unus idemq; cōis dei patris & uirginis filius, & quā ipſe filius ſubſtātialiter facere ſibi matrem eligebat, & de qua ſpiritus ſanctus uolebat, & operaturus erat, ut conciperetē & naſceretur ille de quo procedebat,

Qualiter autem uirgo eadẽ per fidem ante ipſam conceptionẽ mundata ſit, dixi, ubi aliam rationẽ de hoc ipſo unde agitur hic, reddidi: quę duæ rationes intellectui meo uidentur ad quęſtionẽ unaquæque per ſe ſufficere, ſed ambę ſimul animo uim rationis, & decorem actiones quærenti copioſe ſatisfacere.

Quomodo iſta ratio & altera alibi data, concordent & different. Cap. 19.

Et quamuis ad idem tendant, in hoc tñ differunt, quo'd ipſa quidem quam hic protuli, mõſtrat Deum ẽt de peccatricis uirginis ſubſtãtia, qm̃ nuſquam eſt in hominis natura pręter uoluntatẽ peccatũ, prolem debere iuſtam: immo non niſi iuſtã nulla ratione repugnãte tali propagatione producere. Illa uero probat, quod ẽt ſi in tota uirginis eſſentia peccatũ eſſet: tamen ad hmõi conceptionis mundıtiã, per fidẽ munda fieri poſſit. Atq; in iſta omnis mortis neceſſitas & cuiuslibet corruptionis ſiue laboris ab illo homine aperte excludiť. In illa aũt quæſtio oriri de hoc ipſo uideturːſed ſufficienti ratione ſi diligẽter perſpecta fuerit ſoluitur. Quapropter ex utraq; palàm eſt: quia nihil niſi pia uoluntate dominus noſter & redẽptor ſuſtinuit in omnibus, quæ paſſus eſt.

Quòd natus de uirgine, pro originali peccato habuerit originalem iuſtitiam. Cap. 20.

Vt mihi uidetur, de peccato quidem originali ſicut propoſui ſufficiẽter oſtẽſum eſt, quomodo ad hominem de uirgine conceptũ nulla ratione deſcẽdere à parentibus potuit: ſed potius iuſtus beatus fieri ratione exigente debuit. Quamobrem quoniam de iuſto patre ſecũdum diuinam, & de iuſta matre ſecũdum humanam naturam, iuſtus ab ipſa origine, ut ita dictum ſit, natus eſt non incongrue pro originali iniuſtitia, quam omnes filij Adę habent, à ſua origine iuſtitiam originalem habere dicẽdus eſt. At de perſonali iniuſtitia ſuperfluum eſt diſputare, q; ad illum nõ attigerit, quoniã humana natura nunquam in illo ſine diuina fuit, nec illius anima unquam aggrauata contra uoluntatem, aut ullo modo impedita eſt corpore corruptibili, quæ anima, quoniã ipſa, immo totus ille homo & uerbum dei deus, una perſona ſemper exiſtit, nunquam ſine perfecta iuſtitia, & ſapientia, & poteſtate fuit. quã ſemper à ſeipſo ille ſecundum perſonam ſicut deus habuit, licet in naturis humana à diuina quod habuit, accepit: altiorẽ autem aliam rõnem, quomodo deus aſſumpſit hominem de maſſa peccatrice ſine peccato, uelut azymũ de fermẽto, pręter iſtam quam hic: & illam, quam alibi poſui, eſſe non nego: quam, ſi mihi oſtenſa fuerit, libenter accipio: & meas ſi quod non arbitror, contra ueritatem poterunt oſtendi, non teneo.

De quantitate originalis peccati. Cap. 21.

Porrò peccatũ originale nec maius poteſt eſſe quàm dixi, nec minus: quia cum infans iam rationalis eſt, humana natura non habet in illo iuſtitiam quã accepit in Adam, & quam ſemper deberet habere, nec eam excuſat impotẽtia: quia non habet ut ſupra iam dictũ eſt. Illud tñ non per omnia tam graue, ſicut ſupra poſui, exiſtimo. Nam qm̃ ad hominẽ de uirgine conceptũ oſtendere uolebam illud non pertinere, tale iſtud cõſtitui, cui aliud nõ poſſit addi: nec ſicut dixi, propter hoc quod inueſtigabã uiderer põdus eius minorare. De quo quid mihi uideatur, breuiter nunc aperiam. Peccatum Adæ in infantes deſcendere: ut ſic puniri pro eo debeãt, ac ſi ipſi ſinguli illud feciſſent pſonaliter ſicut Adã, non puto: quamuis propter illud factum ſit, ut eoꝝ nullus poſſit naſci ſine peccato qđ ſequiť dãnatio. Cũ.n. dicit apoſtolus, qa mors regnauit ab Adam uſq; ad Moyſen ẽt in eos qui nõ peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, aperte uideť ſignificare: quo'd nõ illis perſonaliter imputeť ipſa Adæ pręuaricatio, aut aliud tam magnũ, quamuis oẽs filios Rom. 5

Adæ excepſo uirginis filio peccatores & filios ire in ſcriptis ſuis pronunciet. Nam cum ait, etiam in eos qui nō peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ: poteſt ſic intelligi, ac ſi di-
Ibidē. cat: etiam in eos qui nō tantum peccauerunt quātum Adam peccauit præuaricando. Et cum ait: lex autem ſubintrauit, ut abundaret delictum, aut intelligemus peccatum ante legem in illis, q non peccauerunt, in ſimilitudinem prę uaricationis Adæ minus quā Adę peccatum: aut ſi non minus erat, abundauit in eis peccatū poſt legem ultra peccatum Adæ, quod intelligere nequeo, cum illud conſidero de cuius pondere & ſatisfactione in: Cur deus homo, qđ mihi uiſum eſt, ſicut iam legiſti, expoſui. Verum eſt tamen, quod nullus ad hoc ad quod homo factus eſt, & propagatio illi data eſt, reſtituitur, nec à malis in quæ incidit humana natura, eruitur: niſi per ſatisfactionem illius peccati, per quod in eadem mala ipſa ſe præcipitauit. Dicit aliquis: ſi nō habent ſinguli peccatum Adæ, quomodo aſſeris nullum ſaluari ſine ſatisfactione peccati Adæ? Nā qualiter iuſtus deus exigit ab illis ſatisfactionē peccati, quod non habent. Ad quod dico. Deus nō exigit ab ullo peccatore plus quā debet. Sed quoniam nullus poteſt reddere quantum debet, ſolus Chriſt⁹ reddidit pro omnibus qui ſaluantur plus quàm debetur: ſicut iam in præfato opuſculo dixi. Adhuc alio quoq; modo uidendum eſt, qua ratione peccatum minus ſit in infantibus quàm in Adam cum ab illo in omnes deſcendat. Per unū enim hominem quod eſt per Adam peccatum intrauit in hunc mundum: & per peccatum mors. Cur autem minus ſit nō cognoſcitur, ſi cur & quomodo inſit non intelligatur.

Cur & quomodo peccatum deſcendat in infantes. *Cap.* 22.

Quod quamuis ſupradictū ſit, quantum opus erat ad hoc quod quærebat tamen non erit ſuperfluum ſi hoc breuiter repetitur. Equidem negari nequit infantes in Adam fuiſſe cum peccauit: ſed in illo cauſaliter ſiue naturaliter, uelut in ſemine fuerūt, in ſeipſis perſonaliter ſunt: quia in illo fuerunt ipſum ſemen, in ſe ſinguli ſunt diuerſæ perſonę. In illo non alīj ab illo, in ſe alīj quā ille. In illo fuerunt ille, in ſe ſunt ipſi, fuerūt igitur in illo, ſed non ipſi: quoniā nondum erant ipſi. Forſitan dicit aliquis, iſtud eſſe quo alīj homines in Adā fuiſſe dicuntur, quaſi nihil & inane quoddam eſt, nec eſt nominandū eſſe. Dicit ergo illud eſſe, fuiſſe nihil aut falſum ſiue uanum, quo fuit Chriſtus ſecundum ſemen in Abraham, in Dauid, & in alīs patribus: & quo omnia q̃ ſunt ex ſemine fuerunt in ſeminibus, & nihil feciſſe deum: cum omnia quæ procreātur ex ſemine, ipſe fecit prius in ſeminib⁹ ipſis: & dicat nihil uel uanum aliquid eſſe hoc, quod ſi uere non eſſet, hæc quæ uidemus eſſe, non eſſent. Si enim uerū non eſt ea quæ natura procreat ex ſeminibus, in illis prius aliq̄d fuiſſe, nullo modo ex ipſis eſſent. Qđ ſi hoc dicere ſtultiſſimum eſt, non eſt falſum uel uanum, ſed uerum & ſolidum eſſe fuit, quo fuerunt oēs alīj homines in Adam. Nec fecit deus inane aliquid, cum eos in illo fecit eſſe. Sed ſicut dictum eſt, in illo fuerunt nō alīj ab illo: & ideo longe aliter quàm ſunt in ſeipſis. Verum quamuis conſtet eos in illo omnes fuiſſe, ſolus tamen filius uirginis ualde diuerſo modo ab alīs in illo fuit. Omnes quippe alīj ſic fuerunt in illo, ut per naturam propagandi, quæ poteſtati & uolūtati eius ſubdita erat, de illo eſſent: ſolus uero iſte non ſic in eo fuit, ut per naturam aut uolūtatem eius de illo fieret. De alīs acceperat Adam quando peccauit, ut eſſet hoc, de quo illi futuri erant, & ut de illo eſſet: de iſto uero ut eſſet hoc, unde futurus erat: nō autem ut de illo eſſet, quia non erat in poteſtate, ut de ipſo ꝑpaga-

retur. Sed nec in poteſtate eius erat, ut de alia eſſentia, aut de nihilo fieret. Quare non erat in eo, ut hic aliquo modo eſſet. Nam nec in poteſtate naturæ, nec in poteſtate uoluntatis eius erat, ut eſſet quoquo modo. Erat tamen in eo natura, de qua propagãdus erat, non eius ſed dei poteſtate. Nam & ſi uſq; ad uirginem matrem in parentibus & uoluntas ſeminauit, & natura germinauit, ut ipſa uirgo partim naturali partim uoluntario curſu ad ſuum eſſe ab Adam produceret, ſicut oẽs alĳ: in illa tamen nec uoluntas creaturæ prolem ſeminauit, nec natura germinauit, ſed ſpiritus ſanctus & uirtus altiſſimi de uirgine muliere uirum mirabiliter procreauit. De alĳs ergo erat in Adã, id eſt, in eius poteſtate, ut de illo eſſent, de iſto uero non erat in illo. ut aliquo modo eſſet, ſicut nõ erat in limo, unde uir primus factus eſt, ut de illo eſſet mirabiliter, neq; in uiro, ut Eua de illo quemadmodum facta eſt, eſſet. Sed nec in aliquo eorum in quibus fuit ab Adam uſque ad Mariam erat ut eſſet, fuit tamen in illis, quia erat in eis. Vnde ipſe aſſumẽdus erat, quemadmodũ erat in limo, unde primus homo factus eſt, & in eo unde Eua facta eſt, non in uoluntate creaturæ aut poteſtate, ſed ſola diuina uirtute, ſed iſte tanto mirabilius & maiori gratia, quãto illi puri homines, hic homo deus factus eſt. Valde itaque diuerſo modo iſte erat in Adam, quando peccauit, quã erant illi qui uoluntario & naturali curſu procreantur. Illos ergo quodammodo fecit Adam, quos p acceptam poteſtatem humana uoluntas ſeminando, & natura germinando procreat. Iſtũ uero non niſi deus fecit, quamuis de Adam, quia non per Adã, ſed per ſe uelut de ſuo. Quid ergo conuenientius ad oſtendendum magnitudinẽ bonitatis dei & ad plenitudinem gratiæ Adæ concedebat, quàm ut quorum eſſe in illius poteſtate ſic erat, ut quod ille naturaliter erat, hoc illi per illum eſſent, ità quoque in eius eſſet arbitrĳ libertate: ut qualis erat ipſe iniuſtitia & felicitate, tales eos propagaret. hoc igitur illi datum eſt. Quoniã itaq; in tantæ gratię celſitudine poſitus, quę bona ſibi & illis ſeruanda acceperat, ſpõte deſeruit: idcirco filĳ perdiderunt, quæ pater illis cum ſeruando dare poſſet, nõ ſeruando abſtulit. Hæc mihi ſufficere uidetur ratio, cur ad infantes peccatum & mala deſcendant Adæ, ſi diligẽter remota noſtra uoluntate, quæ ſæpe & multum impedit mentem ab intellectu rectitudinis, ipſa pura iuſtitia conſideretur. Qualiter aũt peccatũ idẽ mihi uideatur ad eos deſcendere, paucis expediam. Eſt peccatum à natura, ut dixi: & eſt peccatum à perſona. Itaque quod eſt à perſona, poteſt dici perſonale. quod autem à natura, naturale quod dicitur originale, & ſicut perſonale trãſit ad naturam: ita naturale ad perſonam, hoc modo. Quod Adam comedebat, hoc natura exigebat, quia ut hæc exigeret, ſic creata erat. Quod uero de ligno uetito comedit, nõ hæc uoluntas naturalis, ſed perſonalis Adæ ꝓpria fecit: quod tamen egit perſona nõ fecit ſine natura. Perſona enim erat qđ dicebatur Adam: natura quod homo, fecit igitur perſona peccatricem naturam: quia ubi Adã peccauit, homo peccauit. Siquidem non quia homo erat, ut uetitum præſumeret impulſus eſt: ſed propria uoluntate quam nõ exegit natura, ſed perſona concepit, attractus eſt. Similiter fit in infantibus econuerſo. Nempe, quòd in illis nõ eſt iuſtitia, quam debent habere, non hoc fecit illorũ uoluntas perſonalis ſicut in Adã: ſed egeſtas naturalis, quam ipſa natura accepit ab Adam. In Adam nanque, extra quem de illa nihil erat, eſt nudata iuſtitia quam habebat: & ea ſemper niſi adiuta careret, hac ratione: quia natura ſubſiſtit in perſonis, & perſonę nõ ſunt ſine natura, fecit natura perſonas infantium peccatrices. Sic ſpoliauit p-

ſona naturam bono iuſtitiæ,in Adam,
&natura egens facta,oẽs pſonas quas
ipſa de ſe procreat eadem egeſtate pec-
catrices & iniuſtas facit. Hoc modo
tranſit peccatũ Adæ perſonale in oẽs,
qui de illo naturaliter propagantur,&
eſt in illis originale ſiue naturale. Ve-
rum patet magnam eſſe diſtantiã inter
peccatum Adæ &peccatum eorũ,quia
ille peccauit propria uoluntate,illi na-
turali peccant neceſſitate, quã propria
& perſonalis meruit illius uoluntas.
Sed cum nemo dubitat,quia par pœna
non ſequetur imparia peccata, in hoc
tamen ſimilis eſt & perſonalis & ori-
ginalis peccati damnatio, quia nullus
admittitur ad regnum dei,ad quod fa-
ctus eſt homo,niſi per mortẽ Chriſti,
ſine quo non redditur, quod pro Adæ
peccato debetur,quamuis non oẽs pa
riter in inferno torqueri mereanẽ.Nam
poſt diem iudicij nullus erit angelus,
aut homo:niſi aut in regno dei, aut in
inferno.Ita igitur & peccatũ infantium
minus eſt ꝙ peccatum Adæ:& nullus
tamen ſine illa uniuerſali ſatisfactione
ſaluatur,per quã magnum & paruum
dimittiẽ peccatum. Cur aũt nõ ſit ſine
illa morte,& quomodo per illam ſit ſa
lus hominũ,in pręfato libro ſicut deus
mihi dedit,quæſiui & dixi.

*Quòd peccata parẽtum poſt Adam non computẽ
tur in originali peccato filiorum.* Cap. 23.

Parentum uero proximorũ peccata
ad originale peccatũ non æſtimo perti
nere. Quippe ſi Adam nequiuiſſet ad
eos,quos generaturus erat,iuſtitiã ſuã
perducere,nequaquam poſſet eis ſuam
iniuſtitiam trãſmittere. Quare quoniã
nullus poſt Adam filijs ſuis quiuit iu-
ſtitiam ſuam ſeruare,nullã uideo ratio
nem,cur proximorũ parentum pecca-
ta filiorum debeãt animabus imputa-
ri.Denique nulli dubiũ eſt,quòd infan
tes nullã ſeruant rectitudinem uolũta-
tis propter ipſam rectitudinem.In hoc
ergo ſunt oẽs pariter iniuſti:quia nul-
lam habent,quam omnis homo habe-
re debet iuſtitiam. Hęc nuditas iuſtitię
deſcendit ad omnes ab Adam, in quo
humana natura ſe ſpoliauit eadem iu-
ſtitia.Nã & ſi in Adam illi remãſit ali-
qua iuſtitia,ut in reb⁹ aliquibus rectã
ſeruaret uoluntatem:ſic tamen priuata
eſt illo bono,quo ſibi iuſtitiam cuſto-
dire poterat in poſteros, ut in nullo eo
rum ipſa cũ aliqua iuſtitia ſe propaga
re queat.Plus itaq; in infantibus aufer
re ſibi nõ ualuit,quàm oẽm iuſtitiã &
beatitudinem,quæ nulli datur aliquo
carẽti debita iuſtitia.Quòd aũt proxi-
morum parentũ iniuſtitia poſſit hanc
augere iuſtitiæ nuditatem, qua non ua
let in infantes ab Adæ peccato maior
deſcendere,non uideẽ poſſibile.Nã ubi
nulla eſt iuſtitia,nulla põt auferri iuſti
tia.Vnde aũt nulla poteſt abſentari iu
ſtitia, ibi addi nulla ualet iniuſtitia.
Nullam ergo infantibus ſuis addere
queunt iniuſti parẽtes iniuſtitiã ſuper
prædictam nuditatem iuſtitiæ. At ubi
nulla iuſtitia:nihil prohibet aliquã in-
uenire iniuſtitiam.Veriſimilius igitur
& poſſibilius uideẽ,ſi parentes iniuſti
aliquã ſuis infantibus addere dicũtur
iuſtitiam quod iuſti ſuis aliquam dare
poſſent iuſtitiã. Quod ſi ſic habent in-
fantes iuſtorum aliquã iuſtitiam?Si ue
ro hoc eſt,leuius damnãtur quã infan-
tes iniuſtorũ,ſi moriuntur ſine baptiſ-
mo:aut ſi ſaluentur,cũ aliquo ſuo præ
cedenti merito eligũtur. Quod Paulus
Apoſtolus negat, ubi ꝑ Iacob & Eſau Rom.5
probat nullũ niſi omnium merita præ
cedente gratia ſaluari. Quoniam itaq;
nullã dant iuſti parẽtes ante baptiſmũ
infantibus ſuis iuſtitiam,nullã utique
addunt iniuſti ſuis iniuſtitiã. Quòd ſi
diciẽ,non addunt iniuſti parentes ſuis
infantibus aliquam iniuſtitiã, quibus
auferre nequeunt ullam iuſtitiam: ſed
originalem quam habent ab Adam fa-
ciunt in eis grauiorem.ergo & iuſti in
ſuis reddunt eam leuiorẽ.Quare ſi mi-
nus ſint iniuſti infantes iuſtorum quã
iniuſtorum, minus debent reprobari

quã illi. Quod, dicat, qui audet, & oſtẽ
dere poteſt. Ego uero non audeo, cum
miſtim uideam & iuſtorũ infantes ad
baptiſmi gratiam eligi, & ab illa repro
bari. Sed & hoc ſiquis dicit, non ualet
oſtendere. Quippe ſicut hoc modo, nõ
eſt iuſto iuſtior, niſi qui uoluntate ma-
gis aut appetit aut uitat quod debet:
ita non eſt iniuſto iniuſtior niſi q plus
amat aut contemnit quod nõ debet. Si
igitur infantes nequeunt oſtendi mox
ut animã habent, alius alio maius uel
minus uelle quod debet aut quod non
debet, nemo põt probare, qđ in infanti
bus alius alio naſcatur iuſtior uel in-
iuſtior. Pariter ergo nec iuſti ſua iuſti-
tia reddere uidentur in ſuis infantibus
originalẽ iniuſtitiã leuiorẽ, nec iniuſti
in ſuis ſua iniuſtitia grauiorẽ. Quapro
pter ſi parentes iniuſti nec numero nec
magnitudine queant originale pecca-
tũ ſuis infantibus ſuo peccato augere,
uidet mihi peccata parẽtum poſt Adã
in infantũ originali peccato nõ deputa
ri. Nec nego propter merita bona parẽ
tũ filijs multa & magna beneficia cor
poris & animæ impẽdi: propter pecca
ta parentum filios & nepotes uſq; ad
tertiam & quartã generationẽ, & forſi
tan ultra diuerſis tribulationib⁹ in hac
uita flagellari, & ea perdere bona etiã
in anima, quæ forſitan per illos conſe
quetentur, ſi iuſti eſſent, quorũ exẽpla
nimis longũ eſt inſerere. Sed dico pec-
catũ originale in omnibus infantibus
cõceptis naturaliter æquale eſſe, ſicut
peccatũ Adæ, quod eſt cauſa, cur na-
ſcunt in illo ad oẽs pertinet æqualiter,

Peccata parentum quomodo noceant animabus filiorum. Cap. 24.

Si aũt peccata parentum aliquando
nocent animabus filiorum, hoc modo
potius fieri exiſtimo: non quod ea illis
deus imputet, aut quod eos in aliqua
delicta propter parentes inducat. Sed
ſicut ſæpe meritis parentũ filios iuſto
rum a peccatis eruit: ita filios iniuſtorũ
eorum meritis in ſuis aliquando dere-
linquit. Quoniam enim nemo liber eſt
a peccato, niſi deo liberante: cum nõ li
berat, dicitur inducere & cum nõ mol
lit, indurare. Nanq; ſatis uidetur ſuſce
ptibilius quod animam peccatricẽ, cui
nihil præter pœnam debet propter pa-
rentum peccata in ſuis dimittat pecca
tis, ut pro ipſis puniatur, quã quod eã
alienis oneret, ut pro illis torqueatur.
Ita igitur ſine repugnantia & origina-
le peccatũ eſt idem in omnibus, & fi-
lius non portabit iniquitatem patris,
& unuſquiſq; onus ſuum portabit &
recipiet, prout geſſit in corpore ſiue bo
num ſiue malum, et reddet deus pecca
ta parentum filijs etiam in tertiam &
quartam generationẽ, etiã ſi hoc fit in
anima, et quicquid aliud legitur, quod
animabus filiorũ imputari peccata pa
rentũ ſignificare uidetur. Quippe, non
moritur anima filij peccato patris, ſed
ſuo: nec portat quis iniquitatẽ patris,
cum in ſua relinquitur, ſed ſuã: nec om
nis alienum, ſed ſuũ: nec recipit prout
pater: Sed ut ipſe geſſit in corpore, ſed
qm̃ propter peccata parentũ a ſuis ma
lis non eſt liberatus, ea quę portat, eiſ-
dem peccatis parentũ imputantur.

Quomodo nullus portet peccatum patris ſed ſuum. Cap. 25

At ſi obijcitur, quia oẽs qui non ſal-
uantur per fidem, quæ eſt in Chriſto,
portant iniquitatẽ & onus Adę, ut per
hoc uelit probare infantes, aut aliorũ
quoq; parentũ iniquitatẽ ſimiliter de-
bere portare aut illius nõ habere, conſi
deret diligenter: quia nõ portant pecca
tũ Adę, ſed ſuũ. nam aliud fuit peccatũ
Adę: aliud infantũ, quia differunt, ut di
ctũ eſt. Illud.n. fuit cauſa, iſtud eſt effe-
ctus. Adã caruit debita iuſtitia, nõ quã
alius, ſed quã ipſe deſeruit. Infantes ca
rent ea, non quam ipſi, ſed alius dereli
quit. Non eſt ergo idẽ peccatũ Adæ, &
infantum. & cũ dicit Apoſtolus, quod
ſupra poſui: qa mors regnauit ab Adã
uſque ad Moyſen, etiam in eos qui
nõ peccauerunt in ſimilitudinem præ

uaricationis Adę. ſicut ſignificat infantum minus eſſe quàm Adę peccatum: ita aperte monſtratur aliud eſſe. Quapropter cũ damnatur infans pro peccato originali: damnatur non pro peccato Adæ, ſed pro ſuo. Nam ſi ipſe non haberet ſuum peccatum, non damnaretur. Ita ergo non portat inquitatem Adæ, ſed ſuam, quamuis ideo dicatur portare: quia inquitas illius peccati iſtius cauſa fuit. Hæc autem cauſæ quę fuit in Adã, ut infantes in peccato naſcantur, non eſt in aliĳs parentibus: qa non habet in eis humana natura poteſtatem, quemadmodum dixi, ut filĳ iuſti propagentur. quare nõ ita ſequitur, ut pro peccato illorũ ſit in infantibus peccatum, ſicut pro peccato Adæ.

Quid ſit originale peccatum quod ſit omnibus æquale. Cap 26.

Originale igitur peccatum nõ aliud intelligo, quàm qđ eſt in infante mox ut animam habet rationalẽ, quicquid prius in corpore nondum animato factum ſit, ut eſt aliqua membrorũ corruptio, uel poſt ſiue in animam ſiue in corpore futurum ſit. Quapropter prædictas ęſtimo rationes in omnibus infantib⁹ naturaliter ꝓpagatis eſſe æquales & omnes qui in illo ſolo moriũtur æqualiter damnari. ſiquidẽ quicquid peccati ſuper illud additur perſonale eſt, et ſicut perſona propter naturã peccatrix naſcitur: ita natura propter perſonam magis peccatrix redditur, quia cũ peccat perſona quælibet, peccat homo. Hoc peccatum quod originale dico aliud intelligere nequeo in ipſis infantib⁹, niſi ipſam, quam ſupra poſui, factam per inobedientiam Adæ iuſtitiæ debitę nuditatem, per quã omnes filĳ ſunt iræ: quoniam & naturã accuſat ſpontanea, quam facit in Adam iuſtitiæ deſertio, nec perſonas excuſat, ut dictum eſt, recuperandi impotentia: quam comitatur beatitudinis quoque nuditas, ut ſicut ſunt ſine omni iuſtitia: ita ſint abſq; omni beatitudine, per quas duas nuditates in huius uitæ exilio poſiti ſunt, & parentes, peccatis & miſerĳs inceſſanter ubiq; occurrẽtib⁹ & undiq; irruentibus, niſi quantũ diuina defenduntur diſpoſitione.

Contra illos qui non putant infantes nõ debere damnari. Cap. 27.

Sunt quorũ animus, infantes debere damnari, qui ſine baptiſmo moriuntur, ob ſolam iniuſtitiam quam dixi, non uult accipere, quoniam nullus homo iudicat eos reprehendẽdos de peccato alienæ perſonæ: & quia nondum ſunt iuſti & intelligentes in tali ætate: nec putant deum diſtrictius innocentes debere iudicare quàm iudicant homines. Quibus dicendum eſt, quia aliter deus erga infantes debeat agere, aliter homo. Nam homo non debet exigere a natura, quod ipſe non dedit, & qđ ſibi nõ debetur. Nec iuſte redarguit homo hominem cũ culpa naſci, ſine qua ipſe non naſcitur, & de qua nõ niſi per alium ſanatur. Deus uero recte exigit a natura quod dedit, & quod ſibi iuſte debetur. Sed & hoc iudicium quo infantes damnantur, non eſt alienũ multum, ſi conſideretur ab hominum iudicio. Siq; enim uir & uxor eius ad magnam quandam dignitatem & poſſeſſionem nullo ſuo merito, ſed gratia ſola profecti, ſimul crimen graue inexcuſabiliter committunt, & pro eo iuſte deĳciuntur, & in ſeruitutem rediguntur: quis dicet filios quos poſt damnationem generant, eidem non debere ſubiacere ſeruituti, ſed potius ad bona, quæ parentes iuſte perdiderũt, gratis oportere reſtitui? Tales primi parẽtes & filĳ eorum, quos iuſte pro culpa ſua de beatitudine in miſeriã damnati, in eodem generãt exilio. De ſimilibus itaq; ſimile debet eſſe iudicium, ſed de illis tanto deſtrictius, quantum delictũ eorum probari poteſt improperabilius. Deniq; omnis homo, aut ſaluatur aut damnatur. omnis homo qui ſaluatur, ad regnũ cœlorũ admittitur, & omnis

qui dãnatur, ab eo excluditur. Qui uero admittitur, prouehitur ad ſimilitudinem angelorum: in quibus nullũ unquam fuit, aut erit peccatũ, quod fieri nequit, quandiu eſt in eo aliqua macula peccati. Impoſſibile itaq; eſt aliquẽ hominem cũ aliquo, quãuis pro uno, peccato ſaluari. Quare ſi quod dixit originale peccatum, eſt aliquod peccatum: neceſſe eſt oẽm hominẽ in eo natum, in illo non dimiſſo damnari.

Quomodo impotentia habendi iuſtitiam excuſet eos poſt baptiſma. Cap. 28.

Dixi impotentiã habendi iuſtitiam, nõ excuſare iniuſtitiam infantiũ. Quęret ergo aliquis forſitan, dicẽs. Si infanti peccatũ, id eſt, iniuſtitia eſt ante baptiſmum: nec excuſatur impotẽtia habendi iuſtitiã, ſicut dicis, & in baptiſmo nõ remittitur peccatum, niſi quod prius erat, cum poſt baptiſmum ſit ſine iuſtitia quandiu infans eſt, nec intelligere poteſt iuſtitiam quam ſeruet: ſiquidem iuſtitia eſt rectitudo uoluntatis propter ſe ſeruata: quomodo nõ eſt iniuſtus et poſtquam baptizatus eſt? Si ergo baptizatus, moritur in infantia: non ſtatim poſt baptiſma cum pœnitere nondum ſcit, quoniam non habet debitam iuſtitiã, nec excuſatur impotentia, iniuſtus tranſit de hac uita ſicut faceret ante baptiſmum, nec ad regnum dei admittitur intra quod nullus iniuſtus recipitur quod catholica nõ tenet eccleſia. Quod ſi in baptiſmo peccatum in infantia futurum remittitur infantibus, cur nõ & illa quæ in ſequenti fiũt ætate? Ad quod reſpondeo, qđ in baptiſmo peccata penitus, quæ ante baptiſmum erant, delentur. Quapropter originalis impotẽtia iuſtitiam habendi iã baptizatis non imputatur ad peccatum, ſicut prius. Quemadmodũ igitur impotẽtia habendi iuſtitiam prius excuſare non poterat abſentiam iuſtitiæ qm̃ ipſa erat in culpa: ſic poſt baptiſmum illã omnino excuſat, quia remanet ſine omni culpa. Vnde ſit, ut iuſtitia, quæ ante baptiſmum debebatur ab infantibus ſine omni excuſatione, poſt baptiſmũ ab illis nõ exigatur quaſi ex debito. Quãdiu ergo ſola originali impotẽtia nõ habent iuſtitiam, non ſunt iniuſti: quoniã non eſt in eis abſentia debitę iuſtitię. Nõ enim eſt debitũ, quod ſine omni culpa eſt impoſſibile. Quare ſi ſic moriuntur, quia non ſunt iniuſti, non dãnantur, ſed & iuſtitia Chriſti qui ſe dedit pro illis, & iuſtitia fidei matris eccleſię, quę pro illis credit, quaſi iuſti ſaluantur. Hęc breuiter de originali peccato pro capacitate intellectus mei non tam affirmãdo q̃ coniectãdo dixi, donec mihi deus aliquando melius reuelet. Sicui uero aliter uiſum fuerit, nullius reſpuo ſententiam, ſi uera probari poterit.

DECLARATIO CVIVSDAM *de eodem libro.*

QVIDAM, quod hic dicitur, ſcilicet in ſemine quo concipitur homo, nõ magis eſſe culpam aliquam uel originalẽ uel actualem, quàm eſt in ſputo uel ſanguine, ſi quis mala uoluntate exſpuat, aut de ſanguine ſuo aliud emittat, reprehendũt, falſum eſſe ex hoc aſtruentes, quòd in ipſo ſemine ſit quidam fomes peccati et corruptionis naturæ humanę, & inde origo peccati originalis. Sed ſi ab eis quęrat, quid appellent fomitẽ peccati qui in illo ſit, & corruptionẽ naturæ: nõn uideo quid reſpondere poſſint de ratione, nulla enim res ratione carens, uel ad peccatum incitare poteſt, uel ad uirtutem, ut ait Ambroſius, de ſacris ſermo. primo. Iudęus urceos baptizat & calices, quaſi iſenſibilia uel culpam poſſint habere uel gratiam. Quod igitur nec culpam poteſt habere nec laudem, non poteſt fomes eſſe peccati uel uirtutis. Tale eſt ſemẽ quo concipitur

homo cũ ſit inſenſibile.ergo inſenſibile ſemen illud,cũ in eo non ſit, nec eſſe culpa poſſit:nec eſt,nec eſſe põt fomes peccati. Quòd aũt in eo ipſo ſit cauſa corruptionis humanæ naturæ:nõ uidetur ſi, uocant corruptionẽ eam quæ de peccato proceſſit: & cũ peccato ineſt. Eſt enim quædã naturæ noſtræ corruptio,quę de peccato quidem proceſſit: ſed cũ peccato ineſt aliquando, aliquãdo cũ peccato nõ ineſt. Corruptio illa quæ tantummodo pœna eſt & nõ peccatum,ut morbi corporũ noſtrorũ, & aliȩ incommoditates,&mors ipſa:quę corruptio ſine peccato fuit in corpore Chriſti & ſine peccato mortali eſt in ſanctis hominibus in hac uita,eadẽ cũ peccato ineſt peccatoribus.Hæc corruptio nõ habet cauſam in ſemine nec ex ſemine:licet pertranſeat in oẽs qui gignuntur paterno ſemine. Sed cũ ſit pœna peccati habet cauſam in peccato primi parentis propter qđ inflicta eſt non ſemini inſenſibili,ſed eis qui ſentire & ſuſtinere debent moleſtiã afflictionis. De hac aũt corruptione oritur quædã alia corruptio quę in ſemine quidẽ eſt, non autẽ à ſemine cauſam habet:ut cũ de morbidis parentibus ſemen morbidum formatur in morbidã prolem. de qua medici conſiderant:ſed in hac nec culpa ẽ,nec culpæ originalis uel actualis.Et de hac non puto eos dicere.Si autem uocant corruptionẽ ipſum peccatum:quomodo quędã poteſt dici corruptio uirtutis,ea longe eſt à prædicto ſemine:ut pręmiſſa Ambroſii docet authoritas.Quid ergo appellãt fomitem peccati uel corruptionẽ naturæ quę eſt in ſemine?Forte dicere uolent, qđ hæc authoritas uera ſit: ſed de ſeminib⁹ ex quibus homines ſint,ſic uera eſſe non poſſunt:ſicut etiã ab Ambroſio de illis dictũ nõ fuerit.Nam quod in tali ſemine ſic peccatũ oſtendit Auguſtinus in ſecundo libro de nuptijs & cõcupiſcẽtia.Natura hominis,inquit, habet authorẽ deum,in qua ex uitio inobedientiæ trahitur originale peccatum. Nam ſi ſemen ipſum nullũ habet uitiũ, quid eſt quod ſcriptũ eſt in libro ſapientiæ, nõ ignoratis,qm̃ neq; eſt illorũ natio, & naturalis malitia ipſorũ.Et qm̃ non poterat mutatio illorũ in perpetuũ. Semen enim erat maledictum ab initio. Nempe de quibuſcunque dicat iſta:de hominibus dicit. Quomodo eſt ergo cuiuslibet hominis malitia naturalis, & ſemen maledictum ab initio,niſi ad illud reſpiciatur, qđ per unum hominem peccatũ in mundũ,& per peccatũ mors:& ita in oẽs hoies ptrãſiit,ĩ quo oẽs peccauerunt?Cuius autẽ hominis cogitatio non poteſt mutari in perpetuum:niſi quia per ſeipſam nõ poteſt, niſi gratia diuina ſubueniat, qua non ſubueniente: quid ſunt homines? niſi quod ait Petrus apoſtolus:uelut muta animalia procreata naturaliter in captiuitatem in interitũ.Hæc Auguſtinus. Ecce aiunt:habetis in hac authoritate: culpã eſſe in ſemine. Eis ergo qui hæc prætendũt reſpondemus. Primo dicãt unde oſtendere poſſint Auguſtinũ ſenſiſſe hic de ipſo ſemine, quo homo ſeminatur.Semẽ enim æquiuoce dicitẽ & de eo quod eſt cauſa:& de eo qđ eſt ex cauſa,ut illud:Semen Abrahæ ſumus. Iuxta quemadmodũ,ſemen maledictũ eſt:id eſt,illi ſunt maledicti qui ſunt de ſemine uel generatiõe in malitia perſeuerantiũ,ſi ipſi ſunt in eodem perſeuerantes.Non ita eſt,aiũt.Dicit enim hoc manifeſte Auguſtinus quęrẽs:Quomodo eſt cuiuslibet hominis malitia naturalis,&ſemen maledictũ ab initio? Cuiuslibet,inquit,hominis malitia naturalis,& ſemen maledictũ ab initio. Sicut enim cuiuslibet hominis malitia eſt naturalis:ita cuiuslibet hominis ſemen maledictũ:dicimus,quia non ualet hoc zeuma,id eſt, repetitio, à ſuperiori:nec ipſe Auguſtinus, eã repetitionem fecit.Quare nõ cogimur cõſentire eam facientibus,ſed ſic dicimus:Cuiuſlibet hominis malitia eſt naturalis: &

Sap.12 Rom.5 Ioan.8

ipſe eſt ſemen maledictũ,nõ eius ſemẽ maledictũ,quia in eo non eſt peccatũ. uel poſſumus figuratiue dicere, ipſum ſemẽ maledictum eſſe, pro eo quod ex eo erunt q maledicti erant,iuxta illud.
Gene.3 Maledicta terra ĩ operibus tuis,id eſt, opera tua in terra. Non enim terra ma
Exod.3 ledicta eſt,cũ ipſa alibi dicatur ſancta, licet eam peccatores operentur. Vt, locus in quo ſtas, terra ſancta eſt,alioqn eadem & maledicta,& ſancta eſſet.Sic ſemen maledictũ , quia maledicti q ex ſemine.Iuxta quem modũ Anſelmus noſter optime & uere exponit illã authoritatẽ Iob de immundo ſemine,qđ tamẽ in ſe,neq; immundũ eſt,neq; maledictum.Immo,inquiunt, de ſemine quod eſt materia carnis humanę uidetẽ dicere Auguſtinus dum ſic incipit.Nã ſi ſemen ipſum nullũ habet uitium,ad quid enim fieret relatio per ipſum? Nõ enim proceſſit ſermo de ſemine,ſed ſæpe fit per hoc pronomen nõ relatio,ſed proprietatis quædã expreſſio eius rei, quæ in cauſa dicti eſt:ut etiã Palladius de ruſticatione incipit.Pars prima eſt prudentiæ,ipſam cui præcepturus eſt ęſtimare perſonam.Nulla igitur per ipſam fit relatio,ſed ꝓprietatis eius quæ in perſona eſt expreſſio . Ac ſi dicat:Ipſam perſonã,id eſt, uirtutem uel ſcientiam,uel dignitatem, uel artẽ,uel profeſſionẽ perſonæ,uel tale quid eius.Sic & hic accipitur,ipſum, cum de ſemine agitur,quaſi dicat:Ipſum ſemen,id eſt, ratio ſeminis ea eẽ, ut nõ ſine uitio ſit. Nam ſi non in uitio eſt ; ſi nullũ habet uitium , quid eſt quod ſcriptũ eſt &c. Ad hoc reſpondemus.Quicquid ſit de relatione uel de proprietatis expreſſione per hoc pronomen,ipſum,in ſemine nullum eſſe peccatum probat Auguſtinus,alĳs quæſtionem faciens Hieronymo de origine animę dicẽti,quod quotidie Deus creat nouas animas. Quod Auguſtinus nec recipiens, nec improbans,quęrens autem quid Hierony.reſpondeat obiectis, quæſtionem talẽ facit ei in epiſtola de origine animæ. Si anima huius infantuli recẽs nati infundendo creata eſt,& creando infuſa, qñ uel quomodo peccauit hic in Adã,hæc quæſtio nũquam poſſet eſſe illius, qui diceret in ſemine, quo concipit homo, eſſe peccatum originale. Diceret enim ei.Quid quæris hic quod tuipſe indubitanter fateris? In ſemine peccatum et uitiũ,quod traĳcitur de primo homine in oẽs poſteros,fruſtra quæris quomodo peccauit, qui ſeminaliter de Adam proceſſit.Semen aũt culpam ſecum trahit, hoc inquam diceretur ei. Quare ſi hæc Auguſtinus ſentiret:nunquã Hiero.eam quęſtionem faceret.huic autem quęſtioni nihil eſt à Hieronymo reſpõſum , nec eam ipſe Auguſtinus ſoluit, qui de origine aĩæ nullam certã ſententiam protulit.Videant moderni præceptores,quomodo eam ſoluant.In tantũ per ipſum Auguſtinũ obtinuimus in authoritate eius ſuprapoſita , nõ eũ itellexiſſe de ſemine quod ſperma eſt: hoc quòd dixit , in ſemine eſſe uitium. Rata eſt ergo ſententia Ambroſii et noſtri Anſelmi generaliter,quę intelligenda eſt quòd in re ſenſibili nec gratia ſit nec culpa . Attamẽ adhuc opponũt de authoritate Ioannis Damaſceni,qui dicit,quòd poſt conceptũ ſiue cõſenſum beatæ uirginis ſpiritus ſanctus ſuperueniens omne peccatũ in ea purgauerit,et oẽm fomitem peccati.Et inde,credo,uolunt habere authoritatem,quòd oportet aliquatenus ſemen illud uirginale: licet nòn eſſet ex uiri cõmiſtione, tamen mundatũ eſſe à peccati fomite, ſpiritus ſancti operatione. Ad hoc reſpondemus,nihil nos Ioãni Damaſ.in dictis ſuis præiudicare,utpote qđ eius ſcripta nulla legerimus, niſi quatenus ea ab alĳs in teſtimonium introducta multis in locis cognouimus.At nobis prõptum eſt Hieronymi noſtri ſanctiſſimi et doctiſſimi teſtimonium ferre in contrariũ,dicẽtis in ſermone de aſſumptione eiuſdẽ dominę & reginę noſtrę.

Beata inquit & glorioſa uirgo Maria: quamuis dudum incomparabilis e͞et uniuerſis, quæ ſub cœlo ſunt, uirginibus, ut decenter poſſet in ſe ſuſcipe diuinitatis admiſtionem, ſalua utraq; natura, tamen cum gratia repletur, cum ſpiritu ſancto ꝑfunditur, cum ſpiritu ſancto obumbratur, fit pretioſior meritis, celſis ſublimior, faſtigijs pulchrior, ſanctitate glorioſior ſuorum meritis & prærogatiuis meritorum: ita ut nullis tam uilibus ſit ipſa eadem mancipanda niſi diuinis. Rogo te Ioannes Damaſcene: uel quicunq; es in tali ſententia, qui putas beatam dei matrem poſt annunciation͞e ſancti angeli, tunc primum in ſuperuentione ſpiritus ſancti amiſiſſe uel peccatum uel fomitem peccati. Rogo, inquam, te per eandem beatam theotocon deſiſte, noli æmulari in malign͞atibus, ceſſa ſynceriſſim͞u

Exo.3. uas ĩcruſtare, ſolue calciam͞eta pedum tuorum quæ impedi͞ut progreſſum recte intentionis tuę. Siquidem zel͞u dei habes in hac parte: ſed forte non ſecun

Ad ro.

10. dum ſcientiam. Forſitan enim putas in hoc errore, deo te obſequium exhibere, ꝙ ſi nolueris ceſſare, ſcito quod terra hæc, quam calcas, deuorat habitatores ſuos, ultionem faciens in omnes filios diffidentiæ. Adhuc audi, quid dicat inde noſtrorum temporum ſpiritus ſancti organ͞u beatus Bernardus

Luc. 1. abbas Clarçuallis, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiſsimi ob͞u brabit tibi. Superior dicta eſt gratia plena, & nunc quomodo dicitur: ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te &c. Nunquid potuit repleri gratia & necd͞u habere ſpiritum ſanctum, cum ipſe ſit dator gratiarum? Si autem iam ſpiritus erat in ea, quomodo adhuc tanq; non uenerit ſuꝑuẽturus repromittitur? An forte ideo non dicit, ſimpliciter ueniet in te: ſed addidit ſuperueniet, quia & prius quidem fuit in ea per mult͞a gratiam: ſed ſuperuenire nunciatur, propter abundantioris gratiæ plenitudinem, quam effuſurus eſt ſuper illam? At uero cum plena ſit, illud amplius quomodo capere poterit? Si aut͞e aliud plus capere poteſt: quomodo aut͞e plena fuiſſe intelligenda eſt? An prior quidem gratia eius tant͞u repleuerat mentem, ſequens uno & uentura perfundere debet: quatenus ſcilicet plenitudo diuinitatis quæ ante in illa ſicut & in multis ſanctorum ſpiritualiter habitat, etiam ſicut in nullo ſanctorum corporaliter in ipſa habitare ĩcipiat? Quid eſt uirtus altiſſimi obumbrabit tibi? Qui poteſt capere capiat, & forte propter hęc maxime dictum ſit, obumbrabit tibi: quia res nimirum in ſacramento erat, & quod ſola per ſe trinitas in ſolo & cum ſola uirgine uoluit operari, ſoli datum eſt noſſe, cui ſoli dat͞u eſt experiri. Hæc nos quidem breuiter introduximus c͞otra hoc quod oppon͞ut de Ioanne Damaſc. cui nos dare determination͞e præſumptuoſum eſſet: qui quo ſenſu dixerit, penitus ignoramus. At ſi ille Hieronymo & noſtris contraria hic dixit, libet in hoc eodem potius adhærere non ei, ſed Hieronymo & noſtris. Opponitur adhuc Anſelmo noſtro, q͞d in hoc ipſo libro dixerit, quod nulla r͞o, nulla ueritas, nullus intellectus ꝑmittit ad ho͞iem de ſola uirgine c͞oceptum & de peccato maſſæ peccatis aliud potuiſſe uel debuiſſe accidere, etiam ſi non eſſet deus, quamuis de illa maſſa eſſet aſſumptus. Dic͞ut enim Chriſtum n͞o potuiſſe nec uoluiſſe peccare: non quia filius uirginis: ſed quia deus fuit Chriſtus, a͞ut: nec uoluit nec peccare potuit. ergo deus fuit. Quid ergo dicemus de ſanctis angelis, qui ex gratia confirmationis non uolunt nec poſſunt peccare? uel ſi Adam anteq͞ua peccaſſet aliquos, qui ante ipſum in iuſtitia confirmarentur, genuiſſet: de illis quid dicemus? Utique ſi illi cum nec uell͞et nec poſſent peccare, n͞o ideo deus uel dei eſſent: ſicut in Chriſto uidendum, utr͞u quod peccare n͞o potuit

nec

nec uoluit, ſola diuinitas eius homini
unita in cauſa fuerit. Nã quod ipſa plu
rimum & maxime adinuenerit, omni
cõſtat fideli. Sed aliud eſt, cauſam ſim-
pliciter eſſe, aliud cauſæ ſupplemẽtum
conferre. Dicunt forte, quia poſt pecca
tum Adæ nulla caro mortalis non uni
ta deitati abſq; peccato eſſe præualuit
uel præualere potuit, quocunq; modo
deus aliquem uel aliquam abſq; ſemi-
ne uiri creaſſet, dũmodo de Adam eſ-
ſet. Sed cum hoc dicunt cauſam pecca
ti, ut ſupra in ſemine ponunt: qđ utiq;
deus ſicut facit eſſe ex mare & fœmi-
na, ſic facere poteſt ex fœmina ſola. Ip-
ſi igitur ſoluant quæ ſupra diximus et
ex authoritate & ex ratione, & libẽter
audiemus. Quod ſi nõ potuerint, con-
ſtabit nobis ſicut cõſtat ex Anſelmi ra
tione irrefragabili, quicunq; gignitur
alio modo quàm Adam generauit, qđ
non teneatur præiudicio peccati origi-
nalis qđ per traducem ex Adã deſcen-
dit: licet ille deus non ſit ut Chriſtus
fuit, & ita ſi uoluerit non peccare pote
rit, & nõ uelle peccare, cum poſſe non
peccare ualebit, donec ei confirmans
gratia nõ poſſe uelle & non poſſe pec-
care ſuperauxit. Cõſentit nobis Augu
ſtinus in tertio contra Iulianũ, fruſtra,
inquit, putas ideo in paruulis non eſſe
delictum, quia ſine uoluntate, quæ in
eis nulla eſt, eſſe non poteſt. Hoc enim
recte dicitur propter propriũ cuiuſque
peccatum: non propter primi parentis
originale delictũ ſiue contagiũ. Quod
ſi nullũ eſſet, profecto nulli malo par-
uuli obſtricti, nihil mali uel in corpo-
re uel in aĩa ſub tanta dei poteſtate pa-
terentur. Vide in his uerbis prudens le
ctor hanc maximam incurrere. A quo
cunq; remouetur pœna peccati, ab eo-
dem & peccatũ remouetur: & nõ con
uertitur. A qbus ergo paruulis remo-
uet in corpore & aĩo peccati pœnam,
Auguſtinus prius ab eis remoueri do-
cet peccatum omne & contagium pec
cati. Illi ergo nõ eſſent nec deus nec dĳ:
& tñ poſſent ſi uellent non peccare, &
confirmati non poſſent peccare. Recte
ergo et ueriſsime Anſelmus, qa cũ eo
eſt ueritas: et filius ueritatis Auguſtin.

BEATI ANSELMI
*Epiſtola ſiue liber de fermen-
tato & azymo.*

ANSELMVS ſeruus
eccleſię Cantuarieñſis,
Vualcrammo Nuuem
burgẽſi epiſcopo. Sciẽ
ti breuiter loquor. Si
certus eſſem pruden-
tiam ueſtrã non fauere ſucceſſori Iulij
Cęſaris, & Neronis, & Iuliani, & pote
ſtati contra ſucceſſorem & uicariũ Pe
tri Apoſtoli, libẽtiſsime uos, ut amiciſ
ſimum & reuerendum Epiſcopum ſa-
lutarem: quoniam aũt ad defenſionem
ueritatis contra Gręcos, qui ad uos ue
nerunt, quęritis ſecundum poſſe nulli
deeſſe debemus: opuſculũ uobis miſi,
quod de proceſſione ſpiritusſancti edi-
di cõtra illos. De ſacrificio uero, ĩ quo
idem gręci nobiſcum nõ ſentiunt, mul
tis catholicis rõnalibus uidetur: quia
quod agũt, non eſt contra fidem catho
licam. Nam & azymum & fermenta-
tum ſacrificans panẽ ſacrificat. Et cum
legitur de domino, qñ corpus ſuũ de
pane fecit: quia accepit panem, & be-
nedixit: non addidit azymum, uel &
fermentũ: certum tamen eſt, quia azy-
mum benedixit: forſitan, quia res quæ
fiebat, non hoc exigebat. Et cũ alibi, ſe
& carnẽ ſuam, panẽ uocauit: ſicut iſto
pane homo uiuit temporaliter, ita illo
in æternum: non ait, azymum uel fer-
mentũ: quia uterque pariter panis eſt.
Non enim differũt azymus & fermen-
tum ſubſtãtialiter, ut quidã putant: ſi-
cut homo nouus ante peccatũ, & inue
teratus fermento peccati: nequaquam
ſubſtantialiter differunt. Propter hoc
ergo ſolũ uidetur ſe & carnẽ ſuam pa-
nem uocaſſe, & de pane corpus ſuũ fe-

ciſſe,quia ſicut panis iſte azymus ſiue
fermentatus,dat uitã tranſitoriam: ita
corpus eius æternam: nõ quia fermen
tatus eſt uel azymus, quamuis in lege
ubi uere omnia in figura fiebant,pręce
ptum ſit azymũ in paſcha panem co-
medere: ut oſtenderet, quod Chriſtus
quẽ expectabant,ſyncerus & mundus
futurus eſſet: & nos, qui manducaturi
eramus corpus eius,ſimiliter mũdi eſ-
ſe moneremur ab omni fermento mali
tiæ & nequitiæ. Iam uero poſtquã de
ueteri figura ad nouam ueritatem ueni
mus,& azymam Chriſti carnẽ come-
dimus, non eſt nobis neceſſaria illa ue
tus figura in pane, de quo carnem ip-
ſam cõficimus. Apertiſſimũ tamẽ eſt,
quia melius ſacrificatur de azymo, quàm
de fermentato: tum, quia ualde aptius
& purius & diligentius fit: tum, quia
dominus hoc fecit. Vnde illud non eſt
tacendum,quia cum Græci anathema
tizant Azymitas, ſic enim nos uocãt,
anathematizant Chriſtũ. Si autem di-
cunt,quia iudaizamus, dicãt ſimiliter
Chriſtũ iudaizaſſe. Et ſi audent aſſere-
re Chriſtũ propter iudaiſmum,ut prę-
ceptum de azymo datum ſeruare, de
azymo corpus ſuum feciſſe, abſurdiſ-
ſime errant: cũ illum tam ſynceram no
uitatem feciſſe in fermento uetuſtatis
exiſtimant. Patet igitur,quia cum azy
mo uſus eſt ad illud opus: non hoc fe-
cit,ut præceptum de azymo ſeruaret,
ſed aut ut fermentarios,quos præuide-
bat,reprobãs, Azymitas approbaret
aut certe, ſi etiam fermentarij approba
rentur,azymitas quoque approbaret.
Quod aũt nos iudaizare dicunt,nõ eſt
uerum: quia non ſacrificamus de azy-
mo,ut legem ueterẽ ſeruemus, ſed hoc
diligentius fiat, ut dominumqui, hoc
non iudaizando fecit,imitemur. Cum
enim facimus aliquid quod iudæi, ut
iudaiſmum ſeruarent,faciebãt,non iu-
daizamus: quia nõ propter iudaiſmũ,
ſed propter aliã cauſam hoc facimus.
Si enim in diebus paſchæ azymũ pa-
nem aliquis comedat: ſiue,quia nõ ha-
bet alium, ſiue quia magis delectatur
illo quàm fermẽtato: aut ſiquis propter in
firmitatem præputium circũcidere co
gitur, aut ſi boui ſuo quis triturãti ne
eſuriat os non obturat, nullus niſi inſi
piens hoc agẽtem iudaizare iudicabit.
Cum itaq; nos panem azymum ſacri
ficamus: ideo per azymi figurã talem
dominum Ieſum fuiſſe ſignificemus:
ſed ut ipſum panem in corpus eius di-
uina uirtute operãte, ſicut ipſe fecit, ſi-
gnificemus: nequaquam in hoc uetu-
ſtatem legis ſeruamus, ſed euãgelij ue
ritatem celebramus. Denique,quando
idẽ ipſe hoc fecit,& ait diſcipulis ſuis:
Hoc facite in meam cõmemorationẽ, Luc. 22
ſi uoluiſſet ut nos,qbus hoc apoſtolis
pręcepit,nõ de azymo faceremus,præ
monuiſſet nos in eis,& dixiſſet: ne fa-
ciatis hoc de azymo. Quare cũ dicẽs:
Hoc facite, azymũ non excepit: Quis
eſt, cuius intellectus audet excipe quod
ipſe fecit,et per hoc prohibere, quod nõ ſo
lũ nullo ſermone prohibuit, ſed etiam
opere præcepit? Quis inquã niſi plus
ſapiens quàm oportet ſapere,tantum confi
dat de ſapientia ſua, ut præſumat hoc
proferre: quia cum dixit dominus: hoc
facite, ſicut competenter ſubintelligi-
mus,quod ego: ſic indubitãter ſit ſub-
audiendũ, ſed non hoc unde ego. Item
ſi diuina,per ea quę digniora cognoſci
mus,exequi debemus: cũ ſacrificium,
de quo agitur, de panis ſiue azymi ſi-
ue fermentati ſubſtantia cõſtat eſſe ce-
lebrandum,quem panem digniorẽ ęſti
mamus ad faciendam dominici corpo
ris ueritatem, niſi illũ quem & uetus
lex elegit ad ſignificandam, & euange
lium ad exhibendã eandem ueritatẽ?
Si itaq; reſpondemus græcis, nos hoc
de azymo non propter figurã, ſed pro
pter prędictas cauſas facere: Nihil hic
intelligi ualet, cur nos gręci anathema
tizandos,aut ſaltem reprehendendos,
recte iudicẽt. At ſi dicunt,hoc nos non
agere poſſe de azymo ſine intellectu

figuræ,per quod iudaizare probamur: ergo nec ſimiliter queũt ad hoc ipſum uti fermentato ſine figura, quia & uetus ſcriptura per fermentum deſignat peccatum,quę execratur in paſcha ſuo comedere fermentatum: & noua dum monet nos ĩ paſcha noſtro epulari nõ in fermento ueteri,neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ. Dicimus etiam, quia nos non iudaizamus ſi figuram tenemus in azymo: quoniam non ſignificamus Chriſtum ſine fermento peccati uenturum tanq̃ Iudæi:ſed monſtramus eum talem ueniſſe ſicut Chriſtiani, & per hoc monemur tales,noſmetipſos exhibere,quales paſcha noſtrum eſt,quod manducamus: illi aũt nec Iudæos nec Chriſtianos in hoc ſe pſitentur, quia deum in fermenti ſui figura, nec uenturum, ut Iudęi:nec ueniſſe,ut Chriſtiani ſine peccato ſignant: ſed potius paganis fauere uidẽtur, qui illum ſicut alios homines peccato fermentatum exiſtimãt. Si uero aiunt Chriſtianos non debere uti figuris:quia uetera tranſierunt, in quibus erãt neceſſarię: negant,ut alia taceam,baptiſmum eſſe figuram cuiuſdã mortis & ſepulturæ, contra apoſtolum dicẽtem: Quicunq; baptizati ſumus, in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem. Aut ſi concedũt nos uti figuris,ſed non in eiſdẽ rebus, quibus in figura lex uetus utebaẽ: & ideo non eſſe panem azymum aſſumẽdum ad ullam figurã, quia adhuc in eadem lege accipiẽ: quare baptizant in aqua, cum patres noſtri omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & mari?quod negare nequeunt in figura fuiſſe: uitent quoq; aquam, ne uideantur baptizare baptiſmo Ioannis, qui baptizauit in aqua. Si ergo irreprehenſibiliter figuratur baptiſmus in aqua: licet illud baptiſma uetus, quod fuit huius noui figura,in aqua fuerit:quæ eſt iſta Græcorum ſapientia, quæ propter hoc, quia

Ro.6. (margin, beside "contra apoſtolum dicẽtem")

1.Cor.10. (margin, beside "lege accipiẽ … cum patres")

uetus paſcha,per quod noſtrum figurabatur,celebratum eſt in azymis,deteſtatur nos ſacrificare corpus Chriſti, qui eſt paſcha noſtrum, de azymo in figura,ſiue ad cõmemorandũ, quia talis fuit ille cuius corp⁹ ſacrificamus, ſcilicet ſine peccati infectione, ſiue ad cõmonendum nos, quia corpus eius comedimus:tales debere eſſe ſecũdum Apoſtolũ dicentem: Expurgate uetus fermentum, ut ſitis noua cõſperſio, ſicut eſtis azymi? Etenĩ paſcha noſtrũ, immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur,non in fermẽto ueteri, neq; in fermento malitiæ & nequitię:ſed in azymis ſynceritatis et ueritatis. Siue enim in figura ſacrificemus azymũ panem, ſiue ſine omni figura, nullatenus nos Græci reprenſibiles ualent oſtendere: ſed aut ſoli nos beneagimus, illi non bene.aut nos melius & diligentius, ſi illi bene. Nempe ſatis oſtendũt ſe nullam habere rationem ad ſuam partem confirmandam, & noſtram infirmandam: cum hoc contra nos proferunt, quod nullo modo contra nos, aut cũ illis eſſe cognoſcitur. Obijciunt enim nobis,ſicut ĩ ueſtra legi epiſtola, quod dicit Apoſtolus: Litera enim occidit, ſpiritus autẽ uiuificat. Et quod Amos propheta:Sacrificate,inquit,de fermentato laudẽ. Vnde nituntur oſtẽdere, q̃ litera, q̃ uetus paſcha celebrari iubet, in azymis nos occidit:cũ eã ſeruamus azymum ſacrificando, non bene Apoſtoli uerba intelligẽtes. Literam enim tunc dicit occidere,quando illa iubens a peccato declinat, peccatum oſtẽdit: quoniam niſi adiuuet gratia,ut fiat qđ iubetur,inobedientem & præuaricatorem facit. Quod in epiſtola ad Romanos idem aperte monſtrat Apoſtolus, dicẽs:Peccatũ non cognoui,niſi per legem.Nam cõcupiſcentiam neſciebam eſſe peccatum,niſi lex diceret. Nõ concupiſces. Occaſione autẽ accepta, peccatum, per mandatũ operatũ eſt in me oẽm concupiſcentiam. Sine lege enim

1.Co.5 (margin, beside "Apoſtolũ dicentem: Expurgate uetus")

2.Co.3 (margin, beside "dicit Apoſtolus: Litera enim occidit")

Amos. 4. (margin, beside "ſpiritus autẽ uiuificat … propheta")

Ro.7. (margin, beside "nos idem aperte monſtrat Apoſtolus")

Exo.20. (margin, beside "gem.Nam cõcupiſcentiam … eſſe peccatum")

peccatum mortuum erat. Ego autẽ uiuebam ſine lege aliquando. Sed cũ ueniſſet mandatũ, peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatũ, quod erat ad uitã, hoc eſſe ad mortem. Nam peccatum occaſione accepta ꝑ mandatũ ſeduxit me, & per illud occidit. Sic litera ſine adiuuante gratia occidit, ſpiritus autem uiuificat: ſicut ait idem Apoſtolus ad Ti-
Tit. 3. tum: Cum aũt benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei, non ex operibus iuſtitiæ, quę fecimus nos: ſed ſecũdum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis et renouationis ſpiritus ſancti, quẽ effudit in nos abunde per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrũ, ut iuſtificati gratia ipſius hęredes ſimus ſecundum ſpem uitę æternę. Ideo cũ dixiſſet: Suffi-
2. Co. 3. ficiẽtia noſtra ex deo eſt, q & idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti, addidit: Non litera, ſed ſpiritu. Litera.n. occidit, ſpiritus autem uiuificat. Ac ſi dicat: Fecit nos deus miniſtros noui teſtamenti, quod nõ eſt in litera occidente, ſicut uetus: ſed in ſpiritu uiuificante. Ad utrunque uero, ad occiſionem, ſcilicet literæ, & ad uiuificationem ſpiritus pertinet, quod ſubiunxit: Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria: ita ut non poſſent filij Iſrael intendere in faciem Moyſi, propter gloriam uultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Nã ſi miniſtratio damnationis in gloria eſt, multo magis abundat miniſterium iuſtitiæ in gloria. Nam nec glorificatum eſt, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriã. Si enim quod euacuatur, per gloriam eſt: multo magis quod manet in gloria eſt. Habentes igitur talem ſpem multa fiducia utimur, & nõ ſicut Moyſes ponebat uelamen ſuper faciem ſuam, ut non intenderent filij Iſrael in faciem eius, quod euacuatur: ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum. Vſq; in hodiernum diem enim idipſum uelamen in lectione ueteris teſtamẽti manet non reuelatũ, quod in Chriſto euacuatur: ſed uſque in hodiernum diem, cum legitur Moyſes, uelamẽ poſitum eſt ſuper cor eorum. Cum autem conuerſus fuerit ad dominum, tunc auferetur uelamẽ. Dominus autem ſpiritus eſt. Vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas. Nos uero omnes reuelata facie gloriã domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à domini ſpiritu. Ideo habentes hanc adminiſtrationem, iuxta quam miſericordiam conſecuti ſumus, non deficimus. De occiſione literæ & uiuificatione ſpiritus, ſuperfluum mihi uidetur ſuper hoc aliquid addere. Satis itaq; patet, quia nec Græcis prodeſt, nec nobis obeſt, quod de occidente litera obijciunt. Quod autem aſſumunt de propheta: Venite in Galgala, & impie agite, & ſacrificate de fermentato laudem: intelligendum
eſt eſſe dictum, aut approbando tale ſacrificium, aut reprobando. Sed ſi hoc Amos. 4.
præcipit propheta, ut ſecũdum eos loquar, illos occidit litera, qui literã ſeruando de fermentato ſacrificant. At ſi hæc exprobrãdo dictum eſt, qua fronte ſacrificant, quod propheta id ſacrificium execratur: aut qua ratione hęc in authoritatem ſibi aſſumũt? Quod autem hoc propheta non iubendo, ſed reprehendendo dixerit, dubium non eſt: uel cum hoc impie, authoritas ſociauerit. Dixerat enim. Venite ad Bethel, & impie agite. Et Paulo poſt, continuata increpatiõe ait: Et ſacrificate de fermentato laudẽ. Aut ergo tanta ratione partem ſuam Fermẽtarij defendant, quanta ſuam roborant Azymitæ. aut ſi nec illud ualẽt, nec iſtud uolunt, ſaltẽ non reprehendãt Azymitas. In tertia quæſtione ſic intelligo: mãdaſtis, quia Grę-ci deteſtantur noſtra cõnubia: ubi cognati cognatis copulant. Quod cur faciant, nullam uideo authoritatem aut rationem.

rationem. Nam ſi hoc in ſuis fieri prohibent connubijs, aut non extendũt cognationes uſq; ad ſeptimam generationem, ſicut nos: aut impoſſibile uidetur ſeruari quod præcipiunt. Sunt enim ſępe in una cognatione, plus ꝙ centum uiri aut mulieres egẽtes coniugio. Totidem itaq; cognationes ĩuenire neceſſe eſt, de quibus ſingulis ſinguli eligantur uiri et mulieres, quibus illa de una cognatione ſingulis ſinguli copulenť. Aut itaq; deteſtabilia ſunt indubitãter eorum connubia, ſi inter ſeptum generationes ſunt. Nec debent reprehendere noſtra, quando cognati cognatis cõiunguntur de alia cognatione, quod nulla ꝑhibet authoritas uel ratio: aut impoſſibile eſt, ut dixi, ſeruare qđ pręcipiunt: ut ſcilicet tot cognationes exquirantur ad unius cognationis connubia, quot ſunt in illa uiri & mulieres petentes coniugia. Quod ſine omni authoritate & ratione abſq; dubio rationabiliter refutandum iudicatur.

BEATI ANSELMI *Epiſtola, ſiue liber de diuerſitate ſacramentorum.*

DOMINO & amico Vualerãmo, gratia dei Nuuemburgenſi uenerabili Epiſcopo, Anſelmus ſeruꝰ eccleſię Cantuarienſis Athiepiſcobus ſalutem, ſeruitium, orationes, dilectionis affectum. Gaudeo, & gratias ago deo: quia ſicut ſcribitis, glorificat eum in uobis catholica eccleſia: quoniam in ueſtra mutatione, diuinę uolũtatis apparet gratia, et domini papę Paſchalis amicitiam habetis & familiaritatem, ut iam mihi liceat ueſtram amicabiliter ſalutare ſanctitatẽ. Quod ueſtra ſublimis humilitas me comparat Mineruę, & uocat mõtem, non in me accipio: quoniam nihil in me, cur hoc dici debeat de me, intelligo. Non tamẽ debeo eſſe ingratus ueſtrę benignitati: quoniam hoc facit abundantia ueſtræ erga me bonæ uoluntatis. Solemus enim ſæpe ſentire meliora de his quos diligimus, ꝙ ipſi mereantur. De laude igitur quæ ad me non pertinet, cor nõ gloriatur: ſed de dilectione, quę ſemper amanda eſt, gratias agendo lætať. Quærit ueſtra reuerentia de ſacramentis eccleſiæ: quoniam non uno modo fiunt ubiq;, ſed diuerſis modis in diuerſis locis tractantur. Vtiq; ſi per uniuerſam eccleſiam uno modo & cõcorditer celebrarentur, bonum eſſet & laudabile: quoniam tamen ſunt multæ diuerſitates, quæ non in ſumma ſacramẽti, nec in uirtute eius, aut fide diſcordãt, neq; omnes in unam conſuetudinem colligi poſſunt: æſtimo eas potius in pace concorditer tolerandas, ꝙ diſcorditer cum ſcandalo damnandas. Habemus enim a ſanctis patribus, quia ubi unitas ſeruatur charitatis in fide catholica, nihil efficit conſuetudo diuerſa. Si autem quæritur, unde natæ ſint iſtę cõſuetudinũ diuerſitates, nihil aliud intelligo, ꝙ humanorum ſenſuum uarietates. Qui quamuis in rei ueritate & uirtute non diſſentiant, in aptitudine tamen, & differẽtia adminiſtrationis nõ concordant. Quod unus aptius eſſe iudicat, alius ſæpe minus aptum exiſtimat. Neq; in huiuſmodi uarietatibus non conſonare, puto ab ipſius rei ueritate exorbitare. Nempe ꝙ alij in ſacrificando corpore et ſanguine domini, ſingulas cruces ſingulis faciunt ab initio in canone: alij ſolũ modo ſingula ſingulis, ubi ſigillatim nominatur panis uel corpus, & ſigillatim calix uel ſanguis: ubi uero oblatio nominatur, unã crucem ambobus faciũt, quoniam ſicut unus eſt Chriſtus, qui ſeipſum obtulit pro nobis, ita una eſt oblatio & una eſt hoſtia in pane & uino, quã offerimus, nõ uideo iſtos magis in hoc diſcordare a Chriſto, qui ſigillatim utraque benedixit: quoniam oẽs illi diſcordant, qui calicem poſt cœnã nõ ſacrifi

cant,ſicut Chriſtus fecit:& qui utrūq; ſimul,uno nomine uocāt oblationem uel hoſtiam,quod Chriſtus non fecit. Vnde poſſumus colligere, qa a nobis inuicē in huius actione, ſeruata rei ueritate poſſumus eſſe diſſimiles ſine reprehenſione:cū ab ipſo authore ipſius ſacrificij ſimus diuerſi ſine offenſione. Vbi aūt dicimus:Hæc dona,hęc munera,hæc ſancta ſacrificia:ſiue ſigillatim pani & uino ſingulæ cruces aſſignenť, ſiue una cruce duo ſimul ſanctificenť, non uideo in hac diuerſitate reprehenſibilē diſcordiam,niſi forſitan, quia conuenientius ambo una cruce notantur, ſicut uno uerbo benedictionis ſanctificantur.Cū enim plures homines, aut diuerſas res ſimul benedicimus,nō ſingulis ſingulas cruces reddim⁹, ſed omnibus unā crucem ſufficere credimus. Quod uero nonnulli ab initio calicem operiunt quodā corporali, alij panno cōplicato propter munditiæ cuſtodiā, nec nudū dimittūt calicem:ſicut Chriſtus nudus crucifixus eſt, ut ſic ſignificatis oſtenderet ſe mundo reuelatum: nō magis intelligo eos debere reprehēdi propter nuditatem Chriſti,quę non ſignificatur ab illis in ſacrificio: quoniam quia non monſtrant in eodem ſacrificio eum eſſe crucifixum extra ciuitatem,extra domum,& ſub nudo cœlo,quæ tamen magis non carent rōne.
1.Pet.2 Nam Chriſtus qui paſſus eſt pro nobis,nobis relinquens exemplum, ut ſequamur ueſtigia eius:in his quoq; dedit nobis exemplū propter iuſtitiā ſuſtinendi incomparabilē contemptū & paupertatem.Adeo enim contemptus eſt & execrabilis iudicatus, ut nec mori dignus haberetur inter aliquā hominum habitationē, neq; inter homines niſi inter execrabiles,neq; ſub tecto aliquo niſi ſub cœlo.de ſub quo eijci non
Pſa.22 potuit,ut ſecundū prophetiam, opprobrium & abiectio plebis æſtimaretur. Pauper uero ita fuit, ut ueniens in mūdum,non in ſua,ſed in aliena domo naſceretur, & natus propter inopiam loci in præſepio brutorum animaliū poneretur,& uiuens in mundo non haberet ubi caput ſuum reclinaret,nec moriēs unde nuditatem ſuam tegeret,nec mortuus unde inuolueretur, nec ſepulchrum aut locum ubi corpus mortuū collocaretur.Quæ omnia magis ſunt uidendo per effectū, cum ratio exigit, imitāda,q̄ per nuditatem ſacrificij nuditas Chriſti ſignificanda.Neq; coniecturare poſſum, cur potius curandum ſit,ut panno operiatur ſacrificium:q̄m Chriſtus paſſus eſt nudus, non ſub tecto uel intra ciuitatē,ſed ſub nudo cœlo.Si aūt uſus nō habet, ut extra tectū fiat,propter perturbationes aeris: ſimilis cauſa uidetur,ut calix in ſacrificando non diſcooperiatur, propter quaſdam quæ contingere poſſunt incōmoditates.Tutius itaq; & diligentius puto, ut calix ne aut muſca aut aliquid indecens in illum caderet, quę ſæpe cōtigiſſe cognoſcimus, operiatur:quàm diſcoopertus contigentibus immunditijs exponatur.Hæc ſapientiæ ueſtrę pro meo intellectu,nullius meliorē rationem reſpuens, reſpōdeo,De his qui ſacrificant de fermēto,miſi uobis olim quandam epiſtolam.

Beati Anſelmi Archiepiſcopi Cantuarienſis epiſtola de diuerſitate ſacramētorum explicit.

BEATI ANSELMI
De proceſſione ſpiritus ſancti,contra Græcos Epiſtola.

NEGATVR a Græcis,quod ſpūs ſanctus de filio procedat, ſicut nos Latini cōfitemur. Nec recipiūt doctores noſtros Latinos,quos in hoc ſequimur.Qui,quoniam euāgelia nobiſcum uenerantur,& in alijs de trino uno deo credunt, hoc ipſum per omnia quod nos,qui de eadem re certi ſumus:ſpero per auxiliū eiuſdem ſpiri

tus ſancti,quia ſi malũt ſolidæ ueritati acquieſcere,q̃ pro inani gloria contendere,per hoc quod abſq; ambiguitate confitentur ad hoc quod non recipiũt, rationabiliter duci poſſunt. Quamuis igitur multi ſunt, qui hoc melius me poſſint efficere:tamen quoniam mihi à pluribus iniungitur, quorũ petitioni, tum pro debito ueritatis amore, tum pro eorum charitate & religioſa uoluntate non audeo reſiſtere,inuoco eundẽ ſpiritum ſanctum,ut ad hoc me dignetur dirigere.Hac itaq; ſpe pro meæ ſciẽtiæ humilitate,ſcientioribus altiora relinquens,quod poſtulãt aggrediar, & Græcorũ fide,atq; his q̃ credũt indubitanter & cõfidenter,pro certiſſimis ad reprobandum quod non credũt, utar.

Credũt quidem unum,& ſolum ac perfectum eſſe Deum: nec ullam eum habere partẽ,ſed totũ eſſe quicquid eſt. Hũc quoq; confitentur eſſe patrem, & filium,& ſpiritum ſanctum: ita ut ſi ſolus dicat̃ pater,aut filius, aut ſpirituſſanctus:ſiue duo ſimul,pater & filius, aut pater & ſpirituſſanctus, aut filius & ſpirituſſanctus: ſiue tres ſimul, pater, filius, ſpirituſſanctus, idem totus perfectus deſignetur Deus: quamuis non idem ſignificet nomen patris, aut filij,quod nomen dei. Non enim idẽ eſt eſſe Deum,quod eſt eſſe patrem,aut filium. Nomen autẽ ſpirituſſancti, ideo quia ſpirituſſanctus alicuius intelligit̃ ſpiritus,pro relatiuo nomine ponitur. Nam quamuis pater ſit ſpiritus,& ſanctus: & filius ſit ſpiritus, & ſanctus: non tamen pater alicuius ſpiritus, nec filius alicuius ſpiritus, ſicut ſpirituſſanctus alicuius eſt ſpiritus. Eſt enim ſpiritus Dei,& ſpiritus patris, & filij. Quamuis enim Græci negent de filio illum procedere:non tamen negant eũ eſſe ſpiritum filij: Credunt quoque & confitentur Deum de Deo eſſe naſcendo, & Deum de Deo eſſe procedendo. quia filius Deus eſt de patre Deo, naſcendo, & ſpirituſſanctus eſt de patre Deo,procedendo. Nec putant aliũ eſſe Deum qui naſcitur,quã de quo naſcit̃: & qui procedit, quã de quo procedit: quamuis ſecundum nomina ſignificãtia,quia eſt de quo aliquis naſcitur,& eſt qui de aliquo naſcitur, & eſt qui de aliquo procedit,pluralitatẽ admittat: ſecundum quam plures,& alij ſunt ab inuicem pater, & filius,& ſpirituſſanctus. Nam cũ dicitur Deus eſſe pater, ſignificat̃ eſſe de quo aliquis naſcitur: & cũ nominatur filius,intelligitur eſſe qui de aliquo naſcitur: & quãdo ſpirituſſanctus nominatur,quia non abſolute ſpiritũ ſed ſpiritum Dei intelligimus, monſtratur eſſe qui de aliquo p̄cedit. Sed cum dicit̃, quia filius eſt de patre,& ſpirituſſanctus de patre:intelligitur,quia hoc quod eſt filius,aut ſpirituſſanctus,habet de patre. Sed alio modo intelligitur filius eſſe de patre, & aliter ſpirituſſanctus. Filius enim eſt de patre ſuo,id eſt,de deo qui eſt pater eius. Spirituſſanctus uero nõ eſt de deo patre ſuo:ſed tãtum de deo qui eſt pater. Ergo filius ſecũdum quod eſt de deo,dicitur filius eius:& ille de quo eſt pater eius. ſpirituſſanctus autẽ non ſecundum quod eſt de deo,dicitur filius eius:nec ille de quo eſt pater eius. Certum eſt etiam,quia deus non eſt pater, aut filius,aut ſpirituſſanctus alicuius niſi dei,nec ulla res eſt deus,niſi idẽ pater & filius & ſpirituſſanctus. Et ſicut unus deus eſt,ſic unus tantum pater, unus filius,unus ſpirituſſanctus eſt. Vnde fit, ut nõ ſit ĩ illa trinitate pater, niſi eiuſdẽ filij:nec filius,niſi eiuſdẽ patris:neq; ſpirituſſanctus alicuius ſpiritus,niſi eiuſdẽ patris & filij. Hæc itaq; ſola cauſa pluralitatis eſt in deo: ut pater,& filius,& ſpirituſſanctus,dici nõ poſſint de inuicẽ:ſed alij,ſicut ab inuicem:quia prædictis duobus modis eſt deus de deo,q̃d totum põt dici relatio. Nam quomodo filius exiſtit de deo naſcẽdo,& ſpirituſſanctus p̄cedẽdo, ipſa diuerſitate natiuitatis et p̄ceſſionis re-

feruntur ad inuicem: ut diuerſi & alij ab inuicem. Et quando ſubſtantia habet eſſe de ſubſtantia, duæ fiunt ibi relationes inſociabiles: ſi ſecũdum illas nomina ponantur ſubſtantię. Cũ enim homo eſt gignendo de homine, dicitur homo de quo eſt homo, pater: & homo qui eſt de homine, filius. Impoſſibile igitur eſt patrem eſſe illum filiũ, cuius pater eſt: & filium eſſe illũ patrem, cuius filius eſt: quamuis patrẽ eſſe filiũ, & filium eſſe patrem nihil prohibeat. cũ unus homo pater eſt, & filius: quoniam ad alium eſt pater, ad alium fili⁹. Nempe cum Iſaac ſit pater Iacob, & filius Abrahæ, pater eſt filius, & filius eſt pater ſine repugnãtia: quoniam ad alium pater dicitur, ꝙ ad ſuum patrẽ: & filius ad alium, ꝙ ad ſuum filiũ. patrem autem eſſe in eodem illius filium, cuius pater eſt: aut filium eſſe illius patrem, cuius eſt filius, non eſt poſſibile. Ita ergo in deo, cum deus ſit pater, & filius, & ſpiritus ſanctus: nec ſit pater, niſi eiuſdem filij: nec filius, niſi eiuſdẽ patris: nec ſpiritus alicuius, niſi eiuſdẽ patris & filij: pater nõ eſt filius, aut ſpiritus ſanctus: filius non eſt pater, aut ſpiritus ſanctus: nec ſpiritus ſanctus eſt pater, aut filius. Quippe quoniam filius de patre & ſpiritus ſanctus de patre: nec ille de quo eſt aliquis, poteſt eẽ ille qui de ſe eſt: nec ille qui de aliquo eſt, ualet eſſe is de quo eſt, ſicut iam dictũ eſt. idcirco nec pater eſt filius aut ſpiritus ſanctus: nec filius ſiue ſpiritus ſanctus eſt pater. Filius autem, ut interim aliam cauſam dicam, quoniã nondum conſtat, ꝙ ſpiritus ſanctus de illo ſit & procedat: ideo nõ eſt ſpiritus ſanctus, nec ſpiritus ſanctus eſt filius: qa filius naſcendo habet eſſe de patre, ſpiritus ſanctus uero non naſcendo ſed ꝓcedendo. nec filius poteſt eſſe ſuus ſpiritus, nec ſpiritus ſanctus ualet eſſe ille cuius ſpiritus eſt.

His præmiſſis, quomodo indiuiſibilis unitas, & inſociabilis pluralitas in deo ſe adinuicẽ habeant, inquiramus. Quoniam autem hæc quæ dicta ſunt, pariter credimus indubitanter, & confitemur: & nos qui dicimus ſpiritum ſanctum de filio procedere, & Græci ꝗ nobiſcum de hac re non ſentiunt, debemus abſque ulla ambiguitate, quæ ex his neceſſarie cõſequuntur uno conſenſu ſuſcipere. Sequitur enim ſecundum unitatis dei, quæ nullas habet partes, proprietatem: ut quicquid de uno deo, qui totus eſt, quicquid eſt, dicitẽ de toto deo patre, dicatur & de filio, & de ſpiritu ſancto: quia unuſquiſque ſolus, & totus, & perfectus deus eſt. Supradicta uero relationis oppoſitio, quę ex eo naſcitur (quia ſupradictis duobus modis deus de deo eſt) prohibet patrẽ, & filium, & ſpiritum ſanctum de inuicem dici: & propria ſingulorum alijs attribui. Sic ergo huius unitatis, & huius relationis conſequentiæ ſe contemperant: ut nec pluralitas, quæ ſequitur relationẽ, tranſeat ad ea in quibus prædictæ ſimplicitas ſonat unitatis: nec unitas cohibeat pluralitatem, ubi eadẽ relatio ſignificatur: quatenus nec unitas amittat aliquando ſuam conſequẽtiam, ubi non obuiat aliqua relationis oppoſitio: nec relatio perdat quod ſuũ eſt, niſi ubi obſiſtit unitas inſeparabilis. Quod ſi per exẽpla conſideremus, clarius erit. Qualiter quidem unitatis ſimplicitas à ſe excludat pluralitatem, quę eſt in relatiuorum nominum ſignificatione, facile eſt cognoſcere, confitemur enim, quia pater nõ eſt filius, aut ſpiritus ſanctus, nec filius pater, aut ſpiritus ſanctus, nec ſpiritus ſanctus pater aut filius. Sequitur ergo alios ab inuicem & plures eſſe, patrem, & filiũ, & ſpiritum ſanctum. At pater eſt deus, filius eſt deus, & ſpiritus ſanctus eſt deus. Quid itaq; conſequentius, ſi prædictarum perſonarum pluralitas ſuã ſeruat proprietatem, ꝙ patrem & filiũ & ſpiritum ſanctum plures deos & alios ab inuicem? Sed hoc nullatenus

admittit inuiolabilis ſimplicitas diuinitatis, quam unum ſolum deum eſſe credimus. Sic repellit unitas eſſentiæ dei relatiuorum conſequentiam. Conſiderandum quoq; eſt, quomodo relationum pluralitas obuiet unitatis conſequentiæ: ſi prius poſuerimus aliqua ex his, in quibus nulla obſiſtit oppoſitio. Dicimus unum deum eſſe patrem, & eſſe filium, & eſſe ſpiritum ſanctũ: & unum eundem deum eſſe, ſiue ſinguli, ſiue bini, ſiue tres ſimul dicantur. Si ergo deus eſt, æternus, propter unitatẽ deitatis: ex neceſſitate ſequitur, quia æternus eſt pater, ęternus eſt filius, ęternus eſt ſpiritus ſanctus. Et quoniã ſiue ſinguli, ſiue plures ſimul ſunt unus deus, non eſt niſi unus æternus. Similis eſt cõſequentia, ſi deus dicitur creator, ſiue iuſtus, ſiue aliquid aliorum: in quibus nulla prędicta intelligitur relatio. Videamus nũc, quomodo hãc unitatis dei cõſequentiam reſtringat relatio. Dicimus enim, quia deus eſt pater. Quoniam ergo unus eſt deus, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus: exigit unitas dei, ut filꝰ ſit pater, & ſpiritus ſanctus ſit pater: ſed obuiet relatio, quæ prohibet filium aut ſpiritũ ſanctum eſſe patrẽ. Quippe nec natura permittit, nec intellectus capit, exiſtentem de aliquo eſſe de quo exiſtit: aut de quo exiſtit, eſſe exiſtentem de ſe. Exiſtit autẽ filius & ſpiritus ſanctus de patre: quare non poteſt filius aut ſpiritus ſanctus eſſe pater, quamuis deus ſit pater, & unus idemq; deus ſit pater & filius & ſpiritus ſanctus. Idipſum & cognoſcitur, ſi dicitur deus eſſe filius, uult enim unitatis dei conſequentia, ut pater & ſpiritus ſanctus ſit filius. Sed pater, de quo eſt filius, non poteſt eſſe qui de ſe eſt. Spiritus uero ſanctus, qui exiſtit de patre procedendo, nõ eſt ille qui eſt de patre naſcẽdo. Item cum dicitur, deus eſt ſpiritus ſanctus: requirit unitas prædicta, patrem quoq; & filium eſſe ſpiritũ ſanctum: ſed nec pater, de quo eſt ſpiritus ſanctus, poteſt illi eſſe qui de ſe eſt: nec filius qui exiſtit de patre naſcẽdo, eſt ille qui de eodem patre eſt procedẽdo, id eſt, ſpiritus ſanctus. Cum autem apparebit, quia ſpiritus ſanctus eſt de filio: tunc quoq; palàm erit, quia propter hoc nequit eſſe filius ſpiritus ſanctus, & ſpiritus ſanctus filius. Cõſideremus adhuc, quomodo ſupradictæ oppoſitiones obſiſtunt conſequentiæ prædictæ unitatis: deus eſt de deo. Hoc ergo ſemel accepto, quoniam idẽ deus eſt pater & filius & ſpiritus ſanctus: ſequitur ſecundum hanc identitatem, ut deus pater ſit deus de deo, & deus de quo eſt deus: & ſimiliter filius deus de deo, & deus de quo eſt deus, & eodem modo ſpiritus ſanctus. Verũ quærere, utrũ quiſquis ſit deus, de quo eſt deꝰ: non eſt aliud, q̃ conſiderare, utrum ſingulus quiſque ſit deus de deo. Non enim poteſt deus de deo deus eſſe, niſi pater aut filius aut ſpiritus ſanctus: & niſi de patre aut de filio aut de ſpiritu ſancto. Inſpiciamus, utrũ unuſquiſque ſit deus de deo: & patebit, utrum ſit ſingulus quiſq; deus de quo eſt deus. Sed pater nõ poteſt eſſe de deo, propter prędictam oppoſitionem. Cum enim non ſit deus, niſi aut pater aut filius aut ſpiritus ſanctus, aut duo ex his, aut tres ſimul: nõ poteſt eſſe deus pater de deo, niſi aut de patre hoc eſt de ſeipſo, aut de filio, aut de ſpiritu ſãcto, aut de duobus, aut de tribus. De ſeipſo nõ poteſt eſſe: quia exiſtens de aliquo, & de quo exiſtit, non poteſt idẽ eſſe. De filio non eſt, quia filius eſt de ipſo, & ideo nõ poteſt eſſe de filio. De ſpiritu ſancto non eſt, quia de illo eſt ſpiritus ſanctus, nec ualet ille eſſe qui de ſe eſt. De duobus uel de tribus ſimul nequit eſſe pater, propter eandem oppoſitionis rationẽ. Filium uero deũ neceſſe eſt eſſe de patre deo, quia pater non eſt de illo. De filio uero, hoc eſt, de ſeipſo eſſe nequit: quia non eſt, id eſt, exiſtens de aliquo, & de quo exiſtit. Vtrum autem ſit de

ſpiritu ſancto aut ſpiritus ſanctus de illo, poſt monſtrabitur. Sed prius dicemus de ſpiritu ſancto, ſi ſecundum cõſequentiam prædictam ſit de patre & de ſeipſo. De patre quidem neceſſe eſt eum eſſe, quia nulla obuiat oppoſitio, non enim eſt pater de illo. De ſeipſo uero impoſſibile eſt eum eſſe: quia nõ poteſt exiſtens de aliquo, & de quo eſt, idem eſſe. In his omnibus nihil obuiat conſequentiæ unius identitatis, niſi aliqua de ſupradictis oppoſitio. Quod uero in his cognoſcitur, in omnibus quę de deo dicuntur immutabiliter euenire neceſſe eſt.

Nunc quęrẽdum eſt per ſupradictas irrefragabiles rationes, utrum filius ſit de ſpiritu ſancto, aut ſpiritus ſanctus de filio. Dico, quia ſicut per ſupradictã rationẽ, aut pater eſt de filio, aut filius de patre, aut de ſpiritu ſãcto pater, aut ſpiritus ſanctus de patre: ita eſt aut filius de ſpiritu ſancto, aut ſpiritus ſanctus de filio. Quod qui negat, neget ẽt neceſſe eſt unum ſolum deum eſſe, aut filium deum eſſe, aut ſpiritum ſanctũ deum eſſe, aut deum eſſe de deo: quia ex his ſequitur quod dico. Amplius, nõ eſt filius, aut ſpiritus ſanctus de patre, niſi de patris eſſentia, q̃ una eſt illi cum filio & ſpiritu ſancto. Cum ergo dicit̃, quia filius eſt de deo patre, ſi idẽ deus eſt, pater & ſpiritus ſanctus, ſequitur ſecundum unitatem deitatis, ut ſit etiam de ſpiritu ſancto. Eodem modo, quando confitemur ſpiritum ſanctum eſſe de deo patre, ſi idem deus eſt, pater & filius, ſequitur ſecũdum eandem deitatis unitatem, ut ſit & de filio. Ex his igitur aperte cognoſcit̃, quia aut filius eſt de ſpiritu ſancto, aut ſpiritus ſanctus de filio: qm̃ utrunque nequit eſſe uerũ, aut falſum. Neceſſe eſt ergo ſpiritum ſanctum eſſe de filio, ſi poteſt mõſtrari filium nõ eſſe de illo. Nam ſiquis dicit non ſequi, filium eſſe de patre, & ſpiritu ſancto, quoniam unus eſt deus pater & ſpiritus ſanctus, etiam ſi non opponitur aliud: aut ſpiritum ſanctum eſſe de patre & filio, quoniam unus eſt deus pater & filius, quamuis nõ ſit filius de ſpiritu ſancto, conſideret, quia cũ eſt deus de deo, aut eſt totus de toto, aut pars de patre, aut pars de toto. Sed deus nullam habet partẽ, impoſſibile igitur eſt, ut ſi deus eſt de deo, ut totus ſit de patre, aut ut pars de toto, aut ut pars de parte. Neceſſe eſt igitur, ut ſi eſt deus de deo, totus ſit de toto. Cũ ergo filius dicitur eſſe de deo, qui eſt pater, & ſpiritus ſanctus: aut alius totus erit pater, alius totus ſpiritus ſanctus, ut de toto patre ſit, & nõ de toto ſpiritu ſancto: aut ſi idẽ totus deus eſt pater & ſpiritus ſanctus, ex neceſſitate cũ eſt de deo toto, quia eſt unus totus, tam pater q̃ ſpiritus ſanctus: eſt pariter de patre et ſpiritu ſancto, ſi nõ repugnat aliud. Eodem modo cũ dicit̃ ſpiritus ſanctus eſſe de toto deo, qui eſt pater & filius: aut alius totus erit pater, alius tot⁹ filius: ut ſit de toto patre, & non de toto filio ſpiritus ſanctus: aut cũ eſt de patre ſpiritus ſanctus, nõ põt non eſſe de filio, ſi non eſt filius de ſpiritu ſancto: Nulla enim alia ratione poteſt negari ſpiritus ſanctus eſſe de filio. Dicet aliquis, ſi quoniã unus deus pater & ſpiritus ſanctus, cum filius eſt de patre, ſequitur eum eſſe de ſpiritu ſancto: aut cum ſpiritus ſanctus eſt de patre, quia idẽ eſt deus pater & filius, eſt etiam de filio: cũ pater gignit filium, neceſſe eſt eũ gignere quoq; ſpiritum ſanctum: quia unus idemq; deus eſt filius & ſpiritus ſanctus. Et cũ ſpiritus ſanctus procedit de patre, propter eandem unitatẽ deitatis filij & ſpiritus ſancti, procedit & filius de patre ita ſicut ſpiritus ſanctus. Si uero unitas deitatis in filio & ſpiritu ſancto nõ illã habet uim conſequentiæ, ut uterq; ſimiliter ſit genitus & procedens: uidetur, ꝙ non ex eo ꝙ unus eſt deus pater & ſpiritus ſanctus, ſequit̃ filiũ eſſe de ſpiritu ſancto, aut ſpiritum ſanctũ eſſe de filio: quo-

niam idē deus eſt pater & filius, ut dicis. Ad quod ego: Habēt utiqꝫ a patre eſſe filius & ſpiritus ſanctus, ſed diuerſo modo: quia alter naſcendo, alter procedendo ut alij̃ ſint ab inuicem, ꝑ hoc quod dictū eſt. Et ideo cū naſcit̃ unus non poteſt cum eo naſci ille, qui ꝑ hoc eſt alius ab eo: quia non ſimiliter naſcitur, ſed procedit. Et cū unus procedit, nequit ille ſimul procedere, qui ꝑ hoc eſt alius ab illo, quia non ſimiliter procedit, ſed naſcit̃. Et ideo non habet hic unitas illa uim conſequentiæ: quia pluralitas obuiat, quæ ex natiuitate naſcitur, & proceſſione. Nam & ſi per aliud non eſſent plures filius & ſpiritus ſanctus: per hoc ſolum eſſe diuerſi. Cū autē dico ex eo, quia pater unus deus eſt cum filio aut cum ſpiritu ſancto, ſequitur filium eſſe de ſpiritu ſancto, aut ſpiritum ſanctū eſſe de filio: nulla ibi pluralitas generatur, quæ unitatis obuiet conſequentię: quia non utrunqꝫ dico eſſe, ſed alterum tantum. Omnimoda igitur & inexpugnabili neceſſitate concluditur: quia ſi uera ſunt quę ſupra dixi: nos pariter cum Gręcis credere, aut filius eſt de ſpiritu ſancto, aut ſpiritus ſanctus eſt de filio. Quòd aūt filius nō ſit de ſpiritu ſancto, palàm eſt ex catholica fide. Non enim eſt deus de deo, niſi aut naſcendo ut filius, aut procedēdo ut ſpiritus ſanctus. Filius aūt non naſcitur de ſpiritu ſancto. Si enim naſcit̃ de illo, eſt filius ſpiritus ſanctus, & ſpiritus ſanctus pater eius: ſed alter alterius nec pater, nec filius eſt. Non ergo naſcitur de ſpiritu ſancto filius, nec minus apertum eſt, quia non procedit de illo. Eſſet enim ſpiritus eiuſdem ſpiritus ſancti. Quod aperte nagatur, cum ſpiritus ſanctus dicitur & creditur ſpiritus filij̃. Nō enim poteſt eſſe ſpiritus ſui ſpiritus. Quare non procedit filius de ſpiritu ſancto. Nullo ergo modo eſt de ſpiritu ſancto filius. Sequitur itaqꝫ inexpuguabili rōne, ſpiritum ſauctum eſſe de filio, ſicut eſt de patre.

Forſitan negabunt Græci ſpiritum ſanctum eſſe deum de deo, ſicut eſt filius deus de deo: quoniam probamus per hoc illum eſſe et procedere de filio, nec eſt poſitū in illo ſymbolo, in quo reprehendimur ab illis addidiſſe proceſſionem eius de filio. Sed qui hoc putat, negat aut patrem eſſe deū, de quo eſt ſpiritus ſanctus, aut ſpiritum ſanctum eſſe deū, qui eſt de patre: aut hoc ipſum, quod eū ſpiritus ſanctus, eſſe de patre. Ac patrem nō eſſe deum, aut ſpiritum ſanctum, nullus ſuſcipit Chriſtianus. Videamus igitur, utrum hoc ipſum, quod eſt eſſentialiter ſpiritus ſanctus ſit de patre, quod quendā Epiſcopum, Græcis forſitan fauentem, in Barenſi ciuitate ſenſi nolle ſentire. Nā ſi nō eſt ipſum de patre, quod eſt: cum ſit unus idemqꝫ deus qui pater, inueniri nequit unde ſit alius a patre. Non. n. niſi alius eſt: quia pater habet filiū, & ſpiritus ſanctus non habet filium. Per hoc enim probari poteſt, quia alij̃ ſunt ab inuicem: non tamen hæc eſt cauſa, ut diuerſæ ſint perſonæ. Quippe ſi duo ſint homines, quorum alter habeat filium, alter non: quamuis per hoc oſtēdi poſſint eſſe diuerſi, nō tamē ob hoc alij̃ ſunt ab inuicem: quia quoquomodo ſe habent in habendo uel nō habendo filium: diuerſitatem tamen nō amittunt. Ita in patre & ſpiritu ſancto, non quia alius filium habet, alius non habet, idcirco ſunt diuerſi: ſed quoniam diuerſi ſunt, idcirco nihil prohibet eos in habendo & non habendo filiū, eſſe diſſimiles. Similiter reſpondere poteſt, ſi ideo alius dicitur, quia non ab illo procedit ſpiritus ſanctus, ſicut ip ſe ꝓcedit a patre. Quippe (ut ſecundum illos loquar qui negant ſpiritum ſanctū de filio procedere, ſicut non eſt hęc cauſa: quia ſpiritum ſanctum filius de ſe procedentem non habet ſicut pater, ut alius ſit a patre) ſequeretur enim, ut ſi ſpiritus ſanctus ꝓcederet de filio filius non eſſet alius a patre, ita per hoc non

uult ex ſola proceſſione alium eſſe à patre, licet non ſit ex illo: intelligit, aut idipſum eſſe ꝓcedere de patre ſolummodo quod eſt mitti, uel dari à patre: ut cũ mittit, uel dat eum pater, tũc tantum procedat à patre: aut hoc eſſe procedere, quod eſt de patre eſſe: ſi idẽ eſt procedere, quod eſt dari uel mitti procedit pariter à filio, ſicut à patre ſpiritus ſanctus: quoniam ab illo ſimiliter mittitur & datur. Item, ſi nõ eſt aliud ſpiritui ſancto procedere quàm mitti uel dari, non eſt alius à patre, nec procedit à patre, niſi cũ datur uel mittitur, quod nemo puto, intelligit. Semper. n. eſt alius à patre ſpiritus ſanctus, etiam ante creaturam: non autem datur uel mittitur, niſi creaturę: nec tamen dicendum eſt, quòd accidat ei dari uel mitti. Nam cum ipſe ſit ubiq; & immutabilis, accipienti quidẽ accidit aliquid: quia circa illũ fit, quod prius nõ erat, & abeſſe poteſt: circa ſpiritũ ſanctum uero nihil fit quod non erat. Cũ enim cæcus in luce non ſentit lucem, nõ magis nec minus habet aliquid lux, & ſi depulſa cæcitate ſentiat cæcus lucem, circa illum fit motus, nõ circa lucem. Patet itaq;, non eſſe ſpiritum ſanctum alium à patre per ſic intellectam proceſſionem, ut non ſit aliud illi procedere, ꝙ dari uel mitti. Eſt quoq; patens, eum per proceſſionẽ habere eſſe de patre, & per hoc alium eſſe à patre: ſicut filius non per aliud eſt à patre alius, ꝙ per hoc quia de illo exiſtit. Eſt igitur deus de deo, & procedit de deo: quia & ipſe eſt deus, & pater deus, de quo eſt, et procedit. At ſi dicimus, duas ſpiritus ſancti poſſe nominari proceſſiones: unam, quando exiſtit de patre: alteram, quãdo datur uel mittitur. Non puto hoc eſſe negãdum, ſi unaquæque in ſuo ſenſu accipitur. De illa quippe proceſſiõe qua datur uel mittitur, non incongrue dominum ſic dixiſſe intelligimus: Spiritus ubi uult ſpirat, & uocem eius audis, & neſcis unde ueniat, aut quò uadat. Sic enim hoc potuiſſe dici uidetur: Neſcis unde procedat, aut quò recedat. Cum enim datur, quaſi de occulto uenit, & procedit: cum uero ſubtrahitur, uelut ad occultum uadit, & recedit. De hac proceſſione põt dici: quia idem illi eſt procedere quod mitti. Siue igitur non procedat, niſi exiſtendo de patre, ſiue nõ niſi cum datur aut mittitur ad ſanctificandam creaturam, ſiue utroq; modo procedat: ſequitur, ut procedat de filio. Si enim eſt de patre, deus eſt de deo: unde probatur, ut dictũ eſt, eiſe quoq; de filio & procedere ab illo. Nanque procedit de quo eſt, & de illo exiſtit à quo procedit. Si uero tunc tantum procedit cum mittitur uel datur, procedit à filio à quo datur & mittitur. Quod ſi utroq; modo procedit, pariter utroq; modo procedere cognoſcatur à filio. Ecce uidemus ſpiritum ſanctum eſſe de deo, & procedere de deo, quod non eſt poſitum in præfato ſymbolo: ſi ergo ideo negant eum eſſe & procedere de filio, quia ibi tacetur, negent eſſe ſimiliter eũ de deo & procedere, quia ibidem non dicitur. Aut ſi hoc diffiteri nequeunt, non timeant confiteri nobiſcũ ſpiritum ſanctũ eſſe & procedere de filio: quoniam hæc in eodem ſymbolo non inueniuntur. Ac ſi dicant, ſatis ibi ſignificatur, quia eſt & procedit de deo, quia à patre procedit, quia pater eſt deus, et nos ſimiliter dicimus, quia aperte monſtratur procedere de filio, cum dicitur procedere de deo, quia filius eſt deus. Interrogo enim, utrum ideo intelligẽdus ſit ſpiritus ſanctus eſſe de patre, quia de deo eſt: an idcirco eſſe de deo, quia eſt de patre: licet enim inuicẽ alterum altero probetur. Si enim eſt de patre, eſt de deo: & ſi eſt de deo, eſt de patre: quoniam nulla ſupradicta obuiat relatio, non tamen ſimiliter inuicem ſunt, alter alterius cauſa. Nã ſi eſſe ſpiritum ſanctũ de patre, eſt cauſa ut ſit de deo, cum dicitur eſſe de patre, non eſt intel-

Ioã. 3.

ligendum quod ſit de hoc, quod pater eſt deus, id eſt, de diuina eſſentia: ſed de hoc quod deus pater eſt, id eſt, de hoc unde refertur ad filium. Erit igitur diuina eſſentia in ſpiritu ſancto: non de deitate patris, ſed de relatione, qđ ſtultiſſimum eſt dicere. Quamuis et ſi hoc uelit aliquis accipere, nõ minus ſequitur ſpiritum ſanctum de filio, ꝙ de patre procedere. Nempe nulla relatio eſt patris, ſine relatione filiȷ: ſicut nihil eſt filiȷ relatio, ſine patris relatione. Si ergo alia nihil eſt ſine altera, non poteſt aliquid de relatione patris eſſe ſine relatione filiȷ. Quare ſequitur, ſpiritum ſanctum eſſe de utraꝗ, ſi eſt de una. Itaꝗ ſi eſt de patre ſecundũ relationem, erit ſimul & de filio ſecũdum eundem ſenſum Verum quia nemo tam inſipiens eſt, qui hoc opinetur, credendũ & confitendum eſt, ideo de patre ſpiritũ ſanctum eſſe, quia eſt de deo. Non autem magis eſt pater deus ꝙ filius, ſed unus ſolus uerus deus, pater & filius. Quapropter ſi ſpiritus ſanctus eſt de patre, quia eſt de deo qui pater eſt, negari nequit eſſe quoꝗ de filio, cum ſit de deo qui eſt filius.

Conſideremus etiã, quid dominus dicit in euangelio. Ait enim: Hęc eſt uita æterna, ut cognoſcant te ſolũ uerum deũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Aut ergo ita intelligẽdus eſt iſte ſolus uerus deus, ut cũ nominamus ſolum patrem, non ſignificetur ille ſolus uerus deus, neꝗ quando nominamus ſolum filium: ſed tũc ſolummodo intelligatur iſte ſolus uerus deus, quando ſimul dicimus patrem & filium. Aut ſolus uerus deus intelligatur, cum nominamus aut ſolum patrem, aut ſolum filium: aut ſi ſolo patre nominato, aut ſolo filio, non intelligitur ſolus uerus deus ſine adiectione nominis alterius: nõ eſt pater perfectus, neque filius perfectus deus, ſed eſt deus compoſitus ex patre & filio. Sed credimus patrem eſſe perfectum & ſolum uerum deum, & filium ſimiliter perfectum, & ſolũ uerum deum. Cum ergo nominamus patrem ſolũ, aut filium, nõ aliud intelligimus, excepta relatione qua referũtur ad inuicem, ꝙ ſolum uerum deum & eũdem, quem in utriuſque prolatione cognoſcimus. Itaꝗ cum dixit dominus: Hæc eſt autem uita æterna, ut cognoſcant te ſolum uerum deũ, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Si addidiſſet dicens, & de hoc ſolo uero deo procedit ſpiritus ſanctus: quis auderet ſeparare filiũ ab illa proceſſione, cum ille ſolus uerus deus nõ magis aut minus ſit pater quã filius? Quapropter ſi idem ſolus uerus deus intelligitur, cum ſolus pater dicitur, aut filius, & cũ ambo ſimul nominantur, quid apertius, ꝙ quia de ſolo uero deo, qui pater eſt & filius, procedit ſpiritus ſanctus: cum dicitur à patre procedere? Quare ſicut intelligeretur de filio procedere, ſi idem filius dixiſſet de ſolo uero deo illum procedere, quãdo dixit ſe & patrem ſolum uerum deum eſſe: ita cum dicit eum de patre procedere, abſꝗ dubio eum de ſe ſignificat procedere. Dicit etiam dominus: Paracletus ſpiritus ſanctus, quẽ mittet pater in nomine meo. Et, cum autem uenerit ille Paracletus, quem ego mittam uobis à patre. Quid ergo intelligẽdum eſt, cũ dicit: Quem mittet pater in nomine meo: an quia ſpiritus ſanctus habebit nomen eius, & cum mittet pater ſpiritum ſanctum idem ſit, quod mittere filium? Sed quod ait: Quem ego mittam uobis à patre, nõ recipit hunc ſenſum: quia eundem ipſum ſpiritum ſanctum, quem mittit pater, mittit filius, neque mittit filius filium. Deniꝗ nuſquam legimus & omnino negamus, ſpiritum ſanctũ eſſe filium. Quid itaque eſt? Quem mittet pater in nomine meo, niſi quem pater mittet, filius quoque mittet? Sicut cum dicit quem ego mittam à patre, nõ eſt aliud quàm ego mittam & pater. Filius nanque

Ioã. 17. Io. 14. Ibid. 15

eſt nomen illius qui dicebat: mittet pater in nomine meo. Non ergo aliud: Mittet pater in nomine meo, niſi mittet pater in nomine filij. Quid igitur eſt, mittet pater in nomine filij, niſi mittet pater, tanquam ſi mittat filius: ut in miſſione patris, miſſio intelligatur filij? Quod uerò ait, quem ego mittam uobis à patre, quomodo intelligendum eſt? Vtique, à quo eum mittit filius, ab eo mittitur. Mittit autem eum à patre. Ergo à patre mittitur. Sed ille mittit à quo mittitur. Pater itaque mittere intelligitur, cum filius dicit: Ego mittam à patre. Quid eſt ergo: Ego mittam à patre, niſi ego mittam tanquam ſi pater mittat, ut una & eadem ſit miſſio mea & patris? Cum utiq; filius tanta diligẽtia oſtendat unam eſſe miſſionẽ patris et ſuam: ut nec pater mittat, niſi cum filius mittit: nec filius mittat, niſi cum mittit pater. Quid uult ſignificari, aut quid uult intelligi, niſi quia non aliter ſe habet ad patrem ſpiritus ſanctus, & aliter ad filiũ: nec magis eſt unius quam alterius. Quamobrem nimis difficile, immo impoſſibile eſt oſtẽdere, quomodo non procedat ab utroque. Vnde enim filio cum patre dare ſimul uel mittere ſpiritum ſanctum, & hunc eſſe utriuſque, ſi ſimul non eſt de utroque? Cur enim magis dat filius ſpiritum ſanctum, quam ſpiritus ſanctus filium? Aut cur magis ſpiritus ſanctus eſt filij, quàm filius ſpiritus ſancti: niſi quia filius non eſt ita de patre ſimul & de ſpiritu ſancto, ſicut ſpiritus ſanctus eſt de patre, ſimul & de filio? Si ergo ſpiritus ſanctus non eſt de filio, non datur à filio, nec dicitur eſſe filij: ſicut filius non datur à ſpiritu ſancto, nec dicitur eſſe ſpiritus ſancti: quoniam non eſt de ſpiritu ſancto. Si autem dicunt, quia ſpiritus ſanctus mittit etiam filium, ſicut idem ipſe di-
Eſa. 48 cit per prophetam: Et nunc dominus deus miſit me & ſpiritus eius: hoc ſecundum hominem quem gerebat, intelligendum eſt, qui patris & ſpiritus ſancti una uoluntate & diſpoſitione mundum redempturus in mundo apparuit. Quæro tamen ab his, qui negant ſpiritum ſanctum eſſe & procedere de filio: quomodo intelligant eum ſic eſſe ſpiritum filij, ut filius tanquam ſuum ſpiritum illum mittat. An putant, quia pater dedit filio ſpiritum ſuum tanquam à ſe non habenti, aut enim habet à ſe, aut ab alio. Sed ab alio nõ poteſt habere, niſi à patre. Accepit igitur à patre, à quo habet, & dedit ei pater ſpiritum ſanctum, ut à ſe non habenti. Hic oſtendant, cũ æquales ſint pater & filius & ſpiritus ſanctus, & unuſquiſque ſibi ſit ſufficiẽs, quæ fuit cauſa, uel quæ indigentia filij, ut pater daret ei ſpiritum ſuum, magis quàm ſpiritui ſancto filium ſuum. Non negamus hoc modo habere filium ſpiritum ſanctum à patre: quia à quo habet eſſe, ab eo habet, ut de ſe ſpiritum ſanctum exiſtentem habeat, ſicut pater: quoniam idem eſſe eſt patris & filij. Non eſt enim idem accipere à patre eſſentiam, de qua procedit ſpiritus ſanctus, & accipere à patre ſpiritum ſanctum. Cum enim dicitur habere à patre eſſentiam, de qua ſpiritus ſanctus procedit, nulla monſtratur indigentia filij. Cum uero dicitur, quia filius accipit à patre ſpiritum ſanctum, quẽ de ſe non habet ſicut pater, uidetur ſignificari filius quaſi minus aliquid habere quàm habeat pater, & uelut ad ſupplementum ei dare ſpiritum ſanctũ. Sed non apparet, cur magis egeat filius ſpiritu ſancto, quàm ſpiritus ſanctus filio. Si enim reſpondetur, ad hoc datum eſſe ſpiritum ſanctum filio, ut cũ ipſe cum patre quoque daret eundem ſpiritum ſanctum, par illi cum patre gratia imputaretur. Terrena eſt hæc opinio, & longe ab intellectu diuinitatis extranea, ut tanq; homo homini, deus deo indigenti ſub-

ueniat. Nanque ſi dat pater ſpiritum ſanctum filio, dat deus deum deo: pater enim deus, & filius deus, et ſpiritus ſanctus deus, & unus idemque deus. Non enim legimus deum a deo deum accipere: niſi hoc dicatur, cum deus eſt de deo, ut filius & ſpiritus ſanctus. Dicitur ergo ſpiritus ſanctus filij ſpiritus, non ob aliud, niſi quia ex ipſo eſt.

Poſt reſurrectionem legimus, quia: inſufflauit dñs in diſcipulos ſuos, & ait illis, Accipite ſpiritũ ſanctũ. Quid
Io.20. ſibi uult iſta inſufflatio? Scimus enim, quia flatus ille, qui de ore eius tunc proceſſit, non erat ſpiritus ſanctus. Non ergo credimus illam inſufflationem ſine aliquo myſterio factam eſſe. Quid igitur rectius hic ĩtelligi poteſt, aut apertius, quàm hoc ideo illum feciſſe, ut intelligeremus ſpiritum ſanctũ de illo procedere. Ac ſi diceret: Sicut uidetis hunc flatum, per quem uobis ſpiritum ſanctum, ſicut ſenſibilibus inſenſibilia ſignificari queunt, ſignifico de intimo corporis mei, & de pſona mea procedere: ita ſcitote ſpiritũ ſanctum, quem uobis per hũc flatum ſignifico, de ſecreto deitatis meę, & de mea perſona procedere. Vnam enim perſonam uerbi & hominis, & in ea duas naturas, diuinam ſcilicet & humanã credimus & confitemur. Sed dicẽt forſitan, flatus utique ille non erat de ſubſtantia humana, & tñ quaſi ſuum illũ emittebat. Quapropter docemur, per hmõi ſpiritus ſancti dationẽ: quia cum dat filius ſpiritum ſanctum, dat & mittit ſuum ſpiritum: ſed non de ſuæ diuinitatis eſſentia. Dicant igitur, ſiqui hoc opinantur: quia ſicut flatus non eſt humana natura cũ emittitur ab homine: ita ſpiritus ſanctus non eſt diuina ſubſtantia, cum datur uel mittitur à deo filio, qđ nullus confitetur Chriſtianus.
Iſa.32. Dicant ẽt cum audiunt: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum. Si ibi non negãt intelligendũ per ſpiritũ oris domini, ſpiritum ſanctum, non illum eſſe de eſſentia domini, cuius oris ſpiritus dicitur: quia ſpiritus qui ex ore ſolet hominum procedere, nõ eſt de ſubſtantia illius de cuius ore pcedit. Quod ſi non audent dicere ſpiritum. ſ. dei, non eſſe de eſſentia dei: et per uerba retũ ſenſibilium, id eſt, per ſpiritum oris intelligũt ſpiritum ſanctum de ſecreto eius eſſentiæ, procedere, cuius oris ſpiritus dicitur. fateantur ẽt eundem ſpiritum ſanctum de illius eſſentia procedere: cuius labiorum ſpiritus dicitur. Legimus enim in Propheta de Chriſto: Quia ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Aut ergo oſtendant diuerſitatem inter ſpiritum oris, & ſpiritum labiorum, quod fieri nequit: aut pariter concedant ſpiritũ ſanctum pcedere de illo, cuius oris, & de illo cuius labiorum ſpiritus deſignatur. At ſi dicunt, nequaquam per ſpiritum labiorum ibi intelligi ſpiritum ſanctum debere: ſed uerba prędicationis eius, quæ ex iſto aerio ſpiritu humano in ore ſormauit: quia uerbis ſuis interficiet impium, cum docendo, ab homine auertit impietatem. Non utique hoc faciunt uerba ſenſibilia, & iſte ſpiritus ſenſibilis: ſed ſpiritus ſanctus, de quo dicit deus per Prophetam, Auferam cor lapideum de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneũ, & ſpiritum meum ponam in medio ueſtri. Spiritus ergo ſanctus interficiet impium, cum cor eius conuertitur ab impietate ad impietatem. Quod ſi intelligimus in illo impio Antichriſtum, quẽ dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: non puto, quod aliquis attribuat uirtutem illam ſpiritui uocis humanæ tantum, quantum ſpiritui diuino. Si ergo ſpiritus ſanctus intelligitur in his dictis, cum pariter dicatur ſpiritus oris domini, cuius uerbo cœli firmati ſunt, id eſt, patris: & ſpiritus oris domini Ieſu, et ſpiritus labiorum eius: non apparet, cur magis intelligi debeat pcedere de ore patris, quàm

Eſa.11.
Ezec.11.

quam de ore filij. Et ſi per os patris intelligimus eſſentia patris. Non enim eſt aliud os eius q̃ eſſentia eius, ut ſi cut uerbũ domini, eſt de eſſent a eius: ita ſpiritus oris eius, non ſit niſi de eſſentia eius: quid apertius, q̃ ſicut ſpiritus oris patris eſt de eſſentia patris & procedit: ita ſpiritus oris & labiorum
Pſal.32 filij, de filij eſſentia ſit & procedat. Puto enim, quia nemo intelliget ſimpliciter, ubi dictum eſt: Verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorum, uerba tranſitoria, & ſpiritum qui de hoc aere aſſumptus per loquentis os emittitur: ſed quomodocunq; hoc aliqs exponere conetur, ſufficit ꝙ in illa inſufflatione domini in diſcipulos, cuius feci mẽtionẽ, factum eſt ad ſignificandum, quia de eiuſdem perſonæ ſecretò procedebat ille ſpiritus, quem dabat: de cuius occulto ſpiritus ille procedebat, quẽ inſufflabat. Deniq; cum ſcriptura diuina ſignificat aliquod ſecretum per ſenſibilium ſimilitudines, non per omnia quæ ſignificant, & ſignificantur, ſimilia poſſunt eſſe. Non enim hoc eſſet ſimilitudo ſed identitas: niſi forte quia dicere uoluerit illam inſufflationem ita ſimpliciter eſſe factam a ſapiẽtia dei ſine omni ſpirituali ſignificatione. Sed neminem puto ita inſenſatum ut hoc ſentiat. Item filius dicit de ſpiritu ſancto. Nõ enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcunq; audiet, loquetur. Quid eſt, Non loquetur
Ioã.16 a ſemetipſo: niſi ab alio habet quod loquetur? Et quid eſt, ab alio habebit qđ loquetur, niſi ab alio habebit ſcientiã eorum quæ loquetur? Vnde poſtquam dixit: Non loquetur a ſemetipſo, addidit: ſed quæcunq; audiet loquet̃. Quid eſt audire ſpiritum ſanctum, niſi quaſi diſcere? Et quid eſt diſcere, niſi ſcientiam accipere? Si ergo ſcientia eius non eſt aliud niſi eſſent ia eius, ab illo habet eſſentiam a quo audit ea quę loquet̃, et quæ docet: quoniam idẽ eſt illi loqui quod docere. Nõ audit aũt neq; habet eſſentiam ab alio niſi a patre & filio. Verum ſi habet eſſe a patre ſecundum ſupradictam rationem, habet etiam & a filio. Vnde et idem filius dicit: Ille de meo accipiet, & annunciabit uobis.
Quippe quid eſt aliud hoc dicere, q̃ a Ibidem
me audiet, hoc eſt, a me ſciet quod annunciabit uobis? Cum dixit: Quęcũq; audiet loquet̃ non determinauit a quo audiet: Cũ uero ait: De meo acipiet, ne quis ſoli patri attribuat ꝙ ab alio audit, aperte ſe eſſe: a quo ſicut a patre ſcientiam ſiue eſſentiã accepiat, demonſtrat. Sicut enim cum dicitur: Non loquetur a ſemetipſo, ſed quęcunque audiet loquetur, ſignificatur ab eo eſſe & procedere a quo audit. Ita cum profert filius: De meo accipiet, palàm oſtendit eum de ſuo: hoc eſt de eſſentia ſua eſſentiã habere & procedere. Quod enim diuina eſſentia nõ eſt, ſub ſpiritu ſancto eſt, nec ipſe accipit aliquid de hoc qđ ſub ſe eſt. Quare cum filius dicit: De meo accipiet, non aliud ibi ſuum ſignificat q̃ ſuam eſſentiam. Illud forſitan quod dixit filius: De meo accipiet, aliter conabũtur intelligere q̃ ego expo-
ſuerim. Sed quid dicent ubi ait: Nemo Mat.11
nouit filim niſi pater, neq; patrem qs nouit niſi filius: aut cui uoluerit filius reuelare? Audiuimus, quia nemo nouit patrem aut filium niſi pater, aut filius, aut cui reuelat filius. Nõ dicit autem nemo: quaſi nullus homo: ſed ac ſi diceret, nullus omnino. Quippe ſi hoc intelligeret, nõ adderet, niſi pater, quia pater non eſt homo. Et cum ait: neq; patrem quis nouit. In hac monoſyllaba dictione uidelicet quis. nõ magis intelligitur humana quã quælibet perſona. Omnino igitur nullus habet hanc notitiam niſi pater & filius, & cui filius idem reuelat. Aut itaque ſpiritus ſanctus nõ cognoſcit patrem & filium, quod impium eſt opinari: aut filius reuelat ei ſui & patris ſcientiam, quæ non eſt aliud q̃ eiuſdem ſpiritus ſancti eſſentia: Quòd ſi dicunt, quia li-

ſplendor & calor ſimul procedunt de uno Sole:ut alter non ſit de altero,non recte hoc nobis opponitur. Cũ enim dicimus filium de patre, & ſpiritũ ſanctum de patre eſſe, filium fatemur deũ & ſpiritum ſanctum eſſe de patre deo, & has tres perſonas unum ſolũ deum eſſe,& idipſum eſſe de eodem ipſo. In Sole uero nõ dicimus ſolem eſſe de ſole, cum ſplendor aut calor eſt de ſole nec idipſum eſſe ſolem, & quod eſt de ſole,nec illa tria unum eſſe ſolem. Nã ſi ſol & ſplendor unus eſſet ſol, aut ſi ſol & calor ſimiliter unus ſol eſſet: neceſſe eſſet aut ſplendorem eſſe de calore cum eſſet de toto ſole: qui idipſum eſſet quod calor,aut calorem de ſplendore eſſe qui de ſole haberet eſſe q non à ſplẽdoris differret eſſentia. Ponamus tamen filium, & ſpiritum ſanctum ita pariter eſſe de ſolo patre:ſicut calor & ſplẽdor ſunt de uno ſole. Sed ſi ita eſt: unde habent qui hoc dicunt,quòd ſpiritum ſanctum confitentur eſſe filĳ, & filium negant eſſe ſpiritus ſancti? Nam ſicut nulla ratio admittit, ut calor ſit ſplendoris,aut ſplendor caloris:ita nõ patitur ueritás,ut ſpiritus ſanctus magis ſit filĳ, quàm filius ſpiritus ſancti. Quapropter ſi negare non audent ſpiritum ſanctum eſſe filĳ, negant filium & ſpiritum ſanctum, ita eſſe pariter de ſolo patre: ſicut ſunt ſplendor & calor de uno ſole. Quare ſi hoc nobis obiiciunt, quod dixi de ſplendore & calore ſolis, nec cum illis, nec contra nos eſt.

Sicut nobis dicitur ne omnino ſeparent filium à patris cõmunione in hac ſpiritus ſancti proceſsione, aſſerunt eum de patre per filium procedere. Sed hoc quomodo intelligi poſſit, non uidetur:præſertim cum nuſquam legant unde hoc aperte probare queant. Nam ſi hoc ſibi ſuffragari exiſtimant, quod
Ro. 11 legimus de deo:Quia ex ipſo & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ut ex quo ſunt omnia ſit pater, & per quem filius,& in quo ſpiritus ſanctus: & inter omnia quæ ſunt per filium ſpiritus ſanctus accipitur. Hoc quidem quòd ex patre ſint omnia, & per filium, & in ſpiritu ſancto: ſine ſcrupulo accipimus: illud uero quòd ſpiritus ſanctus ſit inter omnia quæ ſic eſſe dicit Apoſtolus: nimis eſt ſcrupuloſum aſſerere. Impoſſibile nanque eſt unam quãlibet de illis tribus perſonis inter illa omnia claudere, & duas alias excludere. Quòd ſi pater & filius ſunt inter omnia quæ ſunt ex patre, & per filium,& in ſpiritu ſancto:uideat mens rationalis quanta ſequatur confuſio. Cum ergo dicat Apoſtolus: Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: intelligere debemus ſine dubio omnia creata à deo quæ ita ſunt ex ipſo & per ipſum & in ipſo:ſicut aliud ex alio, & per aliud, & in alio. Quicquid enim factũ eſt,non eſt idem deo, ſed ab illo aliud. Spiritus autem ſanctus non eſt aliud, ſed idem ipſum quod pater & filius, utique nihil aliud intelligi poteſt, quo oſtendi poſſit ſpiritum ſanctum per filium de patre (ſicut aiunt) procedere. Cum enim pater & filius non differant in unitate deitatis, nec ſpiritus ſanctus procedat de patre niſi de deitate: ſi eadem deitas eſt filĳ: nequit intelligi quomodo procedat de deitate patris per deitatem filĳ, & non de eiuſdem filĳ deitate,niſi forte quis dicat ſpiritum ſanctum nõ procedere de deitate patris: ſed de paternitate. nec per deitatem filĳ, ſed per filiationem: quæ opinio ſua ſe patenti fatuitate ſuffocat. Quod ſi dicit: quia cum dico illum procedere de deitate patris & filĳ: non poſſumus deitatem ſpiritus ſancti ab hac patris & filĳ deitate ſeparare: quoniam una, & eadem eſt deitas trium: & ideo ſequi:ſi de deitate patris & filĳ procedit: de ſua quoque eum procedere,& ob hoc ſpiritum ſanctum de ſeipſo procedere. Ad hoc iam ſupra me ſufficienter memini reſpondiſſe: qa

nulla perſona ex ſeipſa eſſe poteſt: nam ſicut filius cum eſt de patris eſſentia quamuis non ſit alia, ſed eadem filij eſſentia quæ eſt patris, non tamen eſt de ſeipſo, ſed de patre ſolo. ita ſpiritus ſanctus cum eſt de eſſentia patris & filij, quæ eſt eadem illi, non tamen eſt de ſe ipſo, ſed tantummodo de patre & filio. Dicent: Cur non ſimiliter dicere poſſumus ſpiritum ſanctum de patre per filium procedere, ſicut dicimus à patre omnia per uerbū facta quod eſt filius? Sicut enim cum pater facit, per uerbū ſuum, non facit per aliud quā per hoc quod ipſe eſt, hoc eſt per eſſentialē poteſtatem: quæ eſt eadem uerbi, & nō dicitur tamē facere niſi per uerbum. Cur non ſimiliter dicimus ſpiritum ſanctū à patre procedere per uerbum cum nō procedat de patre niſi de hoc & ꝑ hoc quod idem eſt illi cum filio, quamuis non ut creatura, ſed ut idipſum de eodem ipſo? Videamus quid ſequatur ſi hoc dicimus. Et pax ſit inter nos. Nem
Ioan 5 pe quæ facta ſunt à patre per uerbum, facta ſunt ab ipſo uerbo. Ipſum nanq; uerbum dicit: Quæcunq; pater fecerit, hæc & filius ſimiliter facit. Dicamus igitur quia ſpiritus ſanctus cum procedit à patre per filiū: procedit & à filio ſimiliter: ſicut quæ facta ſunt à patre per uerbū: facta ſunt ſimiliter ab ipſo uerbo. Niſi forte intelligunt ſpiritū ſanctum procedere de patre per filium quemadmodū cum fons fluit in riuū, & riuus colligitur in lacum: dicitur lacus eſſe de fonte per riuum. Sed ibi nō eſt riuus in fonte ſed extra fontem: ſicut eſt filius in patre & non extra patrem. Quare ſic nō eſt ſpiritus ſanctus de patre per filium, ſicut eſt lacus de fonte per riuum. Si tamen ſic eſt, negari nequit eſſe de filio: quāuis ſit de patre per filium: ſicut fatēdum eſt lacum eſſe de riuo, quamuis ſit de fonte per riuum. Qui enim negat lacum eſſe de riuo: quoniam prius eſt de fonte riuus: dicat ſe non eſſe de patre ſuo, ſed de Adam, quoniam per patrem ſuum eſt de Adam. Dicat etiam filium uirginis nō eſſe de Maria, nec de Dauid, nec de Abraham: quoniam iſti prius fuerunt de Adam, & dicat falſum eſſe quod di- Gen. 22
ctum eſt Abrahæ: In ſemine tuo bene- Pſ. 131.
dicentur omnes gentes. Et ad Dauid: Luca. 1
De fructu uentris tui, ponam ſuper ſedem tuam. Et ad Mariam: Benedictus fructus uentris tui. Dicatq; Chriſtum nō eſſe ſemen horum uel fructum, ſed Adæ: quoniam iſti ab illo deſcenderunt. Sed neq; de Adam eſt filius uirginis ſecūdum hunc ſenſum: ſed de limo de quo factus eſt Adam. At inferent: Bene dicimus ſpiritum ſanctum non procedere de filio: ſed de patre per filiū, quamuis ſit de patre & de filio: ſicut dicis lacum eſſe de fonte & de riuo. De proceſſionis nanque uerbo quæſtio eſt inter nos, quam uos aſſeritis eſſe de filio, nos negamus. Ecce enim uidetis riuum de fonte procedere, quaſi de originali principio. Lacus aūt nō procedit, ſed colligitur de riuo: quamuis habeat eſſe de illo. Ita igitur & ſi ſpiritus ſanctus habeat eſſe de filio, non tamen procedere proprie dicitur de filio, ſed de patre quaſi de principio. Hoc forſitan diceretur recte ſi filius naſcens de patre procederet extra patrem, & medio quodam ſpatio interueniēte prius intelligeretur eſſe ſpiritus ſanctus de patre quā de filio, ſicut riuus de fonte fluens extra fontem procedit, & quodam interuallo in lacum colligitur, & prius eſt lacus de fonte ꝙ de riuo: & ideo eſt de fonte per riuū, non de riuo per fontem. Verum cū filius naſcēs de patre non exeat extra patrē ſed in ipſo manens: nec loco, nec tpe, nec eſſentia diuerſus ſit à patre: & cū unū ſit idēq; patri & filio id unde procedit ſpiritus ſanctus, nec intelligi poteſt, nec dici debet ſpiritum ſanctum procedere de patre & non de filio. Non ergo uidetur qua ratione dicatur ſpiritus ſanctus nō procedere de filio, ſed de patre

per

per filium: cum etiam ſi per filium nequeat non de filio. Siquis tamen uult dicere filium de patre procedere magis proprie ꝙ ſpiritum ſanctum de filio: quamuis ſpiritus ſanctus de illo ſit ſicut riuus: magis illi uidetur procedere de fonte ꝙ lacus de riuo, non concedat ſpiritum ſanctum procedere de filio, de quo habet eſſe ſicut lacus de riuo. Nos non negamus naſcētem aliquo modo procedere de illo de quo naſcit: & ſpiritum ſanctum aſſerimus ſuo modo nō quaſi de duobus fontibus, ſed uere de uno fonte procedere: ita tamen ut nomē natiuitatis, nec proceſſio filij amittat, nec ſpiritus ſancti ꝓceſſio recipiat. Non eſt igitur cur magis dici debeat filius procedere de patre quàm ſpiritus ſanctus de filio.

Diligentius conſideremus quomodo lacus ſit de fonte, pariter & de riuo: ut per hoc ſicut per tēporale, & locale aliquid poteſt intelligi quod æternum eſt, cognoſcamus ſpiritū ſanctum eſſe de patre & filio. Multa enim in horum conſideratione, ſicut in epiſtola ad uenerabilis memorię Vrbanum de incarnatione uerbi ſcripſi, inueniuntur quæ uni deo & tribus perſonis per quandā ſimilitudinem aptantur. Conſtat enim ꝙ una eademq́ aqua eſt quæ & fons & riuus & lacus dicit: non tres aquæ, quamuis tres ſint, fons, riuus, & lacus. Diſcernamus itaq; inter fontem, riuū, & lacum, & uideamus quomodo ſingula hæc cum tria ſint in una intelligātur aqua. In fonte quidē aqua de abyſſo aſcendens ebullit: in riuo de fonte deſcēdens fluit, in lacum colligitur & manet. Per fontem ergo intelligitur aqua de abyſſo ebulliens per riuum: quia de fonte fluit in lacum: quia ſimul ibi coadunatur. Videmus autem quia riuus nō eſt de hoc unde aqua fons dicitur: ſed de hoc quod eſt, id eſt, de aqua. nec lacus eſt de hoc unde aqua dicit fons aut riuus: ſed de ipſa aqua quæ una & eadem eſt in fonte & riuo. Nō ergo de hoc unde differunt fons & riuus, ſed de hoc in quo unum ſunt lacus exiſtit. Si ergo nō magis fons eſt hoc unde lacus eſt ꝙ riuus: nequit intelligi lacus magis eſſe de fonte quàm de riuo. Sic itaq; cum dicitur, deus pater aut filius aut ſpiritus ſanctus una in tribus intelligitur eſſentia & unus deus: quod nomen eſt ipſius ſignificatiuum eſſentiæ, ſed in patre intelligitur gignens: in filio genitus: & in ſpiritu ſancto ſingulari quodam & ineffabili modo procedēs. Quemadmodum igitur lacus non eſt de hoc unde diuerſi ſunt ab inuicem fons & riuus: ſed de aqua in unū ſunt: ita ſpiritus ſanctus non eſt de hoc unde alij ſunt ab iuuicem pater & filius, ſed de diuina eſſentia in qua unū ſunt. Si ergo non magis eſt pater hoc unde ſpiritus ſanctus eſt quā filius, intelligi nequit cur magis ſit de patre quàm de filio. Quòd ſi dicunt non eum eſſe poſſe de duabus cauſis ſiue ex duob⁹ principijs. Reſpondemus: quoniam ſicut nō credimus ſpiritum ſanctum eſſe de hoc unde duo ſunt pater & filius: ſed de hoc in quo unum ſunt: ita non dicimus duo eius principia ſed unū principium. Quippe cū dicimus, deum principium creaturæ, intelligimus patrem & filium & ſpiritum ſanctum unum principiū non tria principia. ſicut unū creatorem nō tres creatores, quamuis tres ſint pater & filius & ſpiritus ſanctus, quoniam per hoc in quo unum ſunt: non per hoc in quo tres ſunt, eſt pater aut fili⁹ aut ſpiritus ſanctus principium ſiue creator. Sicut igitur quamuis pater ſit principiū & filius ſit principium: & ſpiritus ſanctus ſit principium: nō tamen ſunt tria principia ſed unum, ita cū ſpiritus ſanctus dicitur eſſe de patre & de filio, non eſt de duobus principijs, ſed de uno quod eſt pater & filius, ſi tamē dici debet deus habere principiū aut cauſam. Principiū nanque uidetur non niſi rei incipientis eſſe, & cauſa nō niſi effectus alicuius,

& ſpiritus ſanctus nunquã incipit eſſe
nec eſt effectus alicuius. Quod.n.inci
pit eſſe:proficit de nõ eſſe ad eſſe.Et no
men effectus rei quæ fit aptari uideru r
proprie.Quomodo tamẽ uerum eſt fi-
lium eſſe de parre:et ſ pirітum ſanctum
de patre & filio, ſi ſuo quodam & ineſ
fabili modo intelligitur. quoniam ali-
ter proferri nequir, dici non incongrue
poreſt pater quodammodo principiũ
filij:& pater & filius principium ſpiri
tus ſancti.Nec tamen duo confitemur
principia,unum patrem ad filiũ,alterũ
patrem et filiũ ad ſpiritum ſanctum,Si
cut non credimus aliũ deum patrẽ de
quo eſt filius,& alium deũ patrem &
filium de quo eſt ſpiritus ſanctus:quã
uis de eodem deo ſiue de eodem princi
pio ſuo quiſque modo ſit:alter ſcilicet
naſcendo,alter procedendo:ſed quodã
ſingulari & ineffabili modo intelligitur
iſta proceſſio. Proceſſio nanqꝫ multis
modis dicitur,de quibus iſte ſolitarius
intelligitur:ſicut natiuitas filij ſingula
ris cognoſcitur.Idipſum intelligitur ſi
dicimus patrem eſſe cauſam filij,& pa
trem & filium cauſam ſpiritus ſancti,
Non enim duas poſſumus dicere cau
ſas:aliam uidelicet filij:aliam ſpiritus
ſancti ſed unam,quemadmodum non
duo dij ſunt ſed unus deus,de quo eſt
filius & ſpiritus ſanctus,

Ioan. Si autem quæritur, cum enis dixit:
15. Cum uenirit paracletus ſpiritus ueri-
taris qui a patre procedit:cur nõ addi-
dit,& a filio,uel a me,ſi ſic uoluit intel
ligi?Non eſt hoc inuſitatũ in dictis il-
lius,ut cũ attribuit aliquid patri quaſi
ſoli,uel ſibi uel ſpiritui ſancto.uelit in
alijs intelligi quod de uno loquitur.
Nam cum dicit:Bearus es Simon Ba-
riona:quia caro & ſanguis non reuela
uit tibi:ſed pater meus qui in cœlis eſt.
Mat.16 Nónne ipſe filius et ſpiritus ſanctus in
telligendus eſt reuelaſſe cũ parre?Quo
niam enim pater non reuelat per hoc
quia parer eſt,ſed p hoc quia deus eſt,
& idem deus eſt pater & filius & ſpiri
tus ſanctus.Sequitur:Vt quod reuelat Mat.10
pater reuelet filius et ſpiritus ſanctus.
Item cũ dicit : Nemo nouit filium niſi
pater:neqꝫ patrẽ quis nouit niſi filius:
& cui uoluerit filius reuelare: quaſi ſo
lus filius cognoſcat & reueler patrẽ,et
ſolus pater cognoſcat filium,intelligẽ-
dum eſt ibi reuelare & noſſe tribus p-
ſonis eſſe commune:quoniam non per
hoc quod alij ſunt ab inuicem,ſed per
hoc quod unum ſunt pater & filius &
ſpiritus ſanctus cognoſcũt ꝙ reuelãt.
Cum enim dicit patrẽ noſſe filium, &
filium noſſe patrẽ & reuelare ſe & pa-
trẽ,aperte uult intelligi:quia pater co-
gnoſcit ſpiritum ſanctum,& filius no
ſcit et reuelat ſpiritũ ſanctum,qm̃ idip
ſum quod eſt pater & filius eſt & ſpiri
tus ſanctus,Similiter cũ dicit: Qui me Ioan.
uider,uidet & patrem, non eſt ſeparan 14.
dus ſpiritus ſanctus qm̃ qui uidet hoc
unde unum ſunr pater & filius et ſpiri
tus ſanctus nõ poteſt uidere unum de
his tribus ſine alijs duobus. De ſpiri-
tu ſancto quoque dicit ad apoſtolos:
Cum aũt uenerit ille ſpiritus ueritatis Ioan.
docebit uos omnem ueritatem , quaſi 6
ſolus ſpiritus ſanctus doceat oẽm ueri
tatem:cum nec ſine patre nec ſine filio
doceat oẽm ueritatem . Non enim per
hoc qa eſt ſpiritus alicuius ſcilicet pa-
tris et filij ſpiritus , ſed per hoc ꝙ unũ
eſt cũ patre et filio,id eſt,per hoc quod
deus eſt,docet oẽm ueritatem. Videtis
igitur quomodo in his quę poſui uni
quaſi ſoli attribui , ab alijs non poſſit
perſonis ſeparari. Multa huiuſmodi in
ſacra ſcriptura legimus:ut qd de una
perſona ſingulariter dicitur,indifferen
ter de tribus intelligatur. Quicquid
enim de una perſona pronunciatur:de
alijs pariter oportet intelligi: niſi cum
de hoc unde aliæ ſunt:ut dixi,ab inui-
cem obuiare cognoſcitur.Quapropter
cum credimus ſpiritũ ſanctum de pa-
tre procedere:quoniam deus de deo,id
eſt eſſentia ſpiritus ſancti de eſſentia pa
tris quæ una eſt tribus eſſe intelligitur,

neceſſe eſt ut de filio eum ſimiliter eſſe
confiteamur ſi filius non eſt de illo, de
hoc enim eſt ſpiritus ſanctus quod eſt
filius & quod eſt pater.

Sed dicet aliquis : ideo intelligimus
filium & ſpiritum ſanctũ reuelare qđ
ſolus pater reuelare dicitur: & patrem
& ſpiritum ſanctum reuelare & noſſe
quod ſolus filius facere dicitur: & pa-
trem & filium docere quod ſolus ſpi-
ritus ſanctus doctum ire promittitur:
quia quod de uno ſolo in uno loco le-
giť, de alijs alibi aperte ſignificať. Cum
uero dicit ſpiritũ ſanctũ de patre pro-
cedere, non legimus alicubi eũ de filio
procedere. Per quod monemur nõ no-
ſtro ſenſu quod nuſquam dictum eſt
aſſerere. Ad quod reſpondemus, quia
potius docemur per hæc quæ ſic dicta
ſunt, ea quæ in ſimilibus dictis tacen-
tur, ſimiliter intelligere, pręſertim cum
ex his quæ dicuntur nulla ratione con
tradicente, ea quæ non dicuntur ratio-
nabili neceſſitate conſequi apertiſſime
Ioã.17 uidemus. Cũ enim dicit dominus ad
patrem: Hæc eſt aũt uita æterna ut co-
gnoſcant te ſolum uerũ Deũ, & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum. An ideo debe
mus ſeparare ab hac ſalubri & uitali
cognitione ſpiritũ ſanctum, quia nuſ-
quam legitur: Hæc eſt aũt uita æterna
ut cognoſcant patrem ſolũ uerũ Deum
& ſpiritum ſanctum? Aut, hæc eſt uita
æterna ut cognoſcant filiũ ſolum uerũ
Deum & ſpiritum ſanctũ? Aut cum le
Ioan.5 gimus. Quia ſicut pater habet uitam
in ſemetipſo, ſic dedit & filio uitam ha
bere in ſemetipſo, dicemus ſpiritũ ſan-
ctũ non habere a patre a quo eſt ut ha-
beat in ſemetipſo uitam, ſicut habet pa
ter & filius, quoniam hoc nuſquam di
Ioã.14 cit filius de ſpiritu ſancto, ſicut de ſeip
ſo. Item cũ dicit: Pater in me eſt & ego
in patre, et qui uidet me, uidet & patrẽ,
an negabimus ſpiritũ ſanctum eſſe in
patre, & filio & patrem & filium eſſe
in ſpiritu ſancto? Aut eũ qui uidet filiũ
uidere ſpiritum ſanctũ ſicut uidet pa-
trem, ſi hæc non eadem pronunciatio-
ne leguntur: quæ de patre & filio pro-
ferũtur: immo quoniam unus idemq́;
Deus eſt pater & filius & ſpiritus ſan
ctus. Cum dicitur cognoſcere ſolum
uerum Deum patrem & filium eſſe ui
tam æternam, inſeparabiliter intelligẽ
dus eſt in illa cognitione ſpiritus ſan-
ctus. Et cũ legimus: Quia ſicut pater
habet uitam in ſemetipſo: ſic dedit fi-
lio habere uitam in ſemetipſo: nõ debe
mus uitam eãdem exiſtimare alienam
a ſpiritu ſancto, aut quod illam non a
ſemetipſo habeat. Et cum audimus. Pa
ter in me eſt & ego in patre, & qui me
uidet uidet & patrem: cognoſcere debe
mus per hæc quæ ita dicũtur: quia ſpi-
ritus ſanctus non eſt extra patrem &
filium, aut pater & filius extra ſpiritũ
ſanctum: quia per uiſionem filij uideẽ
ſpiritus ſanctus ſicut & pater. Sicut.n.
non eſt alius Deus pater, alius Deus fi
lius, alius Deus ſpiritus ſanctus: ſic nõ
habet Deus in ſeipſo aliud quàm Deũ.
non eſt Deus extra Deũ: nec Deus diſſi
milis Deo. Deniq; non legimus in pro
pheta aut Euãgeliſta aut Apoſtolo his
uerbis. Deũ unum eſſe tres perſonas.
aut unum Deũ eſſe trinitatem. aut Deũ
de Deo. Sed neque illo ſymbolo in quo
non eſt prolata proceſſio ſpiritus ſan-
cti de filio inuenimus nomen trinitatis.
Quomodo aũt ex his quę legimus hæc
apertiſſime ſequũtur: conſtanter ea &
corde credimus & ore cõfitemur. Qua
re non tantum ſuſcipere cum certitudi
ne debemus quæ in ſacra ſcriptura le-
gunť: ſed etiam ea quę ex his nulla alia
cõtradicente ratione rationabili neceſ
ſitate ſequuntur.

Quamuis quæ ſupra iam dicta ſunt
ſufficere poſſint, adhuc tamen aliquid
addã: unde ſpiritus ſanctus cognoſcať
eſſe de filio. Cõfitentur Græci nobiſcũ
ſpiritum ſanctum eſſe ſpiritum Dei, &
ſpiritum patris, & ſpiritum filij. Quæ-
ro itaq; ſi eodem modo intelligitur eſſe
illum ſpiritum Dei, & ſpiritum patris

& ſpiritum filÿ,aut diſſimiliter. Certũ
eſt autem:quia nõ dicitur ſpiritus dei
ſicut poſſeſſio,ut cum dicitur, equus
alicuius uel domus. Maior enim eſt q
poſſidet ꝙ quod poſſidetur deus autẽ
non eſt maior ſpiritu ſancto:quia ſpiri
tus ſanctus eſt deus , nec deus eſt ma-
ior deo . Neque dicitur ſpiritus dei ut
membrum dei,ſicut manus uel pes ho
minis.nõ enim deus habet membrum
aut partem ullam. Quomodo ergo in-
telligẽdus eſt ſpiritus eſſe dei : niſi hoc
quod ex deo eſt? Non autem ſignificat
aliud nomen patris quàm deum quod
eſt pater , aut relationem eius ad filiũ
ex qua nomen patris habet . Similiter
dicendum eſt de filio . Quid nãq; intel
ligitur in nomine filÿ:niſi deus qui fi-
lius eſt:aut relatio quæ refertur ad pa-
trem per quẽ filius appellatur? Sed nul
lus ſenſus capit ſpiritum ſanctum eſſe
ſpiritum patris:aut filÿ ſecundum qđ
alter eſt pater:alter filius,ſed ſcđm qđ
uterque unus idemq́; deus eſt . Quare
idem eſt intellectus cum dicitur ſpiri-
tus ſanctus ſpiritus dei:& ſpiritus pa-
tris:& ſpiritus filÿ , ſed ſpiritus dei &
ſpiritus patris dicitur: quia eſt & pro
cedit de deo & de patre. Itaq; eſt et ꝓce
dit de filio : quia eodem ſenſu ſpiritus
filÿ dicitur. Nam cum dicitur ſpiritus
ſanctus ſpiritus dei & ſpiritus domi-
ni, ſi non intelligimus ibi ſpiritum filÿ
eo ſenſu quo ſpiritum patris, aut ſepa-
rabimus filiũ a nomine dei uel domi-
ni,aut biſariã intelligetur ſpiritus dei,
ſiue ſpiritus domini. Sed unde hunc ha
bẽt ſenſum,aut ubi legitur in ſacra ſcri
ptura,quod ſimiliter non intelligat̃ de
patre et de filio,cum legimus ſpiritum
dei & ſpiritum domini,aut quid inue-
nitur,unde hoc non ſequatur ? Nam ſi
dicũt cum dicitur, ſpiritus patris duo
bus modis intelligitur. Eſt enim ſpiri
tus patris,quia eſt de patre,& quia da
tur a patre. filÿ uero patris nõ eſt niſi,
quia datur a filio. Hoc eſt quod quęro
unde habeant. Et ſi dicunt quod in nul
la autentica dictum eſt pagina : nec ſe-
quitur ex eo quod ſcriptũ ſit. Cur nos
reprehendunt:cum dicimus ſpiritum
ſanctum procedere de filio : ideo quia
hæc uerba non legunt: cum ex his quæ
legunt & credũt hoc ex neceſſitate ſe-
qui intelligimus , Iudicent quoq; ipſi
quid potius ſuſcipiẽdum ſit quamuis
in ſacra pagina utrũq; taceatur,an hoc
quod nos dicimus ſpiritum ſanctum
procedere de filio: quod oſtẽdimus ex
his conſequi quæ ueraciter credimus:
an quod ipſi dicunt ſpiritum ſanctum
aliter eſſe patris : aliter eſſe filÿ:qđ nec
authoritate nec ratione,nec ex his quę
certa ſunt poſſunt oſtendere, utiq; aut
debent ceſſare ab hac ſua ſentẽtia,ſi ta-
men hoc dicunt , ut audio quòd ſpiri-
tus ſanctus aliter eſt filÿ ſpiritus ꝙ ſpi
ritus patris, cum nuſquam hoc legãt,
uel unde hoc probent , aut ſaltem nos
reprehẽdere nõ debent quod dicimus
ſpiritum ſanctum procedere de filio ,
quamuis his uerbis nõ legamus,quo-
niam ex his quę pariter credimus,hoc
conſeq; monſtramus. Sed ſi ceſſant ab
hac ſua aſſertione , credant pariter no-
biſcum ſpiritum ſanctum ſimiliter eſſe
patris & filÿ ſpiritũ & intelligent eum
à filio ſicut à patre procedere. Et ſi nos
reprehendere deſinunt , fateantur no-
biſcum hoc unde cognoſcũt nos repre
hendi non debere.

Ad hoc autem quod nos reprehen-
dunt in ſymbolo illo quòd pariter nos
& illi ſuſcipimus & tenemus addidiſ-
ſe ſpiritum ſanctum à filio procedere,
& quærunt cur hoc factum ſit, & qua
re hoc prius eorum eccleſiæ monſtra-
tum non eſt , ut communiter conſide-
raret̃ et communi conſenſu adderetur
quod addendum erat. Ad hoc inquam
reſpõſum ſufficiens habémus. Nam ſi
quæritur cur factum ſit, dicimus,quia
neceſſe erat propter quoſdam minus
intelligẽtes qui non animaduertebant
in illis quę uniuerſa credit eccleſia con
tineri,et ex his ſequi ſpiritum ſanctum

de filio procedere: ne forte hoc credere dubitarent. Quod quàm neceſſarium fuerit per illos qui hoc negant: quia in illo ſymbolo poſitum non eſt, cognoſcimus. Quoniam igitur & neceſſitas cogebat & nulla ratio prohibebat: & uera fides hoc admittebat: fiducialiter aſſeruit latinitas quod credendum & confitẽdum eſſe cognoſcebat. Scimus enim quòd non omnia quæ credere & cõfiteri debemus ibi dicta ſunt, nec illi qui ſymbolũ illud dictauere: uoluerunt fidem Chriſtianam eſſe cõtentam ea tantũmodo credere & confiteri quę ibi poſuerunt: ut alia taceam: non ibi dicitur dominus ad infernum deſcendiſſe, qđ tamen pariter & nos & græci credimus. Si autem dicũt nullo modo debuiſſe corrũpi ſymbolum tanta authoritate firmatũ: nos non iudicamus eſſe corruptionẽ ubi nihil addidimus qđ his quæ ibi dicta ſunt aduerſetur. Et quamuis defendere poſſemus hanc adiectionem non eſſe corruptionem, ſi quis tamen hoc contentioſe uoluerit aſſerere: reſpõdemus nos illud nõ corrupiſſe ſed aliud nouum edidiſſe: illud ſecundum proprietatẽ græci dictaminis tranſlatum cum illis integrum ſeruamus & ueneramur. Illud autẽ quo frequentius in populi audiẽtia utimur: latino more dictatum cum additamento ſupradicto edidimus. Quod autem quęritur quare hoc gręcorum eccleſiæ cõſenſu factũ non eſt: Reſpondemus, quia & nimis erat difficile latinis eorum epiſcopos ad cõſulendum de hac re colligere, nec erat neceſſe. Vnde non dubitabant in hoc quæſtionem adducere. Quæ eſt enim eccleſia quæ uel per amplitudinẽ unius regni dilatatur cui non liceat aliquid ſecũdum rectam fidem conſtituere quod in conuentu populi utiliter legatur aut cantetur? Quanto ergo magis licuit Latinis hoc cõſtãter proferre in quo omnes gẽtes & omnia regna quæ latinis utũtur literis pariter concordant.

Colligamus breuiter qđ ſupra pluribus rationibus effectum eſt. Cõſtat inexpugnabili ratione ſpiritũ ſanctum eſſe de filio: ſicuti eſt de patre, nec tamẽ eſſe de duobus diuerſis ſed de uno. Ex eo enim quod pater et filius unũ ſunt, id eſt ex deo, & eſt ſpirit⁹ ſanctus non ex eo unde alij ſunt ab inuicẽ, ſed quoniam deus de quo eſt ſpiritus ſanctus eſt pater & filius: idcirco uere dicitur eẽ de patre & filio q duo ſunt. Et quoniam pater non eſt prior aut poſterior filio: aut maior aut minor, nec alter magis aut minus eſt deus ꝙ alter, non eſt ſpiritus ſanct⁹ prius de patre quàm de filio, nec de filio quam de patre, nec maior nec minor eſt exiſtens de patre quàm exiſtens de filio, nec magis nec minus eſt de uno quã de altero. Nam de altero ſi prior aut poſterior, uel maior uel minor, aut magis, aut minus de uno eſſet quàm de altero, ex neceſſitate ſequeretur, ut aut ſpiritus ſanctus non eſſet de hoc in quo unum ſunt pater et filius, aut ipſum unum non eſſet perfecte & ſimpliciter unũ, ſed eſſet ibi aliqua diuerſitas de qua illa quam dixi in exiſtendo de eodem uno ſpiritu ſancto eſſet uarietas. Sed dici nõ poteſt qđ ſpiritus ſanctus non ſit de hoc in quo unũ ſunt pater & filius, alioquin non eẽt de deo. Nec credi debet quòd in ipſo uno ſit ſecũdum quod eſt aliqua diuerſitas. Quare nec prius nec poſt, nec maior aut minor, nec magis aut minus eſt ſpiritus ſanctus de patre quàm de filio, aut de filio quã de patre. Non enim unus idẽꝙ ſpiritus ſanctus qui ſimul eſt totus de deo toto: magis aut minus põt eſſe de uno et ſũmo ſimplici deo. Quod ſi dicit: quia ſpiritus ſanctus principaliter eſt de patre: quaſi magis ſit de patre quàm de filio. Non ita dicendũ eſt ut intelligatur ulla prędictarum uarietatum ineſſe, ſed quoniam filius hoc quod eſt de patre habet: idcirco hoc ipſum quod ſpiritus ſanctus eſt de filio habere de patre, de

quo habet eſſe non incōuenienter aſſerit. Quoniam tamen ſic habet eſſe de patre ut omnino idipſum ſit quod pater: & unus idēq; Deus. Sicut ſolus & ſimplex Deus nō poteſt eſſe maior uel minor ſeipſo, nec prior nec poſterior, nec aliquid in ſe habet diuerſum, ſic filius nec prior nec poſterior, nec maior nec minor eſt patre, nec habet aliquid in ſe diuerſum ab eo: ſed ſicut habet ab illo perfecte eſſe: ita habet per omnia ab eodem æquale illi & ſimile, imo id ipſum eſſe. Quapropter ſicut pater nō eſt magis Deus quàm filius: quamuis filius habeat eſſe de patre: ita nō eſt magis ſpiritus ſanctus de patre quā de filio: licet filius a patre habeat: ut de illo ſit ſpiritus ſanctus. In eo enim in quo eſt unus idemq; cum patre, id eſt, in eo quod Deꝰ eſt, nec alius ille & alius pater, neq; diſſimiliter ſunt id quod ſunt, ſed in eo quod ille eſt pater, iſte filius, alius eſt ille, & alius eſt iſte. Et ſicut filius non eſt alius Deus quā pater: ita ſecūdum quod Deus eſt non habet aliquid ab alio quā a ſeipſo. Nam cū dicimus Deū de Deo: filium de patre non alium intelligimus Deum de deo alio, ſed eūdem ipſum Deum de eodem ipſo Deo: quamuis dicamus aliū ab alio, filium ſcilicet de patre. Sicut enim ſupradictum eſt: quemadmodū Deus ſecundum nomen ſignificans unitatem, nullam recipit diuerſitatem, ita ſecundum nomina ſignificantia Deū eſſe de Deo, neceſſario admittit pluralitatem. Si ergo dicitur quod ſpiritus ſanctus principaliter a patre ſit, nō aliud ſignificatur quā quia ipſe filius de quo eſt ſpiritus ſanctus a patre habet hoc ipſum ut ſpiritus ſanctus ſit de illo: quoniam id quod eſt habet a patre. Non quemadmodum in rebus creatis cum aliquid aſſerimus eſſe: principaliter uolumus ſignificare quòd magis ſit hoc quod dicitur eſſe principaliter, quā illud ad quod refertur.

Vt cum diſpenſator alicuius domini eius præcepto paſcit familiā domus, dominus principaliter & magis eā paſcere recte dicitur quàm diſpenſator. Nam omnia quæ ſunt domini ſunt diſpenſatoris æqualiter: ſicut ea quæ ſunt patris filij quoq; ſunt non inæqualiter. Quæret forſitan aliquis & mirabitur. dicēs: Quomodo poteſt intelligi ut habeat aliquid eſſe de aliquo & nō ſit aliquo modo id de quo eſt principalius & dignius: & hoc quod ex eo eſt quodammodo minus & quaſi ſecūdariū: præſertim cum id quod eſt de aliquo uideatur indigere ut ſit ex eo de quo eſt: illud uero de quo eſt nequaquam egeat eo, quod de ſe eſt. Ad quod reſpondendū, quia ſicut eſſentia dei ualde diuerſa & aliena eſt a creata eſſentia: ita cū dicimus Deū de Deo exiſtere naſcendo uel procedendo: longe aliter intelligenda eſt iſta natiuitas ſiue proceſſio: quā cum dicimus in alijs rebus aliquid naſci uel procedere. Ibi enim nihil eſt, aut natura aut tēpore: aut in aliquo prius aut poſterius, magis aut minus, aut aliqua ratione aliquo indigens: ſed totū quod eſt. non tamen æquale uel ſimile ſibi & coæternum quàm idem ſibijpſi & per ſe ſibijpſi omnino ſufficiens, nec naſcitur uel procedit ibi aliquid quaſi de non eſſe proficiens ad eſſe. Sicut igitur intellectus noſter nō poteſt tranſire ultra æternitatem, ut quaſi de principio eius iudicet: ſic non poteſt de hac natiuitate uel proceſſiōe, nec debet ad ſimilitudinem creaturæ ſentire uel iudicare. Sed quoniam & quod naſcitur & quod procedit: non eſt aliud niſi id de quo eſt naſcens uel procedēs, quod eſt ſolus & unus Deꝰ, ſicut idē Deus non eſt ſeipſo maior uel minor: ita in tribꝰ: hoc eſt in patre & filio & ſpiritu ſancto non eſt aliqd maius uel minus nec eſt alius alio hoc qd eſt maius uel minus: quamuis uerum ſit quod Deꝰ eſt de Deo naſcendo & ꝓcedendo. Ecce uidemus quanta ueritate & quanta neceſſitate ſequatur ſpiritū ſanctū de fi-

lio procedere. Quod ſi uerũ nõ eſt, aut aliquid eorum ex quibus hoc diximus conſequi: falſum eſt quod contra Chriſtianam fidẽ quam cũ Græcis tenemus aut nõ conſequẽter cõcluſimus quod oſtendi nequit. Quare ſi uerum nõ eſt, fides Chriſtiana deſtruiẽ. Palàm etiã eſt intelligenti ſi falſum eſſe ponitur: quia nulla inde ueritas naſcitur. Conſideremus quoq; quid eueniat cum pro uero aſſeritur. Vtiq; ſi uerũ eſt ſpiritũ ſanctum procedere a filio ſicut a patre: ſequitur quia filij ſpiritus eſt ſicut patris: & mittitur & datur a filio ſicut a patre, quod diuina docet authoritas: et nulla penitus ſequiẽ falſitas. Cum aũt proceſſio ſpiritus ſancti a filio negata tantã inducat falſitatem ut illa ex quibus eam conſequi monſtrauimus deſtruat cõtra fidẽ Chriſtianã: nec ullam generet ueritatẽ: et aſſerta tantã probet ueritatẽ: ſicut oſtendimus, nec ullã ullatenus ſecum trahat falſitatẽ: cogitet cor rationale qua rõne illã excludat a fide Chriſtiana. Deniq; ſi error eſt hãc credere de filio ſpiritus ſancti proceſſio nẽ: ipſa diuina authoritas nos in errorem inducit: cũ illa ex quibus hęc ſequitur proceſſio: et quę illam ſequunẽ nos docet, nec alicubi, aut illam negat, aut quod illi repugnet aliquo modo pronunciat authoritas. Si ergo opponitur: quia nuſquã eã proferr diuina authoritas: ideo non eſſe dicẽda. Dicatur ſimiliter: quia nuſquã illã negat, nec aliquid dicit qđ repugnet, nõ eſſe negandam. Dicimus ẽt: qa ſatis illã affirmat cum illa aſſerit unde probatur: et nullo modo aliquid ſignificet unde negetur.

Patet ergo ſicut ſupra præmiſi præter hoc: quia filius exiſtit naſcendo & ſpiritus ſanctus procedẽdo. Hac quoque cauſa: qa ſcilicet ſpiritus ſanctus eſt de filio, eos de inuicem nõ poſſe dici: & propter hoc ſolum filium nõ poſſe eſſe de ſpiritu ſancto. Nam qm̃ ut dictum eſt: aut fili⁹ eſt de ſpiritu ſancto: aut ſpiritus ſanctus de filio. Si nõ eſſet ſpiritus ſanctus de filio: ſequeretur de ſpiritu ſancto filium eſſe. Apparet itaque per ſupradictas rationes: quia pater eſt deus de quo deus eſt, & non eſt deus de deo, & filius eſt deus de deo, & deus de quo eſt deus, et ſpiritus ſanctus deus de deo: neç eſt deus, de quo eſt deus. Et quãuis de patre ſint duo, id eſt, filius & ſpiritus ſanctus, non tamen duo dij ſunt de patre, ſed unus eſt deus qui eſt filius & ſpiritus ſanctus. Et licet duo ſint quo eſt filius, et qui eſt de filio, id eſt, pater & ſpiritus ſanctus, non tamen ſunt duo dij: ſed unus deus, qui eſt pater & ſpiritus ſanctus: quãquam ſpiritus ſanctus ſit de duobus, id eſt, de patre & filio, non tamen de duobus eſt dijs, ſed de uno deo, qui eſt pater & filius. Si autem pater & filius & ſpiritus ſanctus bini conſiderẽtur: liquet ex his quæ dicta ſunt, quia neceſſe eſt alterũ ex altero: aut eſſe qa ille non ex ſe eſt. aut non eſſe, quia ille eſt ex ſe. Nam ſi cõferamus patrem & filium, uidemus filiũ eſſe de patre: quia pater non eſt de illo, & patrem nõ eſſe de filio, quia filius eſt de patre. Et ſimiliter ſi conſideremus conferendo patrẽ & ſpiritum ſanctum: inueniemus ſpiritum ſanctum eſſe de patre, quia non eſt de illo pater: & patrem non eſſe de ſpiritu ſancto: quia ſpiritus ſanctus de illo eſt. Ita quoque ſi filius & ſpiritus ſanctus, quomodo ſunt ad inuicẽ ſpeculemur: intelligimus ſpiritum ſanctũ eſſe de filio, quia filius non eſt de illo: & filium non eſſe de ſpiritu ſancto: qa ſpiritus ſanctus eſt de filio. Apparet igitur quod ſupra dixi: quia relationes prædictæ licet ſint in uno: nõ poſſunt unitati immittere pluralitatem ſuam: nec unitas relationibus ſingularitatẽ ſuam. Porrò ſex ſunt differentiæ patris & filij & ſpiritus ſancti ex his naſcentes nominibus, id eſt, habere patrem et non habere patrem, habere filium & non habere filium: habere ſpiritum ſanctum de ſe procedentem, & non

habere ſpiritum ſanctum de ſe procedentem. Harum differentiarum ſingulus quiſq; habet unam propriam qua differt ab alijs duobus: & duas ita cõmunes & proprias, ut qua communicat uni, ea differat ab altero Pater nanque habet filium ſolus quo differt ab alijs duobus: habet ſpiritum ſanctum procedentem de ſe quod commune eſt illi cũ filio, & quo differt à ſpiritu ſancto. Patrem autem non habet ſicut nec ſpiritus ſanctus, & in hoc differt à filio. Filius ſolus habet patrem: in quo differt à patre & ſpiritu ſancto. Et illi commune cum patre ſicut dictum eſt: quia procedit de illo ſpiritus ſanctus, unde ab eodem ſpiritu ſancto diuiſus eſt: caret autem filio ſicut ſpiritus ſanctus: unde diſcrepat à patre. Spiritus ſanctus ſolus eſt de quo alius non procedit. Commune eſt illi cum patre ut dixi, nõ habere patrem in quo diſſimilis eſt filio. Cũ filio quoq; eſt illi commune: ut iam monſtratum eſt non habere filium: unde patri nõ concordat. Solus itaq; pater eſt qui eſt de nullo, et de quo ſunt alij duo. Solus econtra ſpiritus ſanctus eſt qui de duobus: & de quo nullus. Solus filius qui de uno, & de quo unus. Eſt autem tribus cõmune ad duos habere relationem, pater enim ad filiũ & ſpiritum ſanctum refertur: ſicut ad illos qui de ſe ſunt, filius ad patrẽ & ad ſpiritum ſanctum quia eſt de patre, et ſpiritus ſanctus de illo. Spiritus ſanctus ad patrem & filium: quia eſt de utroq;. Poſſidet ergo unuſquiſq; ſuas proprietates: quarum collectio in alio non eſt eadem ad ſimilitudinem diuerſarum hominum perſonarum. Per hoc enim hominum perſonæ diuerſæ ſunt ab inuicẽ: quia uniuſcuiuſq; proprietatum collectio nõ eſt in alio eadem. Intereſt tamen aliquid. Nam in perſonis hominum ſi una eſt perſona: unus eſt homo, & ſi unus eſt homo: una eſt perſona. Item ſi plures ſunt perſonę: plures quoq; ſunt homines. Et ſi iſtæ plures ſunt: illę & pluralitatẽ non effugiũt. In deo uero quamuis tres perſonæ ſint: unus tamen eſt deus: & licet ſit unus deus: nequaquã tamen perſonę pluralitatem amittunt. In hoc itaq; qđ relatiue deus ad deum dicitur: ſicut plures homines: perſonarum admittit pluralitatem & diuerſitatem. In hoc uero quod per ſe, id eſt, in deo: inſeparabilẽ ad ſimilitudinem unius hominis ſeruat ſingularitatem: pluralitas nãq; humanarum perſonarum non eſt niſi in pluribus hominibus: nec unus homo pluralitatem accipit perſonarũ. Deus uero unus eſt tres perſonæ & perſonæ tres unus deus. Hoc itaq; modo: nec unius nec diuerſarum integre ſeruat aliarum perſonarum proprietatem.

Cur autem ita ſit: quãuis in præfata Epiſtola de incarnatione uerbi, de hoc aliquãtulum diximus breuiter tamẽ hic repetam. Sępe fit ut plura conueniãt in unum ſub eodem nomine & eadem qualitate quam habebãt ſingula antequam unum fierent. Quippe ſi puncto punctum addimus ſine interuallo, aut æqualem lineam inæquali linea, aut ſuperficiem æqualem inæquali ſuperficie collocamus: non fit niſi unus punctus: una linea: una ſuperficies. In multis ſiquis uoluerit quęrere, inueniet ſimile. Hoc itaq; modo quamuis nõ ſint plures æternitates: ſi tamen dicitur æternitas in æternitate: non eſt niſi una æternitas, & lumen in lumine unum tãtum lumen eſt. Eodem modo quæcunq; de dei dicũtur eſſentia: ſi in ſe replicentur: nec quãtitatem augent, nec pluralitatem admittũt. Quoniam autem deus eſt æternitas: ſicut extra æternitatem nihil eſt omnino: ita extra deum penitus non eſt aliquid. Atq; ſicut ęternitas non eſt niſi una ęternitas in æternitate: ſic deus in deo unus ſolus eſt deus. Habemus autem ex uera fide deũ eſſe de deo naſcendo: & deum de deo procedendo. Sed quoniam non

eſt aliquid extra deum cum naſcitur deus de deo:uel cum procedit deus de deo,non exit naſcens uel procedens extra deum:ſed manet in deo. Quoniam ergo deus in deo nō eſt niſi unus deus cum naſcitur deus de deo: unus ſolus eſt deus gignens & genitus:& cum ꝓcedit deus de deo: unus tantummodo deus eſt & procedens,& de quo procedit. Vnde ineuitabiliter ſequitur: quoniam deus nullas habet partes: ſed totus eſt quicquid eſt: unum eundemq́; & non alium & alium deum totū eſſe patrem: totum eſſe filium, totū eſſe ſpiritum ſanctum. Quare pater & filius & ſpiritus ſanctus per hoc: quia cum eſt deus,in deo non eſt niſi unus deus: ſeruāt in deitate ad ſimilitudinē unius hominis ſingularitatem. Per hoc uero: quia cum deus eſt de deo aut naſcendo aut procedendo:nō poteſt unus, idemq́; eſſe qui eſt de aliquo, & de quo eſt ſecundum nomina has relationes ſignificantia:tenent ſicut diuerſę hominum perſonæ pluralitatem. Notandum tamen quia nec deus eſt ſine perſona,nec perſona ſine deo: & quia ſingulis perſonis attribuimus aliquando propria ſingularum: aliquando uni quaſi proprium,quod commune eſt alijs. Nam cum dicimus: ſolus pater eſt in tribus perſonis qui à nullo eſt:ſolus fili⁹ qui eſt de uno & de quo unus,ſolus ſpiritus ſanctus de quo nullus eſt,ſingulas perſonas nominantes:ſingulis propria attribuimus. Cum uero legimus: Nemo nouit filium niſi pater, neq; patrē quis nouit niſi filius. (Mat. 11) Et, Quæ ſunt dei nemo cognouit niſi ſpirit⁹ dei, (1. Co. 2) quāuis uideatur ſcriptura quod de una dicit perſona negare de alijs. commune tamen eſt omnibus quod ſingulis quaſi proprium attribuit. Non enim ignorat pater aut filius ſeipſum & quę dei ſunt: neq; ſpiritus ſanctus patrem aut filiū. Cur aūt & quando quod de uno quaſi de ſolo dicitur:de alijs intelligatur,ſatis ſupra dictum eſt.

Hæc de proceſſione ſpiritus ſancti alijs cogentibus: non de me ſed de eodem ſpiritu ſancto confidens,pro Latinis contra Græcos ſcribere:& ea occaſione de unitate deitatis, & de trinitate perſonarum aliquid addere pręſumpſi: quamuis innumerabiles ſint īter illos qui Latinis utūtur literis, qui hoc melius quàm ego facere poſſint. Quicqd ergo dixi quod ſuſcipiendū ſit non mihi attribuatur:ſed ſpiritui ueritatis. Si autem aliquid protuli quod aliquatenus corrigendum ſit:mihi imputetur: non ſenſui latinitatis.

BEATI ANSELMI
Liber de ſimilitudinibus.

De diuiſione uoluntatis. *Caput Primum.*

VOLVNTAS tripliciter intelligitur. Volūtas etenim dicitur, illud animæ inſtrumentum: quo uult,& affectio eiuſdem inſtrumēti. Affectio uero,eſt affectio eiuſdem inſtrumenti uolendi. Hæc uoluntas,quæ dicitur affectio,eſt ad tempus quaſi ſopita: qa eſt eorū,quæ mens non memorat:ſed mox ut ea recolit,etiam inſtrumentum uolēdi appetit. Item uoluntas dicit uelle uel uſus ipſius inſtrumenti.

De ſimilitudine inter mulierem,et uoluntatem. *Cap.* 2.

Voluntas itaq; illa, quæ eſt inſtrumentum uolendi, ſic eſt inter deum & diabolum: quomodo mulier inter ſuū legitimum uirum, & aliquem adulterum. Vir enim præcipit,ut ſibi ſoli cōiungatur: adulter uero perſuadet, ut & ſibi copuletur. Si itaque ſe ſoli legitimo uiro coniungat,legitima eſt: & ipſa filios legitimos generat: Si autē adultero ſe iunxerit,adultera eſt: & ipſa filios adulterinos parit. Similiter ergo deus imperat uolūtati,ut ſocietur ipſi ſoli: diabolus uero ex altera parte ſuggerit,ut coniungatur & ſibi. Si itaq; ſe

ſoli deo coniunxerit, id eſt, ſpiritus ſancti ſuggeſtionem, uelut ſemen bonum receperit, fit eius coniux legitima: filiosq́ legitimos generat, id eſt, uirtutes, & opera bona: Mox enim ad imperium eius aperiuntur omnes animę & corporis ſenſus ad implendum quod præcepit deus.

De ſenſibus animæ. Cap. 3.

Ipſa nanq; aperitur ad uirtutũ affectionem & ad uolendum optanda, memoria uero ad memorandum memoranda, cogitatio ad cogitandum cogitanda, intellectus ad diſcernendũ quid ſit uolendum uel memorãdum ſiue cogitandum. Animus quoq; ad charitatem erigitur, ad humilitatem diſponiť, ad patientiam roboratur, ad alias uirtutes generandas aperitur.

De ſenſibus corporis. Cap. 4.

Similiter & corporis ſenſus aperiuntur ad imperium eius: uidelicet uiſus ad recte uidendum, auditus ad audiendũ dei uerba, guſtus ad guſtanda, odoratus ad odoranda, tactus ad tãgenda. Oculi quoq;, ad uigilandum & plorãdum. Os ad uerum loquendum: Manus ad recte operãdum: Pedes ad ambulandum quò debent. Sicq́ una ſola uoluntas, poſtq̃ dei uoluntati eſt iuncta, tot uirtutes generat & opa bona.

De obedientia. Cap. 5.

Huius autem uoluntatis affectio ſiue uſus, obediens uolũtas uel obedientia dicitur: quia dei uolũtati obediens, eam habet aduocatam, ſi quęratur, cur hoc uel illud uelit. Quòd ſi hæc uoluntas, quæ dicitur inſtrumentum uolendi diabolo ſe iunxerit: eius recipiendo ſuggeſtionem uelut inordinatũ ſemen adultera mater effecta, filios adulterinos, id eſt, uitia & opera mala generat. Vniuerſos enim hominis ſenſus claudens ad ea quæ præcipit deus, pandit ad ea quæ iubet diabolus: ipſa nanque prius aperitur ad affectionem uitiorũ & ad ea uolendũ: ac deinde hominis ſenſus aperit ad ipſa perpetrandũ.

De inobedientia & propria uoluntate. Caput. 6.

Huius uero affectio ſiue uſus, ĩ obediens uoluntas uel inobediẽtia uel etiã propria uolũtas dicitur. Propria quippe uoluntas eſt, quæ dei uoluntatem ſibi aduocatam habere non poteſt: ut ſi quæratur, cur hoc uel illud uelit, reſpondere ueraciter non ualet: quia & deus uult ut hoc uelit. Affectio autem ſiue uſus ille ex diabolica naſcens ſuggeſtione dei uoluntatem ſibi aduocatã non poteſt habere. utraq; igitur uoluntas, eſt propria. Vnde propria uolũtas, quæ quia à dei uoluntate porrò priuatur, ob hæc propria recte nominatur. Hæc autem uoluntas propria, ſuperbia eſt illa, quam initium omnis peccati ſcriptura nuncupat.

De ſuperbia. Cap. 7.

Superbia ideo uocatur: quia ſupra quàm debeat graditur. Superbia nanque ſupergreſſio dicitur. Propria itaq; uoluntas: quia dei uoluntati non ſubijcitur, ſed ſupra eam extollitur: ob hoc recte ſuperbia dicitur. Ipſa quoq; omnis peccati eſt initium: quia ex ea naſcitur omne peccatum. Et quoniam homo illam habet à ſe, nec uoluntatẽ dei, quam ſequatur, uult habere ſuper ſe: ipſi deo aufert quod proprie & ſingulariter debet habere.

Quòd propria uoluntas ſoli deo conueniat. Cap. 8.

Solus enim deus quicquid uult debet uelle propria uoluntate: ita ut aliã quam ſequatur non habeat ſupra ſe. Cum igitur homo uult aliquid per ꝓpriam uoluntatem: deo aufert quaſi ſuam coronam. Sicut enim corona ſoli regi competit, ſic propria uoluntas ſoli deo. Et ſicut regem aliquem inhonoraret, qui ſuam coronam ei auferret: ſic homo inhonorat deum, qui aufert ei propriæ uoluntatis priuilegium: habẽdo quod ille debet habere ſolum. Sed ſicut propria uoluntas dei, fons eſt & origo totius boni: ita propria uolũtas

hominis,totius eſt exordium mali.

De ſimilitudine inter propriam uoluntatem & fontem. Cap. 9

Hæc eſt uelut fons quidam: qui in tria capita diuiditur,& ex quibus riui diuerſi & innumerabiles deriuātur: q locis in quibuſdam ab inuicem ſeparantur:aliquibus uero duo & duo:uel plures pluribus cōiungunē.Ita quoq; propria uoluntas in genera tria diuiditur:ė quibus uitia diuerſa & ſine numero naſcuntur,quæ aliquando in homine ſunt diſiuncta, quandoque uero duo uel plura coniuncta.

De tribus generibus propriæ uoluntatis. Cap. 10

Propria nanque uoluntas aut eſt in delectatione, aut in exaltatione, aut curioſitate.

De generibus delectationis. Cap. 11

Delectationis genera ſunt duo principalia:unum exterius in quinque corporis ſenſibus,aliud interius in animę affectionibus.

De quinque corporis ſenſibus. Cap. 12

Sunt autem corporis ſenſus, uiſus, auditus,guſtus, odoratus,& tactus, qui ideo ſenſus dicuntur: quia per eos exteriora ſentiuntur. Per uiſum enim formæ & colores: per auditum ſoni: per guſtum ſapores:per olfactum odores:per tactum dura uel mollia,calida uel frigida, aſpera uel lenia, grauia uel leuia ſentiūtur. Horum autem ſenſuum delectatio rarius eſt bona: ſæpius uero mala. Bona etenim eſt cum dei uolūtatem ſibi aduocatam habet, mala uero cū eam ſibi aduocatam habere non poteſt.

De generibus delectationis malæ. Cap. 13

Huius autem delectationis malę genera ſunt triginta & unus: ė quibus quinque ſunt ſimplicia: decem duplicia:alia decem triplicia: quinque quadruplicia, unum uero ex quinque partibus conſtat.

De quinque ſimplicibus generibus. Cap. 14

Quinq; itaque ſunt ſimplicia:quia plerunque delectatur per ſe unuſquiſque quinque ſenſuū. Aliquando enim ſolus uane delectatur uiſus, ut in conſpiciendo equos certatim concurrere: aut accipitres uolantes, alias aues capere.Aliquando ſolus auditus ut cum hominem delectat ad aurem ſuam diu nolam percutere:quia eam audit dulciter ſonare. Aliquando ſolus guſtus, ut in comedendo mel immoderate:nō tamen uiſu delectabile. Aliquando ſolus olfactus, ut cum aliquis defert fœniculum naribus ſuis ſuſpēſum ut ſibi ſuauiter redoleat. Aliquando ſolus tactus, ut cum aliquem immoderate refectum contrectare oblectat uentrem ſuum.

De decem duplicibus. Cap. 15

Decem uero ſunt duplicia:quia plerunque delectantur ſimul duo & duo ijdem ſenſus. Aliquando enim condelectantur uiſus & auditus:ut cum nimis delectando canes beſtias inſequi uidentur:et clamare poſt ipſas audiuntur.Aliqando uiſus & guſtus ut cum magna delectatione uinum lympidiſſimum conſpicitur ſaphirino cypho,& bibitur.Aliquando uiſus & olfactus, ut in uidendo ſimul & olfaciendo nimis rubentes roſas. Aliquando uiſus & tactus:ut in conſpiciendo & complanādo aliquem muricipem album. Aliquando auditus & guſtus,ut cum aliquem ſic bibere delectat ut inter labia ſua ſonitum quendam piſiſſando faciat.Aliquando auditus & olfactus, ut cum aliquem bibendi auiditate delectat auſcultare muſtum ebulliens applicata aure:& eius odorem naribus attrahere.Aliquādo auditus et tactus, ut cum aliquem nimis delectat,citharam reſonantem audire, & eandē percutiendo tangere.Aliquando, guſtus & olfactus,ut cum immoderate eduntur gallinæ,pipere & cymino diligenter cōditę.Aliquādo,guſtus & tactus: ut cū guloſitate mādunē ficus maturę,

dulces ad edendum, & lenes & molles ad tangendum. Aliquando, olfactus & tactus: ut cum ungento bene olenti quis ungitur.

De decem triplicibus. Cap. 16.

Decem quoq; ſunt triplicia: quia ſæpe terni & terni delectantur corporis ſenſus ſupra dicti. Aliquando enim cō delectātur uiſus, auditus & guſtus ut cum nimis auide collyridæ eduntur: q̄ quaſi nix candidæ uidentur: ſponteq; manibus & dentibus ſic atteruntur ut reſonare audiantur. Aliquando uiſus, auditus & olfactus: ut cum aliquis in horto reſidet: uirides herbas aſpiciat: fabulas audiat: flores olfaciat. Aliquādo uiſus, auditus, & tactus: ut cū mulier ſpecioſa delectationis cauſa cōſpicitur: luxorioſa loqui auditur: ſed interea tangit. Aliquando uiſus, guſtus, & olfactus: ut cū aliquem delectat inſpicere uinum herbis confectum ſcintillare: bibere & olfacere. Aliquādo uiſu, guſtu, & tactu ut cum aliquis eſt ſaturatus racemis: uineam tamen deambulat: ut quam pulchre in ea racemi dependeant uideat: et hos atq; illos contrectans deguſtat. Aliquādo uiſus, olfactus & tactus: ut cum diu nimis lilia conſpicit, olfacit & tangit. Aliquando auditus, guſtus, et olfactus: ut cum diuites delectat ſeruos in ſyluis clamātes audire: quorundam iam captorum carnes pipere conditas interim edere. Aliquando auditus, guſtus & tactus: ut cum aliquis in balneo rēſidēs fabulas audit: edit & bibit: aquæ teporē circumquaq; tangit. Aliquando auditus, olfactus & tactus, ut cum aliquis cantilenas audit dum in lecto mollibus ſtrato quieſcit: ubi & herbas undique ſparſas olfacit. Aliquādo guſtus, olfactus & tactus: ut cum nocte manduntur immoderate poma ſapida, odorifera & mollia.

De quinque quadruplicibus. Cap. 17.

Quinq; uero quadruplicia ſunt: qa plerunq; ſimul quaterni et quaterni delectantur. Aliquando enim delectātur ſimul uiſus, guſtus auditus & olfac[tus]: ut cum in nuptijs ludi uidentur: cantilenæ audiuntur: cibi & potus delitioſi ſumuntur, eorumq; odor ſentitur. Aliquando auditus, guſtus, olfactus et tactus: ut cum in nocte nihil ibi uidetur quo delectatur uiſus: ſed cum auditu, guſtu & olfactu delectatur: tactus ut cum ſponſus ſpōſam amplexatur: aut alius ab alio libidinoſe tangitur. Aliquando guſtus, olfactus, tactus & uiſus: ut cum ibi nihil delectabile audituі auditur: ſed aſſunt alia quibus cæteri ſenſus quiſq; ſuo modo delectatur. Aliquādo olfactus, tactus, uiſus & auditus: ut cum ibi nihil guſtatur: ſed flores illic aſperſos delectat conuiuas olfacere, tangere, inſpicere: diuerſos muſicorum ſonos auſcultare. Aliquādo tactus, uiſus, auditus & guſtus: ut cum nihil habet homo quo delectetur olfactus: ſed talia quibus cæteri quatuor ſenſus condelectentur.

De ultimo genere delectationis malæ. Cap. 18.

Vnum autē ex quinq; partibus conſtat: quia quandoq; delectantur ſimul his omnes corporum ſenſus. Aliquando enim delectat hominē domum interius ornatā cōſpicere, ebrios in ea decantantes audire: ibidem & uinum de cornibus deauratis potare, & flores p domū diſperſos olfacere: ipſos uel cornua aurea uel alia tactu delectabilia cōtrectare. Triginta itaq; & unum genera ſunt delectationis ad quinq; corporis ſenſus pertinentia: qui his triginta & uno delectātur modis ex quibus duplicia ſimplicibus ſunt peiora: duplicibus triplicia: triplicibus quadruplicia: quadruplicibus illud quod ex quinq; patribus conſtat. Quāto enim plures ſenſus in delectatione ſociātur: tanto ipſa delectatio peioratur. Attamen aliquando peior eſt unius q̄ omnium ſimul delectatio.

De detractione. Cap. 19

Grauis

Grauius eſt enim detractionē libenter audire quàm flores pulchros aſpicere, tangere, olfacere, interea bibere ſemel aut bis pluſquam eſt neceſſe: aliquod uerbum ocioſum audire. Sed in eodē paribus´ue peccatis peius eſt plures ꝙ pauciores ſenſus delectari. Peius eſt enim delectari uiſu & auditu inhoneſti ioci: quàm uiſu tantum: aut auditu tantum. Item peius eſt immoderate delectari guſtu & olfactu potus confecti: quàm tantum guſtu: aut tantū olfactu alicuius delitioſi cibi. Itaq; ex iſtis triginta & uno generibus delectationis alia ſunt mala, alia peiora. Mala in quibus pauciores delectantur ſenſus: aut ſi fuerint plures, oblectantur in leuioribus. Peiora in quibus delectātur plures: aut ſi fuerint pauciores, in grauioribus delectantur. Tot igitur & talia ſunt genera delectationis qua delectantur quinq; ſenſus corporis.

De anima delectatione. Cap. 20.

Illius uero qua delectatur anima, genera ſūt multo plura. Quicquid enim exteriores ſenſus ſentiūt: ſentiendo animæ innuunt: quale ſit illud quod ſentiunt: ut quæ qualitatem rei repręſentauerint ſibi, & quod ſentiebant ſentire omiſerint: delectat animam idem cogitare, & totidem modis quot ſibi ſenſus repræſentauere. Sicut enim ſenſus ſingulos aut binos, aut ternos, aut quaternos: aut ſimul omnes delectat illud uel illud ſentire & animæ repræſentare: ita & animam delectat cogitare: qa ſenſus eiſdē modis illud uel illud ſenſerunt, ſentiendoq́; ſibi repræſentauerūt: illud quoq; quod ſibi ſenſus nūquam repræſentauerunt: quia nunquam ſenſerunt: ſed ſi ſenſiſſent repręſentare poſſent. Tot modis delectat animam cogitare quot ſibi ſenſus ualerent repræſentare. Nunquam enim uiſus repræſentauit ei domum auream totam: quia non uidit, nec auditus ſonum toto mundo diffuſum: quia nō audiuit. Nec guſtus panem melle dulciorem: quia non guſtauit. Nec olfactus uinum balſamo fragrātius: quia nō olfecit. Nec tactus indumenta lanea lineis leniora: qa non tetigit: nec alia multa ei repræſentauerunt ſenſus: quia nō ſenſerūt: ſed ſi ſenſiſſent: repræſentare poſſent. Et tametſi aut hęc aut alia huiuſmodi inania eam imaginari delectat: aut ſi ſenſus ſenſiſſent: eiq́; ſinguli aut bini aut terni aut quaterni, aut ſimul omnes repræſentaſſent. Sunt & alia delectationis animæ genera, quæ nec ſenſus ualent illi repræſentare, nec ipſa poteſt per imaginationem cogitare, ut cum in ſuperbia delectatur ſine omni imaginatione.

Hanc etenim ſenſus non ualent illi repræſentare, quia nec uiſus poteſt diſcernere utrum ſit alba uel nigra, nec auditus an ſit ſonora aut rauca, nec guſtus an ſit dulcis uel amara: nec olfactus an ſit redolens aut fœtida: nec tactus an ſit mollis uel dura: lenis uel aſpera, calida uel frigida. Ipſa quoq; anima non ualet imaginari: utrum ſuperbia illa ſit talis aut talis: quia eſt in exaltatione ſolius cogitationis. Multo igitur plura genera ſunt delectationis qua anima delectatur, quã illius qua quinque corporis ſenſus oblectantur: quia & eadem delectat illam memorare, quæ illos ſentire & totidem modis quot ſibi repræſentauere, & alia imaginari quæ illi ſibi non repræſentauerūt: quia nunquam ſenſerunt: ſed ſi ſenſiſſent: repræſentare poſſent: & quædam cogitare, quę nec illi poſſunt ſentire: nec ipſa per imaginationem cogitare, ſed ſimpliciter ſine omni imaginatione.

De quindecim generibus exaltationis. Cap. 21.

Exaltationis aūt genera ſunt quindecim, è quibus quatuor ſunt ſimplicia, ſex duplicia, quatuor triplicia, unū uero quadruplex.

De quatuor ſimplicibus. Cap. 22.

Quatuor itaq; ſunt ſimplicia, quia eſt exaltatio aliquando in ſola opinione, ut ſiquis opinetur ſe eſſe dignū pon

tificatu: nec tamẽ uelit fieri epiſcopus. Aliquando in ſola uoluntate, ut ſi uelit fieri epiſcopus, nec tamen opinetur ſe eſſe dignum epiſcopatu. Aliquando in ſola locutione, ut ſi iactet ſe eſſe dignum nec tamẽ uelit fieri, ſciens ſe eſſe indignum. Aliquando in ſolo opere, ut ſi infirmus per ignorãtiam aſſideat iuxta regem.

De ſex duplicibus. Cap. 23.

Sex uero ſunt duplicia, quia aliquãdo extollitur homo in opinione ſimul & uoluntate, ut cum prioratu aliquo ſe eſſe dignum exiſtimat, et hoc uult ut prior fiat. Aliquãdo in opinione & locutione & non in uolũtate, ut cum aliquis aliquam non uult prælationem quæ ſibi offertur, & ex hoc ipſe ſe attollens meliorem ſe aliis arbitratur: & inde ſe iactat, ita tamen ne auertatur. Aliquando in opinione & opere, ut ſi aliquis ſe æſtimat dignũ ſedere iuxta epiſcopum, & alicubi per ignorãtiam aſſideat iuxta eum. Aliquando in uolũtate & locutione, ut cum aliquis uolens epiſcopari: iactat inde ſe eſſe dignum: licet ſe ſciat eſſe indignum. Aliquãdo in uoluntate & opere, ut cum aliquis in cõuiuio uult reſidere in ſuperiori loco, & ibi ſe ingerit inuitante nullo quãuis indignum ſe ęſtimet loco tam alto. Aliquando in locutione & opere: ut cum prælatus aliquis aliquam in ſe fragilitatem uidet: ob quam ſi honeſte poſſet ipſam prælationem deſereret, et tamen in uerbis & actibus ſuis quandã extollentiam oſtentat: ne ipſam eius fragilitatem quis animaduertat.

De quatuor triplicibus. Cap. 24.

Quatuor autem ſunt triplicia: quia aliquando delectatur homo in opinione & uolũtate & locutione: ut cum dignum ſe prælatione ęſtimat, et eã uult, & inde ſe iactat. Aliquando in uoluntate, locutione & opere: ut cum ideo quia uult prælationem habere: fingit uerbo & opere & actu dignum ſe eſſe: quamuis ſciat ſe indignum. Aliquando in locutione: opere & opinione, ut cum aliquis licet iactet dignum ſe eſſe prælatione, & ea libẽtius agat quibus dignus uideatur eſſe: & hoc idem arbitretur de ſe non uult tamen prælationem habere ut ſanctior iudicetur eſſe. Aliquãdo in opere: opinione & uoluntate: ut cum prælatus ſubditos opprimit immoderate ut ſuam pręlationem qua dignum ſe æſtimat eſſe: quandiu uult poſſidere: ſine ullo obſtaculo habere poſſit.

De uno quadruplici. Cap. 25.

Vnum eſt quadruplex: quia plerunque ſe homo attollit in opinione, uolũtate, locutione & opere, ut cum laude dignum ſe æſtimat, & eam appetit: & ipſe ſe laudat, & quædam magna operetur ut laudem acquirat: Quindecim itaque ſunt extollẽtiæ genera: quatuor ſimplicia: quæ ſunt mala. Sex duplicia quę ſunt peiora. Quatuor triplicia quę ſunt peſſima. Vnum uero quadruplex quod cæteris omnibus peius eſt. Quãto enim in pluribus homo extollitur: tanto excellentia ipſa peioratur. Item ſciendum quia ſolius operis excellẽtia quæ ſemper eſt per ignorãtiam eſt mala. Solius autem locutionis peior. Solius uero opinionis peſſima. Solius autem uoluntatis omnibus aliis peior. Stultum eſt enim cũ aliqua uilis perſona per ignorantiã aſſidet iuxta dignã. Sed ſtultius eſt cũ inde ſe iactat dignã. Stultiſſimum uero cum hac ſe æſtimat dignam. Multo autẽ ſtultius eſt cum uult reſidere iuxta eam: cũ ſciat ſe inde eſſe indignam ea. Contra eam extollentiã quæ eſt in opere: ipſe dominus ait: Cum inuitatus fueris ad nuptias: recũbe in nouiſſimo loco. Luc. 14 Cõtra eam uero quę eſt in locutione, Salomõ dicit: Laudet te alienum & non os tuum. Pro. 27 Contra eam quæ eſt in opinione apoſtolus ait: Noli altum ſapere: ſed time. Rom. 11 Cõtra eã uero quæ eſt in uoluntate, dominus iterũ dicit diſcipulis ſuis: Qui uoluerit inter uos primus eſſe: erit ueſter ſeruus. Mat. 20

Luca. 14 Contra omnia uero extollentiæ genera, itē ipſe dicit: Omnis q ſe exaltat: humiliabit: & qui ſe humiliat exaltabit.

De curioſitate & eius diuiſione. Cap. 26.

Curioſitas eſt ſtudium perſcrutandi ea quæ ſcire nulla eſt utilitas. Huius autem ſedecim ſunt genera: e quibus qnqꝫ ſunt ſimplicia. Sex duplicia. Quatuor triplicia: Vnū uero quadruplex.

De quinque ſimplicibus. Cap. 27.

Quinque itaqꝫ ſunt ſimplicia: quia aliquando in ſola cogitatione curioſitas eſt: ut cum aliquis ſtudioſe cogitat quomodo alterius ſecreta ſcire ualeat. Aliquando in uerbo: ut cum illud curioſe interrogat. Aliquando in actu: ut cum circa illum deambulat: quaſi aliquid quærat: ſi forte quod quærit indicio aliquo cognoſcere ualeat. Aliquando in uiſu: ut cum ſolicite conſiderat quó ille intendat: quid agat, quomodo ſedendo, ſtando, ambulādo: uel aliquo alio modo ſe habeat. Aliquando in auditu: ut cum intēte auſcultat quid ille de alio: aut alius de illo dicat.

De ſex duplicibus. Cap. 28

Sex uero ſunt duplicia: quia aliquā do in uerbo & actu: ut cum eum amicabiliter alloquitur, & interim ei aliqd operatur: ut cum ſermonibus blandis: cum ſeruitio quod ei facit extorqueat ab eo quod quærit. Aliquando in uerbo & uiſu: ut cum alium rogat ut eum ſecum aſpiciat dicens: Putas'ne iſte ita uel ita ageret: niſi talis uel talis eſſet? Aliquando in uerbo & auditu: ut cum propè illum reſidet & ad aliū loquitur qui ex alia parte ſedet tamen attēte auſcultat quid ille poſterius dicat. Aliqn̄ in actu & uiſu: ut cum aliquid agit ne animaduertatur dum eum aſpicit, ſed credatur ſemper intendere operi quod facit. Aliquando in actu & auditu: ut cum ante eum uadit & uenit auſcultare ea quæ dicit. Aliquādo in uiſu & auditu: ut cum curioſe quæ agit conſiderat, & eſt ſtudioſe quæ dicit auſcultat per hoc ſecreta quæ quærit agnoſcat.

De quatuor triplicibus. Cap. 29.

Quatuor aūt ſunt triplicia, quia aliquando eſt in uerbo actu et uiſu, ut cū aliquis enumerat & menſurat & cōſiderat quātum ſol uel luna diſtent a terra: uel quàm magna ſint ipſa luminaria. Aliquando in actu uiſu & auditu: ut cum aliquis ſe occultat cauſa uidendi & audiendi aliorū ſecreta. Aliquando in uiſu, auditu & uerbo: ut cum aliquis iuxta uias reſidet ut uideat tranſeuntes, audiat & interroget rumores. Aliquando in auditu, uerbo & actu ut cum cauſa audiendi et interrogandi futura, dæmonibus ſacrificat.

De uno quadruplici. Cap. 30.

Vnum uero eſt quadruplex: quia aliquando eſt in uiſu: auditu: uerbo & actu: ut cum aliquis intuetur et auſcultat quoſdam quos conſiliari conſpicit & de quibus ſuſpicatur aliquid mali: ut & conſilium eorum quoquomodo agnoſcere poſſit accedens ad eos quærit an uiderint aliqd quod ſe circa eos perdidiſſe fingit: & interea inſpiciendo & auſcultando circa eos quærit quod nuſquam perdidit.

De generibus curioſitatis. Cap. 31.

Item curioſitatis genera ſunt uiginti & octo è quibus tria ſunt ſimplicia, nouem duplicia: decē triplicia: quinqꝫ quadruplicia: unum uero ex quinque partibus conſtat.

De tribus ſimplicibus. Cap. 32.

Tria ſunt ſimplicia. Quia aliquādo curioſitas eſt in ſolo guſtu: ut cum defertur piſcis alicui piſa comedenti: & priuſquam ipſa cōſumpſerit deguſtat cuius ſaporis ſit piſcis. Aliquando in olfactu: ut cum eum naſo ſuo apponit ut ſciat cuius odoris ſit. Aliquando in tactu: ut cum aliquis pannum nouuum uidens contrectat: ſolummodo ut ſciat utrum ſit aſper uel lenis an groſſus ſiue ſubtilis.

De nouem duplicibus. Cap. 33

Nouē uero ſunt duplicia: quia aliqn̄ eſt in guſtu & uiſu, ut cum quis drgu-

ſtat ferculum ſibi appoſitum antequã conſumpſerit primum, & interim conſiderat ſi is qui reſidet iuxta eũ melius habeat ferculum. Aliquando in guſtu & uerbo, ut cum illud deguſtat, & an pipere cõditum ſit interrogat. Aliquando in guſtu & olfactu: ut cũ deguſtat & olfacit. Aliquãdo in guſtu & tactu: ut cum guſtu ſcire quærit an ſit ſapidum: & tactu an ſit calidum: frigidum uel tepidum. Aliquando in olfactu & uiſu: ut cum aliquis dum legit herbã iuxta ſe incognitam inuenit: & a legendo ceſſans eam naſo ſuo apponẽs olfacit, diuq́; intuens eam ſtudet agnoſcere quæ ſit. Aliquando in olfactu & uerbo ut cũ eam olfaciens quærit ab alio quæ ſit. Aliquando in olfactu et tactu: ut cum eã olfacit & contrectat ut ſciat utrũ ſit mollis an dura: lenis uel aſpera, quod totum non ideo facit ut ſibi neceſſaria ſit: ſed tantũ ut ſciat quę uel qualis ſit. Aliquando in uiſu & tactu, ut cum aliquis ueniens ante menſam ubi eſt prãſurus: mox ſubleuata mappa qua panis eſt coopertus intuetur an ſit candidus, & eum contingit ut ſciat an ſit calidus. Aliquando in uerbo et tactu: ut cũ eum non diſcooperit ſed ĩterrogat an calidus uel ex quo coctus ſit, & cum coopertum contingit & premit ut ſciat an ſit calidus.

De decem triplicibus. Cap. 34.

Decem uero ſunt triplicia: quia aliquando eſt in uiſu & uerbo & guſtu: ut cũ alicubi quis reſidẽs & ante ſe potum cypho deferri uidens: ſtatim aſſurgit & intuens cuius coloris ſit: quęrit etiam qui potus ſit: et deguſtat an bonus ſit. Aliquando in uiſu & uerbo & olfactu: ut cum eum non deguſtat ſed olfacit & intertogãs conſiderat qualis ſit. Aliquando in uiſu, uerbo & tactu: ut cum alicui comedenti defertur cibus inter duas ſcutellas: & antequã finierit qđ prius edebat: ſcutellis apertis cuiuſmodi ille ſit cibus, conſiderat: & an bene ſit coctus inueſtigat; & ut cum contingit an calidus ſeu frigidus ſit agnoſcat. Aliquando uiſu & guſtu & olfactu: ut cum de eo nihil interrogat: nec eum cõtrectat: ſed eſt curioſus eum uidere: et eum deguſtat & olfacit. Aliquando in uiſu et guſtu & tactu: ut cum de eo nihil inquirit: nec cum olfacit: ſed cum curioſitate uidẽdi eum deguſtat & cõtrectat cauſa qua dixi. Aliquando in uiſu & olfactu & tactu: uel cum de eo nihil inquirit nec eũ deguſtat: ſed tantum intuetur, olfacit atque contrectat. Aliquando in uerbo & guſtu & olfactu: ut cum aliquis conuiuã tibus ſuperuenit: & an cibi & potus quos habẽt ſint boni requirit: et quoſdam deguſtans alios olfacit. Aliquando in uerbo guſtu & tactu: ut cum nõ olfacit eos, ſed panem contrectat aut alios cibos. Aliquando in uerbo, olfactu & tactu: ut cum eos non deguſtat, ſed olfacit. Ecõtra aliquando in guſtu olfactu & tactu: ut cum de eis nihil interrogat: ſed tamen deguſtat, olfacit & contrectat.

De quinque quadruplicibus. Cap. 35.

Quinq; uero ſunt quadruplicia: q̃a aliquãdo eſt in uiſu & uerbo & guſtu & olfactu: ut cũ aliquis deambulãs in nundinis, has uel illas merces conſiderat: cuius hæ uel illæ pretiĩ ſint, inueſtigat, uina uel poma, uel alios fructus deguſtat: olfacit piper uel cyminũ uel alia bene olẽtia, hoc totũ ea tantum faciens de cauſa, ut ſciat quæ uel qualia ſint iſta uel illa. Aliquando in uiſu & uerbo et guſtu & tactu, ut cũ ſupra dicta facit: excepto qđ nihil ibi olfacit, ſed merces cõtrectans uoluit & reuoluit. Aliq̃n in uiſu & uerbo & olfactu & tactu, ut cum ibi nihil deguſtat: ſed alia facit ſupradicta. Aliquãdo in uiſu & guſtu & olfactu & tactu, ut cũ non inquirit cuius hæc, uel illa ſint pretiĩ, ſed cætera quę diximus facit. Aliq̃n in uerbo & guſtu & olfactu & tactu: ut cũ nõ eſt curioſus uidere ea: q̃a ſæpius uidit talia, ſed cætera facit ſupradicta.

De ultimo

De ultimo genere curioſitatis. Cap. 36.

Vnū uero ex partibus cōſiſtit quinque: quia aliquando eſt in uiſu & uerbo & guſtu & olfactu et tactu, ut cum curioſe ad hæc uel ad illa oculos conuertit: & cætera omnia quæ ſupra diximus facit. Quadraginta itaq; & quatuor curioſitatis ſunt genera: è quibus octo ſunt ſimplicia, quindecim duplicia, quatuordecim triplicia, ſex quadruplicia. Vnum uero ex quinq; partibus conſtat. Hæc autem tam multiplex curioſitas quàm & exaltatio & delectatio, de quibus ſuperius diximus: omnes ex propria uoluntate naſcunt. Niſi enim homo prius habuerit uoluntatē delectandi uel exaltandi uel inueſtigādi curioſe: quæ nulla ſibi eſt utilitas ſcire: nunquam delectabitur uel extollet, uel curioſe inutilia ſcrutabitur: ſed tamen horum uitiorū mala præcedit uoluntas, ſequuntur & ipſa: ita naſcūtur ex ea, ex his uero alia omnia. Ex delectatione nāque naſcitur luxuria: adulterium: fornicatio: immunditia: uētris ingluuies: ebrietas: & alia huiuſmodi uitia. De exaltatione uero inanis gloria: inuidia: ira: triſtitia & auaritia, & alia ſimilia. De curioſitate autē inquietudo: ſuſurratio: detractio: & cætera talia. Omnia uero in familia propriæ uoluntatis exiſtunt: et ex ſeſe quædā exercitum magnum faciunt: illi uoluntati uelut cuidam dominæ obediunt.

De ſimilitudine inter propriam uoluntatem & adulteram reginam. Cap. 37.

Propria nanque uoluntas eſt uelut quædam adultera regina: quæ ſe cuidā regi adultero coniunxit: ex quo etiam tres filios habuit. Ex his uero trib⁹ tot alij filij & nepotes ſunt geniti: itáque multiplicati ut numerari non poſſint: omnes autem in familia illius regis & reginæ cōſiſtunt: eorumq; iuſſa quiſq; ſuo modo perficiunt. Rex itaq; cum regina iſta cuidam alij regi aduerſatur: collectoq; filiorum & nepotum exercitu regnum illius aggreſſum prædatur. Hic autem exercitus ſic ſeruos illius regis inuadit: ut aut plures plures: aut unus unum, aut plures unū: aut unus plures aggrediatur. Quoſcunque uero deuincere poſſunt uinctos & abductos in carcerem trudunt: exigentes ab eis quantum nunquam perſoluere poſſunt: ſed omnibus affecti miſerijs i carcere illo deficiunt. Hæc autem regina propria eſt uolūtas omnium obedientium domina: quæ ideo uocatur adultera: quia ſeparatur a Deo cui eſſe deberet coniuncta: & diabolo coniungitur: a quo deberet eſſe diſiuncta. Ipſe uero diabolus idcirco rex dicitur et adulter quia in hominibus regnans per uoluntatem propriam animabus eorum: dei uidelicet ſponſis abutitur. Cui ſe poſtquam propria uolūtas iunxerit: ex illius ſemine, id eſt, peruerſa ſuggeſtione tria principalia uitia: ſcilicet delectationem, extollentiam, curioſitatem cōcipit: & per quinq; corporis ſenſus uelut ea pariēs emittit. Ex his uero trib⁹ tot alia uitia naſcuntur ſicq; implicantur ut abſq; numero habeātur. Omnia uero ex familia diaboli propriaq; uoluntatis exiſtunt: & ex ſeipſis quādam admirandam multitudinem reddunt. Diabolus itaq; propriaq; uolūtas deo regi regum aduerſantur: et congregata uitiorum militia: regnum illius ſcilicet hunc mundum aggredientes prędanē. Hæc autem militia ſic humanū genus inuadit: ut aut plura uitia plures homines: aut unum unum: aut plura unum: aut unū plures: in diuerſis modis accipiant. Quemcunq; uero ſuperare poſſunt mala conſuetudine: ligatū in infernum detrudunt: ubi ab eo unūquodq; uitium exigit: quicquid unquam per illud commiſit: quod quia nunquam perſoluere poterit: & ei miſeria nunquam deerit.

De ſimilitudine inter propriā uoluntatem & uenenoſam herbam. Cap. 38.

Rurſus propria uoluntas cuidā herbæ uenenoſæ atq; mortiferæ aſſimilaē:

quam medicus quidam periti ſſimus progeniei cuiuſdam interdixit: primis parentibus comminans: quia ſi ex ea comederent: leproſi effecti proculdubio interirẽt. At illi præceptis eius obedire noluerunt: ſed ex eadem herba comederunt: unde & leproſi effecti leproſos quoque filios genuerunt: atque ut medicus eis comminatus fuerat mortui ſunt. Quorum filij licet patres ſuos agnouerũt uerba illa infirmatos fuiſſe & mortuos, ſeq; ipſos lepra percuſſos & morituros. Eandem tamen herbam ſuper omnes alias diligunt: indeq; cibos uniuerſos ſuos condiunt: mane quoq; ſurgentes ex eadẽ quaſi pro medicamento accipiunt, ſed & ſomnum ſerò capturi ſimiliter faciunt. Hi igitur quàm ſint dementes omnis qui audit aduertere poteſt. Sed nec minus demẽtantur qui propria uoluntate utuntur. Ipſa eſt enim herba diaboli uenenoſa ſuggeſtione uenenata, & omnibus ea utentibus peſtifera. Hanc deus qui noſtris pie medetur peccatis: primis humani generis parentibus interdixit: cũ eos comedere pomum ſub mortis cõminatione prohibuit: quia pręceptum eius tranſgreſſi ex eo comederũt: mox peccatores effecti & in anima mortui poſtquam alios peccatores genuerũt: & ipſi carne mortui ſunt: homines tamen eandem uoluntatem præ cæteris diligunt, & eam immiſcent omnibus penè quæ agunt: nihil itaque iſtis demẽtius: quàm quod nihil utuntur ſua morte libentius.

Quòd propriæ uoluntati omnia uitia deſeruiunt. Cap. 39.

Huic deniq; propriæ uolũtati poſtquam ſuam in homine ſedem conſtruxerit: alia uitiorum ſeruiunt quaſi milites terras tenentes: alia uelut pro ſolidatis militãtes. Illa etenim uitia quaſi terras tenentes ei obediunt: quæ pro ſeipſis in hominibus conſiſtũt: ut adulterium. Qui enim adulteratur: hoc ea ſolum facit de cauſa: quia eum uitium ipſum delectat. Illa uero ſeruiunt ei uelut militantes pro ſolidatis quæ ſunt in homine præ alijs uitijs: ut cupiditas pretioſarum ueſtium: pro gloria inani. Nemo enim pretioſas ueſtes niſi ad inanem gloriam quærit. Item uitium aliquando huic: aliquãdo illi uitio ſeruit: ut auaritia aliquando uẽtris ingluuiei: aliquando exaltationi. Rurſus aliquando alterum alteri cedit: ut luxuria gloriæ inani. Aliquando enim luxuria repellitur: ne laus concupita perdatur. Omnia uero ſiue hoc ſiue illo modo propriæ uoluntati: diabolo quoq; famulãtur, è quibus in homine tribus modis procreata naſcũtur. Diaboli.n. ſuggeſtione & carnis delectatione: ſpiritusq; conſenſu unumquodq; uitium conſummatur.

De ſimilitudine inter ſuggeſtionem, delectationẽ, conſenſum & canem. Cap. 40.

Ex his igitur tribus: ſuggeſtione uidelicet, delectatione, & conſenſu: Suggeſtio eſt uelut canis ponderoſus. Delectatio ut leuis & acer catulus. Conſenſus autem quaſi canis fortis & immenſus. Põderoſus etenim canis cum quempiam iuxta ſe trãſeuntem audierit: ſemel uel bis poſt eum latrans ſtatim quieſcit: ſi tamẽ ille uiam ſuam indirectum tenuerit. Si uero reſpiciẽs inſtigauerit eum: canis quoq; latrãdo licet non mordeat inſequit eum. Catulus leuis & acer inſtat acriter: & niſi cito percuſſus fuerit: acrius mordet. Portis uero canis & immenſus, & fortiter inſtat: & niſi magna ui obruatur: hominem ſtrangulat. Quare ponderoſus canis non eſt reſpiciendus. Catulus uero mox repercutiẽdus. Canis uero immenſus uiriliter obruendus. Similiter autem ſi peccati ſuggeſtio animũ pulſat: qui ab amore præſentium tẽdit ad æterna: mox eum deſerit: ſi ĩtentionem ſuam tenuerit firmiter. Si autem ad eã attendens in ſe receperit: & cogitando quaſi eam incitando reuoluerit: & ipſa ſæpius eum infeſtat; quamuis non

uulneret dum eſt ſuggeſtio ſola. Sed diutius eum replicauerit pōderoſus ca nis: in catulum tranſit, id eſt ſuggeſtio in delectationem: quæ acriter inſtat, & niſi cito rejciatur animam uulnerat. Quare mox ut uenire cœperit debet eā repellere anima ſpōſa Chriſti: cogitās quia magna eſt ignominia illi ut i eius conſpectu appareat fœdata delectatio ne tam turpi. Niſi enim repulerit delectationem: catulus tranſit in immenſum canem, id eſt, delectatio in conſenſum tranſit, quæ ſi arripiens animam: eam niſi magna ui obruatur occidit: ſed mox ut cœperit aduētare: debet eū anima magna ui obruere, id eſt, immē ſo terrore mortis æternæ in ſe deſtruere. Suggeſtioni ergo ne attendamus: delectationem mox reprimamus: conſenſum fortiter obruamus: ſicq́; cor noſtrū ſtudeamus cuſtodire: ut nec una ſuperflua cogitatione diabolus illud ualeat uiolare.

De ſimilitudine inter cor humanum & molendinum. Cap. 41

Cor etenim noſtrum ſimile eſt molendino ſemper molenti: quod dominus quidam cuidam ſeruo ſuo cuſtodiendum dedit: præcipiens ei ut ſuam tantum annonam: uidelicet frumentū: uel hordeum: uel etiam auenam in ea molat: & ex eodem quod moluerit & ipſe uiuat. Verum illi ſeruo quidā inimicatur: qui huic molendino ſemper inſidiatur: qui ſi quādo illud uacuum inuenerit: aut arenam ibi ſtatim projcit quæ illud diſſipat: aut picē qua conglutinat: aut aliquid quod fœdat: aut paleam quæ tm̄ illud occupat. Seruus igitur ille ſi molendium ſuum bene cuſtodierit: dominiq́; ſui tantum annonam in eo moluerit: munda ex eo farina egreditur iuxta genus annonæ quæ intus molitur. Ex eodem aūt quod moluerit, & domino ſuo ſeruit: ſibiq́; ipſi uictum acquirit. Si uero inimicū ſuum uiolare molēdinum ſuum permiſerit: mala ex eo farina procedit: quia mala eſt annona quam molit. Hæc autem farina & uehementer diſplicet domino illi: nec ſeruus ex ea ſibi uictum ſed famem conquirit. Hoc itaq; molendinū ſemper aliquid molēs: cor eſt humanū aſſidue aliquid cogitās. Hoc deus unicuiq; homini ſeruandum tradidit: iubens ut in eo molat illos tantum cogitatus: quos ipſe ſuggerit. Quorum cogitatuum alij ut frumētum: alij ut hordeum: alij ut auena ſunt. Puri quippe ut frumentum ſunt: quos anima repli cat cum in cōtemplatione poſita pure de deo cogitat. Hi aūt hordeo aſſimilātur: qui de uirtute in uirtutem quaſi ꝑ quoſdā labores aſcēdere meditanť. Hi etenim licet ſint boni: minus tamen ſuperioribus ſunt perfecti. Illi uero ſunt ut auena: quibus homo intendit ſua deſerere uitia. Boni nāque ſunt & iſti: ſed tamen imperfectiores prædictis. Hos itaq; omnes uult deus: ut homo toto corde reuoluat, & ex eiſdem ſibi uictū æternū acquirat. Sed quia homini ſemper aduerſatur diabolus, & ſemper inſidiatur cordi illius: quod ſi aliqn̄ uacuum bonis cogitationibus inuenerit, ſtatim replet ſi poteſt malis. Harū aūt malarum, aliæ cor diſſipant, ut iræ & inuidiæ. Aliæ conglutināt & coinquinant, ut gaſtrimargiæ & luxuriæ. Aliæ tantum occupant, ut uanæ gloriæ non nimis nociuæ. Hic igitur homo ſi cor ſuum bene cuſtodirit, ſanctoſq́; bene cogitatus in eo reuoluerit, munda per os uerba uelut per foramen molēdini emittuntur: mundus per oculos uiſus, mundus per aures auditus, mundus per os guſtus, mundus per nares odoratus mundus per totum corpus tactus, ſecundū genera cogitationū mundarum quæ intus uoluunť. Ex his aūt cogitationibus mūdis, & deo eas cogitando deſeruit, et ęternā ſibi uitam acquirit. Si uero diabolū cor ſuū corrūpere permiſerit, et mox uitia per ſenſus progrediuntur, iuxta genera cogitationū malarū quæ intus uoluunť. Hęc au

tem & deo uehementer diſplicent, nec homo ex eis uictum ſibi acquirit ſed mortem. Cum enim ad finem quiſque peruenerit, quantũ boni uel mali nunc moluerit, tãtum ad uitam uel mortem ſibi præparatum inuenerit. Verũ ſciendum, quia horum molẽtium, id eſt, in hac uita laborãtium tria genera ſunt.

Similitudine inter molentes & laborantes. Cap. 42.

Hæc autem uelut tres ſunt homines de mane uſq; ad ueſperam manu molentes. Horum itaq; primus quicquid molit in ſaccum ſuſcipit et abſcondit. Alter uero partem capit, partem in flumen negligẽtia cadere ſinit. partem uero uentus rapit. Tertius autem quicquid molit impetus fluminis ſecũ tollit, uel uẽtus diſſoluit: Veniente ueſpera quando a labore ceſſatur, & fructus laboris inquiritur: quid putas ſingulos habituros? Qui farinam totam reſeruauit, totum laborem ſuum bene recognouit. Qui uero partẽ collegit, inde lętatus eſt quod habuit: inde autem mœſtus quod uento uel flumine amiſit. Qui uero totum amiſit, eo triſtior fuit, Flumen pro ſeculo decurſu accipitur. Vento uero gloria deſignatur inanis. Molẽdinum quod tota die molit, pręſens labor eſt huius ſeculi: qui a mane uſque ad ueſperam nunquam finit. Mane nobis erat quando nati fuimus, ueſpera uero erit quãdo per mortis debitum hinc trãſibimus. Tempus itaq; præſens dies quo laborare debemus, unde in ueſpera uiuamus. Et ſicut mola circumcirca ducta ad eundem ſem per locum reuertitur, ſic labor iſte ſingulis annis more ſolito reiteratur. Modo nanque aratur: ſeminatur, metitur, panificatur, comeditur: quod iterumq; ad idem reuertitur. In ueſpera ergo cũ
Matth. 20. dicetur. Voca operarios, & redde illis mercedem: lętabuntur iuſti tota farina ſeruata, id eſt, uita ſua. Alij autem qui non eam totam ſeruauerũt in hoc mœſti erunt. læti tamen quod ex parte laboris ſui deum recognouerũt. Verum alij qui omne tempus ſuum in uanitate ponunt, & quod faciunt non ab humana laude abſcondunt: quaſi omne ſtudium uitæ ſuæ in decurſum fluminis proijciunt, farinamq; ſuam uento committunt: unde & in fine, pane uitæ æternæ carebunt. Ve illis.

Quod bonitas cuiuſque fidelis deo et omnibus bonis ſit utilis. Cap. 43.

Eo diligẽtior ad ſtudium bonitatis quilibet efficitur, quo fructus uberior inde prouenire probatur. Sciendũ itaque eſt ꝙ bonitas cuiuſq; omni creaturæ eſt utilis & bona exceptis dęmonibus & damnatis hominibus. Deo etiã qui nullius eſt indigens: quadam rõne prodeſſe uidetur. Hominib9 eſt utilis, quando enim ex uitæ merito quis ad ęternam beatitudinem peruenit, numerus electorũ incrementum accipit. Qui quanto amplius creuerit, tanto minus æterna retributio expectãda erit. Nam cum numerus ille ſanctorũ impletus fuerit, retributio iuſtorum mox accipienda erit: tũc quidem in corporibus quam iam habent in animabus. Si aũt unuſquiſq; fidelis mox ut hanc uitam deſerit, corpore ſimul & anima æternã beatitudine conſequeretur: omnis ꝗ hoc uideret eius ſequi ſanctitatem cõpelleretur: itaq; meritum fidei quodãmodo uideretur euacuari. Bonis itaq; utilis eſt his qui cum deo ſunt, quia eorum meritum ſua præſentia auget. Et illis qui impręſentiarũ ſunt, uel adhuc futuri ſunt prodeſt. quia locum in illo cœtu beatorum implet, qui nullo modo in fine uacuus eſſe poteſt. Facit etiã aliud, malitiam peruerſorum ſiquidẽ excludit exẽplo ſuæ bonitatis. Soli ac Lunę bonus homo, cęteriſq; creaturis eſt utilis: quia in cõſummatione iuſtorum commutabitur in melius quicqd eſt omnium creaturarum. Sol quippe ſicut propheta ait. Septempliciter lucebit ſicut lux ſeptem dierum, & Luna Eſa. 30 erit ſicut Sol. Aliæ creaturæ licet pul-

chræ ſint, mutabuntur in melius: cum illas deus mutabit in ſtatũ exinde non commutãdum. Angelis quoq; bonus homo utilis eſt, quia ſe omnibus illis amicum facit. Qui enim mihi amicum acquireret, qui me tãquam ſeipſum diligeret, & quem ego tanquã meipſum amarem, magnas ei grates deberem. Quiſquis ergo bonus ſtuduerit eſſe, in bonorũ amicitiam trãſibit: ita ut unũquenque tanquã ſemetipſum amabit, & omnes eum eodem modo charũ habebũt. Tantus enim amor, tantaq; cõcordia inerit omnibus, ut omnes amici unius, ſint amici alterius. Qualiter autem bonus deo ſit utilis, uideamus. Omnipotẽs deus ciuitatem magnam quandam, & admodum ſpecioſam ad ſuam gloriam ædificauit, quam copioſa ciuium multitudine repleuit. Quorũ nonnulli cum propriam uoluntatẽ potius elegerunt facere, quàm ſub uoluntate & ordinatione dei permanere, miſerabiliter corruerunt, & domus & ædificia magna & ſpatioſa ex parte uacua remanſerunt. Vt igitur aliquis qui urbem magnam fieri ordinaſſet, qui multa in ea palatia conſtruxiſſet: multasq; manſiones in urbis ædificationem feciſſet, ſed habitatores non haberet. & omnes quoſcunq; potuiſſet ad ſe inuitaſſet. Sic facit deus, omnes enim ut ad ſe ueniant, & ut ſibi ad ſuæ ciuitatis ædificationẽ ſubueniat, precatur, admonet, inuitat, bonas leges pollicẽs, pacem & ſecuritatem promittens.

De commendatione ſupernæ Hieruſalem.

Cap. 44.

Ibi nanque iura legum immobilia, optimæ conſuetudines, ibi ciues nõ ex timore alicuius ſuas occultant opes, immo gaudent dum palàm omnibus apparent. Nullus ſiquidẽ ibi incurſus malorum, peſtis nulla, uiolentia omnisq; rapina procul inde remota. Præterea locus amœnus et magna dulcedine refectus, domus paratę, ædificia ampla, diuerſi generis mãſiones. Vnde & ipſe dominus: In domo patris mei mãſiones multæ ſunt. Et p̃pheta Baruch: *Ioan. 14.*
O Iſrael, quàm magna eſt domus dei, et quàm ingẽs locus poſſeſſionis eius. Magnus *Baruc. 3.*
& non habet conſummationem, excelſus & immenſus. Tenebræ ibi nullæ, luce indeficiente circũlucente: infirmitas nulla, ſanitas indefeſſa, nihil incõmodi, omnia ad uotum. Ad hanc itaq; ędificationem inuitat nos dominus, dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. *Mat. 11*
Qui ergo uenire uoluerit, dei proculdubio adiutor erit. Vnde Apoſtolus: *1. Co. 3*
Dei adiutores ſumus: dei ædificatio eſtis. In bonitate ergo quicunq; ſteterit, non ſolum ſibi & omni creaturę utilis erit, ſed etiam ipſi ſuo & omnium conditori, ut diximus, beneficium præſtabit. Hæc etenim ciuitas ſancta, cui ſe ſponte aſſociauit, ſi uel unus homo defuerit bonus, nunquàm perficietur.

Quòd bonitas boni hominis damnatis, & dæmonibus ſit inutilis. Cap. 45.

Notãdum etiam quòd ſicut bonitas hominis boni, hominibus eſt ad lætitiæ incrementum, ſic dæmonibus et hominibus damnatis erit ad detrimentum. Dęmonibus nanq; & hominibus dãnatis ſanctorum cõſummatio erit interminabilis luctus & æterna damnatio. Nam cum iſti obtinebũt corporis & animæ gaudium ſepiternum, tũc ſimiliter & illi ibunt in ſupplicium æternum. Quod quia dæmones non latet, modis omnibus laborant ſanctorum incrementum impedire: quoniam quidem donec ultimus illorum eis aſſocietur non includuntur, ſed habent poteſtatem tentandi electos dei: quatenus qui probati inueniẽtur digna remuneratione coronẽtur, uicti uero atque reprobi perenniter puniãtur. Vigilemus ergo, ut ſaluator admonet, quia aduerſarius noſter circuit, quærens quẽ deuoret. Illum autem deuorat quem ſua ſuggeſtione in malis actibus indurat. Notandum etiã quòd qui bonis alterius *1. Pet. 5*

arridet ſanctis conſentit:qui ueto inuidet, diabolis. Siquidem magis puto eius ſaluationem ſperandam, qui parum boni facit, & henefactis aliorum fauet, quàm illius qui multa & inuidet. Is etenim cui benefacta aliorũ placent:ſi damnatus etiam eſſet, iuſte taliter conqueri poſſet: Ouos ſancti ſemper de ueſtra iuſtitia iuſte lætatus fui: itaque ſi beatitudinis ueſtræ particeps nõ fuero:inde damnationem accipiam unde ſemper gaudebam.

De ſimilitudine inter deum & quemlibet regem ſuos iudicantem. Cap. 46

Inter ſaluandos ſiquidem & damnãdos ſic deus diſcernit: quomodo rex quidam inter fideles & infideles imperij ſui. Hic itaq; rex præparato ex una parte conuiuio magno, et ex alia parte quodam carcere tenebroſo, diſpoſuit: quia quoſcunque ſibi fideles poterit comprobare poſtquam omnes congregati fuerint, facit ſimul diſcumbere: quoſcunq; autem ſibi eſſe infideles cõuincere poterit: poſtquam & ipſi fuerint congregati in tenebroſum illũ carcerẽ ſimul facit detrudi. Omnes itaq; ad ſe inuitat, ut quis fidelis, quis'ue ſit infidelis agnoſcat. Horum autem fidelium & infidelium qui omnes inuitantur, alij præcedunt, alij ſubſequuntur. Fidelium igitur cuicunque, ut uenerit poſtquam uere eſſe fidelis comprobatus fuerit: datur miſſũ interea ſibi donec cõueniant omnes qui cum eo ſunt cœnaturi, ut ſimul incipiãt omnes epulari. Infidelium ut uenerit quiſq; poſtquam cõuictus fuerit infidelis eſſe: flagellatur interim uſquequo congregentur et alij qui cum eo in carcerem ſunt detrudẽdi, ut ſimul in eo incipiant omnes cruciari. Mox ergo ut fuerint omnes congregati, & fideles uel infideles eſſe fuerint comprobati. Hi ſimul omnes in conuiuium collocati ſatiantur: illi uero in carcerem truſi fame & ſiti moriũtur. Hic igitur rex ipſe deus eſt, qui ſic diſcernit inter bonos & malos mundi iſtius. Ipſe etenim præparato hinc paradiſo, hinc inferno, conſtituit: quia quoſcunq; ſibi fideliter obſequẽtes inuenire poterit, poſtquam omnes ad eum ex hoc ſeculo tranſeuntes fuerint congregati, inſimul omnes in paradiſum in corpore & anima collocabit. Quoſcunque uero reperire poterit præceptis ſuis reſiſtẽtes, poſtquam & ipſi conuenerint: omnes ſimul in infernum horribiliter cum diabolo detrudet. Omnes itaq; p prædicatores ſuos ad ſe inuitat: ut quomodo ſibi quiſque uelit obedire agnoſcat, uerum eius prę ceptis alij obediunt, alij uero reſiſtunt. Vtrorumq; autem alij prius, alij moriuntur poſterius, eius examini repræſentantur. Quicunq; itaq; ei obediens fuiſſe cõprobatur, requies ei ſed in anima ſola interim datur: quicunq; uero de inobedientia conuincitur & ipſe in anima ſola cruciatur. Poſtquam autẽ omnes mortui, & ut dictum eſt, ſigillatim examinati fuerint, finitoq; ſeculo cunctiſq; reſuſcitatis, illud etiam generale iudiciũ peractum fuerit, boni omnes in cœlum trãslati in anima, ſimul & in corpore lætabuntur: mali uero in infernũ detruſi & ipſi in anima, ſimul & corpore torquebuntur.

De quatuordecim beatitudinibus corporis & animæ. Cap. 47.

Multi homines quibus cõnunquã boni mores & iuſta opera proponuntur, ut & ſe in eis, ſeculi poſtpoſita uanitate exerceant, admonẽtur: inquirere ſolent quamobrem, quo præmio: qua retributione. Reſpondetur itaque illis quod ſcriptum eſt: Quia nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit deus diligentibus ſe. Quod cum illis non clare quid ſit aduertere poſſunt, repetitur hoc ipſum alijs uerbis & dicitur eis præmiũ quod his qui in hac uita Deo ſeruiunt: in futura uita recompenſatur uita æterna, beatitudo æterna, æterna iocunditas, ſufficientia ſimul om- *Eſa. 64* *1. Cor. 2*

nium commodorum ſecũdum uoluntatem, & ſine omni indigentia. Hæc ergo cum illis hoc modo dicũtur, bona quidem & magna ut ſunt, uidẽtur: ſed quia non intelligunt quid in ipſa uita habituri ſint: nec ſubito qd ſit omniũ commodorum ſecundum uoluntatem ſufficiẽtia, & ſine omni indigentia percipere poſſunt, hærent animo nec multum efficaci ſapore ad audita trahuntur. Quid igitur agendum, ut hæc illis aliquatenus ſapiant, et ſic ad bona opera euigilent? Puerorum more cibãdos æſtimo eos, qui ſi aliquando groſſum aliquod pomum edendum percipiũt, illud ob dẽtium teneritudinem & oris anguſtiam aſſumere nequeunt, ſi pro illorum capacitate prius nõ fuerit particulatim diuiſum. Itaq; diuidamus in partes magna quæ diximus, ut inde poſſint ad uitam nutriri, de quibus agimus. Quæ ut melius eluceant, conſideremus quæ in hac uita mens auidius amet humana, & ex his prout poſſumus cõiectemus illa eos habituros in uita æterna. Multo excellentius ſiquidem inter multimoda mundi pericula conſtituti, domini fuerint præcepta ſecuti atq; cum ipſi illius adepti fuerint plenitudinẽ deſiderĳ ſui, ſe nequaquã fraudatos percipiẽt. Hoc igitur ut prætaxauimus faciam⁹, & a minimis paulatim progrediamur. Quatuordecim igitur ſunt beatitudinis partes, quas finito generali examine, perfectius omnes electi habebunt, totidemq; miſerię genera quæ mali tunc ſuſtinebunt. Hæ autẽ beatitudinis partes atq; miſeriæ, ſic ſibinuicem ſunt omnino contrariæ quomodo & ipſi qui eas accipiunt in remuneratione.

Quæ ſint quatuordecim partes beatitudinis. Cap. 48.

Partes uero beatitudinis ſunt, pulchritudo, agilitas, fortitudo, libertas, ſanitas, uoluptas, longæuitas, ſapientia, amicitia, concordia, honor, poteſtas, ſeçuritas, gaudium. Iſta ut æſtimo ſunt quæ propter ſe & ꝑpter quæ alia quæq; ab hominibus appetũtur. Si autem in his aliqua ſunt quæ aliquando ſerui dei non modo non appetunt, ſed etiã magnopere in hac uita curare ſubterfugiunt. Vt ſunt uerbi gratia, pulchritudo corporis atq; uoluptas, utiq; idcirco non ea fugiunt, quo'd hæc naturaliter nolint: ſed ne deũ in his quoquo modo poſſint offendere. Nam ſi per ea nihil offenſionis in Deum contrahi poſſe certe ſentirẽt, uel ſe ab æternorum amore bonorum impediri non pertimeſcerent, profecto iocundius in ipſis qua'm in eorum contrarĳs ſe deducerẽt. Partes uero miſeriæ quatuordecim prælibatis beatitudinibus contrariæ hæ ſunt.

Quæ ſint quatuordecim partes miſeriæ. Cap. 49.

Turpitudo, ponderoſitas, imbecillitas, ſeruitus, infirmitas, anxietas, uitæ breuitas, inſipientia, inimicitia, diſcordia, dedecus, impotentia, timor, triſtitia. Notãdum quo'd ſicut ſeptem priores illius beatitudinis partes ad corporis beatitudinem: ſeptemq; poſteriores ad animæ pertinent beatitudinem: ſic quoque ſeptem priores huius miſeriæ partes corporis ſeptemq; ultimæ miſeriam perficiunt mentis. Quicunque ergo illas omnes beatitudinis partes habere poterit, perfectam corporis & animæ beatitudinem poſſidebit. Quemcunq; uero has omnes miſeriæ partes tolerare contigerit: ſummę corporis & animæ miſeriæ ſubiacebit. Verũ in hac uita: nec unam illius beatitudinis & huius miſeriæ partem quiſquam poteſt habere, nec rurſus ex toto ea carere. In alia uero uita aut perfectam habens beatitudinem miſerię nullatenus ſubiacebit: aut ſummæ ſubiacens miſeriæ omnino beatitudine carebit, qđ ut totum comprobare poſſimus, per ſingulas beatitudinis atq; miſeriæ partes curramus.

De pulchritudine & turpitudine. Cap. 50.

Pars igitur prima beatitudinis eſt pulchritudo,& miſeriæ per cōtrarium turpitudo. Illam omnes habere, hac uero cōcupiſcunt carere. Verum hic neutram habere perfectam, uel neutra poſſunt carere. Quænam eſt illa ſpecioſitas hominis quæ multo eſt minor pulchritudine floris ſeculi? Quis enim ut lilium candet? quis'ue ut roſa rubet? Quia cum quantulamcūq; pulchritudinem habet, nec ſummæ turpitudini ſubiacet: nec ergo uel illam uel iſtam perfecte habere, nec eis in hac uita pōt omnino carere. In alia uero uita perfecte alteram habebit alteraq; omnino carebit. Pulchritudo etenim bonum quoddā eſt,& quod naturaliter a cunctis haberi amatur. In illa ſiquidem uita pulchritudo iuſtorum ſolis pulchritudini qui ſeptempliciter, q̃ modo ſit, ſplēdidior erit, adæquabitur. Vnde ſcriptū eſt: Fulgebunt iuſti ſicut ſol in con-
Mat.13 ſpectu Dei. Amplius, corpus Christi claritati ſolis prælucere neſcio quēquā poſſe ambigere Huic autem ſimiles teſte Apoſtolo erimus qui ait: Reforma-
Phil.3 bit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Hac aūt authoritate comprobata, ſiquis etiam uelit ſibi ratione cōprobari, credo nulli debere incredibile uideri iuſtos pulchritudinem ſolis in illa uita, ubi mortale hoc abſorbebitur tantūmodo ſortiri, cum uere dicātur & ſint templum & ſedes dei, quod nunquam in diuina pagina de ſole iſto uiſibili meminimus legi. Hoc igitur tali & tanta pulchritudine iuſtus rutilabit. Si uero iniuſtus fuerit, cœno et omni cadauere fœtidior erit omniq; fuligine turpior erit. Ibi ergo pulchritudinē perfectam aut ſummam habebit turpitudinem.

De agilitate & ponderoſitate. Cap. 51.

Secunda pars beatitudinis eſt agilitas, miſeriæ uero econtra pōderoſitas. Has uero nec omnino habere nec rurſus his homo pōt penitus carere. Nam quanta eſt hominis agilitas quam minimus paſſerum ſuperat: quia tamen quocunq; modo mouere ſe poteſt, nec ſummæ ponderoſitati ſubiacet, in futuro autē aut perfecte agilis erit, aut ſic ponderoſus ut ſe omnino mouere non poſſit. Sed uelocitas quæ pulchritudine non minus amatur, tanta nos comitabitur, ut ipſis angelis Dei æque celeres ſimus, qui a cœlo ad terras & econuerſo dicto citius dilabuntur. Quæ celeritas utrum ſit in angelis, ſi probari neceſſe eſſet. Exempli gratia dici poſſet hominem mortali adhuc carne grauatum mox a Iudæa in Chaldæam p angelū delatum, indeq; tradito prandio, quod deferebat ſine mora relatum. Ergo cum iſtis omnino par uelocitas nobis erit: quibus ſicut promiſſa eſt illorum æqualitas inerit. Apoſtolus etiam qui corpora noſtra quātacunq; locorū intercapedine ſeparata mēbratim fuerint ſiue diſperſa in ictu oculi aſſerit reſurrectura, ſatis innuit quam uelocitatem eadē corpora incorruptibilia ſint habitura. Corruptibile quippe hoc ſicut ipſe teſtatur, induet incorruptio- 1.Cor.
nem, & mortale hoc induet immortali- 15.
tatem. Huius quoq; uelocitatis exemplū in radio ſolis licet intueri, qui ſtatim orto ſole in plaga orientali pertingit uſq; ad ultima plagæ occidentalis, ut in eo perpendamus non eſſe impoſſibile quod de noſtra dicimus futura uelocitate: præſertim cū rebus animatis ſoleat ineſſe maior uelocitas quàm inanimatis. Huic etiā radio ſolis ſimile exēplum uelocitatis habemus in nobis. Radius quippe oculorū noſtrorum in ſubleuatione palpebrarum uſq; ad cœlum pertingit, & ictus earum totus in ſemet ac integer redit. Amplius conſtat quidem animas ſanctorum quæ iam cœleſtia tenent: necdum plena felicitate frui donec īcorruptibilitate corporum ſuorum potiantur: quam cum adepti fuerint, non erit quod amplius uelint. Hęc itaq; corpora ſi eas a ſua uelocitate aliquatenus tardiores aut gra

uiores efficere deberent: nimirum eos potius conſortium abhorrerent q̃ appeterent. Igit̃ ea quã diximus uelocitate dotabitur homo ſanctus, cum ad uetam uitam fuerit trãslatus. Malus uero tanto pœnarum pondere premetur: ut nec pedem quidem, uel manus uel aliquid ſui corporis poſſit mouere.

Mat. 22 Vnde et illud in euangelio. Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores.

De fortitudine & imbecillitate. Cap. 52.

Tertia pars beatitudinis fortitudo dicitur, miſeriæ uero imbecillitas quæ ei opponitur. Sed quę eſt hominũ fortitudo in hac uita, quorum pœnam nauim Echinus in mari retentat? Quia tamen homo imbecillia quędam ſuperare ualet, nec omnino imbecillitati ſubiacet. Itaq; nec fortitudinem perfectã, nec ſummam hic habet imbecillitatẽ. Verum præſtabunt uiribus quicunq; ſupernis meruerint ciuib9 aſſociari: intantum ut nullatenus illis quiſquam obſiſtere ualeat, uel ſi mouendo quid, aut euertẽdo uoluerit, a ſuo ſtatu quin illico cedat. Nec in eo q̃ dicimus maiori laborabunt conatu, q̃ nos modo in oculorum noſtrorum motu. Ne quęſo ſimilitudo illa angelorum, noſtro excidat ab animo quã adepturi ſumus in futuro, quatenus ſi in hac fortitudine, aut in his quæ dicturi ſumus ad exemplum non occurrit, uel ipſa per quam angelis adęquabimur, ad ea comprobanda proſit. Si igitur in quibus angelos ualere conſtat, noſtra nihilominus fortitudo ualeat: neminem autem qui dubitet puto exiſtere, angelos ea quæ uolunt fingi fortitudine. Cum igitur ſimiles eis fuerimus, nunquam imbecilliores illis erimus. Sed fortaſſis quæreret aliquis quid nobis tunc illa fortitudo præſtabit, cum ſingulis tam conuenienter, ut conuenientius nequeant ubique diſpoſitis nihil immutandum, nihil euertẽdum, nihil ſtatuendum ſit, in quo uires ſuas exercere poſſit. Qui hoc dicis paucis nobiſcum quid in huiuſmodi habeat uſus humanus attendat, & uidebit quia non ſemper omnibus quę habemus, & quæ non habere non parum gauderemus actu utimur. Sicut uerbi gratia, ipſo uiſu poteſtate aliqua nõnullarum ſcientia rerũ, & multis in hunc modum: ſic & tunc de qua agitur fortitudine erit. Sola nanq; poſſeſſio eius nobis grata erit, & exultatio grãdis: licet in actu nequaquam ſit neceſſaria nobis cũctis, ut dictum eſt, in ſuo ſtatu conuenienter locatis. Hæc eadem quæſtio, ſi aut de uelocitate, aut de aliqua beatitudinis partium mouetur, hac ſolutione ſi non aptiorẽ lector inuenirit, ſoluatur. In futuro igitur, ut iam prælibauimus, & ſic iuſtus fortis erit, ut etiam ſi uelit terram commoueri poſſit, & ſic econuerſo iniuſtus imbecillis, ut nec etiam uermes amouere queat ab oculis ſuis.

De libertate & ſeruitute. Cap. 53.

Quarta pars beatitudinis libertas dicitur, miſerię uero ſeruitus. Liber eſt qui cogi nõ poteſt ad ea quę nolit, nec prohiberi ab eo quod uelit. Sed quis in hac uita ualeat eſſe, qui hanc poſſit libertatem habere? quis non quotidie patitur quod nollet? q; ualeat aſſequi omne quod uellet? Quia tamen nõ ad omnia homo quæ nõ uult cogitur, nec ab omnibus quæ uult prohibetur: nec omnino libertate priuatur, nec omnino ſeruituti ſubijcitur. In futuro autẽ, aut perfectam habebit homo libertatem, aut omnimodam inibit ſeruitutẽ. Sed ut iam prædiximus, & authoritate apoſtolica idipſum cõfirmauimus, angelis conſimiles erimus. Quicunq; angelis aſſimilabuntur, eorum quoq; libertatem neceſſario aſſequẽtur. Itaq; ſicut angelis nihil obſiſtit, nec aliquid eos impedire poteſt, uel conſtringere quin pro uelle ſuo cuncta penetrent liberrime, ita non erit aliquod obſtaculum quod nos retardet: nulla clauſula quæ nobis ullatenus obſtet, non ele-

mẽtum quod nobis ad uelle noſtrum paruum omnino nõ exercet. Amplius certe dominicum corpus cui corpora noſtra configuranda Paulus teſtatur, ut iam ſupra meminimus, clauſo ſepulchro a mortuis ſurrexit: ac deinde ad diſcipulos obſeratis ianuis palpandũ introiuit, nobis quí in hoc futurę libertatis grande documẽtum reliquit. In illa etenim uita ſi bonus fuerit, nihil patiẽ quod nolit, ſed agere permittetur quęcunque uoluerit. Si uero fuerit malus ad omnia quæ noluerit cogetur, & ab omnibus quæ uoluerit prohibebitur.

De ſanitate & infirmitate. Cap. 54.

Quinta pars beatitudinis eſt ſanitas, miſerię uero infirmitas. Illa autem homo ab ortu ſuo carere, hanc autem incipit tolerare. Ex quo enim naſcitur prima uox eius indicat quòd patitur. Mox denique incipit eſurire, ſitire, laceſſere, ſuis in pannis ſordeſcere. Hinc cæcus uel ſurdus, mutus uel claudus cardiacus uel ſcabioſus, leproſus, paralyticus, alió ue morbo efficitur infirmus. Quia tamen eius infirmitas lẽiri quibuſdam medicamentis poteſt, nec ſummæ infirmitati ſubiacet: uerum in futuro, & ſic ſanus erit ꝙ nullatenus infirmabitur: ſed ſumma ſanitate perfruẽ. De hac ſanitate quid melius dici poterit, ꝙ̃ quod Pſalmiſta canit? Sa-
Pſal. 36 lus inquiens, iuſtorum a domino. Quibus autem fuerit a domino uera ſanitas, quæ ſurripere ualebit infirmitas? Verum de iſta ſanitate, quam in ſeculo futuro habebimus, quod exemplũ afferre queam, ut quæ ſic intelligaẽ nõ uideo: quia nil ſanitatis quod eſt: ei cõparare poſſem, aut ego in me, aut aliqs ſub mortali degens carne ſenſit in ſe: hic etenim tũc nobis ſani uidemur, cũ in nobis nihil quod dolebat ſentimus: fallimur tamen nonnunquam in hoc: nam frequenter in aliqua parte corporis infirmamur, nec tamen hoc ipſum niſi aut motu corporis, aut tactu aliquo ullo pacto experimur. Ac de his q nec ita infirmantur, ſed ex omni parte ſibi ſani eſſe uidẽtur, quid dicemus ut utrum ſint ſani aut nõ ſint, probemus? Pone tibi quemlibet ſaniſſimũ corpore, & de ſanitate illius ſciſcitare ſanus eſt ſuo iudicio. Hic talis paulo durius tangaẽ, aut in aliqua ſui corporis parte arctius conſtringatur, & ſtatim uidebis quia clamabit, ſine, lædis me, uexas me. Quid eſt hoc? nónne prius ſe eſſe ſanum dicebat: & nũc modice tactus ita dolẽter ſuccIamat: iſtẽne tibi ſanus uidetur? Nõ puto, nequaquam ſalus huiuſmodi nobis dabitur, quorum ſalus a domino futura eſſe promittitur. Nã
Apo. 21 abſterget Deus omnem lacrhymã ab oculis ſanctorum, & iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, neque ullus dolor: quoniã priora trãſierunt & non eſurient neque ſitient amplius, nec cadet ſuper illos ſol, neque ullus æſtus. Dextera. n. ſua deus teget eos, et brachio ſãcto ſuo defendet illos. Quid itaq; eis nocere ualebit, quibus dextera dei tegmentum erit? Qualis autẽ ſit illa ſanitas, certe ſcio me, nec meo, nec alicuius ſenſu uel experimento accepiſſe, febrium uero & diuerſarum infirmitatum qualitates ſi cuiuſmodi ſint qs interrogaret, facile eas a me expoſitas forſitan intelligeret, tamen quia ego illas in me tanquam ab eis accepi quæ ſint, qui eas experimento didicerunt in ſe. Ad quod nec ſenſu percepi, nec ab ullo qui percipit, ut dixi, accepi, nõ eodem modo credere, tamen & incunctãter, ut mea quidem fert opinio, aſtruere licet, ſanitatem uitæ futuræ ita uigere, & immutabilem ac inuiolabilem fore: ut ineffabili quadã dulcedine ſuauitatis totum hominem repelat, et omne quod alicuius in ſe uiciſſitudinis, mutabilitatis aut læſionis ſuſpicionẽ prætendere queat: procul arceat atque repellat. Sic igitur iuſtus erit ſanus, ac uero quemlibet iniuſtum tanta ibi infirmitate ſcias infirmari, ut nullo poſt modum medicamine queat medicari.

De uoluptate & anxietate. Cap. 55.

Sexta pars beatitudinis eſt uoluptas, miſeriæ uero anxietas. Illam homines appetunt, hanc uero refugiunt. Verum cum eam in hac uita quærunt, non niſi per anxietatem inuenire poſſunt. Cumq; ad id peruenerint quod uoluptatem putant, non niſi laborando eodem perfrui ualent: quo ſi etiam uſi fuerint imoderatius, rurſum eis in anxietatem cōuertitur. Quia tamen in eo qualitercunq; delectantur: nec omnimodam anxietatem patiuntur. Poſt hanc uero uitam aut in omnimoda uoluptate ſunt, aut omnino replebuntur anxietate.

De ſimilitudine ferri igniti. Cap. 56.

Sicut enim ferrum ignitum omni ſui parte continet ignem: ſic in ſe boni uoluptatē, mali uero in ſe ſentient anxietatem. Hanc uero uoluptatem neminē in hac mortalitate uiuentem eſſe puto, uel fuiſſe qui eam, ut eſt, ſenſerit uel guſtauerit, ut illius ſaporem uel habitudinem alijs declarari poſſit.

De duabus beatitudinibus totidemq; miſerijs. Cap. 57.

Dicamus tamen aliquid ad hanc declarandam. Dicamus duas beatitudines, & item miſerias eſſe duas, maiorem uidelicet atque minorem. Maiorem, regnū Dei, minorem uero in qua Adam fuerat primo poſitus, paradiſi gaudium dicimus. Item maiorem miſeriam, æternum ignem gehennæ, minorem autem ærumnas fatemur uitæ præſentis: quas dum uiuimus inceſſanter patimur. Beatitudinem quippe neutram aliquando experti ſumus. Quod ſi ſaltem illam paruam beatitudinem quam Adam in paradiſo poſitus habuit, experti eſſemus, forte per hāc illam maiorem, aliquo modo coniectando uidere poſſemus: ſicut nūc in minori miſeria nati, nutriti, & adulti, multa de maiori miſeria quoties uolumus edicere & explanare ualemus. Itaque cum uoluptas, de qua agimus, conſtet eſſe una portio ſummę beatitudinis, quo illam modo explicemus ut capiatur non uideo: niſi forte illud agamus aliqua contraria ſimilitudine magnæ miſerię, quam ex minore coniectamus. Sic igitur ante oculos cordis poſitus, exempli cauſa, homo aliquis qui tam in ipſis oculorum ſuorum pupillis, quā & in ſingulis membris ferrum ignitum, & candens infixum habeat: ita ut nec medullæ, nec inteſtina, nec omnino quicquam in toto ipſo cruciatu, immanitate illius careat, uel eam leuius q̄ in oculis aliquatenus ſentiat. Quid dicam, anguſtiatur? Quis hunc æſtimet ſanæ mentis inter iſta? Eodem modo, ſed penitus contraria conſideratione, in illa futura uita delectatio quædam ineffabilis bonos inebriabit, & ineſtimabili dulcedine ſui totos eos inenarrabili abundantia ſatiabit, quid dixi totos? oculi, aures, nares, os, manus, guttur, cor, iecur, pulmo, oſſa, medullę, exta etiam ipſa & cūcta ſigillatim ſingulaq; membra eorum, in communi tam mirabili delectationis & dulcedinis ſenſu replebuntur, ut uere totus homo torrente uoluptatis Dei potetur, et ab ubertate domus eius inebrietur. Verum ecōtrario, ut dictum eſt, credimus de iniuſto.

De longæuitate & uitæ breuitate. Cap. 58.

Septima pars beatitudinis eſt lōgæuitas, miſeriæ uero uitæ breuitas. Illa beatitudinem corporis, hæc autem miſeriam perficit. Tunc enim primū prædictas beatitudinis partes corpus habere poteſt, cum eas diu retinere ualet. Nam ſi eas omnes haberet, & ſtatim moriendo amitteret, quid eas ſibi habuiſſe prodeſſet? At longæuitatem habere perfectam nō poteſt, qui aliquando moriturus eſt. Quantumlibet enim uiuat diutius, ſomnium ſibi eſſe uidetur quod uixit cum moritur: non ergo longæuitatē homo hic habet, ubi quandoq; moriturus eſt: qui tamen ſi mori

citius poſſet, nec uitā omnino breuem hic habet, in futuro autem aut longiſſimam, aut uitam habebit breuiſſimam. Si enim bene uixerit nunc, tunc uiuet quantum & Deus. Vnde ſcriptum eſt: Iuſti autem in perpetuum uiuēt. Si uero male uixerit, non niſi moriendo uiuere tunc poterit. Nihil ergo breuius illa uita, cui mors fuerit ſemper iuncta. Nunc autem notandum, quia ſeptē prędictæ beatitudinis miſeriæq́; partes ad corpus pertinent, cæteræ uero quæ ſequuntur ad animam.

De ſapientia & inſipientia. *Cap. 59.*

Octaua itaque pars beatitudinis ad animam pertinens eſt ſapientia, miſeriæ uero inſipientia. Illā habere, hacq́; carere homo ſe ęſtimat: ſiquid agnouerit quod alius neſciat. Sed quæ eſt eius ſapientia, qui ſeipſum ignorat? Quis enim perfecte agnoſcere ualeat cuiuſmodi res ſit anima ſua, quis'ue nouit quale ſit corpus eius interius, uel quale poſterius uel etiam exterius? Quia tamen & ſe alia quoquo modo cognoſcere poteſt, non omnino inſipiens eſt, uerum in futuro aut perfecte ſapiens, aut omnino erit inſipiens. Sapientia igitur quam omnes in hac uita non utiliter amant, tanta in futura uita bonis erit, ut eorum quę ſcire uoluerint, nihil ſit quod ignorent. Bonus enim perfecta quæ Deus eſt, ſapientia replebitur, eamq́; facie ad faciem intuebitur. Quā dum ita perſpexerit, creaturę totius naturam uidebit, quæ in deo melius quā in ſeipſa conſiſtit. Tūc etenim iuſti cuncta ſcient quæ Deus fecit ſcienda, tam ea quæ præterita, ꝙ ea quæ poſtmodū ſunt futura. Ibi a ſingulis omnes, ibi ab omnibus ſinguli cognoſcentur, nec quēquam omnino latebit qua patria, qua gente, qua ſtirpe quis editus fuerit, uel quid etiam in uita ſua fecerit. Hic fortaſſis aliquis ait.

Quòd peccata ſingulorum ſingulis pateant. *Cap. 60.*

Quid eſt hoc? peccata quę feci ſcient omnes. Ad hoc ea confeſſus ſum, ut delerentur & obliuiſcerētur, ut nulli amplius pāderentur, bene. Sed cum tu in illa gloria ab omni criminū ſorde purgatus uultui Dei præſens aſtiteris, ingratus ne ei poteris eſſe pro tanta miſericordia quā tibi fecit, remiſſis illis & illis delictis? Non, inquies. Et unde inquam gratias ages, ſi nihil eorum unde iure gratias illas debeas, in tua memoria habeas? Vt igitur in laudibus illius æternaliter iocunderis, per quæ quanta miſeria ſis erutus, utputo corām habebis. Cum ergo ſingulorum conſcientiæ ſingulis pateant, fateri audeo ea quoq; peccata cūctis electorum patere: pro quorum curatione tu deo gratioſus exiſtis aſſidue, non ad tuam cōfuſionem, ſed ad magnam Dei miſericordiam eiuſq́; glorificationē tuamq́; congratulationem. Non enim tūc pro peccatis tuis te maior anguſtia cordis premet, ſcelerum'ue tuorum magis pudebit, ꝙ aliquem olim magnis uulneribus fauciatum, iamq́; ex omni parte ſanatū, aboliti languoris moleſtia premit. Vel nunquid eorum quæ in cunis poſitus infans egerat, nūnc grandæuū pudet? Tunc quippe cum integra ſanitas, perfecta munditia, plena remiſſio, ſecura omnium offenſionum impunitas tibi certo arriſerit, cognitio uel recordatio peccatorum tuorum in nullo tibi magis horrori eſſe uel confuſioni ualebit, ꝙ eſt modo beato Petro apoſtolorum principi, qui Chriſtum negauit, abnegatio ſua, beatæ Mariæ Magdalenę peccata ſua, & multis aliis multa quæ ſequuntur iam donata crimina ſua. Verum ſuper hoc agnitis delictis uelut in enormi ac fœda īfirmitate ſua pietas, uirtus, ſapiētia medici qui te ſanauit ſublimius a cunctis admirabit, laudabitur, magnificabitur. Laus aūt & magnificentia gloriæ dei, tua ſi bene aduertis gloria eſt. Sed dices: Et qdem conſentio laudē Dei gloriam eſſe meā, uerum cum hinc inde tot et tot ad mei

compatationem

comparationem innocentes prodeant, qui conſideratis uitæ meæ obſcœnitatibus, me omnino ſicut æquũ erit, horrori habendum iudicent, quid dicã triſtitia nempe ſuum & ſuũ iniuſtitia præmium exigit. In his frater nolo timeas, aliter enim erit ꝙ exiſtimas, illũ ſiquidem quem tu tibi comparatum iudicas innocentem penitus, non ibi reperies de te, quemadmodum putas ſentientem. Nanq; uidẽs ille de quo agis, planè nequaquam intelliget te, nequaquam ſe, ſed Deum quãdo peccaſti offendiſſe, cũ ergo uiderit Deum tibi debita funditus dimiſiſſe, nec in cor aſcẽdet, ut te inde aliquatenus iudicet. In hoc enim ipſe Deũ offendere ſe cognoſceret, ſi te Deo per omnia reconciliatũ pro his quæ olim feceras ullatenus cõtemnendum cogitaret. Magis aũt gratiosus ineffabilem dei clementiam admirabitur: nõ ſolum in te, ſed etiam in ſe. In te, qa te de tam profundo iniquitatis eripuit: In ſe, quia ſola gratia eius ne itidem in profundum rueret: tenuit ſe, laudando igitur magnificabit in te poſt gratiam dei, uim atq; cõſtantiam quibus enitens uoraginem tanti mali uiriliter euaſiſti: iuxta quam quod & ipſe cõſiderabit niſi à Deo adiutus fuiſſet: nõ ita forſitan iter iuſtitię tenuiſſet. Vides igitur quoniam nihil improperiũ uulgata cognitio peccati tui, immo quàm multum laudis & gratiarum cognita remiſſio ſui generabit.

Altercatio inter hominem iuſtum & angelum. Cap. 61.

Ipſi etiã angeli ſi te ſocietate ſui propter peccata tua indignum uellent iudicare, haberes qualiter cõtra eos iure te poſſes defenſare. Quo nam inquis modo? audi, propone angelũ aliquem quaſi talia tibi improperantem: Tu homo de puluere factus: tu puluer quandoq; futurus, cõtra Deum te extuliſti, contra præceptum eius te in cœnũ omnis peccati & immũditię tumidus deieciſti, & nunc noſtri ſimilis eſſe quæris, quos nunquam in aliquo uolũtati Dei contraiſſe cernis? Ad hæc ita reſpõdeas: Si ego ut tu dicis de puluere factus ſum: certe nõ mirum ſi uento tentationis impulſus: in ſordes ſum criminum lapſus. Verum agnita & credita miſericordia Chriſti, ſpretis omnibus quæ illum nolle ſcire potui, in cunctis quę illum uelle intellexi memet ipſum exercui. Vnde tribulationes, anguſtias in fame, ſiti, & uigilijs, uerberibus, contumelijs, alijſq; modis innumeris ad honorem eius, ſuſtinere non tenui, & quæq; mundana pro uiribus meis nihilipendens, ipſius tãtummodo ſolius gratiæ per ſingula reconciliari ſtudui. Vos autem quid horum unquam ſui cauſa ſuſtinuiſtis? ſemper uos gloria: ſemper iocunditas eſt comitata, ſemꝑ uos tenuit dextera Dei atque defendit ab impugnatione omnis peccati: ita ut nulla uobis ſurriperet macula eius. Itaq; ſi a uoluntate illius nõ cecidiſtis, ipſius donum eſt, a quo iugiter tenti eſtis. Sed qa hæc ratiocinatio illos tantummodo reſpicit, qui perditioni ſuæ uim fecerunt, & regnum cœlorum uiolenter rapuerunt. Alij qui in illo ſunt, ſed alio modo intraturi, alia rõne paritatem angelorum ſibi ſunt uẽdicaturi. ſed quæris quæ forſitan iſta? Dicent ergo illis ꝙ in regno Dei ueſtra q̃rimus æqualitate beari, dono & gratiæ Ieſu Chriſti domini noſtri id aſcribimus, q ad hoc dignatus eſt homo fieri, pati, mori: ut nos ab omni delicto in ſanguine ſuo iuſtificatos ipſius regni conſortes efficeret. Vos igitur conſiderate an ſanguis Chriſti, qui pro nobis eſt effuſus, queat nobis non eſſe perfecta cauſa ſalutis? Quid ad hoc angeli qui libẽter eo ꝙ boni ſunt, rationi acquieſcere uolunt dicerent, niſi quæ dicta ſunt ratione niti, & huiuſmodi homines iure ſuam ęqualitatem debere ſortiri? Cum itaq; angeli atq; homines quos magis te iudicaueras innocentes tibi conſentiant, tibi in cunctis pro ueritate rõnis

honorem deferant, perpende ſi uales q̄ grata ſit ſapientia iſta: qua tu ſicut ab omnibus, ſic omnes a te cognoſcentur in uita illa. Si autem fueris malus, uera omnino ſapientia priuatus, tantis urgeberis doloribus, ut non ſolū inſipiens, uerū omnino fias & amens.

De amicitia & inimicitia. *Cap. 62.*

Nona pars beatitudinis eſt amicitia, miſeriæ uero inimicitia. Perfecta autem amicitia eſt quę in inimicitiam cō uerti non poteſt. Sed quis habet amicitiam tātam, etiam filius erga patrem? Quia tamen nec ullus habet hic inimicitiam tantam quæ conuerti non poſſit in amicitiam: nec omnino habet hic inimicitiam ſummā, in futuro autem aut amicitiam perfectam, aut inimicitiam quiſq; īueniet ſummam. Bonum etenim quenque ſic Deus omneſq́; alij diligēt boni, ut eum habere odio ultra non poſſint. Quantum nanque quiſq; ſeipſum, tātam & tandiu diliget & alterum: nec enim uideo quomodo aliter eſſe poſſit, præſertim cum omnes unum corpus Chriſti ſint, & Chriſtus qui eſt ipſa pax ſit omnium caput, nec minori ſeſe affectu complectanī, quàm membra unius corporis ſibi inuicem copulantur: putas abundans eris in dilectione quando hoc tibi fuerit in poſſeſſione. Attamen iſta tranſi & contemplare ipſum, per quem hæc bona tibi peruenere, & percipies: quia ille plus quàm tu teipſum, & quàm omnes alij ſe incomparabiliter amet te, et tu ſuper teipſum, & ſuper omnes alios ineffabili quadam ſuauitate illū amabis. Malum autem quenque ſic Deus omneſq́; boni habebunt odio, ut nec filius quidem pietatem habeat de patre in pœnis conſpecto.

De concordia & diſcordia. *Cap. 63.*

Decima pars beatitudinis eſt cōcordia, miſeriæ uero diſcordia. Concordiā homo tam raram hic habet, ut nec ſibi ipſi ſemper cōcordet. Sic enim corpus & anima diſſident ſibi, ut quod unum appetit, alterum nolit. Verum quia nō ſemper hæc faciunt, ſed aliquando idē uolunt: non in diſcordia ſumma perſiſtunt. In alia uero uita, uel in concordia, uel in ſumma perſiſtunt diſcordia. Corpus enim & anima cuiuſque ſancti, immo concordiæ tantæ erunt omnes iuſti, quantæ in præſenti ſunt oculi noſtri. Sicut enim oculus unus uerti non poteſt quo non uertatur & alius: ſed in eandem partem ſemper uoluuntur. Sic etiam corpus & anima, uel ſocietas illa iuſtorum nihil poterūt uelle diuerſum: ſed eandem ſemper uoluntatem habebūt. Corpus enim unum erimus: eccleſia una erimus, ſponſa Chriſti erimus, quicūq; ibi erimus. Ipſa dei uoluntas non erit a tua diuerſa, ſed ſicut tu quod ille: ita & ille uolet in cunctis quod tu, caput nanque a ſuo corpore quomodo diſcreparet?

Quòd omnes iuſti idem uelint. *Cap. 64.*

Sic forſitan dices: Eia ſi Deus & omnis ille beatorum cœtus uolent quod ego, tunc & augmentum mei boni me cum uolent quod ego ibi nō uelle non potero. Ero itaq; pro uelle meo de maioribus in cœlo. Huic tuæ imbecillitati reſpondeo. Quia ſi etiam beato Petro in gloria par eſſe uolueris, eris: in gloria dico, quia ut Petrus ſis in perſona, uelle non poteris. Nanq; ſi hoc uelles, teipſum nihil eſſe uelles, quod uelle nequibis. Sed nec in gloria illi ęquari, ſi meritis eius impar fueris uelle poteris: quia pulcherrimam illius corporis compoſitionem, quam in hoc conſpiceres uiolari, plus omni commodo amabis. Nec etiam in humano corpore, uel pes loco aut officio manus, uel manus pedis fungi exoptat, aut os ſiue naſus ubi oculi ſunt, aut oculi ubi os, aut naſus relictis ſedibus ſuis cupiunt transferri, aut ſi transferentur, conuenienter & ſine iniuria non id paterentur. Eodem modo in illa admirabili & glorificata diſpoſitione & æque diſpoſita glorificatione beate ciuitatis

dei,ita quiſq; quod adeptus fuerit ama bit,ut ſtatum ſuum potiori gradu immutari non uelit. Quare? Quia cuique ſatis erit ſua felicitas & beatitudo ſibi pro meritis ſuis miſericorditer imper tita. Amplius, ſibi qui iam tunc in ipſius corporis unitate locati fuerint,ma iora q̃ ſint adepti deſiderarent,eo ipſo miſeri eſſent,quo nõdum haberent qđ uellet. In quo enim alicui quod cupit deeſt,in eo miſer ſit neceſſe eſt. Sed abſit ab illo regno omnis miſeria. Aderit itaq; omnibus omnis ſufficientia,quã perficiet in ſingulis unanimis & plena concordia. Mali uero in diſcordia tan ta perſiſtẽt:ut eorum corpus & anima ſemper diſſideant. Nam & corpus animam odio habebit,eo q̃ male unquã cogitauerit,& anima corpus,eo quod male cogitata opere compleuerit, pro quibus omnibus torquẽtur in pœnis.

De honore & dedecore. Cap. 65

Vndecima pars beatitudinis honor dicitur,miſeriæ uero dedecus. Honorari homo ab omnibus appetit,aut corũ uerbis aut factis. Verbis quidẽ, ut eũ collaudent factis aũt,ut ſibi eum præponãt. Sed cum honorẽ hmõi appetit, tale eſt,ac ſi unus mus quærat ab alijs laudari,eiſq; in regimine præponi. Hũc tamen honorẽ licet nullus ſit penè nemo poteſt hic ad plenum habere. Nullus enim uel imperator laudatur a cũctis,uel omnibus alijs præponitur:qa tamen nec ullus a cunctis hic blaſphematur,uel alijs omnibus ſubſternitur: nec omnino inhonorat̃. In futuro auiẽ aut honorabitur, aut econtra omnino exonorabitur, qui honor cuiuſmodi ſit,breui ſub exemplo conſideremus.

De paupere in regem adoptato. Cap. 66

Ecce ſit ante oculos noſtros poſitus aliquis pauper,omni ſolatio deſtitutus,ulcerum & aliarum infirmitatum fœditate corruptus,& omni quo uel a frigoris aſperitate defendatur,tegmine nudus. Hunc igitur talem tali modo iacentem, & in nullo ſemet iuuare ualentẽ,ſi rex aliquis pontentiſſimus trãſiens uideret,& miſeratus eius ulceribus mederi iuberet,curatumq; ſuis re galibus ornamentis indutum, ſibi præſentari præciperet, & adductum in filium adoptaret,ac deinde præciperet, ut in regno ſuo filius ſuus a cũctis haberetur,atq; in nullo quod imperaret, a quoquam contradiceretur,hæredem ſuum filijq; ſui proprij cohæredem cõſtitueret,& eũ ſuo nomine uocari uellet,nõnne diceres hũc magnifice et ino pinate honoratũ? Et certe deus nobis hæc omnia faciet. Nati enim de putredine carnis replemur multis miſerijs, in quibus miſerijs conſtitutos,& omni ſolatio deſtitutos,omniumq; infirmitatũ paſſionibus obnoxios:ac peccatorum & corruptibilitatis ulceribꝰ plenos,ſola miſericordia ductus accipiet,& curabit nos,& ſanitati reſtitutos,ornamentis perfectę iuſtitiæ & in corruptibilitatis ornabit,adductoſq; in filios ſuos ſibi adoptabit regni ſui cõſortes efficiet et hęrdes, filioq; ſuo unigenito ſibi per omnia æquali et co omnipotenti concorporales ſtatuet & cohęredes,omniq; creaturę iubebit,ut in omni qđ uolemus nobis obediat, uocatoſq; nos nomine ſuo deos faciet. Ipſe enim dicit:Ego dixi,dij eſtis,& filij excelſi oẽs,ſed ipſe deus deificãs eſt, *Pſal. 81* tu uero deus deificatus. At fortaſſe ais, hæc ratio tua in illis quidem magnis apoſtolis ſeu martyribus põt exiſtere rata:in me aũt qui utinam inter illos uel minimus eſſe merear, nõ intelligo quo nam pacto cõſtare queat. Ad hoc intende quæſo & intellige, quia nullũ iuſtorũ ab iſta deitate excepit deus,ubi ait:Dij eſtis,& filij excelſi omnes.

De ſimilitudine inter ignem & deitatem Cap. 67

Verum ut dicta melius eluceant,cõſidera ſub exemplo naturã ignis & naturam rerum ignitarum,ſi forte ibi aliquatenus queas imaginari qualiter illi ſummæ deitati pro modulo tuo poſſit

participādo deificari. Ecce ignis unus eſt,& in ſua natura calidus. In hūc igitus ignem pone lignum, plumbum & ferrum ſimul, itaq; cum lignum fuerit in carbones conuerſum, & plumbum liquefactū: ita ut in carbonibus nihil niſi ignis appareat, & plumbo nihil caloris addi queat: necdū tamen poterūt ferro in calore coæquari quod nondū forſitan penitus incanduit igni. Licet igitur aliud alio magis in calore profecerit, ſingulum tamen ſeruata natura ſui uſitato locutionis modo: quia qđ ignitum eſt, per ſe dicitur ignis. Sic erit in illa beata ſupernorum ciuium ſocietate, de qua loquimur. Nam quemadmodum hi qui ſummæ deitati ſunt ꝓpinquiores, & ob hoc alijs præſtantiores, dij dicentur: ita & qui illis ſunt inferiores: quoniā una & eadem qua & ipſi ſummæ deitati pro ſua capacitate participant, ſimili nomine deos dicendos neceſſe eſt. Talis honor, ut prælibauimus, iuſtis pro modo meritorum exhibebit. Quiſquis uero malus econtra ſic exhonorabitur, ut in omni fœtore deiectus, uermium etiam dominio ſubijciatur.

De potentia & impotentia. Cap. 68

Duodecima pars beatitudinis eſt potentia, miſeriæ uero impotentia. Veram ille potentiam obtinet, qui quæcunq; uoluerit, facere poteſt. Quod qa nullus hic ualet facere, nec ueram hic potentiam poteſt habere: quia tamen quandoq; quod uult facere poteſt, nec omnino impotentiæ ſubiacet. Verum in futuro, aut uere præpotens, aut erit omnino ſemperq; impotēs. Bonus autem quicquid uoluerit facere poterit: quoniam ipſum omnipotentem in omnibus ſuæ uoluntati cōcordantem habebit. Malus uero nihil quod uelit agere quibit. Quando ergo cum tanto honore, & cum cæteris prætaxatis hanc adeptus fueris omnipotentiam, nō uideo qua ratione poſſis cupere ampliorem. Igitur duo poſſeſſione harū beatitudinum quas digeſſimus, felix fueris, nónne ſufficiens tibi uideberis? Et maxime, inquis. Age igitur ſi in omnibus iſtis uel una die, ſicut expoſita ſūt, ſecurus uiueres, gauderes, ſine dubio. Si aūt menſe, uel uno anno lætificaueris, & ſi toto tpe uſq; tuę quid faceres? Dares pretium? utiq; libens quicqd haberem, & meipſum inſuper, ſi ſic & nō alter ea adipiſci ualerē. Si uero ad hæc omnino ſecurus exiſteres, q ea dum uiueres nullo euentu amitteres, omitto dicere, utrū uel cogitare poſſis, an nō, quid exultationis tibi deeſſet?

De ſecuritate & timore. 69.

Tertiamdecimā itaq; beatitudinem parē accipe ſecuritatem, miſeriæ uero timorē. Hæc alias ſiquidem oēs beatitudinis partes cōfirmat, nec haberi poſſunt perfecte ſine illa: uerum in hac uita nihil quis poteſt habere, unde ſecurus ualeat eſſe. Sub eodē enim momento pauper ex diuite motuus ex uiuo poteſt exiſtere. Ergo nec alias beatitudinis partes, nec ſecuritatē perfectam hic habet: quia tamen non ſemper patitur quod timet, ſed qñq; effugere pōt: nec ſummū timorem hic habet. In futuro aūt aut ſecuritatem perfectā, aut contra ſummū habebit timorem. Bonus autem quicquid uoluerit habebit, & nihil ex eo ſe amiſſurum timebit.

Quòd nullus amittat iam ſemel adepta bona. 70

Dico enim, quia ſi ea perditurus eſt, aut ipſe uolet ea perdere ſua ſpōte, aut deus uolet ei nolēti illa auferre, aut aliquis alius deo fortior ſuperueniens ea tollat ab illo, deo & ipſo non uolente. Sed certe nec ipſe abiecto tanto bono in miſerias quas ſe euaſiſſe gratioſus exultabit recidere uolet, nec deus qui illud tam larga & clemēti bonitate donauit, id ei aliquando auferre uolet, nec ullus fortior deo ſuperueniet, qui deo iuſtum protegente, hoc illi inuito aliquatenus tollet. Malus uero & ſemper tormēta quę patietur pauebit,

& nunq;

& nunquam ex eis euadere poterit.

De gaudio & triſtitia. Cap. 71.

Quartadecima igitur beatitudinis pars gaudium, miſeriæ uero triſtitia eſt. Gaudium perfectum ſolus ille poteſt habere qui prædictas omnes beatitudinis partes poteſt obtinere. Quarum quia ullam nemo hic habere poteſt: patet quia nec gaudium ſummum hic retinere ualet, ſic & ille ſolus uere triſtitiam pariter ſummam, quem prędictæ oẽs miſeriæ partes omnino coartant. Verum quia nullus ex toto hic eas patitur, liquet: quia nec in ſumma triſtitia hic habeatur. In ſeculo autem futuro, aut lætitia aut triſtitia quiſq; replebitur ſumma. Bonus enim quiſq; omnino tunc poterit gaudere: quia prædictas omnes beatitudinis partes obtinebit perfecte: quid ergo beatius iſto quo tunc replebitur iuſtus gaudio? Adhuc tamen ad cumulum beatitudinis ſuæ aliud habebit unde magis poſſit gaudere, quia enim quiſq; ſic ut ſe alterum amabit. Patet quia ſic de illius felicitate, ut de ſua gaudebit. O quot igitur & quãta gaudia quiſq; obtinebit, qui de tot & tantis beatitudinibus ſanctorũ iubilabit. Quod ſi tãtum de aliis, quos ut ſe diliget gaudebit, quãtum de Deo quem ſupra ſe diliget exultabit? Gaudium enim erit ei intus & extra, gaudium ſurſum atq; deorſum: gaudium circumcirca, ubiq; gaudium plenum. Malus uero ecõtra triſtitia replebitur ſumma: qa omnes miſeriæ partes, quibus nihilominus ſe circũſeptum ſentiet, ineuitabiliter ſine fine patietur, & indeſinenter.

De cupiditate mundani honoris. Cap. 72.

Sic agunt illi, qui mundi huius honores appetũt: quomodo pueri qui ſequuntur papiliones. Papiliones enim cum uolant, tramitem rectum nunquã tenẽt, ſed huc illucq; ſe agitant, cumq; alicubi reſidere uideant, nec ibi diu morantur. Hos autem cum pueri capere uolũt, cito poſt eos currere ſatagũt: & quia non ad ſuos pedes, ſed ad papiliones intendunt, aliquãdo in foueam cadunt, ſeq; immaniter lædunt. Plerunq; uero cum eos uident alicubi reſediſſe, incedunt ſuauiter & caute, ut eos ualeant cõprehendere, quod dum faciũt, manibus quoq; plaudunt, & ad inuicem leni uoce dicunt. Ecce iam eos habebimus. Sed cum propius accedẽtes, eos apprehendere tentant, papiliones auolant, ſiquando uero eos apprehenderint, exultant de nihilo, quaſi magnũ quid fuerint adepti. Similiter autem faciunt qui huius mundi honores appetunt. Honores enim huius mundi nunquam certam tenent uiam, ſed incertis diuerticulis de uno ad alium tranſuolant. Cumq; ſub alicuius ſubſtiterint poteſtate, nec ibi diu poſſunt remanere. Hos ergo cum ſtulti homines aſſequi cupiunt, feſtinant poſt eos quibuſcunq; modis poſſunt, & quia non conſiderant, quo eos modo aſſequanĩ ſed ut quoquo modo adipiſcantur, ſępius in grauia crimina decidunt, qbus ſuas animas uehementer lædunt. Aliquando uero cum uiderint eos alicubi quaſi paratos ſibi eſſe, accedunt illuc latenter & multum callide: ut quaſi nullo ſciente ualeant eos obtinere, quo dum appropiant uehementer gaudẽt et exultant, ſed cum propius acceſſerint eoſq; ſe poſſe iam apprehendere putauerint, honores de manibus eorũ ſe excutiunt, & aliqua de cauſa ad alios aliquos ſe transferunt. Quos ſiquãdo adepti fuerint, gratulantur quaſi aliquem uerum honorem fuerint aſſecuti, cum ad ueri honoris culmen peruenire nõ poſſint, ſi non hos cum ſuorum ſatisfactione commiſſorum reliquerint.

De ſimilitudine inter Deum & aliquem dominum. Cap. 73.

Ita inter Deum & homines agitur, quomodo inter dominum aliquem & ſeruos illius, qui uulgo naturales uocantur. Si enim dominus naturali ſeruo aliquid iuſſerit: & ſeruus dño libẽn

ter obedierit, agit ſeruus quod debet et
quod domino placet. Si autem domini
ſui præceptis reſtiterit: gratiam ipſius
ſtatim amittit. Quam ſi uoluerit recu-
perare, ac deinceps domino ſuo fideli-
ter ſeruire: ſicut prius debuerat natura
liter feciſſe, ſi ei dominus tunc iuſſerit,
iurat quòd eius obediat pręceptis, eiq́;
fideliter ſeruiet quãdiu uixerit, quo fa-
cto dominus ei condonat qđ deliquit,
& ſi ita ſibi placuerit, aliquid proprie-
tatis unde uiuat habere concedit: Ve-
rũ aliquanto tẽporis tranſacto ſeruus
paulatim incipit quæ iurauerat obliui
ſci & ab amore domini ſui tepeſcit, Et
quia ea quæ dominus iubet, ſibi dura
uidentur prius, quædam poſtmodum
plura trãſgreditur, donec in omnibus
penè periurus habeatur, ſicq́; rurſus
domini ſui gratiam perdit, quã prius
recuperauerat ſponſione correctionis.
Quid ergo amplius faciet? quid aliud
promittere poteſt? Naturale ius corru-
pit, iuſiurandum uiolauit. Eſt tamen
aliud, quod adhuc faciendum inuenit
ſeruus. Licentia enim domini ſui ali-
quid retinuerat de proprietate unde ſe
poteſt, ut antea recõciliare. Poſtquam
ergo ſe erraſſe cognoſcit, ad dñm ſuũ
redit: eum exorans huiuſmodi uerbis:
Domine, inquit, cõfiteor meam iniqui
tatem, quia quod tibi naturaliter de-
bueram, quodq́; poſtmodum iureiurã
do promiſeram: totum ad meam tranſ
greſſus ſum miſeriã. Sed adhuc ſemel
indulge mihi, ſi placet quicquid deli-
qui & ego tibi reddam quicquid pro-
prietatis, per tuam licẽtiam hactenus
retinui: me autẽ ipſum ita in tuo ſerui-
tio aſtringam, ꝙ meam ex toto uolũta
tem dimittam, tuam uero inquantum
potero faciam. Et ut eã ſemper ualeam
implere, ponam me in illorum ſubie-
ctione, qui me illam ſciãt & uelint do-
cere & admonendo, corripiendo, caſti
gãdo faciant cuſtodire. De quibus om
nibus faciam tibi iuſiurandum ſi mihi
indulſeris quicquid hactenus deliqui.

Tunc dominus, & ego adhuc, inquit,
indulgeo tibi omnia quæ petis, ſi tu
omnia feceris quæ promittis. Sed hoc
ſcias, quia niſi hanc conuentionem cu
ſtodieris: uel ſi eam caſu in aliquo uio
laueris, niſi ad eandem pœnitendo re-
dieris per aliam conuentionem me pla
care non poteris. Eodem itaque modo
inter deum & homines agitur. Deus
enim primo homini quiddã præcepit,
cui ſi ille obediſſet, profecto feciſſet qđ
facere debuiſſet, & quod deo placuiſ-
ſet: ſed quia illius pręceptum pręterijt,
gratiam eius ſtatim perdidit. Hanc er-
go ſi uoluerit homo recuperare, ſicut
deus iubet, iurat in baptiſmate quod
audiuimus illum ſeruum iuraſſe. Sed
quia & hoc ipſum ſæpius tranſgredit,
relictis omnibus cum propria uolun-
tate monachus efficitur: aut ergo mo-
nachus ſaluabit, aut aliter damnabit.

De ſimilitudine inter diabolum & improbum placitatorem. Cap. 74.

Verum ſciendum eſt, quia ſic placi-
tat diabolus contra hominem: quomo
do improbus placitator contra alium
aliquem. Improbus enim placitator li
cet non habeat rectum, tamen propter
improbitatem ſuam ueniens ad placi-
tum, hoc quod eſt iniuſtum iuſtum, et
quod eſt iuſtum oſtẽdere uult iniuſtũ.
Sed cum eum aliquis iuriſperitus au-
dit: & quia nõ rectam habeat cauſam
agnoſcit, iudicat eſſe iniuſtũ quod ille
dicebat iuſtum, & eſſe iuſtũ quod ille
aſſerebat iniuſtum: ſicq́; ille conuictus
à placito diſcedit dolens ꝙ aliquid fa-
cere non poterit. Sed aliquanto tẽpore
tranſacto poſtquam hoc iudicium pu-
tat obliuioni eſſe traditum, rurſus ſuã
incipit cauſam, dicens ſibi fieri iniuriã.
Quòd ſi aliquis ſibi dixerit, hoc iam
eſſe diffinitum, dicit non recte eſſe iudi-
catum. Sed ille qui ſemel iam uicit, nõ
attendat ad ea quæ dicit, ſed tantum di
cat: quia qđ ſemel eſt bene diffinitum,
non eſſe iterum incipiendum. Sic enim
ſine labore ſemper ab inimico ſuo ſe li

berare poterit. Similiter autem diabolus placitat contra hominem. Locus autē placiti huius eſt cor hominis alicuius. Ad hunc itaq; locum diabolus uenit ad placitum. Et licet ſciat ꝙ rectum non habeat, tamen ibi aſſerit uerum eſſe quod falſum eſt, & ecōtra. Ibi nanque dicit cogitationē quam immittit, ueram eſſe, ſcilicet ꝙ homo debeat mundum diligere, diuitias & honores appetere, deſideria carnis adimplere, hæc & his ſimilia facere, quod quidem falſum eſt. Ex alia uero parte dicit eſſe falſum ꝙ homo debeat mundū relinquere, diuitias & honores contemnere, deſideria carnis abſcindere, eleemoſynis peccata ſua redimere, monachatum demum accipere, hæc & alia plura facere. Quod totum uerum probat eſſe. Sed cum aliquis qui inter rectos non rectosq́; cogitatus ſcit diſcernere, audit diabolum in corde ſuo hæc dicere, iudicat iniuſtum eſſe cogitatū, quē ille eſſe iuſtum dicebat, & eſſe iuſtum quem iniuſtū affirmabat. Et hoc iudicio facto abijcit iniuſtum & ſequitur iuſtum, contemnensq́; ſeculū accipit monachatū. Sicq́; diabolus conuictus a cordis placito recedit, contriſtaturq́; quia uincere nō potuit, ſed poſtquam ſperat diabolus, qa homo oblitus fuerit quod antea ſic iudicauerat, putans eum in aliqua parte poſſe inuenire immunitum, ad eundem locum cordis reuertitur, renouatoq́; placito quaſi non recte diffinitio cōqueritur. Quod ſi ille pro certo cognouerit, quia rectū iudicauit in eo ꝙ ſeculū relinquēdum eſſe cenſuit, diabolus ſtatim non eſſe rectū reſpondet, ut eum tam cito uel ita omnino deſereret, adhuc poſſe ſibiipſi remanendo in ſeculo indulgere, pauperibus uel ſuis ad eū reſpicientibus ſubuenire. Sed ille qui ſemel mundum ipſumq́; diabolum recte ſuperauit, non curat ea quæ fraudulenter illi dicit, ſed firmū tenet: quia quod ſemel iuſte eſt ſtabilitum, nō eſſe denuo deſtruendū. Et quod rectè diffiniuit relinquēdum, non eſſe iterum appetendum. Sic enim facile deo ſubueniente diabolum poterit ſuperare.

De ſimilitudine inter deum & quemlibet regem, Cap. 75.

Deus ipſe ſic inimicitias exercet aduerſus diabolū, quomodo rex quidā contra principem quendam inimicum ſuum: his autē rex habet in regno ſuo uillam admodum amplam.

De regno & uilla & caſtello & diuigione. Cap. 76.

In uilla uero caſtellum quoddā, ſupra caſtellum aūt unum diuigionē. In uilla quædam domus ſunt ualidæ, plures inualidæ. In caſtello autē firmitas eſt tanta, ut ſi aliquis illuc confugerit, niſi inde redierit, ab aliquo lædi nō poſſit. Tanta uero ſecuritas eſt in diuigione, ut ſi quis illuc ſemel poterit aſcēdere, nunquam eum inde libeat redire. Hæc autem omnia ille rex habet in poteſtate ſua. Inimicus uero eius eſt ita fortis, ut quicquid extra uillā inuenit, ſine ullo obſtaculo comprehenſum abducit. In ipſam quoq; uillā ſæpius intrat, et domos quas inuenit inualidas, uiolat, eosq́; q inhabitant captiuos cū ſuis aſportat. Illas uero quas firmas īuenit, poſtquam eas irrumpere nequit, ad extremū īuitus dimittit. In caſtellū quoq; non poteſt aſcendere, nec illuc cōfugientibus quicquam mali facere, niſi redierint ad prælium uillæ. Sed ſi amore ſuorum parentum redierint: qa eos audiunt occidi et male tractari, uel per foramen aut feneſtram curioſe reſpexerint, tunc eos facile occidere aut uulnerare poterit. quapropter neceſſe eſt eis, ut nunquam ad clamorē parentum attendant, nec ab bellādum reuertantur uel reſpiciant, ſed ſemper ut cœperunt fugiant, donec uſq; ad ſummitatem diuigionis peruenerint, Poſtquā enim illuc peruenerint, erunt omnino ſecuri. Itaq; rex ille deus eſt, qui cum diabolo bellum habet. Hic in ſuo re,

gno habet Chriſtianiſmum, in ſuo uero Chriſtianiſmo monachatum, ſupra monachatum conuerſationem tantūmodo angelorū. In Chriſtianiſmo quidam in uirtutibus ſunt ualidi, plures uero inualidi. In monachatu autem firmitas eſt tanta, ut ſiquis illuc confugiens, monachus effectus fuerit, niſi inde pœnitendo redierit, a diabolo lędi non poſſit. In angelorum uero conuerſatione gaudium eſt ſecuritatis tantæ, ut quiſquis illuc aſcenderit, nolit inde unquam redire. Hęc autem omnia rex idem deus habet in poteſtate ſua. Inimicus uero eius, id eſt, diabolus tantę poteſtatis eſt, ꝙ omnes Iudæos atque paganos, quos extra Chriſtianiſmum ſuum reperit, nullo obſiſtente rapit, & in infernum demergit. In ipſum quoqꝫ Chriſtianiſmum ſæpius intrat, & eos quos debiles inuenit, tentando uiolat, animas quoqꝫ corporibus inhabitātes captiuas aſportat. Illos uero qui fortes ſunt & bene muniti, poſtquam eos ſuperare nequit: tādem licet triſtis dimittit. In monachatum quoque non ualet irrumpere: nec his qui monachi effecti ſunt, quicquam facere mali, niſi ad ſeculum redierint, corpore uel aliqua parentum affectione.

De ſimilitudine inter monachum & potionē & medicum & abbatem. *Cap.* 77.

Attendant nouitij, quia ſic agit qui monachatus arripuerit difficultatem, quemadmodum infirmus qui grauem accipit potionem. Plerunqꝫ etenim cōtingit, ut qui aliquam patitur infirmitatem corporis, potionem quęrat, qua ab illa infirmitate curari ualeat. Cūqꝫ ei medicus dicit, ut illam uel illam potionem accipiat, & ſic ſanari poterit: Emit eam, uel gratis eam accipit datā. Sed cum potio fortis, eius uiſcera rimatur, membra omnia percurrit, malos humores cōtrahit, uires tollit, corpus diſſoluit, terrę infirmum proſternit, deſiderium maximum bibendi in eo accendit, uel dormiendi, uel foras ad uentum eundi, eiqꝫ medicus hęc interdicit comminans: quia morietur ſi hoc fecerit. Heu me infirmū inquit, cur potionem hāc accepi? male mihi erat, et modo eſt peius. Heu quāto meo malo illos uidi, qui hoc conſilium mihi dederunt, nec mihi quia & hoc me oporteret pati prædixerunt. Si enim hoc ſciſſem, nunquam potionem accepiſſem. Sic & ſic iſte cōqueritur dum potione coartatur. cum uero mali humores defluere cœperint, totumqꝫ corpus paulatim leuari, gaudet, et exultat: quia talē potionem accepit, per quam ad priſtinam ſanitatem redire ſe ſentit, & homines qui hoc conſilium ei dederunt benedicit. Similiter uero multoties accidit, ut aliquis qui animæ ſuæ infirmitatem conſiderat, medicinam inde ſpiritualem quærat, qua ab illa uitiorum ſuorum infirmitate mundari ualeat. Cumqꝫ ei aliquis ſpiritualis homo dicit, ꝙ per monachatum poſſet ſaluari, dat quicquid habet, ut in monaſterio aliquo ſuſcipiatur, uel ei gratis aliquādo conceditur & ſuſcipitur. Sed cum ordinis difficultas cogit eum uigilare dum uellet dormire, eſurire dum uellet edere, ſitire dum uellet bibere, tacere dum uellet loqui, legere uel cantare cū uellet quieſcere, ſedere cum uellet ſtare uel ambulare, aut ſtare uel ambulare cū uellet ſedere: Iniurias ſuſtinere multas, propriam uoluntatē ex toto deſerere. Me miſerum, inquit, hunc habitum quare ſuſcepi? antea male agebam, ſed modo peius ago: quia tot & tanta quę mihi iubentur, adimplere non ualeo, et uix niſi inuitus aliquid boni perficere ualeo. Quid igitur? uæ mihi, uæ mihi, ut quid his credidi qui mihi hoc cōſuluerunt? Putabam ꝙ omnes iſti homines eſſent ſancti. Hæc & his ſimilia nouitius dicit, dum ordo illi in primis uidetur grauis. Sed poſtquam ſentit, & ſecum cōſiderat: quia hæc unanimiter patiendo ſic omnia ſua poſſe aboleri peccata, ſicqꝫ ſanitatē animæ citius re-

cuperare, totum quod antea graue uidebatur, paulatim leue efficit, & quaſi iam nihil male habens, lætari incipit, deo gratias agit, quia monachatum ſuſcipere meruerit, & omnes qui tale cõſilium ſibi dederunt, benedixit.

De contentione inter monachos nutritos & conuerſos Cap. 78.

Verum quia de conuerſis & nutritis cõgregatur ordo monachorum: dicendum quia ſolet eſſe contentio quædam inter nutritos monachos atq; cõuerſos. Attendunt enim nutriti ſe nulla crimina commiſiſſe: nec ſe in ſeculi ſordibus coinquinaſſe, ſed quia mundam ab infantia uitam duxerunt: & in dei ſeruitio ſemp laborauerũt. Illos uero ecõtrario uixiſſe cõſiderant: & ideo merito inferiores eſſe iudicant. At contra quia conuerſi ſcientiam exteriorũ habent, res monaſterij ſapienter tractant, nutritis ipſi neceſſaria inueniũt, ordinem quoq; ſuum feruentius plerunq; cuſtodiunt. Illos uero parum in his ualere cõſiderant: ideo ſe meliores illis æſtimant, ſicq; alij alij ſe pręferũt dum non ſuam, ſed aliorum infirmitatem attendunt. Sed ſi uere monachi eſſent, ſic eſſet inter eos quomodo inter angelos in cœlis & homines ſanctos. Angeli enim ſunt quaſi nutriti, ſancti uero homines quaſi conuerſi. Sed nec angeli ſanctos deſpiciunt, quia tentationibus aliquando uicti ſunt, nec ſancti angelos: quia nullam quam uincerent, paſſi ſunt tẽtationem. Si enim Michael diceret Petro: Tu dominum negaſti, poſſet Petrus reſpondere: Verum quidem eſt quod dicis, ſed tu pro domino nunquam uel ullum colaphum ſuſtinuiſti. Quod omnino non faciũt. ſed ita exiſtunt cõcordes, ac ſi omnes eſſent angeli uel homines. Sic ergo ſũt iſti, ac ſi nutriti ſint oẽs aut conuerſi.

De ſimilitudine inter monachos & angelos. Cap. 79.

Sic eſt inter monachorum congregationem in terris, & congregationem angelorum in cœlis, quomodo inter eos qui adhuc ſunt exterius in cella nouitiorũ, & illos qui iam ſunt interius in cõgregatione monachorum, qui ut prævaleãt in omnibus ſe perfecte cuſtodiunt. Hos enim abbas per ſemetipſum iam omnia docuit quæ uult eos obſeruare, illis uero magiſtros ex iſtis præponit qui eos doceant quæ debeãt cuſtodire. Iſti iam probati ſunt in omni humilitate & obedientia & patientia, & obſeruatione omnium quę ordo expoſcit. Illi uero adhuc probãdi ſunt, utrum uelint eſſe humiles, obedientes, patientes & obſeruare omnia quæ ordo requirit. Vnumquenq; ergo illorũ is qui ei magiſter deputatus eſt ꝓbat, & arguendo, & increpando. Plerunq; etiam flagellando tẽtat an aptus ad ſuſcipiendum in congregatione aliorum exiſtat. Quem ſi uiderit cuncta patienter ſuſtinere, & aliorum conſortio per omnia dignum eſſe, uenit ad abbatem annuncians ei coram omni congregatione. Domine, inquit, nouiti⁹ ille quẽ mihi commendaſtis, ita perfecte ſe habet omnibus modis, q; iam eſt dignus inter nos eſſe ſi iubetis. Quibus auditis abbas aut eum recipit cõmuni conſilio fratrũ, aut adhuc dimittit ad exẽplum aliorum nouitiorũ. Sicq; de iſto nouitio condigne agitur, q ſeruorũ dei conſortio iam dignus habetur. Illum autem nouitium quem magiſter ſuus uiderit inobedientem, impatientem, ſuperbum, ſuſceptione indignum, poſtquam eum diu tolerauit, multiſq; modis emendare tentauit: tandem ſi nihil proficere poteſt, uenit ad abbatem, & talia ei refert: Domine, inquit, nouitius ille quem habebam in cuſtodia ut eũ docerem: quomodo poſſet eſſe dignus cõuerſatione noſtra, ita peruerſe ſe habet in omnibus quæ agit, ut nec inter reliquos nouitios dignus ſit conuerſari. Prouidere itaq; uobis cõuenit, quid potius de eo faciendum ſit. Ad hoc ille reſpondens, magiſtrum hortatur, ut

eum adhuc omnibus modis emendare conetur, dicens melius eſſe illum inter reliquos tolerare q̃ ad ſeculum reuerti dimittere. Sicq́; nouitius iſte nec in congregatione recipitur, nec a cella nouitiorum expellitur. Similiter ergo eſt conſiderandum per omnia inter deum & angelos & monachos, quomodo inter illum abbatem & magiſtros atque nouitios.

De ſimilitudine inter deum & quemlibet imperatorem. Cap. 80.

Videndum eſt ſic eſſe inter deum & homines & angelos: quomodo inter imperatorem terrenũ & ſibi obſequẽtes. Tria quippe ſunt genera hominũ quæ terreno imperatori ſeruiunt. Alij enim ſeruiunt pro terris quas habent, nihil aliud quærentes niſi quod tenẽt. Alij quia terras recuperare uolũt quas eorum parentes aliqua ſua culpa perdiderunt. alij uero pro ſolidatis tãtum. Illos itaq; dominus honeſtius tractat, qui nihil unquã deliquerunt, nec aliud quàm quod habent quærunt. Hi radicati ſunt, & fundati, nec euelli formidant: dum ſe in uoluntate domini ſui conſeruant. Illos uero quorum parentes ſibi peccauerũt, quiq́; pro illorum hęreditate ſibi ſeruiunt, aliquando uilius tractat: modisq́; diuerſis tentat, uidelicet conuitiando, cõminando, quædam grauia iubendo: quandoq; etiam flagellando. Qui ſi hæc omnia humiliter ſuſtinuerint, & domini ſui miſericordiam patienter expectauerint, tandem eis dominus hæreditatem patrũ ſuorum reddit. Si uero noluerint hæc tolerare, nec ſuam ualent hæreditatem recuperare: nec aliud uult eis dominus dare. Illi autem qui nihil aliud quærũt quàm ſolidatas, & ut bene paſcantur, tandiu imperatori obſequuntur quandiu hæc eis largitur. Quæ ſi illis abundanter donauerit, laudant eum, & dicunt: quia uere domino tali ſeruiendũ eſt: quia talia ſeruientibus ſibi confert. Si uero hæc illis dare deſtiterit, ſtatim recedunt ipſo uituperato, & incipiunt ſeruire ipſius inimico. Tria igitur hæc ſunt genera hominũ, alicui terreno imperatori militãtium. Similiter autem tria ſunt genera eorum, qui ſuperno regi deſeruiunt. Primũ igitur genus ſunt angeli, qui æterna beatitudine ſtabiles ſibi ſine omni intermiſſiõe ſunt ſeruientes. Aliud uero homines boni ſũt, qui inquantum poſſunt ſuæ uoluntati obediunt, ſicq́; ad regnum cœlorum in patris ſui Adæ culpa perditum hęreditario iure peruenire contendunt. Tertium aũt hi qui tãtum pro terrenis ſeruiunt commodis, quaſi milites ſtipendiarij. Sic ergo per omnia eſt conſiderãdum inter hæc tria genera & deũ: quo modo inter alia tria ſupra dicta & imperatorem ſuum.

Quid monacho proſit ſi aliquid bonum inuitus faciat Cap. 81.

Contingit aliquãdo quempiam ſic abundare humoribus malis ut niſi ſecetur aliter ſanari nõ poſſit. Vt ergo ab eis poſſit ex toto mundari: ſponte ſua prius ſe facit ligari: rogãs etiã eos qui eum ſecturi ſunt ut non eum dimittãt quicquid ipſe dicat donec eũ perfecte ſecuerint. Cũ ergo putredinem pungere cœperint & reſecare: clamat & dicit ſe prius nihil mali habere, comminaturq́; eos niſi eũ dimiſerint occidere. Sed illi qui eum hoc dicere propter dolorem ſciunt, nõ uerba illius attẽdunt: ſed ut cœperant putredinẽ perfecte abſcindunt. Cum aũt ad plenum mundatus melius habuerit: eiſdem quos antea minabatẽ occidere: gratias agit q̃d non eum ad uoluntatem ſuam dimiſerint. Quid ergo? Non quod non ideo prodeſt ei ſectio: quia eã tolerauit inuitus cum ad eam tolerandam ſe fecit ligari ſpõtaneus? Prodeſt reuera: quia ꝑ eam abſciſa eſt infirmitas, & reparata eſt ſanitas. Similiter aũt plerunq; contingit ut aliquis redũdet uitijs & intelligat quod aliter ſaluari nõ ualeat niſi a ſe ferro diſtrictioris pœnitentiæ fue-

rint reſecata: ut ergo inde purgari perfecte queat: alicui in monaſterio ſpõte ſua ſe alligat. Profeſſionem etenim faciens ibi ſtabilitatem morumq́ ſuorũ conuerſionem promittit: ſeq́ intra monaſterij clauſtra eo tenore recludit: ut medici ſpirituales uidelicet ſui paſtores, qui eum corrigere debẽt, quicquid ipſe poſtea dicat non eũ dimittant: ſed eius uitia reſecent & emendent. At plerumque cũ eum cœperint ad meliora ſtimulare: & eius uitia corripiendo reſecare, recalcitrat atq; iraſcitur: dicẽs ſe non eſſe culpabilem unde reprehendit: ipſosq; qui eum arguunt aliqñ etiam perimere minatur. Hi uero qui hoc eũ proferre propter ordinis diſtrictionẽ cognoſcunt, non eum ideo dimittunt, ſed ab eo diſtricte ſtultitiam ut præualent nunc hoc, nunc illo modo abſcindunt. Cũ itaq; fuerit emendatus à uitijs & mitior factus, ad ſe reuerſus eiſdẽ gratias reddit, quibus iraſcebatur quòd eum reprehenſum correxerint. Quid igitur? Nũquid nã ideo nõ ſibi proderit illa tanta diſtrictio: quia eam infirmitatẽ carnis inuitus ſuſtinuit: cũ ad eam ſufferendã ſponte ſua in monaſterio ſe alligauerit? proderit utiq;, q̃a & per eam liberaẽ ab omni infirmitate uitiorũ: & redit ad ueram ſanitatẽ uirtutum. Sed dicet aliquis. Melius eſſet ut deo ſine profeſſione ſeruiret ſpontaneus quàm in monaſterio profeſſione ſe alligans ſeruire cogeretur inuitus.

Quàm magna ſit ſpes monachi profeſſi. Cap. 81.

Huic autem reſpondendum, quia tãta diſtantia eſt inter illum qui nõ uult facere deo promiſſionem ſeruiẽdi ſibi: & eum qui libenter eam facit, quanta inter homines duos qui ambo ex debito debẽt ſeruire domino uni, ſed unus eorum accedit ad dominum & dicit: Domine ex toto corde tibi ſeruire uolo, ſed me eſſe tibi fidelem promittere nolo, quia ſi hoc tibi promitto: & poſtea tibi peccarem: grauius delinquẽs grauiori uindicta dignus exiſterẽ: quãto autem melius potero ſeruiam tibi, ſed ſi quãdo peccauero tibi: iudica me ut illum qui ſe tibi eſſe fidelem minime promiſit. Alter uero uenit & dicit: Domine ex toto corde te diligo: tibiq́ fidelitatem & ſubiectionem promitto ut ſi aliquando fecero contra præceptũ tuum: non me iudices ut alienum: ſed emendes ut propriũ ſeruum. His itaq; dictis euenit ut ambo idem peccatum poſtea faciant: ac deinde pœnitentes ad miſericordiam domini ſui ueniant. Dicit itaque dominus illi qui ſibi fidelitatem promittere noluit. Quare hoc feciſti? At ille Domine, inquit, confiteor: quia deliqui: ſed tamen non me tibi non eſſe delicturum promiſi. Sed ille: Ideò ne inquit noluiſti mihi fidelitatem promittere: ut poſſes cõtra me liberius peccare? ergo & ego cõtra te: non ut erga meũ: ſed ut aduerſus alienum agam: totumq́ quod erit mei iuris uſque ad ultimum quadrãtem exigam. Hoc ita iudicato conuertitur ad alium & dicit: Et tu ſerue qui mihi fidelitatem promiſeras: & ideo tibi magis cauere debueras: quare hoc feciſti? At ille: Domine ait, Confiteor reuera me deliquiſſe: tibi que fidelitatem promiſiſſe: ſed poſtquam me pœnitet quia deliqui: debeo ego peius pati: q̃a tibi fidelitatem antequam deliquiſſem promiſi: quàm ille qui hanc tibi non uult promittere & poſtquam peccauit? Ideo quippe me uolui eſſe tuum, ut ſi quando peccarem non me iudicares ut alienũ: ſed emẽdares ut propriũ. At dominus: Ita eſt, inquit, ut dicis. Cũ ergo uoluero de te uindictam accipiam ut de meo. Sic autẽ & deus inter profeſſum monachũ & nolentẽ profiteri iudicat ſi eos contra eum peccaſſe pœniteat. Nõ ſolum autem profeſſum minus iudicat non profeſſo: ſed etiam quolibet laico adhuc in ſeculo conſtituto. Licet enim uterq; idem peccatũ committat: tamẽ toto ex corde mona-

chum pœniteat deliquiſſe: cumq́ ordinem cui ſe ſubdidit feruenti amore cuſtodiat: maiorem quàm laicus miſericordiam conſequetur: quantumlibet ille pœniteat ſecularib⁹ adhuc detentus. Si uero pœnitere noluerit maiori quã laicus damnationi ſubiacebit.

De ſimilitudine inter monachum peccantem & laicum. Cap. 83.

Quod ut apertius a ſimili uideam⁹, homines duos unius domini ſeruos intueamur, ambo itaque a domino illo poſſeſſiones proprias obtineãt ſibi: iureiurãdo promiſſo quod & fideles exiſtant. Vnus tamen illorum conditione tali hoc faciat: quòd ſiquid in eũ quandoq; delinquat, de proprio ſuo prout fuerit iuſtum, ſibi emendet. Alter uero dominum adeo diligat, ut nihil proprium retinere: ſed omnibus ei dimiſſis familiarius ſibi malit ſeruire. Hoc etiam pactũ cum eo faciat quòd ſi aliquando quid contra eum committat, de ſe ipſo nõ de re aliena, ſed ut de proprio quam uoluerit uindictã aſſumat. His igitur actis ſi culpam eandem cõmittat uterq; ac deinde pœnitentia ducti uelint emendare, ſed ille de proprio quod nec adhuc totum uult dare pro illius culpæ ſatisfactione, iſte uero de ſeipſo: quoniam etiã totum iam prius domini ſui mancipauerat poteſtati, uideatq́ dominus quòd ille tantũ facere noluerit, ſed poſtquam ſibi peccauit quãtum iſte prius quam in eum delinqueret fecit. De quo inquam, maiorem uelle uidetur habere miſericordiam: an cum illo uideẽ uelle mitius agere quẽ operibus comprobat ſe minus diligere? Quòd ſi hunc alterũ uelit altero durius arguere. Serue inquiens, male tu quanto mihi eras familiarior: tanto es culpabilior: Poteſt iſte ſibi reſpõdere. Domine inquiens, uerum eſt quod dicis: ſed quãdiu pœnitere nolui: ac poſt quam toto ex corde pœniteo: meq́ ipſum in emendationem trado: nunquid nã peius illo debeo pati, qui nec illud quod habet tibi totũ uult dare pro ſatisfactione ſui commiſſi? Iuſtum'ne uidetur ut quia te magis dilexi minorem debeam miſericordiam cõſequi, immo maiorẽ mihi facere deberes miſericordiam, quo nullam maiorem tibi facere poſſum ſatisfactionem. Quid aliud dominus diceret quã quod ueritas habet? Hunc ergo mitius iudicat ut ex toto propriũ. Illum uero ſeuerius, ut minus ſibi priuatum. Sic ergo & deus celerius indulget monacho qui ſe ei totũ committit: quam laico dare nolẽti uel ſua pro his quæ commiſit.

De ſimilitudine inter monachum & arborem. Cap. 84.

Etenim rurſus a ſimili poteſt uideri: acceptabilius eſt Deo bonũ opus monachi quàm hominis cuiuſquam ſecularis. Solet quippe accidere duos eſſe homines ſub domino uno: ſingulas habentes arbores in proprio ſolo. Arbores autem illæ fructum ferunt bonum utriq;. Verum illi, dominum inæqualiter diligũt: & ei de fructu earum impariter ſeruiunt. Vnus enim eorum: quia eum minus diligit: cũ arboris ſuæ fructus fuerit maturus: colligit, fertq́ inde domino ſuo quantum ſibi fuerit uiſum. Adeo autẽ dominum alius amat ut ad eum ueniens, arborem ipſam ei offerat. Domine, inquit, arborẽ habeo quãdam: bonum ualde fructum ferentem, quæ quia ueſtræ congruit dignitati, malo eã ueſtri eſſe iuris quàm mei, eã igitur offero uobis, ut amodo uobis fructificet ſoli: ipſam quoq; ueſtro aſſignabo præpoſito: ut ex ea fructum colligat, indeq́ uobis prout uelle uos nouerit diligẽter deſeruiat. Sed etiam ego quanta diligentia potero: eandem ueſtræ utilitati cuſtodire curabo. Cuius igitur horum obſequium domino illi magis uidetur acceptũ? An illius qui quantumcunq; uoluerit dat ei de fructu propriæ arboris? Immo magis illius qui arborem totam dat ei cum fructu. Sic ergo & ſeruitiũ monachi Deo

eſt magis

eſt magis acceptum,quàm hominis ſe
cularis.Ipſi enim ſunt homines duo q
ſub deo uelut arbores quaſdam habẽt
ſeipſos.Ipſi quoq; utriq; ſunt apti ad
ferendum fructũ operis boni.At quo-
que non eodem modo diligunt deum:
nec ei pariter bene operãdo deſeruiũt.
Secularis enim: quia eum minus dili-
git:tunc tantũ cum bene operandi ani
mum habuerit:boni operis offert deo
quantum uoluerit.Monachus uero eũ
diligit in tantum ut ad eum accedens
totum ei offerat ſeipſum:factis ac uer-
bis alloquens eum . Domine , inquit,
meę hactenus poteſtatis eram:quodq;
mihi libebat bonum malum'ue facie-
bam.Verũ:quia tuus omnino debeo
eſſe:tibiq; ſoli tantum bona opera fru
ctificare:me totum tuæ trado poteſta-
ti,ut amodo tibi fructificem ſoli,quod
ut melius tibi facere ualeam,me uni ex
eccleſiæ tuæ prælatis ſubdam qui me
cuſtodiens ea tantũ opera doceat age-
re quæ tibi nouerit magis placere: ſed
& ego pro modulo meo meipſum cu-
ſtodire ſtudebo.Cui ergo munus deo
eſt acceptabilius? An illius,qui ſibi of
fert quædã ex operibus ſuis , plurima
uero ſubtrahit?Immo illius magis qui
dat ei ſeipſum cum operibus cunctis.
Nec ideo propria priuatur mercede:
quia ſæpe bonum opus cogitur agere.
Sicut enim is qui arborem totam com
miſit præpoſito domini ſui ut ex ea fru
ctũ colligeret, ex quo & domino ſuo
prout eum uelle noſſet , deſeruiret: ut
inquam proprium nõ perdat meritũ,
ſed ille colligat fructum prius quã ma
tureſcat:aut ut in arbore dimittat ecõ-
tra donec putreſcat:ſic monachus qui
ſe totum commiſit prælato ut eum cu
ſtodiret,eaq; opera tantum ab eo agen
da exiget quæ deo placere potuit noſ-
ſet.Sic inquam , propriam non perdit
mercedem ſiquid operis boni agere co
gatur antequam uelit:uel econtra pro
hibeatur cum agere uelit:donec & ip-
ſam amittat uoluntatem agendi. Non
ergo omittere debet quicqd boni præ
latus ei præcipiat: uel præſumere ut
agat a quibuſcunq; eum prohibeat.Sit
enim illius prouidere quid præcipiat
quid ue prohibeat,huius uero ſequi eũ
in bono per omnia.

De ſimilitudine inter matronam & diuinam uoluntatem. Cap. 85.

Accidit quandoque matronam ali-
quam,filias cũ ancillis ſuis magiſtræ
commẽdare:ut eas, opera mulieribus
congrua doceat, illis uero pręcipit ut
ei cunctę obediant:quodq; faciendum
iniunxerit expedire adimpleant. Hoc
itaq; diſpoſito magiſtra eas in unũ cõ
gregat,iniungit cuique quid agere de-
beat:et ne foras egrediantur obſeruat.

De filiabus matronæ. Cap. 86

Quibus ita ſub eius magiſterio aſtri
ctis:bonæ quidem filię per omnia ſibi
obtemperant,ſed nec abeundi foras li
centiam quærere curant.

De ancillis eius bonis. Cap. 87.

Ancillę quoq; ſimiliter faciunt,ex-
cepto quòd inſtabiliores exiſtũt, quia
enim tædet eas in cuſtodia diutius eſ-
ſe:licentiam foras exeundi quærunt
quandoque.Quam ſi obtinere non ua
lent:non inde triſtantur uel murmu-
rant: tantum dicunt : quia datam li-
benter acciperẽt.Quòd ſi eis conceſſa
fuerit : egrediuntur quò eis uiſum fue
rit:ceſſantq; interim ab operibus ſuis.

De ancilla latrone. Cap. 88.

Inter eas autem quandoq; eſt latro
quædam,præceptis magiſtrę uix obe
dire uolens.Hęc igitur:quia cuſtodia
tædio ſemper ei exiſtit:licẽtiam exeun
di ſæpius quærit,& cauſas quę ratio-
nabiles uideantur adinuenit , quam ſi
obtinere non poteſt,contriſtatur uehe
menter & dolet ſuæq; magiſtræ ſi au-
det durius reſpõdet. Si uero aperta cau
ſa ei nõ fuerit:ei occulte detrahit:quòd
que faciebat opus intermittit.Quòd ſi
operari iuſſa fuerit,prætendit protinus
quòd ſit infirma.Ac ſiquando ſe ſolã
uiderit protinus exilit,oſtiũ petit,huc

illucq; circũſpicit:mandat illi uel illi li
centiam quærere ſecũ loquendi.Quo'd
ſi in hoc reperta fuerit atque correpta:
proſilit ſtatim in hmõi uerba : Quid,
inquit,feci quod ſic debeam corripi: q̃
mira uiſa ſum agere,quia inferunt mi-
hi contumeliæ:ſed iam ſatis apertum
uidetur quàm iniuſte contra me agat.
Itaq; reſidet mœſta:dolẽs quo'd ita ſit
reprehenſa,at poſtquam ad modicum
ille dollor recedit:maturitatẽ quandã
prætẽdit.cumq; æſtimat quod ab aliĵs
reputetur matura,licentiam rurſus q̃-
rere tentat:quam ſi habere nequiuerit:
protinus ſubdit.Stultus eſt,inquit,qui
bene agit cum æque boni tractetur &
mali.Quo'd ſi licentiam habere pote-
rit,foras confeſtim egredit:huc illucq;
uagatur iuuenũ conſortia expetit mul
ta non agenda committit. Vt ergo hac
ſimilitudine poteſt colligi:tria ſunt ge
nera uoluntatis in ſubditis.

De obedientia,licentia,& inobedientia
Cap. 89.

Horum autem primum obedientia.
Secundum licẽtia.Tertium inobedien
tia. Hæc uero genera omnia inueniri
poſſunt in monachis: quos matrona
quædam magiſtrę cuidam commẽda-
uit,id eſt, uoluntas diuina uoluntati
abbatis eorum ſuppoſuit.Licentia igi
tur multos decipit:obedientia uero &
inobedientia cõtraria ſunt, harum me
De licẽtia. dia licentia eſt.Is ergo quem obedien-
tia conſtringit clauſtra nõ egredi, uult
tamen exire regulæq; diſtrictionem li-
center declinare:quamuis nolit ſine li
centia,id præſumere,& idcirco actum
ſuum licẽtia qua prępualet conatur de
fendere,peccatũ profecto habet ex illa
illicita uoluntate.Nõ enim poſtquam
mortuus mundo clauſtrum ſubiĵt, ad
mundi negotia uel uolũtate ullatenus
redire debuit:uelle tamen ſuum nõ ni-
ſi permiſſus facto implere uoluit.Obe
dientia ergo quã in hoc amplexus eſt:
ipſum factũ excuſabit, ſed uelle quod
contra obedientiã habuit periculoſum
niſi pœnituerit illi erit.Quo'd nonnul-
li minus attendentes licentia quã pro
implenda uoluntate ſua expetunt, ſæ-
pe falluntur.Vt igitur breuiter loquar
& ſuccincte:ſub ipſa obedientia uiuen
tes ſunt matronæ regalis filiæ.Ancilla
rum uero nomine licentię adhęrentes
accipe,inobedientia uero quæ dicitur
& ipſa latro rebelliones ſignantur in
ordine monaſtico.

De ſimilitudine inter monachum &
denarium. Cap. 90

Rurſus a ſimili poſſumus uidere q̃
in perfecto monacho debeant eſſe, tria
cuique bono inſunt denario quę cuiq;
perfecto debent ineſſe monacho.Dena
rius quippe bonus puro ex ęre, recto
pondere,monetaq; legitima debet con
ſtare.Si enim unum ex his defuerit,ue
nalis eſſe non poterit.Vt ergo uenalis
ualeat eſſe,hęc tria pariter debet habe
re.Hęc quoq; debet habere & mona-
chus ut uere monachus eſſe reputetur,
Eius quippe metalli puritas, pura eſt
eius obedientia,nulla enim inobedien
tię impuritas,ſed ſola in eo debet eſſe
obedientia.Rectum uero illius põdus,
ſtabilitas eſt propoſiti eius. Non ergo
leuiter exufflari debet ab eo quod cœ-
perit,ſed uſq; in finem perſeuerare ſta-
bilis.Illius autem moneat habitus eſt
monachalis,atque tonſura ante & re-
tro,& his conſimilia. Sicut enim dena
rius a moneta dignoſcitur cuius ſit re-
gionis:Sic ab iſtis monachus cuius ſit
ordinis.Is autem monachus qui adeo
eſt ſenex,ut ante & retro iam nequeat
inclinare,denario illi eſt ſimilis cuius
monetam temporis antiquitas iam de
leuit.Iſte uero qui habitum monacha-
lem non adhuc,ſed uitam ſuſcepit. &
ideo nomen non habet monachi, aſſi-
milatur numo ponderoſo: monetam
tamen non habenti, & ideo non ęque
uenali: uerum ſicut theſaurum con-
gregare deſiderat,huiuſmodi numum
ita ut habentem monetam amat. Sic
deus qui theſauro cœleſti nos omnes

reponere cupit, huiuſmodi hominem æque ut habitum monachi habentem ibi reponit. Quem autem uiderit habitum quidem monachalem habere, ſed ex ære impuro, id eſt, inobedientem eſſe, hunc theſauro cœleſti nunquam reponit ſicut nullus denarium falſum licet apte monetatum ſuo theſauro reponere quærit: Quem uero uiderit obedientem eſſe: etſi aliquando fragilitate peccet humana: non hunc tamen repellit ſi uere pœniteat. Vt enim à ualido denario, denarius, falſus, ſic à perfecto differt monachus imperfectus. Inualidus quippe denarius minus habet põdus quàm debeat habere, ſed illud qđ habet puro ex ære conſtat. Falſus uero eandem quam bonus monetã prætendit ſed interius latet falſitas æris. Sic falſus monachus eundem quem perfectus habitum habet: ſed inobedientiæ falſitas interius latet. Debilis uero, ſed obediens licet non tantam quin aliquando cadat habeat ſtabilitatem: obedientiæ tamen retinet puritatem. Mox etenim pœnitet eũ q̃a deliquit, quódq; ei præcipitur: pura obedientia facit. Ille ergo ut denarius falſus a cœleſti theſauro repellitur: hic uero pro ſui modulo uigoris ibi reponitur. Nihil igitur cuiquam prodeſt habitum monachi exteriorem habere ſi non ſtuduerit & interiorem retinere. Duo quippe ſunt ordinis genera uiro religioſo cõuenientia. Vnũ exterius quo religioſus uidetur: aliud uero interius quo religioſus habetur. Et illud q̃dem exterius factitij: hoc uero ĩterius naturalis eſt ordinis. Factitij quippe ordinis factitiæ ſunt conſuetudines ut in ordine monachorum reperiuntur plures, has enim homines adinuenerunt, quibuſdã de cauſis rationabilibus ſeruandas inſtituerunt. naturalis uero ordinis naturales ſunt uirtutes: ut humilitas, charitas, & aliæ plures. Has enim deus ipſi naturaliter indidit homini ſuæq́; cauſa ſalutis ſeruandas mandauit, ille itaq; factitius ordo ſine iſto nihil homini prodeſt: iſte uero ſine illo etiam ſaluare hominẽ poteſt: ut tamen ſeruari ualeat, iſte ualde neceſſarius ſibi eſt & ille.

De ſimilitudine inter corrigiam & ſotularem, et ordinẽ factitium & naturalem. Cap. 91.

Sic enim eſt inter ordinem factitium & naturalem: quomodo inter corrigiã & ſotularem. Corrigia nãque ſola colligata pedi, nullo eſt munimento pedi: immo magis, incõueniens uidetur eſſe ſi ibi ſola circumligetur. Sotularis uero etiam ſolus pedẽ munit: ſatiſq́; decenter conuenit ei, ne tamen cadat uel tortus fiat: neceſſaria ſibi eſt corrigia ut ligetur ex ea. Sic licet factitius ordo nihil ſolus proſit: ſed magis dedeceat: naturalis uero ſine illo & proſit & deceat: ut tamen iſte firmius teneatur: neceſſarius ille ſibi habetur. Hinc quippe eſt quòd qui religionem interius ſeruare deſiderat: habitu monachali exteriꝰ ſe alligat: qui qđ exterius demonſtrat: ſemper eum eſſe coarguat. Quòd ſi poſtea noluerit hoc eſſe: magis dedecet eũ habitus ipſe. Si enim, uerbi gratia: monachus ſuperbus fuerit qui habitu exteriori humilitatẽ prætendit: multo inconuenientius eſſe uidetur quã ſi careret humilitatis habitu. Decet igitur ut qđ oſtendit exterius ſtudeat & habere interius. Nihil.n. penè exterius habet in habitu uel ꝓfeſſione ſiue cõſuetudine: qđ nõ eũ cõmoneat aliq̃d ĩterius hẽre.

De ueſtibus monachi. Cap. 92.

Quòd enĩ uiles nigraſq́; fert ueſtes, ut ſe uilem reputet peccatoremq́; commonet. Quòd uero eiſdẽ à capite uſq; ad pedes tegitur: hoc eum facere a principio uitæ uſq; ad finẽ hortatur. Hęc.n. Ge. 37 eſt talaris tunica & polymita quã filio ſuo Ioſeph, feciſſe legitur Iacob patriarcha. Quòd aũt eædem in modum ſunt crucis: eum ſemper habere commonet memoriam dominicæ paſſionis.

De corona & tonſura monachi. Cap. 93.

Corona denique capillorum q́; tonſura eum eſſe debere ſacerdotem & re-

gem demõſtrat. Sacerdotes quippe in lege mitra tegebant caput:ad ſimilitudinem cuius,& huic caput raditur. Reges autem coronis utũtur:ad cuius ſimilitudinem huius capilli tondentur. Hæc itaq; coartant eum ut ſacerdotis & regis gerat officium.

De ſpirituali ſacrificio monachorum. Cap. 94.

Officium ſacerdotis erat in lege generis diuerſi pecora mactare. Huius ergo ſimiliter officium debet eſſe leonem iræ & crudelitatis: lupum rapacitatis: taurum feritatis: uulpem aſtutiæ: hircum immunditiæ, glirem ſomnolẽtiæ, equum & mulum luxuriæ: aſinum pigritiæ, aliaq; beaſtialia uitia occidere. Regis autem officium ꝓprium eſt regere regnum: hoſtes inde propellere ne iuſto iniuſtus iniuriam faciat prouidere: malis depreſſis bonos exaltare. hoc itaque officium debet eſſe monachi: ut ſuæ mentis regnum regat & corporis: hinc enim omnia expellere debet uitia: prouidere ne malus bono appetitus reſiſtat: ſed ut bonus malum ſibi ſemper ſubijciat. Quicquid poſtremo exterius oſtendit in habitu uel conſuetudine uel etiã in ipſa profeſſione: ſtudeat et interius habere. Alioquin nihil ſibi corona ſiue tõſura ꝓderit ullus'ue habitus monachalis. At ſunt plerique qui facticio ordini imputant quod naturalem non ſeruant. Dicunt enim bono animo ſe pati nõ poſſe quod eis imponuntur conſuetudines tantæ. Quæruntur etiam quod in ſeculo meliores fuerint, eoſq; monachatus deteriores effecerit. Verum quiſquis hoc dicit, denario falſo eſt ſimilis.

De ſimilitudine inter monachatum & ignem. Cap. 95.

Falſus quippe denarius bonus plerunq; eſſe uidetur: at ſi in ignem fuerit miſſus protinus, falſus eſſe probatur. Sic plerũq; male morigeratus homo, bonis eſſe moribus uidetur in ſeculo: uerum ſi rigorem arripuerit aliquo inſtinctu monachatus: culpiſq; poſtmodum exigentibus regulariter increpatus: protinus probatur non eſſe quod uidebatur. Qui enim humilis uidebaẽ & patiens: mox ſuperbus inuenitur et impatiens. Quod ſi hoc imputauerit ordini, tale eſt ac ſi denarius dicat igni, tu me falſum feciſti. Nõ autem falſum eum fecit: ſed quod erat oſtẽdit. Sic deniq; iſtum non ordo male morigeratũ effecit, ſed q̃a hoc iam eſſe declarauit. Non igitur ordinem ſed ſeipſum accuſet: moreſq; peruerſos in bonos commutet, niſi enim eſſe bonis moribus uideatur, bona ſiqua exterius agit parui penduntur.

De interiori uirtute & exteriori. Cap. 96.

Duo q̃ppe uirtutis ſunt genera, quæ inter ſeſe ſic differunt ut corpus & anima. Vnum enim interius & inuiſibile. Aliud uero exterius eſt atque uiſibile. Interius nanque eſt charitas, humilitas: patientia: benignitas: cæteraq; ſimilia: Exterius uero ieiunare: eleemoſinas dare: in orationibus uigilare, lachrymari: aliaq; huiuſmodi. At ſicut corpus ſine anima non diu ſubſiſtere ualet: anima uero ſine corpore poteſt. Sic exterius genus ſine interiori non diu ſubſiſtit: cum interius faciat ſine exteriori. Diu enim charitatẽ habere quis poteſt etiam ſi nõ ieiunet: cum diu pro Deo ieiunare non poſſit: ſi eum modo amet. Vt tamen pleruncq; ſpiritus malignus corpus aſſumit: illudq; uegetãdo ſubſiſtere facit. Sic inanis gloria cor hominis intrat: illudq; uirtutis genus exterius ſimulat. Sicut enim charitas ieiunare: ſic et inanis gloria facit. At ſicut corpus exanimatũ cito fœtet atque contẽnitur: ſic exterius genus ſine interiori deſpicitur. Cum enim quiſpiã ieiunio quidem intentus: ſed iraſci facile uidetur: ſi de ieiunio laudetur ab aliquo, confeſtim reſpondetur ab altero: quis, inquit, de illius curet ieiunio qui ſic inflatur pro nihilo? Si autẽ frequentius manducaret: ſed humilis et patiẽs

eſſe

eſſe uideatur, ſi quia nõ ieiunat, ab aliquo repreh endatur, illico ab altero reſpondetur: Bene utique ut manducet promeretur, quia adeo patiens eſt & benignus.

De ſimilitudine inter monachum & hortulanum. *Cap* 97.

Sciendum ad uirtutes tẽdenti, quod agere debeat more hortulani. Hortulanus quippe, qui plantare appetit herbas: prius terræ naturã conſiderat ubi eas plantet. Niſi enim terræ earum natura conuenerit: creſcere et fructificare nullatenus poterunt. Sic qui uirtutum facere uult plantariũ: quo in loco plantet eas ſibi eſt præuidendum. Si enim locus fuerit uitioſus, et ipſę uirtutes in uitia redigentur.

De ædificante domum & quòd ſuperbia ſit uallis maxima beſtijs uitiorum plena.

Cap. 98

Rurſus ſic eum agere decet: uelut q domum ædificare debet: Qui enim ędificium facere uult ſtabile, ſoliditatem prius conſiderat terræ, quo ſcilicet fundamentum firmum ſupponere, parietẽ erigere, tectum ſuperimponere, tutuſq́ poſſit inhabitare. Sic qui uirtutũ uult facere ędificium quo ſecurus inhabitet ab inſidijs dæmonum: quo in loco ſui conſtituat illud: ſibi eſt pręuidendum. Si enim locus nõ fuerit firmus: nec ędificium diu ſubſiſtere poterit. Hoc itaq; ſolum uel terra bona eſt humilitas: cuius cunctis uirtutibus congruit natura eaſq́ uelut firmum fundamentũ ſuſtentat. Non eſt in altum eleuata ſuperbia: ſicut quidam putant, ſed demiſſa & uallis maxima beſtijs uitiorum plena & caligine tenebrarum denſiſſima. Nam quanto amplius quis ſuperbia inuoluitur: tanto lucẽ ueritatis minus intuetur: Nec clare iuſtum ab iniuſto quandiu in tenebris, id eſt, in cæcitate cordis ſui iacet: diſcernere ſuperbus poteſt: ſed quæ ſunt diſtorta æque ſectãẽ ut recta. Vnde fit ut in ualle iſta tenebroſa uitiorum, ſit copia quaſi beſtiarum crudelium multitudo magna. Na leones crudelitatis, uulpes calliditatis, ſerpentes quoq; ueneno ſæ inuidiæ, ranæ garrulitatis & iracundiæ: cætera ẽt uitiorum animalia ſolent ibi ſuperabũdare. Quæ quanto plus cuiq; familiares habentur: tanto minus quàm ſint crudeles uidentur. Conſuetudo enim uitijs eſt, ut non facile uideatur ab illo qui eo premitur, ſed mox ut ceſſauerit & ab eo ſe alienauerit: tunc demum cõſiderat in quãta fœditate & miſeria iacuerat & quàm graues morſus malarum beſtiarum tolerauerat.

De monte humilitatis & ſeptem gradibus eius. *Cap* 99

Humilitas autẽ mons magnus eſt, in cuius ſummitate lux eſt non modica, & honeſtarum perſonarum, id eſt ſanctarum uirtutum pulcherrima turba. Sed quia ad hunc peruenire deſiderat: neceſſe eſt ut per gradus quoſdam aſcendat ſi hunc montem agnoſcere et inhabitare affectat.

De primo gradu humilitatis. *Cap.* 100

Primus itaq; gradus in monte humilitatis eſt cognitio ſui. Hunc unuſquiſque ſic debet habere, ut ſe inferiorẽ omnibus iudicet eſſe: imitans apoſtolum qui ſe omnium ſuorũ coapoſtolorum dixit eſſe minimum. Si enim eſſet aliquis homo qui ita peccaſſet ut dñs eius ſibi iuſto iudicio pedes & manus amputare, oculos eruere & totum corpus dilaniare poſſet nec tamen faceret, ſed ex ſua miſericordia illũ toleraret: uehementer ſe domini ſui debitorẽ cognoſcere deberet, & eo magis humiliari, quo ſe minus perpenderet meruiſſe a domino ſic tolerari. Nos igitur domini num noſtrũ in multis offendimus oẽs, & in tantum ut nos ex uindicta iuſtitiæ ſuæ, membratim poſſet dilaniare: aut iugi languore in præſenti affligere, aut pœnis poſt modũ æternis tradere. 1 co. 15

Quòd qui in deum peccat, omnem creaturam contra ſe excitat. *Cap.* 101.

Ex qua offenſione non ſolum iram

dei promeruimus, ſed etiam totā creaturā aduerſum nos excitamus. etenim ſi ſeruus alicuius à dño ſuo recederet: & inimico domini ſui adhæreret: nō ſolum ipſum dñm exacerbaret: ſed etiā totam eius familiam iuſtiſſime irritaret. Cū igitur dñm creatorem cunctorum offēderimus: aduerſum nos oēm creaturam quātū ſpectat ad meritum noſtrum, in iram cōmouimus. Poteſt ergo nobis iuſta cōſideratione terra dicere: Non debeo uos ſuſtinere, ſed potius abſorbere: quoniā à creatore meo non timuiſtis peccando recedere: et inimico eius diabolo, ſcilicet adhærere. Poteſt etiā cibus dicere & potus: Non meruiſtis ut uos paſcere debeamꝰ: imo potius ut confuſionem uobis præparemus. Ab illo enim peccando receſſiſtis: per quem nec ales eſurit. Sol quoque: Vobis ad ſalutem non debeo lucere: ſed ad uindictā dñi mei qui eſt lux lucis et fons luminū penitus coercere. Sic etiam ſingulæ quæq; creaturæ, contra nos poſſunt ſurgere irrefragabili ratione. Proinde expedit nobis humiliari ne diu dilata uindicta, tanto acrius adueniēdo mala noſtra puniat, quāto diutius tolerauit qđ prius punire poterat. Vt ergo humiliemur, quid ſimus: qđ nati fuerimus uel quid fecerimus, mēte pertractemus: & nos uiles peccatores multoq; ſupplicio digniſſimos fore cognoſcemꝰ. Qui ſe ergo talē iudicat: iā in primo gradu humilitatis ſtat.

De ſecundo gradu humilitatis. *Cap. 102.*

Secundus gradus eſt dolor. Nā ſunt nonnulli qui ſe peccatores eſſe cognoſcunt: ſed nullū inde dolorem habere dignoſcuntur, quibus neceſſe eſt ut doleant, ſi ueniam mereri deſiderāt: quia non ualet ad ſalutem ut ſe cognoſcat quis peccatorem, niſi inde habeat dolorem. Nam ſi domino ſuo aliquis peccaret: & inde dolorem non haberet: qđ putas dñs eius de eo diceret? Quomodo ei offenſam poſſet dimittere, quandiu cum pro offenſione ſua nequaquā ſciret dolorem habere? Ridiculum potius quàm aliud uideretur ſi ueniā peteret de hoc, unde dolere ſe nō fateret̄. Neceſſe eſt enim ut dolorem habeat quiſquis de perpetratis culpis ueniā conſequi deſiderat.

De tertio gradu humilitatis. *Cap. 103.*

Deinde ſequitur confeſſio, quia qualiter ſe peccator cognoſcat & doleat, confiteri ſtudeat. Multi enim ſunt qui ſe peccaſſe cognoſcunt & dolent, & tamen celant, quoniam quidem hoc confiteri, erubeſcentes nō audent. Et quia *De confeſſione.* ſciunt confeſſionem neceſſariam ad ſalutem fore, ita in cordibus ſuis corām deo pœnitent & illi cōfiteri proponūt, multoq; maiorem pœnitentiam agūt, q̄ ſi confiterētur, eis iniungeret aliq̄s ſacerdotum: uerum in hac re penitus decipiuntur, quia nullus deo quicquā cōfiteri poteſt quod ipſe ignoret. Omnia enim ei nuda ſunt & aperta. *Heb. 4* Vult itaq; deus, ut quicūq; ei peccauerit ac ſi ipſe neſciret, ita ſuo loco alij neſcienti, cōfiteri ne diſſimulet, quatenus hoc iudicio manifeſte comprobet, quia ſi deus hoc ignoraret, ipſe ueraciter ei manifeſtaret. Ad hoc ſi is qui maiorē pœnitentiam, ex proprio arbitrio non cōfeſſus uult agere, quàm aliquis ſi confiteretur uellet ei imponere, putat maius ſe feciſſe ex propria uoluntate quàm ſi confiteretur: penſent apud ſe quid ſibi plus conſtiterit, an confiteri & paruā pœnitentiam agere, an ſine confeſſione ſpontanea uolūtate longo pœnitere tēpore. Cumq; magis eligit pœnitētiam gratis protelare quàm reatum ſuum ꝑ cōfeſſionem manifeſtare, agnoſcat pro certo quia nondū uere cofeſſioni illam ſuam ſpontaneam pœnitentiam quālibet grauis fuerit, adæquauit: quoniam quidē nec dum ſibi tantū conſtitit grauiter clam pœnituiſſe quantū confeſſionem cui eam facere debuit feciſſe. Quare minus eſt ſemper quēlibet grauiter ſine confeſſione pœnitere, quā puro ex corde confeſſionem facere.

De quarto gradu humilitatis. Cap. 104.

Cum itaq; tres gradus in montē humilitatis habemus: ſequitur perſuaſio quæ unicuiq; habenda eſt, quartus uidelicet prælibatæ uirtutis gradus.

Cum enim neceſſarium ſit ut confiterentur: Sciendum eſt quod ita confiteri debemus: ut hoc ipſum quòd confitentur ita eſſe perſuadeamus, tunc.n. pura eſt confeſſio: ſi eam ſequitur uoluntaria perſuaſio,

De quinto gradu humilitatis. Cap. 105.

Quinto igitur gradu cōceſſio apponatur: ut ſcilicet qualem ſe quis cognoſcit, dolet, confitetur & ſuadet, talem quoq; ſe ab alĳs conſentiat iudicari. Sunt enim pleriq; ſatis ſemetipſos iudicantes: ſed nequaquam poſſunt ab alĳs pati iudicari: uituperari. Qui.n. ut ad montem ueræ humilitatis aſcendant: neceſſe eſt ut ſicut ſemetipſos deſpiciendos iudicant: ſic & alios ſi ſe iudicando deſpexerint, tolerare ſciant. Qua in re opus eſt patientia, quę ſexto loco eſt apponenda.

De ſexto gradu humilitatis. Cap. .

Hęc itaq; unicuiq; familiaris ſic eſſe debet: ut quandocūq; ei aliqua iniuria fit: ita eam ſuſcipiat patiēter quaſi cōmodum ſibi magnum fieret. Profecto ſi aliqs ſeruorū alicui⁹ diſtricti hominis peccaſſet, et dum ſibi exinde multę fierent moleſtiæ: nō reclamaret: ſed potius iuſte talia pati ſe diceret, citius apud dominum miſericordiam inueniret. Nos itaq; qui multa contra creatorem noſtrum cōmiſimus: tanto ſtudio ſius humiliari debemus: quāto magis indulgētia eius nos indigere uidemus.

De ſeptimo gradu humilitatis. Cap. 107.

Nec ſolum abſq; murmuratione pati debemus moleſtias: ſed ut etiam grauiter puniamur ad uindictam dei amemus. Supremus enim amor mōtis humilitatis gradus eſſe uidetur. Quoniā quidem eſt tunc deo grata ſatisfactio cum in eius mente qui ſatisfacit nulla manet murmuratio, ſed pia iugiter feruet dilectio.

Recapitulatio graduum humilitatis. Cap. 108.

Quod autē ſuperius dilate per partes oſtendimus: nunc eadem breuiter & ſummatim ſub exēplo recolligam⁹. Si enim dominus quiſpiam ſeruum haberet quem pro culpa ſua tradere morti deberet: poſitaq; ratione cum eo: ſuā ſeruus culpam occultare uelut in tenebris uellet. Aut ſi cognoſceret: quod eſt primus humilitatis gradus: non inde doleret. Aut ſi doleret: quod eſt ſecundus, corā́m alĳs domino licet iubēte confiteri nollet. Aut ſi confiteretur: quod eſt tertius, perſuadere nollet ut hoc ita crederet̄. Aut ſi uellet inde culpabilis credi: quod eſt quartus, pati tamē nollet ut diceretur culpabilis. Aut ſi hoc ſibi dici pateretur: quod eſt quintus, non tamen pati uellet ut ſicut culpabilis tractaretur. Aut ſi hoc patiēs: quod eſt ſextus: non ita tractari amaret: quod eſt ſeptimus, licet hoc uelle dominum ſuum ſciret: non ei profecto culpam illam dominus dimitteret, immo magis ut iniquum ſeruum eū puniret. Sic nec noſtras nobis culpas dominus dimittet: ſi nō nos gradibus ĳſdem humiliauerimus ſicut ipſe iubet.

Cognitio ſui primus. Dolor. ſecūdus Confeſſio tertius. Perſuaſio quartus. Conceſſio quintus. Patientia ſextus. Amor ſeptimus.

Quomodo unuſquiſque ſe minorem omnibus putet. Cap. 109.

Verum quia nonnunquā ideo extollimur quia nos alĳs non recte cōparamus: Videndum eſt nobis quo id modo facere debeamus. Si enim nos alĳs uolumus comparare: ea tantum debemus conſiderare quæ à nobis ſunt in nobis: nō à deo quaſi præſtita nobis. Sic nanq; agit qui de bonis à deo ſibi præſtitis ſuper alium extollitur, uelut qui ueſtibus alicuius indutus gloriat̄. Nō ergo hæc aliorū bonis comparare debemus: ſed mala tantum noſtra quę á nobis ſunt in nobis habemus, quod ſi fecerimus: mala uidelicet noſtra bonis aliorꝫ ut cōferamus: nos inferiores eſſe cæteris omnib⁹ nobis ipſis uidebi

mur. Quod contra: quia ſuperbi faciũt etiam ſi ſint omnibus deteriores: cunctis tamen ſe iudicãt eſſe meliores: ſua enim bona tantum attendentes aliorũ malis comparant: quorũ mala nullatenus conſiderare deberent.

Quid obſit conſideratio alterius peccati. Cap. 110.

Conſideratio nanque uel cognitio alieni peccati, mala multa in diuerſis parit. Si enim peccator eſt qui alterius culpam conſiderat, malo illius exemplo in ſuo peccato perſeuerat. Si uero pœnitens à peccato, à pœnitentia frigeſcit, eodem exemplo. quod, ſi eodẽ peccato uel etiam alio tentabatur, facilius exemplo ſuperatur: ſi autem tentatione carebat, eo ipſo tentatur quód uitiũ illius conſiderat. Si uero iuſtus præferendo ſe illi in ſuperbiam extollitur: quem ſibi diligebat etiam in deo, nunc eum incipit habere odio. non ergo facile conſideranda eſt alterius culpa: cuius conſideratio tot generat mala: uirtus uero illius ſemper debet attendi, quia eius conſideratio per contrarium uadit. Ipſa nanq; peccatorem conuerti, pœnitentem pœnitere, magis tentatum tentationi reſiſtere: non tentatum ſic permanere: iuſtum humiliari, diligẽtem uero magis diligere facit. Alterius igitur uirtutẽ nõ uitium ſuũq; uitium nõ uirtutẽ attẽdere debet: quiſquis ad culmen humilitatis aſcendere ſtudet.

De duabus ſororibus hunc montem cuſtodientibus. Cap. 111.

Huius autem humilitatis pulcherrimi montis, duæ ſorores ſunt cuſtodes, uerecũdia ſcilicet quæ eſt apud deum: & uerecundia quæ eſt apud homines. Nam cum tentatur aliquis: ſi ante mẽtis ſuæ oculos, has duas firmiter reduxerit, hanc facile ſuperare poterit. Sic enim ſibĳpſi loqui debet.

De uerecundia quæ eſt apud Deum. Cap. 112.

Si ego hoc peccatum uel illud fecero, quomodo ante deũ & ſanctos eius angelos qui me uident, oculos meos leuare potero? Quid dicam cũ reatum meum omnis creatura dei uidebit, boni & mali angeli & diaboli me accuſabunt? nequaquam peccabo: immo propter te domine morte afficiar tota die, cuſtodiamq; uias meas ut non delinquã. Sic ſibi unuſquiſq; proponat: ſic ſemetipſum conſideret: ſic ſe ab irruentibus beſtĳs eruat. Sed conſiderandũ: quia uerecundia quæ eſt ante deum, ſemper eſt libera, & cuſtos fidelis.

De uerecundia quæ eſt apud homines. Cap. 113.

Veruntamen illa quæ eſt apud homines uerecundia: nonnunquã fallax eſt & latro peſſima. Solet enim contingere ut aliquando mẽtem alicuius ubi tam ſæpe dictus mons humilitatis eſt conſtituendus, hircus luxuriæ, lupus rapacitatis: uel alia quælibet uitiorum beſtia tentet irrumpere: quam cum uerecundia quæ apud homines eſt, ne intraret prohibere deberet: ſic ſibimetipſi interdum male cõſulendo loquitur. Magna erit, inquit, confuſio ſi huic tẽtationi luxurię: ut poſtmodum ſciatur aditum dedero: ſed nullus hominum hoc uidebit, & ego bene celabo meipſum, nec amplius erit cognitum: modicæ nunc uoluptati conſentiam: & cũ uoluero memetipſum corrigã. Ac dein de pœnitendo ſatis melior quã modo ſum, ero. Multi enim poſt ruinã ſurrexerunt et poſtmodũ meliores fuerunt. Sic nimirum uerecundia quæ eſt apud homines malo ſuo cõſilio nonnunquã fallitur, & fallit: & malam uitĳ beſtiã in montem quem tueri deberet, ſubintrare permittit. Quæ cum intrare permiſſa fuerit: non facile expelli poterit. Nam ſi is qui ſcelus commiſit: confiteri aliquando uoluerit: ea cogitatio quę prius promittebat ei quod ſe emendaret mox ut uoluiſſet: poſt perpetratam culpam dicit: Quomodo confitebor: qua fronte reatum meum aperiam? nõ amplius honorem habebo ſi me maniſeſtauero:

niſeſtauero: ſed qui modo appretior: omni tempore uilis ero. Quid igitur fa ciam? ſaturabor uoluptuoſe uiuendo: nondũ uiam iuſtitię tenere ualeo. Ecce quomodo miſer homo decipitur, quã callide uincitur: quàm aſtute ſupetat. Ipſe nanque humilitatis montem pau latim proficiẽdo ſtatuit: ipſe cuſtodes eiuſdem montis conſtituit. ipſe cuſtodes eoſdem a propugnaculis montis expulit: ipſe poſtmodum ſemetipſum male cuſtodiendo: municipium hoſtibus ſuis tradidit. In me ſiquidẽ eſt un de cum dei gratia proficio in me etiã unde deficio: non mihi proficiendi aliquis uim facit: non ad defectum aliqs uinire cogit: ſuggerit deus, ſuggerit ratio, ſuggerit uirtus, ut recte uiuam: & eſt in me materia arbitrij ſcilicet libertas, quòd hoc facere poſſum ſi uolo. Verum econtra ſuggerit diabolus, ſuggerit appetitus & uitium ut uoluptuoſe uiuam: & habeo poſſibilitatem hoc faciendi ſed contradicere nolo.

De conſolatione duarum prædictarum ſororum. Cap. 114.

Sciendum eſt quia cum uerecũdia, quæ eſt apud homines interdũ fallat: multiſq́ modis per eam aditus nobis uitiorum fiat. Verecũdia quæ eſt apud deũ nec fallit, nec fallitur. Hæc etenim quando ad montem reuocatur poſtea: & locum ſuum uidelicet montem humilitatis, quem tueri deberet fallente ſorore ſua, uitij ſubuerſum quaſi por corum roſtris deſectum inuenit: uehementer turbatur, dolet, ingemit, ſæpe etiam lachrymas fundit, miſera, miſerabiliter ſecum quęrit, qualiter beſtia intrauit funeſta, quæ fuerit cauſa: quod exordium: quis'ue aditus? Et dum illã uehemẽter execratur: ecce fallax ſoror, fallaciter eam plerunq; ſic conſolatur. Eia quare tantũ doles. cur tot, tantiſq́ lachrymis teipſam affligis? grauius te ille uel ille peccauit & ueniã obtinuit: humanum eſt peccare, nec tanti põderis eſt peccatum quanti facis illud. Taliter male conſulendo dolorem teniat lenire: ſed fidelis cuſtos quæ ſe coràm deo formidat accuſari: ſicut fallere neſcit, ſic malum conſilium admittere cõ temnit. Nam cõmiſſa & dolendo plangit, & plangendo indeſinenter ſui cõditoris indulgentiam quærit: atq; locum ſuum corioſius deinceps cuſtodit.

Quòd non ſemper miſericordia dei debeat cogitari. Cap. 115.

Notandum eſt igitur, quia tempore tentationis, ante perpetrationem culpę nunqnam miſericordia dei debet cogitari: ſed iuſtitia & iudicium eius: furor & indignatio illius. Hæc debent penſari, hæc debent ante mẽtis oculos reduci: hæc ſępenumero cum magno horrore retractari. Dum quis tentatur non Heb.10 debet dicere: Miſericordia domini magna eſt: ſed hoc potius. Horrẽdum eſt incidere in manus dei uiuentis. Quando appetitus luxuriæ quemlibet pulſat, non cogitet tũc: Quacunq; die peccator ingemuerit, omnia peccata eius obliuioni tradentur, ſed potius ſępe recogitãdo tractet, quòd maledictus omnis qui peccat in ſpe. Et illud Eſaiæ pri Eſa.1 mo. Vę genti peccatrici, populo graui iniquitate, filijs ſceleratis, ſemini nequam. Si autẽ per incuriam fuerit peccati admiſſio: tunc demum dei miſericordia propenſius eſt cogitanda ne deſperatio ueniæ ſuperueniat. Tempore itaq; tẽtationis, modis omnibus unuſquiſq; debet conari ne ſuperetur: quia licet deus ueniam promiſerit pœnitenti: non tamen ſpopondit delinquenti ut ei daret noluntatem pœnitendi. Cũ autem certum ſit, quòd dei gratiã promeretur quiſquis declinat a malo et facit bonum, & iram & indignationem incurrit omnis qui operatur peccatũ: magnopere curãdum eſt, ut & uitia uitemus & uirtutibus adhæreamus.

Quæ comparatio ſit inter aſcendentes. Cap. 116.

Tria ſunt neceſſaria aſcendenti, innocentia, beneficium, prælatio. Inno-

centia talis eſſe debet,ut nulli noceat.
Beneficium ut omnibus proſit.Prælatio ut ſe inferiorem omnibus iudicet.
Phil.2 Vnde apoſtolus:Superiores inuicē arbitrantes.Hæc tria debet unuſquiſque
alĳs impendere:& nihil horū ſibi fieri,
ex debito exigere.Nam ſi ſeruus alicuius domino ſuo in multis peccaſſet:nō
ſolum iram domini deſeruiret:ſed etiā
omnium conſeruorum ſuorū indignationem incurreret:& ſi aliqua iniuria
ei interim fieret:non iuſte conqueri deberet Dicit aliquis,innocenciam & beneficium alĳs libenter impēdo,ſed me
omnibus alĳs inferiorem credere nequeo.Sunt etenim homicidę, adulteri,
latrones & huiuſmodi.Ad hoc. Quandocunq; comparationem facis inter te
& alium,noli ponere in trutina quod
tuum.nō eſt,immo quod tuum eſt: uidelicet mala tua & poſtmodum bona
ſua.Talis comparatio uel talis conſideratio ſemper ſit inter aſcendentes.Si
quid uero boni in te uideas,nō tibi ſed
1.Co.4 deo imputes.Vnde Apoſtolus: Quid
habes quod nō accepiſti?Si autē accepiſti:quid gloriaris quaſi nō acceperis?

De ſimilitudine inter cœnouexiam & charitatem. Cap. 117.

Sic igitur debemus innocentia,beneficio,& prælatione uti, in faciendo &
recipiendo:ſicut uſualiter portatur cœnouexia.Quippe illam qui ſubeunt:faciem ad locum quò tendunt,ad locum
autem unde ueniunt:dorſa uertūt.Tribus etiam alĳs modis poteſt, ſed non
cōuenienter portari:uidelicet,ut facies
ſint cōtra facies uel dorſum cōtra dorſum:uel facies ad locum unde procedere:terga uero quò ire debeant, conuertantur Et notandum quòd nō minus
q̃ a duobus cœnouexia in operando
portatur,nec charitas quam per cœnouexiam uolumus ſignari:minus quā
inter duos poteſt haberi.Si ergo in mōte aliquo ædificarent ſibi homines plures domum,& de ualle oporteret lapides,cementum & alia quæ ad ædificationem domus pertinerēt, cœnouexĳs
ſurſum in montem portari: ſi inquam
illi portitores inſtrumentum illud ita
acciperent,ut uterque ſibi dorſum aut
faciem uel dorſa quò tenderent : facies
uero uerterent unde procedere uellent:
& dum ſic ire competenter nequirent,
uerbis litigare inciperent:de litigio ad
pugnos & capillos uenirēt, deinde ad
arma.Rogo quid diceret aliquis prætериens ſi ſic eos hac de cauſa pugnantes inueniret? Vtique quod inſanirēt.
In nobis igitur hæc omnia conſideremus,quia talem habitudinem in fraterna charitate tenere debem⁹:ut ſic quaſi
quandam cœnouexiam ſpiritualē portemus.Nos enim in excelſo monte:in
cœleſti ſcilicet patria domū nobis ædificare,ſatagere debemus, quæ ſola uirtutum operatione conſtruitur: ad quā
humilitatis gradibus aſcenditur.Quæ
neceſſe eſt ut fiant per innocentiam.beneficium,prælatonem,ſcilicet ut quēlibet mihi ipſi præferam,cum hæc alĳs
frequenter exhibeo,& ſi mihi exhibita
non fuerint,patienter tolero. Gradus
pergendi in montem uirtutum:ad domum cœleſtis patriæ mihi congruos
facio:& cœnouexiam bene porto,ſi autem alĳs hęc impendere detrecto:quaſi dorſum contra dorſum uerto: dum
illum pergentem & quaſi antecedentem,ſubſequi deberem faciem illi uertēdo.At ſi mihi hæc quaſi per debitum
fieri quæro:& ille quod poſtulo facit
quamuis non libēter,quoniam exigo:
quaſi faciem contra faciem in ſubuectione cœnouexiæ uerto: Cum uero
exigo, & ille quod exigitur denegat:
quoniam illum per exactionem irrito,
terga uertimus ad locum ad quem ire
debemus, & facies unde prodimus.
Sic iſtis tribus modis qui cœnouexiā
portare ſatagit:plerunque lites & diſcordias ſuſtinebit. Faciem ergo hoc
eſt intentionem ſemper habemus ſuper innocentiam, beneficium & prælationem: ut illa omnibus impenda-

mus & a nullo eadẽ requiramus. Hoc enim eſt terga uertere: ad illa uidelicet præſentia & labentia: facies uero ad futura & ipſa perpetualia.

De ſimilitudine inter qualitates corporis & animæ. Cap. 118.

Sicut qualitates corporæ: ſic etiam genera ſunt qualitatis animę. Qualitas quippe corporis aliquando ſubitanea: aliquando uero eſt continua. Subitanea ut cum repente repentina infirmitate nigreſcit: uel uerecundia rubeſcit, ſed mox hac & illac tranſeunte ad colorem priſtinum homo redit. Continua: ut cum aſſiduam patitur infirmitatẽ, quæ ſibi cõtinuum parit pallorẽ. Sic animæ qualitas aliquando ſubitanea, aliquando uero continua. Subitanea ut cum irruente ſubita tentatione, ſubito in peccato nigreſcit: ſed ſtatim per confeſſionem & pœnitentiam ad priorem pulchritudinem redit: Continua, ut cum aſſidue in peccato iacet ꝑ quod & aſſidue ante deum deformis apparet. Hæc autem genera duo qualitatis animæ: genera ſunt duo indignitatis ſuæ. Qui indignus eſt ſecundum ſubitaneã qualitatem: non ideo tamen ad iudicium ſibi aſſumit Chriſti corpus & ſanguinem. Qui uero ſecũdum continuam indignus exiſtit: ille ad iudicium ea ſibi aſſumit.

De cordis immundicijs. Cap. 119.

Nouerit quoque qui ſuam diſcutere intendit infirmitatem: tria eſſe genera immunditiæ cordis. Primum nanque genus eſt amor non amandorum. ueluti luxurię & ſimilium. Secundum uero eſt odium eorum quæ odio nõ debent haberi, ſicut eſt, odiũ alienæ proſperitatis. Tertium autẽ nec amor nec odium: ſed quædam cogitationis uanitas ut, cũ cogitamus unde iſte ueniat uel quò ille uadat.

De ſimilitudine inter corporis infirmitates & animæ. Cap. 120.

Rurſus attendendum duo eſſe genera infirmitatis animæ: quemadmodũ ſunt infirmitatis corporeæ. Corporis nanque infirmitas aliquando eſt, quaſi infirmitas naturalis: aliquando uero eſt caſualis. Quaſi naturalis nanq; eſt, ut ficus ab ipſa hominis infantia ſibi quaſi continuus. Caſualis uero eſt: ut febris quæ frigore repẽtino uel alio caſu accidit homini. Hæc itaq; quia occaſione accidit extrinſeca: facilius curari põt una medicina. Illa uero quæ quaſi naturaliter adhæret homini: non una repentina curari, ſed cum frequẽti medicina poteſt minui & alleuiari, donec facilius ualeat portari. Ita quoque uitiorum quæ ſunt animæ infirmitates: alia quaſi naturalia: alia uero ſunt quaſi caſualia. Quaſi naturalia quippe ſũt, ut ingluuies et luxuria quę ex ipſa carne concreſcunt ab infantia homini. Caſualia uero ut mẽdacium, quod aliqua extrinſecus accidenti cauſa ſæpe profertur etiam non præmeditatum. Hæc ergo: quia cauſis exterioribus accidũt, leuiori cuſtodia euitari poſſunt. Illa uero: quia intus naturę cohærent: licet nõ una abſtinentia omnino deleri: continua tamen inſtantia eo uſque poſſunt minui: quo ſatis facile ualeãt tolerari. His ergo delendis ſemper inſtare debemus licet omnino ea delere non poſſimus. Sicut enim naturalem corporis infirmitatem patiens ſtulte agit, ſi ſibi medicinam adhibere neglexerit: quia ſemel uel bis adhibita non ſtatim curatus fuerit: Sic naturali uitiorum infirmitate detentus inſipienter facit, ſi ſibi cuſtodiam adhibere deſtiterit: quia aliquoties adhibita ſtatim a tentatione liberatus non fuerit.

De appetitu, & quid interſit inter appetitum & uoluntatem. Cap. 121.

Nullus nanq; appetitu uitiorũ prorſus carere poteſt: ſed eum uice appetitus ueræ cõmoditatis, quaſi naturaliter retinet. Poſtquã enim humana natura perfectam beatitudinem amiſit: perfectam quoque ſui commoditatem perdidit: ſemper tamen naturalem

affectionem eiuſdem cõmoditatis habet:et quia perfectam commoditatem habere non poteſt,nec perfectæ cõmoditatis appetitum amittere ualet.Habet itaq; appetitus ingluuiei & luxuriæ aliarumq; falſarum commoditatũ & per hos incedit quærendo illã perfectam commoditatem: cuius appetitũ retinet naturalem.Hos autem appetitus diabolus accendit aliquando per falſas commoditates:& per eas uoluntati aliquod peccatũ ſuggerit,aliquando uero per ſemetipſum ipſi uoluntati perſuadet,ut eoſdem appetitus ad peccandum incitet:ut cum ebrioſo q̃ amplius bibere nequit,aliquid ad ſuum nelle commode ſuggerit,ut habeat appetitum amplius bibendi.Sic autẽ diabolus incitat uoluntatem ad peccandum aut per hos appetitus:aut per ſemetipſum,uelut ſi aliquis latro aliquẽ ad ſe deſpoliandum incitaret:aut artificio aliquo ut carnem eius calefaceret: aut dicẽdo ei ſimplici uerbo ut ſe exueret.Ad quem uero cum illi nihil ſuſpicans fallaciæ appropinquat: ſubito capitur: uapulat: uerſa uice deſpoliatur: quandoq; deinde occiditur.Appetitus uero iſti non aliud ſunt quàm quædã commoditatis neceſſitates. Non enim idem eſt appetitus quod uoluntas.Appetitus nanque mali nõ eſt malus,ſed uoluntas mali eſt mala.Hos igit̃ appetitus,q̃ diabolus ſemper accẽdit: ſtudio magno et cuſtodia ſũt reſtringẽdi.

De ſimilitudine inter aquam & humanam naturam. Cap. 112.

Humana nanque natura tam facile per uitia,quàm per planum profundit̃ aqua.Sic ergo agere debet qui eam reſtringere appetit,uelut qui aquam currentem retinere contendit.Sicut enim ille qui aquam concludit in ſtagnum atq; coercet:ſic iſte naturam humanã uagam,infra regulam aliquam cohibere debet.Vtque ille p̃curat ne qua parte dirumpatur ſtagnum qua effluat aqua:ita & iſtum præuidere condecet ne ſuam in quoquam uiolet regulam, quo ad peccatum proruat.Sic enim reſtringi carnis appetitus poſſunt:quod eſt quãdam facere pacem inter ipſam carnem & ſpiritum:quam quidem pacem nemo melius habere poterit, quã qui diſtrictioni ordinis monaſtici ſemetipſum ſubiugare ſtuduerit. Ipſa etenim eſt quaſi quædam clauſura uel ſtagnum uiuarij:quoniam quidẽ ſicut piſces decurrente aqua uiuarij moriuntur,ſi clauſuræ ipſius minuatim ac ſæpe rupant nec reficiũtur:ita omnis religio monaſtici ordinis funditus perit: ſi cuſtodia eius per modicarum cõtemptum culparũ,paulatim a feruore ſui tepeſcit:atteſtante ſcriptura quæ dicit: Qui modica ſpernit paulatim decidet. *Eccle.1*

Quòd quatuor modis pax agatur Cap. 113

Quatuor quippe modis pax agitur, quibus homo ad ueram quietem perducitur.Aut enim fit ab aliquo inter aliquos duos:aut inter ſemetipſum & alterum,aut inter carnem & ſpiritum: aut inter corruptibilitatem noſtram et incorruptibilitatem quam deo donãte expectamus.Si tres ſuperiores modos nunc habuerimus, tunc demum ad illam pacem perueniemus:de qua dicit apoſtolus:Habete pacẽ cum deo.Duo itaq; primi modi fiunt per concordiã. Eſt enim pax carnalis, eſt & ſpiritualis.Cõcordia etiam eſt carnalis & ſpiritualis.Pax & concordia carnalis eſt quam habent infideles,uel etiam falſi chriſtiani cum in peccato concordãt, & inde quamcunq; pacem obtinent. Hanc autem pacem Chriſtus nõ commendauit ubi dixit:Non ueni pacem *Mat.10* mittere in terram,ſed gladium.Per terram terrenos, per gladium ſeparationem,qua ſeparamur a carnalitate potes intelligere.Tertius uero modus p̃ ſpiritus fit uictoriam,ſibi ſubiugantis *Ioã.14* carnem.De hoc etiam idem dominus *Pſal.* ait:Pacem relinquo uobis,pacẽ meam *118* do uobis.Et propheta. Pax multa diligẽtibus legem tuam.Et:In pace factus *Pſal.75* *Pſa.76*

eſt locus eius. Et, Inquire pacem, & perſequere eam. Quartus uero modus erit per remunerationem corruptione noſtra tranſmutata, ut iam diximus, in incorruptionem.

De quadripartito ſtatu humanæ naturæ. Cap 124

Notandum ſiquidem: quia humanę naturæ quatuor ſunt ſtatus, quib⁹ pro diuerſis meritis beata uita uel miſera redditur. Duo nãque primi beati, duo poſtremi miſeri: Beatorũ autem alius minus beatus: alius uero beatiſſimus. Ita quoq; miſerorum, alius minus miſer: alius uero miſerrimus eſt. Status itaque minus beatus fuit ille quo ante peccatum Adam in paradiſo ſtetit. Beatiſſimus uero eſt ille quo nunc in cœlo ſanctorum animæ ſunt. Minus autem miſer ſtatus noſter eſt quo dum uiuimus in hoc ſeculo ſumus. Miſerrimus uero ille erit, quo reprobi permanebũt in pœnis inferni. Vt ergo in beatiſſimo ſtatu æternaliter quieſcamus, in dei ſeruitio tẽporaliter laboremus.

De ſimilitudine inter hominis obſequium & præmium. Cap. 125

Homo quia æternũ habere non poſſet præmium: niſi deo, laborando æternum exhiberet obſequium: deus ſuæ præmium uitæ quæ eſt æterna: uitæq́ hominis quæ eſt temporalis, ſeruitio comparat. Si homo enim quandiu uixerit deo deſeruierit & deus hoc ei cõadiuuet, & ipſe recompẽſabit. Qui uero non a principio quidem uitæ ſuæ, deo deſeruire cœperit: ſed ex quo tamẽ cœperit uſq; ad finem perſeuerauerit: deus ab eo uitæ præcedentis ſeruitium non exiget: ſicut nec ipſe a deo uitæ illius præcedentis exigit præmium. Si autẽ homo econtra quoad uixerit deo male deſeruierit: & deus ei malum rependet meritum quandiu & ipſe uixerit. Quod ſi non a principio uitæ ſuæ male deo cœperit ſeruire, ſed ex quo tamen cœperit uſque ad finem uoluerit perſeuerare; non ei deus uitę præcedentis ſeruitium bonũ recompẽſabit in malum: ſicut nec ipſe uitæ illius pręcedentis præmium habere uoluerit malum, nam & ſuæ uitæ præcedentis bono & dei præcedentis uitæ malo carebit præmio. Deo ergo ſeruiat ſemper omnis homo: quiſq; eo ordine quo cõſtitutus ab ipſo eſt.

De tribus hominum ordinibus. Cap. 126

Tres quippe ſunt ordines hominũ: uidelicet orantes, agricultores, & defenſores. Hos autem ordines ſic ad diuerſa officia deus in hoc mundo diſpoſuit quemadmodum quidam pater familias oues & boues & canes maximos in domo ſua diſtribuit.

De exemplo ouium, boum, & canum. Cap. 127.

Oues nanq; ad hoc habet ut lac ſibi & lanam ferant. Boues uero ut terram exerceant. Canes autem ut tam oues quàm boues a lupis defendant. Si igitur horum quodcunq; animalium ſuũ gerat officium, illud ad uitam dominus ſeruat: quia eius ſibi utilis eſt uita: ſi uero officium quod eſt ſuum non egerit: morte ſua iudicatur dignũ, quia eius uita nullum fert fructum. Si enim ouis lac uel lanam non attulerit: bos autem terrã non exercuerit: quem aliũ fructum ferre poterũt? Rurſus ſi canis cuſtodiæ pecudum deputatus, eas lupos permiſerit laniare: aut eaſdem ipſe uel alios canes cœperit ſtrangulare: q̃d aliud dominus agere debet quàm eum obruere? Sic & deus de illis ordinibus agit, quos ad officia diuerſa in hoc mũdo diſpoſuit. Quoſdam nanque ut clericos, monachos: ad hoc ipſum diſpoſuit ut pro aliĳs orent: miteſq́ ut oues lacte prędicationis eos imbuãt: lanaq́ ſui boni exempli feruentes in dei amore faciãt. Alios uero ut agricultores ad hoc diſpoſuit: ut de ſuo uelut boum labore ipſi uiuant & aliĳ. Quoſdam etiã ut milites ad hoc inſtituit, ut aſperitatem prout neceſſe fuerit oſtendãt: tam orãtes quàm agricultores ab aduerſis

gētibus uelut a lupis defendant. Si ergo ſui quiſq; ordinis officiū impleat longam promeretur uitam: quia cæterorum uiuit ad utilitatē. Si uero iſtud agere noluerit uita ipſa indignus exiſtit: quia fructum non affert propter quem uiuit. Si enim clerici monachiq; orationem uel prædicationem alijs impendere, uel etiam bonum exemplum prætendere aut terram agricolæ noluerint excolere quod aliud poterunt officium explere? Rurſus ſi milites alios defendere noluerint: aut etiam more rabidorum canū eoſdem aut ſeipſos occiderint uel oppreſſerint: quid de illis, niſi quod de rabidis canibus debet fieri? Vnuſquiſq; ſui ordinis gerat officiū: ne & totū qđ uiuit deputet mendaciū.

De mendacio. *Cap.* 118.

Si enim quod ordinis ſui eſt nō egerit: omnis eius exterior habitus mentitur, qui eum ordinis illius eſſe teſtaš. Actus quoq; illius & uerba, ipſaq; mētitur cogitatio: quia mendacium teſtatur pro uero. Cum enim quiſpiam qđ agit uel dicit uel cogitat ſic eſſe agendum, dicēdum, cogitandumq; alijs indicat. Plus etenim loquitur plerunque homo actu quā uerbo, ſicut hoc poteſt uideri exemplo.

Exemplum de medico. *Cap.* 119

Medicus nanq; herbam aliquam ſi diceret ægroto ſalutiferam eſſe, ac ut ex ea comederet: aliam uero mortiferam, ipſe tamen ex ea guſtaret: plus ei actu quàm uerbo diceret: quia plus ei hanc actu, quàm eam uerbo comedendam ſuaderet. Cum igitur quidpiam quis agit uel dicit uel cogitat ſic eſſe agendum, dicendum, cogitādumq; cæteris manifeſtat: quod ſi ita eſt, uerum actu & uerbo & mente loquitur. Si uero non eſt eiſdē omnibus, econtra mentitur. Inquātum igitur uerum dicitur, bene, inquantum uero mendacium pfertur: male uiuitur: quia omne peccatum mendacium eſſe probatur. Siquidem non niſi cogitatione: locutione & opere peccatur: quibus quoties peccamus deo, & hominibus mentimur. His itaq; tribus dei timorē ponamus cuſtodem, quia teſtante ſcriptura: Timor domini expellit peccatum. *Eccle. 1* Timor deniq; ſpiritus ſancti eſt donum, aliorumq; omnium primum.

De ſeptem donis ſpiritus ſancti. *Cap.* 130

Septem quippe ſunt dona ſpiritus ſancti, uidelicet: timor, pietas, ſcientia fortitudo, cōſilium, intellectus, ſapientia. Horum autem donorum, ut dictū eſt, timor eſt primum, aliorumq; uelut quoddam fundamentū. *De timore.* Hunc nanq; ſpiritus ſanctus mentis in campo ſupponit aliaq; dona ſuo in ordine uelut in ædificio ſuper imponit. Prius enim mentem metuere facit: ne pro peccatis ſuis ſeparetur a deo: & in pœnis inferni cum diabolo torqueatur. Huic deniq; timori ſuperimponit pietatem: *De pietate.* cū menti ſic metuenti ſuñpſius aſpirat cōpaſſionem pieq; recolere facit quā miſera erit: ſi a deo ſeparata, & in inferno cum diabolo fuerit torta. *De ſcientia.* Dehinc uero ſcientiam ſuperimponit pietati, cum mens quæ ſic timet ſibiq; compatitur: quo ualeat modo ſaluari ſcrutať, eiq; ſpiritus ſanctus huius rei cognitionē largitur. *De fortitudine.* Exinde autem fortitudinem ſuperimponit ſcientiæ: cum mens pauida ſibiq; compatiens iamq; quid agere debeat ſciens fit fortis ſpiritus ſancti dono ad operandum quæ didicit, quibusq; ſaluari ſe poſſe confidit. Poſt hęc uero conſilium fortitudini ſupædificat: cum mens iam fortis ad operandū quæ pie timendo ſçit eſſe facienda ſui *De conſilio.* experimento didicit ſpiritus ſancti gratia quid de his omnibus alijs conſulere debeat.

Quòd de donis ſpiritus ſancti quinque ad actiuam: duo uero ad contemplatiuam pertinent. *Cap.* 131.

Hæc autem quinque ſpiritus ſancti dona ad actiuam, duo uero quæ ſequūtur, id eſt, intellectus et ſapientia ad cōtemplatiuam pertinent uitam. Ipſa ta-

men ſpiritus ſanctus primus, quinque ſuper imponit: ut ſuorum ædificiū donorum poſſit omnino compleri. Poſtquam enim ſpiritus ſanctus mentem facit pauentem: ſibiq́ compatientem ac ea quæ ſcit eſſe facienda fortiter operantem: & de ipſis ſuis exemplis alijs conſulentem: accedit, eandemq́ ad intelligendum cur hæc uel illa deus præcipiat: cur homo licet alteri benefaciat, nullā ab eo remunerationem exigere debeat. De intellectu. Quorum ut intellectum ſpiritus ſanctus mēti aſpiret: ad poſtremū etiam ſapientiam ſuperaccumulat ut quod uidelicet ratione intelligit, ſit ſibi ſapidum atq; dulciſſimum ſoloq́ rectitudinis amore ſequitur quod intelligit eſſe ſequēdum. De ſapientia: Ab hac tamen ſapientia quam extremā poſuimus: ſpiritus ſan-

Eſa.2. ctus dona ſua dinumerare per prophetam incipit: & uſq; ad timorem a quo cœpimus aſcendere dinumerando deſcendit. Vnde notandum quòd nobis innuit deſcendendo quomodo ex eiſdem donis couſtruat in nobis ædificiū aſcendendo. Hoc igitur ædificio ita cōpoſito ſanctus in eo ſpiritus reſidet: to tamq́ familiam domus interioris, id eſt, omnis animæ ſenſus regit et ad obſequium ſui diſponit.

De qualitatibus animæ & moribus.

Cap. 132

Hinc animæ qualitates quæ prius erant inſtabiles iam in bonos redigit mores. Mores quippe qualitates ſunt animæ in habitum iam redactæ: non enim tunc mores dicuntur cū cito adueniunt citoq́ recedūt, ſed cum in anima ſtabiles exiſtunt.

Quòd mores boni & mali ſint. Cap. 133

Horum autem morum alij boni: alij uero ſunt mali. Boni igitur uirtutes: mali autem uitia dicuntur.

De uirtute & uitio. Cap. 134

Virtutes autem bona exterius opera: uitia uero pariunt mala. Non tamē quoties agitur opus uirtutis uel uitij: uirtus ipſa uel uitium proprie dicitur haberi. Tūc enim primum proprie habentur cum ex conſuetudine poſſidentur: unde & homines iuſti uel uitioſi dicuntur. Cum aūt perfecte habentur: licet ipſa omnino ſint diſſimilia: haud tamen diſſimilia ſemper habent opera.

De ſapientia & ſtultitia quandoque in eodem conuenientia. Cap. 135.

Quædam enim ex ipſis ut ſapientia perfecta atq; ſtultitia eadem faciūt plerūq; fieri opera. Sicut enim perfecte ſapiens dimittere nō uult quin agat qđ ſibi bonum uidetur: ſic & ille qui perfecte eſt ſtultus. Verum hoc ideo ille facit, quia ſcit bonum nō eſſe ut illud dimittat: ſtultus uero quia ſic putat. Eſt autē alius medius nec ita ſapiens quin metuat falli, nec ita ſtultus ut in malo quod cœperit perſeuerare uelit. Hoc ergo quod ſibi bonum uidetur perſæpe dimittit, quia magis quàm ſibi alterius credit conſilio.

De odio & amore peccati. Cap. 136

Item perfectum peccati odium perfectusq́ amor eiuſdem, idem plerunq; opus exhibet exterius. Sicut enim qui perfecte odit in ſe peccatum non curat quis illud agnouerit: ſic & qui idē delictum in ſe perfecte diligit. Verum hoc ille ut ſibi deus indulgeat: iſte uero pro ſua hoc facit impudentia. Alius uero medius eſt: qui nec ita peccatum odit ut hoc omnes uelit ſcire: nec rurſus ſic amat ut & omnes uelit neſcire. Hic igitur & pluribus illud abſcondit, & uni tamen per confeſſionem patefacit.

De humilitate & ſuperbia. 137.

Rurſus perfecta humilitas ꝑfectaq; ſuperbia: opera quædam habent ſimilia. Sicut enim perfecte humilis cū peccat uult ut eius prælatus ſuam diſtricte puniat culpam: ſic & ualde ſuperbus. Verum hoc ille pro eiuſdem culpæ remiſſione, iſte uero uult pati pro indignatione: dedignatur nanque ut prælatus ipſius ſui miſertus, uel ad modicū ſibi parcat; immo magis ut ſuam

immoderate puniat culpam, deſiderat. Eſt autem alius medius qui nec omnino diſtricte puniri: nec ſuam ſibi culpã uult ex toto donari Hic itaq; cum aliquãdo peccat partim puniri, partimq; dimitti, ſuam ſibi culpam deſiderat.

De tribus uerecundiæ generibus.

Cap. 138

Tria enim ſunt uerecundiæ genera, quæ & ipſa operãtur exterius diuerſa. Alia nanque eſt corãm deo tantum, alia uero tantum corãm hominibus: alia autem partim corãm deo, & partim corã hominibus. Verecundia nanque corãm deo tantum eſt: cum quia tales ſumus quales non eſſe decet: erubeſcimus, noſtraq; peccata ſi non alijs obeſſent: corã hominibus fateremur. Verecundia uero corãm hominibus tãtum eſt: cum quia agnoſcimus quales nos eſſe debemus, uerecundamur: noſtraq; delicta etiã uni detegere per confeſſionem erubeſcimus. Verecũdia autem partim corãm deo: partimq; corã hominibus eſt, ut cũ nec ita de noſtris peccatis corãm deo erubeſcimus: ut ea etiam corãm hominibus fateri uelimus: nec ita rurſus corãm hominibus ut ea uel uni per confeſſionem detegere erubeſcimus. Quę itaq; uerecundia eſt tantum corãm hominibus, eſt bona: quæ uero partim corã deo: partim corãm hominibus eſt melior, quæ autem corãm deo tantum eſt: optima eſt. hæc enim poſtrema ut dictũ eſt: ſi non obeſſet alijs ſuã homines confiteri culpam corãm omnibus faceret. Media uero nec ita eſt perfecta: ut corãm omnibus uelit: nec ita imperfecta, ut ſaltẽ corãm uno per cõfeſſionem ſuam erubeſcat culpam fateri. Prima autem etiã corãm uno erubeſcit culpam fateri: bona tamen eſt & ipſa, quia licet ſub rubore, culpam tamen confitetur uel uni quandoque.

De tribus que notantur in iuuene.

Cap. 139.

In iuuenę quoq; tria notantur: quibus ad probitatem uenturus pręnoſci tur. Hæc autem ſunt, taciturnitas, corporis continentia, uerecundia. Taciturnitas uidelicet ut prius taceat, poſterius dicat. Corporis autem continentia: ut non leuiter oculos huc illucq; reducat, manus pedes' ue ne moueat, ſed omnia corporis ſui membra decenter contineat. Verecundia uero: ut erubeſcat corãm hominibus cum quid uetitum agat, totusq; rubore ſuffuſus oſtẽdat quod erubeſcit. Ad hæc itaque tria iuuenis quiſq; nitatur: quia uno quoq; eorum ad altiora prouehitur: ſiquidẽ tacendo & audiendo ſapientiũ doctrinam: paulatim concipit ſcientiam, quĩbuſdam q; incrementis ad ſpiritualem uitam per eorum uerba pertingit. *De taciturnitate, de continentia corporis, de uerecundia*

De ſimilitudine inter diuerſa alimentã & præcepta.

Cap. 140.

Sicut enim alimẽtis diuerſis ad perfectam corporis ætatem: ſic præceptis diſſimilibus ad ſpiritualem perducitur uitam, ut enim educatur prius ſimplici lacte matris: dehinc aliquo alio, deinde farinæ cõmiſtio: poſtea micis panis: poſtmodum etiam cruſtis donec quolibet ſolido cibo ualeat uti. Sic enĩ primum iubetur in deum credere: dehinc eũ diligere, deinde timere: poſtea bene operari, poſtmodũ etiam aduerſa pati quou ſq; ſibi pręceptum quodlibet ſecure poſſit iniungi.

De exẽplo noui uaſis. Cap. 141.

Quia ſpirituali doctrina ſemel ad plenum imbutus: nouo uaſi ſimilis eſſe uideiur. Vt enim uas nouum potu bono ſemel affectum: uix eius ſaporẽ amittit: etiam ſi alio poſtmodũ repleatur diuerſi ſaporis: ſic iuuenile cor ſpirituali doctrina imbutũ, uix eius dulcedine perdit: etiam cum ſeculari occupatur, poſtea cui intendit. ſi autem tacendo ſapientium uerba contemnit audire: nec ad ullam aſcendet ſcientiam ſpiritualis uitæ.

De exemplo cultri. Cap. 142.

Vtq; qui proprio caret cultro: merito eſurit

to eſurit ſi alieno incidere nolit: ſic & iſte propria carens ſcientia: iure ſpiritualı fame deperit, cum aliena nolit tacendo ſcientia uti. Tacendo igiť ſapientium uerbis attendat: ut ad ſcientiã ſpiritualis uitæ doctrinæ eorum pertingat. Continẽdo autem corporis membra: ut ſupra dictũ eſt: in melius proficit: quia mentem hoc modo ſtabiliorem & placitam reddit. Mens uero ſtabilis & placida: placida exterius uerba reddit & ipſa.

De exemplo aquæ quietæ & ſolis radijs.

Cap. 143.

Vt enim aqua quieta cũ ex una parte ſolis ſuſcipit radium: ex altera quietum & ipſum aliquo in pariete reddit: ſic mens pacata ſuſcipiens aure cuiuſpiam uerbũ: ore remittit & ipſum pacatum. Vt uero aqua commota radiũ commotum: ſic & mens turbata uerbum reddit turbatum & omnem exterius actum. Vt ergo ad quietem mẽtis & oris et operis ſibi proficiat iuuenis: quæque membra decenter contineat. Erubeſcendo autem ſicut & dictũ eſt in melius proficit: quia uerecundia pœnitentiam parit, cuius alia quidem ſicca, alia uero humida eſt.

De pœnitentia ſicca & humida.

Cap. 144.

Sicca nanq; pœnitentia eſt, cum aliquem quidem ſui peccati pœnitet: ſed humore pietatis ſui ꝗpipſius compunctione caret. Humida uero eſt cum habet utrunq;, ſuumq; luget peccatũ magna cordis contritione. Vt ad hanc ergo ſibi proſit pœnitentiam, non iuuenis tantum, uerumetiam omnis homo erubeſcat, cum quid agit illicitum.

De exemplo arborem magnam ſuccidere uolentis. Cap. 145.

Eſt autem ſciendũ quem magni alicuius pœnitet criminis ſibi eſſe agendum, more arborem magnam ſuccidere uolentis. Sicut enim ille minora in circuitu arbuſta pri⁹ curat ſuccidere, ne ſibi arborem ipſam ſuccidenti poſſint obeſſe: ſic & huic uitia minora illi crimini uicina prius ſunt extirpanda, nequa ſibi crimen ipſum deſtruenti ferant impedimenta.

De detractione. Cap. 146.

Detractionis uitium, quod maxime ex otioſitate ſolet naſci, multum eſt cauendum: quia pernicioſum eſt multis. Vnde beatus Clemẽs inter cætera quæ ab ore beati Petri ſe didiciſſe fateť hoc modo ſcribit.

De tribus homicidij generibus.

Cap. 147.

Tria ſunt genera homicidij, quæ pari pœna plectuntur: Interfectio fratrũ, detractio, odium. De qua etiam Paulus dicit: Si comeditis et inuicem mordetis, uidete ne ab inuicem conſumamini. Comedit nanque alter alterum, & quaſi morſum in eum facit quotieſcunq; aquis aliquem male loquendo uiliorem efficit: unde neceſſe eſt ut ab inuicem conſumantur, pœnis uidelicet gehẽnalibus detruſi miſerrime puniantur. Sic igitur is qui alterũ detrahendo comedit, conſumitur ab eo quẽ morſibus detractionis conſumere geſtit. Nam cum eius uitã per detractionem dilacerat, ſemetipſum ante iuſtũ iudicem deum condemnat. Si cque plerunque contingit, ut is qui alteri derogat, niſi reſipiſcat, corã deo in damnationem cadat: quamuis ille cui detrahitur, nihil lęſionis ex ipſa detractione ſentiat. Quid autem detractio opereť, uel quid ſit inquiramus, & inquirẽdo quod dominus dederit breuiter dicamus: non ideo ꝙ neſciatur, ſed idcirco ut quod ſcitur melius teneatur. Gal. 5

De exemplo ignis & uenti humanæ mentis. Cap. 148.

Solet enim cõtingere, ut ignis in aliqua materia aliquando paululum ardeat, & ſi uento impellitur, ad maiorẽ ardorem creſcat. Taliter etiam eſt mẽs humana ſalubri admonitione pulſata ad opus agendum, poſt ſuggeſtionem ocyus ſurgit ad quod prius ſurgere ne

glexerit: ſicq; ut ignis uento mouetur, ſic mens à corporis deſidia, admonitione excitatur.

De detractionis deſcriptione. Cap. 149.

Detractio itaque eſt quotieſcunque quis aliquid ea intentione de aliquo dicit, unde ipſe uel minus amari ſiue minus appreciari poſſit. Detractio uero malis duritiam, pœnitentibus refrigerationem, tentatis exemplum peccādi, quaſi fomenta malitiæ præſtat. Naturarę ſiquidē eſt, ut ſicut id quod à nullis fieri audio, facere formido: ſic illud quod à pluribus uel etiam à paucis fieri percipio, facilius præſumo, & quo plures eandem rem feciſſe cognouero, eo minus eā facere dubito. Bonus ergo etſi nec pœnitens de aliquo criminali fuerit, nec tentationē aliquam inde habuerit, & alium illa uel illa criminalia perpetraſſe per detractionem audierit, niſi ſibi uigilanti oculo præuiderit: materiam ſuperbiendi accipit. Proprium nanq; eſt ſuperbiæ ſingularitate ſemp gaudere. Quapropter ſummopere cauendum eſt peccatum detractionis: qa fomes eſt tantæ perditionis.

De commendatione charitatis. Cap. 150.

Tollit enim charitatem, ſine qua impoſſibile eſt quenquā deo placere. Qui enim non diligit, manet in morte. Plus nanque peccat qui amorem proximi à corde alterius minuit, q̄ qui uictū ab ore pauperis rapit. Nam ſicut anima pretioſior eſt quā corpus, ſic grauius eſt animæ uictum auferre q̄ corporis. Victus uero animæ eſt amor dei & pximi. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Qui igitur dilectionem qua debet anima ſuſtentari tollit, quātum in ſe eſt animam occidit. Propterea cauēdum eſt ne quiſquam aliquid ſiniſtrū de aliquo loqui præſumat, niſi propter emēdationem eius hoc faciat. Nam prælato aut illi quem puto poſſe conſulere peccanti, & uitiorum uulnera mederi, debeo alterius malefacta ppter emendationem detegere, quæ per

Ioan. 3

Ro. 13

memetipſum nequeo emendare. Et ne alius corrumpatur ipſius offenſione, compendioſe etiam poſſum eum monere, ne tali iungatur ſingulari aliqua familiaritate: aliter uero nullo modo de aliquo q̄cquā aduerſi loqui debeo.

Quòd noceat detractio, & proſit bonum audire. Cap. 151.

Cæterū uero ſicut nocet multis de quolibet malū dicere, ſic pluribus ſolet prodeſſe de alijs bona audire. Nam cum bona de aliquo referuntur, hi qui boni ſunt, eius facta æmulantur, eoq; propēſius in ſua bonitate perſeuerare nituntur quo alij eiuſdem bonitatis ſectatores laudantur. Si autem pœnitentes fuerint, tanto ſtudioſius ſuam pœnitentiā, ut boni efficiantur peragunt, quanto glorioſiores bonos eſſe malis ſedula relatione percipiūt. Porrò ſi mali fuerint erubeſcunt, cum de alijs bona referri audiūt, à quibus ſemetipſos uacuos eſſe conſiderant, tantoq; facilius ad pœnitentiam reuocantur, quāto plures & forte debiliores ſe bona operari eis referuntur. Sic igitur omni Chriſtiano in ſedula cōſuetudine ſemper bona de alijs ęſtimare, bona loqui, nihil mali credere nihilq; proferre.

De ſcientia uoluntate & uſu. Cap. 152.

Cum in omnibus actionibus noſtris ſummopere quęrendum ſit, ut boni ſimus, alioquin beati eſſe non poterimus: Quęrendum eſt quibus potius utendum ſit ut boni efficiamur. Tria itaq; mihi eſſe uidentur, quę neceſſaria ſunt uolenti effici bonus, ſcilicet ſcientia, uoluntas, & uſus. Nam niſi quis habeat ſcientiam bonum faciendi, nequaquam bonum unde ſalutem conſequatur, operari poterit. Et ſi habet ſciētiam, ſed uoluntatem operandi nō habuerit, bonus nullo modo eſt. Quòd ſi boni agnitionem, & uoluntatem operandi obtinuerit, nec tamen eius uſum opere compleuerit cum poſſit, bonus nequaquam erit.

De exemplo citharistæ. Cap. 152.

Vt ſi is qui citharista eſſe debuerit, citharam non cognouit, qualiter citharœdus erit? Si etiam inſtrumentum illud non agnouerit, & ſi agnouerit, ſed tangere illud noluerit, qualiter citharœdus erit? Si autem illud agnouerit, & tetigerit, ſed eius uſum habere contempſerit, nunquam propter cognitionem & uoluntatem ſine uſu huius artis peritus erit. Taliter nãq; licet quis habeat ſcientiam bene uiuendi & uoluntatem, nequaquam bonus erit, niſi etiam boni operis uſum tenuerit iuxta ſuam poſſibilitatem.

De ſimilitudine inter deſides & peccantes.
Cap. 154.

Sunt autem quidam ſanctarum ſcripturarum ignari, & dum aliquid de eis quod poſſent ad ædificationem ſui retinere audiunt, contemnendo dicũt: Ad quid iſtud tantillum tenebo? Non ex re tam parua ſapiens ero. Cur ergo mihi laborem imponam? Dimittam, quieſcam, uiuam ut potero: quia fruſtra ſapientiæ amplius ſtudebo, nõ enim omnes peribũt qui ſapientes nõ ſunt. Hæc & his ſimilia, piget & inſipiens ſibimet proponit, nec percipit: quia antiquus hoſtis ad interitũ eius talia ſibi ſuggerit, quatenus in omni uita ſua nulli intendat utilitati: ſed in negligentia et torpore ſemper uiuat ut pereat. Amplius quoque ſatis, inquit, ſunt ſapientes in mundo, ſatis ſcriptores, ſatis qui habent peritiam artium, non eſt opus ut ego me diſcendo fatigem. Preterea pueritiam iam exiui, iã ſenectuti appropinquo, nec iam poſſem ad magnum ſcientiæ fructum uenire, ſi modo inciperem laborare: ſic ſe cũ piger tractat, & in ſui torporis deſidia perſeuerat. Simili etiam modo non nunquam peccator irritatur, ne ad bonæ operationis exercitium aliquando exurgat. Solet enim contingere, ut is qui luxuriæ inquinamento fœdatur, interdum ſemetipſum cognoſcat, & facti ſui pœniteat, ſed cum iterum tentatio aduenerit, & locus peccãdi affuerit, dicit: Quare iſtam uoluptatẽ perderem, ſatis etiam hanc admittere potero, ſicut & multas alias feci, & cũ in futuro ſatiatus fuero, omnia inſimul confitebor, & ſic bonus efficiar. Satiabor igitur donec deo de omnibus ſatisfaciam, & tunc tantum ieiunabo, tunc tot afflictionibus, tot uerberibus corpus caſtigabo: tãtum eleemoſynis & parſimonijs ſtudebo, ut in me nihil remaneat dignum ſupplicio. Cũ enim adhuc illa & illa in me reſtant ſine cõfeſſione, cur me ab hac ſola compeſcerem delectatione? Talia nonnulli interdum ſibimetipſis praue conſulunt, nec miſeri attendunt, quãta erroris caligine interius obtenebrẽt. Nam quãto ſunt peccatis obligati maiorib⁹, ac bonitate pauperiores, tanto deberent eſſe ad omne delectamentũ diabolicæ ſuggeſtionis excutiendum ardẽtiores. Sicut enim uirtus uirtuti accumulata prodeſt, ſic uitiũ appoſitũ uitio obeſt. Quiſquis ergo hodie quicquam boni operari poteſt, nullatenus hoc procraſtinare debet. Vnde Salomon: Quodcunq; poteſt manus tua facere, inſtanter operare: q̃a nec opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia eſt apud inferos. *Eccle. 9*

De ſimilitudine inter pauperes, ſtultos & negligentes. *Cap.* 155.

Verum huiuſmodi homines ita in peccando negligentes, imitãtur etiam pauperes inſipiẽtes. Siquidem pauper inſipiens cum obolum acquirit, aut aliud quid parui munuſculi dicit: Ad quid iſtud tantillũ ſeruarem? non propter hoc diues ero, expẽdam itaq; hoc in pomis, aut nucib⁹, aut qualibet alia re mihi delectabili. Non enim iſtud cuſtodiẽdo ſolicitus uolo haberi. Sic ſtolidus dum paruipendit modica: nunq̃ proficit ad maiora. Sapiens autẽ pauper, parua quæ nanciſcitur cuſtodit, et quo minus ſe habere conſiderat: eo magis nacta, retinere deſiderat, quatenus ex paruulorũ congerie ad maiora

quærat quandoq; pertingere. Sic nimirum is qui ſe pauperem ſcientiæ ac bonitatis ſentit, debet facere ſi ad aliquẽ effectum ſcientiæ ac bonitatis uelit ꝑuenire. Nam ſicut plura grana maſſam & guttæ flumen, & multi numi diuitem faciunt, ſic multæ ſcientiarum ſententiæ ſapientem, & plures bonitatis actiones, bonum quemlibet efficiunt.

De ſcientia, & tribus partibus eius. Cap. 156.

Cum igitur ſcientia ſit neceſſaria, ut bonus quis efficiatur, & manifeſtũ ſit nullum eam poſſe comprehẽdere, qui minimas eius partes negligit colligere, niſi forte quis ſubito illuminetur, ſicut apoſtoli & prophetæ: quærẽdum eſt quomodo per gratiam dei illam ualeamus acquirere. Tribus itaq; cauſis uidetur mihi illam poſſe adipiſci, doctrina ſcilicet, experimento, & ratione

De doctrina. Cap. 157

Per doctrinam quippe quæ capitur lectione & ſermocinatione, ſcientia acquiritur. Quia cum quis legit, ut legẽtem ſiue loquentem audit, ad hoc ut eorum quæ leguntur ſiue referuntur ſcientiam habeat, intendit.

De experimento. Cap. 158

Experimento uero acquiritur ſcientia, dũ rei quã ꝺ rõne aliqis ꝓbauit, certam habet notitiam. Ex ratione quoq; percipitur cum per naturalem mentis diſcretionem in iſtis quæ facienda ſiue omittenda ſunt quis ſolidatur. Scientia igitur his tribus rebus acquirit, ſed quia inflat niſi eam charitas ædificet, nil prorſus proficit abſq; uolũtate bonitatis. Voluntas itaque bona eſt quę dei uoluntati ſubiecta eſt, quę tunc uolũtati dei ſubiecta eſt, quando id uult, quod deus uult illam uelle debere, & tunc iuſta ſiue recta dicitur, quando id quod deus uult eam uelle debere, amplectitur.

Quòd non ſemper debemus uelle quod deus uult. Cap. 159

Nõ enim ſemper uelle debemus qđ deus uult, ſed hoc uelle debemus qđ deus uult nos uelle debere: Voluit enĩ deus beatum Martinum ad hac uita tollere, ſed ſi eius diſcipuli hoc tũc uoluiſſent, cruleles utique extitiſſent. At noluerunt quod deus uoluit, ſed uoluerunt quod deus uoluit eos uelle debere, & uiam iuſtitiæ tenuere. Qui ergo cum ſcientia uoluntatem bene operandi portat, maxima ex parte bonitati appropinquat. Vnde ſciendum eſt, qa quicunq; bonam uoluntatem habere deſiderat, neceſſe eſt ut a uanitate ſeſe alienare ſtudeat. Nam ſicut una operatio aliam a ſe diuerſam operationem excludit, ſic cogitatio cogitationẽ expellit, et uoluntas nihilominus uoluntatem repellit. Cum enim manu ſcribo, non agrum ſemino: deinde etiam cum ſeminauero, ſcriptionem excludo: ſic itaq; cum & ipſe inane quid cogito, non interim utilitatem penſo. Et cum poſtea utile quid penſauero, inanitatem expello. His igitur quæ diximus de ſcientia & uoluntate tranſcurſis, uideamus etiam q; ſit neceſſarius uſus bonæ operationis.

De uſu. Cap. 160.

Quippe ſicut corpus humanum ſine frequenti ciborum uſu nequit ſubſiſtere, ſic anima abſq; uirtutum frequẽtatione non poteſt uiuere. Qui ergo ad effectum bonitatis uenire deſiderat, neceſſe eſt ut cum ſcientia & uoluntate etiam ipſum uſum habeat.

Quòd bonus homo de omnibus ſibi bonum faciat. Capt 161.

Bonus homo de omnibus hominibus bonis & malis utilitatem ſibi acquirit. Siquidem cum aliquid boni de homine bono uel malo audit, gaudet & deo inde gratias agit. Quod cum facit, mercedem a deo bonæ uoluntatis accipit, ac ſi cooperator fuiſſet eiuſdẽ operis. Malum autem ſi audierit, dolet, quod ſibi in merceedem reputatur. quaſi eiuſdem mali deſtrúctor fuiſſet, uel diminutor. Sed dicit aliquis: de bono &

no & proſperitate inimici mei nequeo gratulari, neq; de damno eius cōtriſtari, quod ſi ore cōfiteor, me condemno, coede enim mentior.

Quomodo inimici diligi poſſint. Cap. 162.

Ad hoc conſiderandum eſt qualiter is qui in bono proficere deſiderat: ſibi ipſi uim inferre debet, ut proficere ualeat. Licet caenalis appetitus meus dānum inimici mei appetat: non tamen hoc ore peofiteei debeo, ſed potius dānum eius plangere, & conrra appetitū carnis meæ illius proſperitati fauere: Illius damnum ſolum uerbis, ſi coede ſimul nequeo demonſtrare mihi diſplicere. Nam ſi rationem conſideramus, rectius agimus quādo deo obedimus, quàm faciamus quando caenali uoluptati cōſentimus. Præceptum enim domini eſt, ut inimicos diligamus. Si ergo eos affectuoſe diligere nequeo: quomodo caenalitatem meam ad amorem eorum flectere ualeo? tamen uelle debeo eos me poſſe amare & donec ualeam hoc agere uerbum quod poteſtati meæ ſubiacet bonum, & nō malum de illis promulgare. Cumq; hoc ago non mentior quando dico me illos diligere: quoniā uelle adiacet mihi: perficere autem non habeo. Cōdelectoe tamen dominico præcepto ſecundum rationē ſpiritus mei ut eos diligam: quāuis corruptibilitas carnis meæ repugnet. Iam enim nō operor ego illud, ſed quod regnat in me peccatum. Aliud enim eſt ſentire, aliud conſentire. Malus uero homo ecōtrario ſibi de bonis & malis peccatum accumulat: cū bonis omnib⁹ inuideat: malis uero fauorem exhibeat. Huius finis interitus, moes et tribulatio: iuſti autē finis eſt Chriſtus, uita & exultatio.

Matt. 5 Luc. 6 Ro. 7. Ibidem

De intellectu, amore & uſu. Cap. 163.

Tribus modis ſentitur deus, uidelicet intellectu, amore & uſu. Pee intellectum ſapimus, per amorem iuſtificamur, per uſum beatificamur. Inquantum quis deum intelligit, ſapiens eſt, inquantum uero amat iuſtus, uerū inquantum utitur beatus. Quādo quod rectum eſt uidemus, deum pee intellectum mentis ſentimus: quoniam quidem quęcūq; rectitudo eſt, ab illo eſt.

De ſimilitudine inter Deum & ſolem. Cap. 164.

Sicut enim ex ſplēdore ſolis, ipſum ſolem ſentimus antequam illum perſpicue uideamus, Sic ex mentis noſtrę ſpeculatione deum ſentimus, quando uerum quid ex ipſa ueritatis luce perſpicimus: ſicq; illum intelligendo & amando pee fidem & ſpem ad pręſens ſentimus. In futuro autem nō iam pee ſpem ſentiemus, quia uidebimus eum ſicuti eſt, non tamen cum omnes ęqualiter uidebunt, nec eius amore omnes æqualiter calebunt. 1. Ioā. 3

De ſimilitudine inter ignem & dei amorem. Cap. 165.

Sicut enim diuerſo modo lignum et ferrum ignis ardoee calēt, ſic cœleſtes ſpiritus uel beatorum animæ inæqualiter dei amore feruent.

Quomodo ſancti deum uidebunt. Cap. 166.

Nunc autem uidemus eum in ęnigmate, & quaſi in pictura ea quæ dicimus, ueluti pictum ſolem aut mare uideremus. Solem quippe aut mare cum depicta uidemus: Non ſicut eſt in ipſa re ea habemus, Cum uero ſolem clare lucētem perſpicimus, aut mare turbulentum uel trāquillum cernimus, eum ſicuti eſt ueracitee intuemur, quamuis tantam quanta in ſe eſt, intueri nequeamus. Sic ſancti dei in gloria ſua deum uidebunt: ſed magnitudinem diuinitatis eius, ſiue immenſitatem potētiæ illius comprehendere nequibunt. Non enim immēſus eſſet, ſi intellectu alicuius comprehendi potuiſſet. 1. Co. 13

De quatuor modis præcipiendi, & totidem obediendi. Cap. 167.

Aliquando bene præcipitur & bene obeditur, & econtra interdū male præcipitur & male obtemperatur: aliquā-

do bene præcipitur & male obedit̃,aliquando male præcipitur & bene obeditur. Bona eſt præceptio, et bona eſt obeditio, cum præcipitur ne caſtitatẽ quis uiolet & ſeruetur. Mala eſt iuſſio, & mala obeditio, ſi iubetur furari uel huiuſmodi, & fiat. Bonum eſt præcipere, & malum obedire, ut ſi: uerbi gratia, aliquis captiuetur, et ad capitis plexionẽ uenitur, ne fugiat ligatur. Huic autẽ ſi forte aliquis dicat, fuge, pro te uinculis iſtis me ponam, pœnam pro te accipiam. Bona quidem talis præceptio, quia ex perfecta charitate deſcẽdit, ſed mala ad hoc conceſſio: quia prorſus
Gal.6 obuiat charitati. Nam ubi dictum eſt:
23. Alter alterius onera portate, non dictũ eſt, onera imponite. Mala eſt iuſſio & bona obeditio, ut ſiquis poma cedrina uel aliud aliquid quod ſine periculo habere non poſſet, quis prælatus ſibi
2.Reg. afferri præciperet. Vnde Dauid: aquã de ciſterna ſibi afferri præcepit: quę quia in periculo ſuorum allata eſt, pœnituit præcepti, noluitq́; eam bibere, ſed eam domino libauit.

De timore, commodo & amore.

Cap. 189.

Deo quidem tribus de cauſis homines ſeruiunt, uidelicet timore, commodo, & amore. Sunt namq; nõnulli, qui ſi pœnas inferni nõ eſſe ſcirẽt, pro nulla repromiſſione ęternorum bonorum a ſuis uoluptatibus ceſſarẽt. Qui licet pœnas illorum qui deum minime uerentur euadant, non tamen plenam retributionem inuenient. Alij autem deo ſeruiunt, ut magnum inde habeant cõmodũ, ſiue in præſenti uita, ſiue in hac & in futura. Quibus ſi deus uoluerit quadam ex ratione poterit dicere: Gratia commodi ueſtri, mandata mea ſeruaſtis, non quia pure me diligebatis. ſed quoniam a me lucrari uolebatis. Sicut hi qui regi ſeruiunt. Non quia regem multi, ſed donaria diligunt regis. Alius eſt qui uere deum diligit, & ſolo amore eius, pręcepta eius cuſtodit. Iſte profecto legaliter ſeruit, & bonã perfectamq́; mercedem ſibi acquirit. Igitur ſicut deo ille nil præpoſuit, ſic illi deus iuſta recõpenſatione reddere debet ſeipſum, qui rebus omnibus excellit.

Quòd in anima tres ſint naturæ.

Cap. 169.

In anima tres ſunt naturæ, uidelicet ratio, uoluntas, & appetitus. Ratio aſſimilatur angelis, appetitus brutis animalibus, uoluntas utriſque. Voluntas inter rationem & appetitum media eſt: aliquando enim ad rationem, aliquando ad appetitum ſe habet, ſed quando ad rationem ſe conuertit: quia ea quæ ſunt rationabilia & ſpiritualia ſapit, dicitur homo rationalis & ſpiritualis. Quando uero ad appetitum ſe tenet, quia ea ſapit quæ ſunt carnalia & irrationabiliũ animalium, dicitur homo carnalis ſiue animalis. Vnde ſcriptum 1.Co.2
eſt: Animalis homo nõ percipit ea quę dei ſunt. Spiritualis autẽ dijudicat omnia, & ipſe a nemine iudicatur. Cum itaq; iuxta hoc quod uolũtas ſe habet, dicitur homo carnalis ſiue ſpiritualis. Sciendum eſt q interdum quędam ſentiuntur in carne, quibus uoluntas minime conſentit.

De ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu.

Cap. 170.

Tres namq; delectationes ſunt, una quæ ſentitur in carne præter uoluntatem quæ uocatur ſuggeſtio. Alia quæ ſentitur in uoluntate cogitationis, non tamen in uoluntate actionis, quæ dicitur delectatio. Tertia quę ſentitur cum uoluntate operandi, & nominatur cõſenſus. Sed illam quæ nominatur ſuggeſtio, nulla pœna comitatur. Nã ubi non eſt conſenſus uoluntatis, nulla ſequitur pœna delectationis. Vnde Apo Rom.
ſtolus: Nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecũdum Ibidẽ.
carnem ambulant. Et alibi. Condelector legi dei ſecundum interiorem hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantẽ legi men-

tis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ eſt in membris meis. Interiorem hominem uocat ipſam rationem, lege membrorum delectationem ſine uoluntate, legem dei obſeruationem mādatorum eius, quæ & lex mentis dicitur: quia mēti ſeruatur, legem autem peccati, quam prius legem menbrorum nominauerat.

De nominibus animæ. Cap. 171.

Nota φ plura ſunt nomina animæ. Vocaſ enim aliquando ſpiritus, mens, animus, ratio, intellectus, interior homo. dicitur etiam anima uegetabilis, ſenſibilis, rationalis. Sed cū plura nomina habeat, ad illa adhuc redeamus de quibus ſermo fuit prius: quia uolūtas in illis aut certe ſe habebit, & erit legitima: aut illa deſerendo fornicatrix, uilis & abiecta. Nanque ſi uoluntas quæ eſt media inter rationē & appetitum rationi concordauerit, legitime uiuit, ſi uero appetitui, fornicatrix erit. Eſt ergo ratio ſiue ſpiritus quaſi uir, uoluntas ut ſponſa, appetitus carnis quaſi adulter: non igitur ei uolūtas in aliquo conſentiat. Scriptū eſt enim: Concupiſcentia cum conceperit, parit peccatum: peccatum cum conſummatum fuerit, generat mortem.

De ſordido exemplum. Cap. 172

Quemadmodū ſi ſordidus aliquis, & omni fœtore plenus occurreret alicui, dicens ſecum eo uelle conſiliari, non debet mūdus ſubſiſtere: ſic nec uoluntas appetitui carnali acquieſcere.

De quadrato lapide. Cap. 173.

Quadratus lapis ſex æqualia habet latera, in quod horum ceciderit, firmiter iacebit: ſic prouidendum eſt uiro iuſto, ut in ſuo perſiſtat propoſito. Huius autem latera, ſex hæc ſunt, proſperitas, aduerſitas, ſui libertas, ſubiectio, in ſecreto eſſe & in publico, & in quibus ſingulis ſi a diabolo impulſetur, ſtet: nec a propoſito moueatur.

De peccato. Cap. 174

De peccato trib⁹ modis loquimur. Secundum naturam, id eſt, diſtrictam iuſtitiā, ut illud: Qui dixerit fratri ſuo, fatue: reus erit gehennæ ignis. Secundum gratiam, ut: Quacunque hora in gemuerit peccator peccatum ſuum, remittetur ei. Et. Conuertimini ad me, dicit dominus, & ego conuertar ad uos. Secundum diſciplinam, ut cum præcipitur homini tantum, uel tantum pœnitere. Diſciplina eſt ſub gratia: qa nullus pœnitere uel ſatisfacere poſſet, niſi gratia præueniret.

Mat. 5

Zach. 1

De ſimilitudine ceræ. Cap. 175

Videas hominem in uanitate ab infantia uſq; ad profundam ſenectutem conuerſatum ſola terrena ſapientem, & in his penitus obduratum. Cū hoc age de ſpiritualibus, huic de ſubtilitate diuinę contēplationis loquere, hunc ſecreta rimari cœleſtia doce, & proſpicies eum nequaquam poſſe ad hæc uidere: nec mirum, indurata eſt cera, in iſtis ætatem nutriuit, aliena ab iſtis ſequi didicit. Econtra conſideres puerū ætate & ſcientia tenerum, nec bonum nec malum diſcernere ualentem, nec te quidē intelligere de huiuſmodi diſſerentem. Nec quidem mirum! Mollis enim eſt cera, & quaſi liquens, nec imaginem ſigilli quoquomodo recipiens. Medius horum adoleſcens & iuuenis eſt, ex teneritudine atq; duritia quam ex ſenectute atq; pueritia congruentem peratus. Si ergo hunc inſtruxeris, ad quemcunq; utilitatis profectum uoles ſiue honeſtatis, apte īformare ualebis.

De conatu diaboli contra nouitium. Cap. 176.

Cum diabolus nequit monachatū alicui dare odio, nititur eum conuerſationis in qua eſt ſubruere faſtidio. Et licet illi monachatum propoſitum tenendum ad horam quaſi concedat, tamen hoc, quia ſub talibus, aut etiā inter tales, aut in tali loco ſuſcepit, multimodis uerſutijs fallaciter impulſum pœnitere nouitium qnq; facit: ut dum illi perſuadet, inceptū propoſitū ingra

utile. Rectum uero ut bene facientẽ nobis amemus. Spe commodi quandoq; res amatur. Alia propter uſum, ut mel, eo ꝙ ſit bonum & ſuaue etiam ſecundum uſum. Alia uero ſecundum effectum, ut abſinthium et non nulla naturalis potio: quæ cum dent ſanitatem: nullã tamen in uſu præbent ſuauitatẽ.

Quòd tribus modis Deus diligendus ſit. Cap. 181.

Natura. Tribus etiam his modis diligendus eſt deus: Natura, quia omnibus & melior & utilior, & ideo plus cæteris eſt amandus. Rectitudine. Rectitudine, quoniam omnia quæ habemus pręſtat nobis, etiam hoc ipſum quòd ſumus, & tanto eum amare debemus plus nobiſipſis, quanto maior ipſe eſt, qui ſe pro nobis dedit: & nobis eiſdem ſemetipſum daturus eſt. Et quoniam et perſonaliter non poſſumus reddere illud: non enim is perſona eius eget, oſtendit nobis quibus debeamus uicem reddere dicens: Ioan. 15. Mando uobis, ut diligatis inuicem, ſicut dilexi uos. Et apoſtolus: Sicut pro 1. Ioan. 3. nobis Chriſtus animam ſuam poſuit, ita debetis pro fratribus animas ponere. Diligere igitur debemus nos inuicem: tum quia & bruta quædam animalia hoc faciunt, tum quia unius familiæ, ſcilicet Chriſti ſumus: et quia in regno eius ſingulos ſicut noſipſos diligemus, & quia ibi æqualiter ab ipſis diligemur: indecens enim eſt ſi in hoc mundo habuerimus odio, quos ibi ſumus habituri chariſſimos. Sciendũ eſt enim ꝙ quicunq; ibi aderunt nobis uicem reddent pro dilectione præſenti. Spe commodi. Spe etiam commodi uel remunerationis diligendus eſt deus: quoniam immortalitatem & incorruptibilitatẽ nobis promittit.

De tribus libertatibus. Cap. 182.

Libertatis ſiquidem modos tres dicimus eſſe, libertatẽ uidelicet actionis, quam omnes uolunt, id eſt, ut libere facere poſſint quę uolunt. Dicitur etiam libertas intelligentię, quam nõ omnes uolunt. Eſt etiam libertas rectæ uoluntatis, quę ſemper eſt bona, hanc pauciſſimi uolunt, id eſt, ut ea uelint quæ debent. Notandum ꝙ libertas actionis ſine libertate bonæ uoluntatis, ſemper eſt mala. Vnde libertas intelligendi eſt media, quæ bona eſt quotieſcũq; libertati rectæ uoluntatis adhæret, mala autem cum ſine illa eſt. Habet primo qs quantulamcunq; libertatem intelligendi, id eſt, ſcit intelligere quid ſibi expedit, uelit illam in bono, & ſic promerebitur adipiſci libertatem intelligendi quicquid expedit, uolendi quodcunq; debet, agendi quicquid prodeſt. Sub libertate uolendi eſt libertas arbitrij.

De uenatione diaboli. Cap. 183.

Diabolꝰ ꝑ peccati ſuggeſtionẽ quotidie it ad uenandũ. Eos uero intra retia ſua retinet, quos nec dolor pro peccato proprio afficit. Illos autem iam amittere incipit, quos pro carnis intẽperie lugere iam conſpicit. Quoſdã autem tertij ordinis, id eſt, ſanatos à carnalibus & ſpiritualibus peccatis omnino perdit. Primi omnino lugeãt, doleãt adhuc ſecũdi, tertij uero gaudeãt.

Quòd deus non horreat peccatum. Cap. 184.

Horrere deus dicitur animam peccatricem, nõ ꝙ horreat peccatũ, quod nihil eſt, ſed quia non eſt ibi debita iuſtitia quam ibi amaret, ut dicimus nos horrere domum in qua nihil eſt quod amemus, ſed hoc & illud improprie. Virtutibus igitur adhęreamus poſtponendo uitia, & hanc patientiam amplectendo cum iugi exercitio. Patientia etenim uel quælibet uirtus ſine exercitio, quaſi plumbea lancea eſt.

De uiſione A. de flumio. Cap. 185.

Vidit ut aſſerere ſolebat A. in infirmitate poſitus, & in ecſtaſi quodãmodo extra ſe raptus. Vidit inquam fluuium unum rapidum atq; præcipitẽ, in quem confluebant omnium fluxuũ purgaturæ, & quarumcunq; terreſtriũ rerum lauaturæ, uidebatur itaq; aqua

ipſa nimis turbulenta & immunda, &
omnium ſpurcitiarum ſorde horrida.
Rapiebat igitur in ſe quicquid attinge
re poterat, & deuoluebat tam uiros quam
mulieres infra ſe diuites & inopes ſi-
mul. Fœda quidem erat aqua, ex ea ta-
men uiuebant & delectabantur in illa,
ut ille aſſerebat qui eum ducebat. Illo
uero ab ipſo inquirente, quiſnam tor-
rens ille eſſet uel quid multitudo illa in
eo uolutata prætenderet, adiecit ille præ
dux patris noſtri atque ait. Ne mireris.
Torrens, mundum ſignificat quo ra-
piuntur, in cuius illecebroſis ſpurcitijs
inuoluuntur omnes ipſum amantes. Et
his dictis, inquit

De uero monachatu Cap. 186.

Viſne uidere quid ſit monachatus
uerus? Ad hoc aliertuolo. Duxit itaque
illum quaſi in conſpectu cuiuſdam ma-
gni clauſtri & admodum ſpatioſi & ſpe
cioſi, & ait Circunſpice. Aſpexit & il-
le. Et ecce parietes clauſtri illius obdu
cti erant argento puriſſimo, herba quo-
que uirens in medio erat & ipſa argen-
tea, mollis quidem & redolens & ultra
humanam opinionem delectabilis. Hæc
more alterius herbæ ſub his qui in ea
pauſabant leniter flectebatur, & ſurgen
tibus illis ipſa quoque ſurgebat. Vt quid
immoror? Quicquid eſt iocunditatis
ibi erat. Cum ergo hoc perpetuo habi-
tandum elegiſſet A. ductor eius ſe ei ſpo-
pondit ſi uellet ueram oſtenſurum pa
tientiam. Sed quia ut aſſolet, interim eui
gilauit, promiſſi demonſtratorem amiſit.
Has igitur duas uiſiones a ſancta pa-
ternitate, et a paterna ſanctitate relatas
libenter audiamus, & audiendo deuo-
te teneamus, tenendo menete iugiter re
uoluamus, ut unius horrorem dum ua
cat, fugiamus, alterius uelut amœnæ
iocunditati & iocundæ amœnitati inſi
ſtamus nos qui monachatum tenemus.

De ſecuritate & pace religionis Cap. 187.

Sicut bubo dum in cauerna cum pul
lis ſuis eſt, lætatur, & ſuo modo bene
ſibi eſt: dum uero inter coruos & cor-
niculas ſeu alias aues eſt, incurſatur ac
dilaniatur, & omnino ſibi male eſt, ut-
pote quia hic roſtro percutit, ille alis
in eum irruit, alter uero unguibus di-
ſcindit. Ita et mihi. Quando enim cum
monachis meis ſcilicet filijs, conuerſa-
ri queo, mihi bene eſt & grata ac ſingu
laris uitæ meæ conſolatio, quando ue-
ro remotus ab illis inter ſeculares con
uerſor: hinc inde me uariarum cauſarum
incurſus dilacerant, & quæ non amo
ſecularia negotia uexant, Male itaque
mihi eſt quando ſic ſum ac tremens per
timeſco animæ meæ diſpendium. Hic
idem pater noſter, quadam uice de trans
mare regreſſum regem Gulielmum mi
norem adijt, & ut Romam ad papam
Vrbanum pro ſtola ſui archiepiſcopa-
tus eundi ſibi licentiam daret, humili-
ter & manſuete petijt. At rex ad nomen
Vrbani turbatus, dixit ſe illum pro papa
non tenere, nec ſuæ conſuetudinis eſſe,
ut abſque ſua electione alicui liceret in
regno ſuo papam nominare. Hinc igi-
tur orta quædam grauis diſſenſio eſt
inter regnum et ſacerdotium, adeo qui
dem magna, quod et ipſe abſque aſſenſu
regis Angliam exiuit, Romam petijt, ibique
aliquandiu cum maximo honore & re-
uerentia, tam ab ipſo papa, quam a Roma
nis ſublimiter commorans, tandem pre-
catu regis ac totius regni Angliam re-
uiſens ſuæ perfecto ſedi, deo quidem annuen
te ac populo fauente reſtitutus eſt.

De exemplo leporis Cap. 188

Diſcedente autem quadam uice eo-
dem patre noſtro a prædicti curia re-
gis, pueri regis quos nutriebat, leporem
ſibi occurſantem in uia, canibus inſe-
cuti ſunt, fugientem etiam intra pedes
equi, quem pater ipſe inſidebat conſecu
ti ſunt. Ille uero ſciens miſeram beſtio
lam ſic ſe refugio conſubijſſe, retentis ha
benis, equum loco fixit, nec cupitum be
ſtiæ noluit præſidium denegare. Quam
canes circundantes, & linguis ſuis hanc
grato obſequio hinc inde lingentes: nec

ſe ſub equo poterant eijcere, nec in aliquo lædere. Quod uidentes admirati ſunt q aderant. At pater pius ubi quoſdā aſpexit ex militibus ridere, & quaſi pro capta beſtiola lætitię fræna laxare, ſolutus in lacrymas, ait: Ridetis? & huic utiq; infœlici nullus riſus, nulla lętitia, hoſtes eius circa eam ſunt, et ipſa ſola de uita ſolicita confugit ad nos, præſidiū ſuo modo flagitans. Hoc plane ſilij eſt & hominis animæ morientis. Nam cum de corpore exit, mox inimici ſui, maligni ſcilicet ſpiritus qui eam in corpore degentem, per anfractus uitiorum multimodis perſecuti ſunt crudeliter adſunt, parati ſunt eam rapere, & in mortem æternam pręcipitare. At ipſa nimis anxia huc illucq; circunſpicit, & qua tueatur defenſionis & auxilij manum ſibi porrigi ineffabili deſiderio concupiſcit. Dæmones autem econtrario rident, & immēſa lętitia gaudēt, ſi nullo eam adminiculo fultam inuęnire queant. Quibus dictis laxato fræno iter arripuit, & beſtiam ultra perſequi clara uoce canibus interdixit. Tūc illa ab omni læſione immunis, exultans & hilaris perpeti curſu campos ſyuasq; reuiſit.

De exemplo auiculæ Cap. 189.

Alia quoq; uice conſpexit puerum quendam cum auicula in uia ludentē, quæ pedem filo annexum habens, ſæpe cum laxius ire permittebatur, fuga ſibi conſulere cupiens auolare nitebatur. At puer filum manu tenens retrahens auiculam ad ſe uſq; deijciebat, & hoc ingens gaudium pulchrumq; ſpectaculum puero præſtabat: factum eſt hoc ſemel, & iterum factum frequentius. Quod pater benignus aſpiciens auiculę condoluit, & ut rupto filo libertati redderetur præcepit. Et ecce filum rumpitur auisq; auolat, puer plorat, pater exultat, et uocatis qui aderāt: Conſideratis, inquit, iocum pueri? Et confeſſis conſideraſſe, ait: Simili conſideratione iocatur diabolus cum hominibus multis, quos irretitos ſuis laqueis pro ſua uoluntate in diuerſa uitiorum impedimenta pertrahit. Sunt enim quidā, ut uerbi gratia dicam, auaritię ſeu luxuriæ, & ſimilium flammis ſuccenſi, & ex mala conſuetudine addicti, his cōtingit aliquando ut ſua facta cōſiderent, fleant ſeq; amodo à talibus ceſſaturos ore ꝓmittant. Sic more auis liberos ſe uolare autumant, ſed quia prauo uſu irretiti ab hoſte tenētur, nolentes in eadem uitia deijciuntur: ſitq; hoc ſępius nec omnimodis liberantur: niſi magno conatu & gratia dei funis rumpatur prauæ conſuetudinis.

De malitia & fœditate peccati Cap. 190.

Si hinc, inquit A. peccati pudorē & illinc cernerem inferni horrorem, & neceſſario uni illorum haberem immergi, prius me in infernum mergerem q̃ peccatum in me immitterem. Mallem enim purus à peccato & innocens gehennam intrare, quàm peccati ſorde pollutus cœlorum regna tenere, cum conſtet ſolos malos in inferno torqueri, & ſolos bonos in cœleſti beatitudine foueri.

De uerbis defuncti Cap. 191.

Verba defuncti Oſberni monachi ad A. in ſpiritu delata, & ab eodem A. poſtmodum expoſita. Ter, inquit ille defunctus, antiquus ſerpēs inſurrexit in me, ſed Vrſarius domini mei liberauit me, hęc dicens euanuit. Benedictus uero pater noſter uiſionem illam expergefactus à ſomno, ad mēoriam reuocans, ac ſingula propelius iſpiciēs: quando & quibus tribus ſic eam expoſuit. Primo, inquiens, pro peccatis, quibus obligatus ante baptiſmum fuerat ī eum inſurrexiſſe hoſtē antiquum. Secundo pro peccatis quæ fecit poſt baptiſmatis ſacramentum, ante profeſſionem. Tertio pro illis quæ fecit poſt profeſſionem ante obitum. Sed ter cecidit: peccata enim quibus aſtrictus fuerat ante baptiſmum, fide parentum in ipſo ſacramento deleta diabo-

ius inuenit. Illa etiā quæ in ſeculo, uel in monaſterio ante profeſſionem commiſit, in ipſa pfeſſione monaſtica ęque abolita ſerpens ille antiquus reperit. Quæ uero poſt profeſſionem fecit, uera confeſſione ante obitum monachus ille deleuit. Per illum dominum Vrſarium deſignari dixit ordinem angelicum. Sicut enim urſarĳ urſos, ita angeli ſpiritus malignos a' ſua ſęuitia coercent & opprimunt ne nobis noceant, inquantum uolunt.

BEATI ANSELMI
Liber de uoluntate dei.

HVMANA ratio cum de deo ſemper debeat tractare, & ad laudem eius aliquid cōuenienter dicere, nomina per quę proprie loquatur nō habet, ſed nomina hominibus data & impoſita accipit, & per ipſum effectum omnipotentiam eius ſaltem uel tenui oratione aperire conatur, & hoc facit ex iſtis rebus colligens effectū uoluntatis dei ſecundum occultam iuſtitiam, uel ſecundum miſericordiam: uel ſecūdum iræ ipſius uindictam. Ad incomprehenſibilem enim deitatis proprietatem aſpirare nō poteſt. Hinc nos quoq; de uoluntate dei, aliquid dicere cupientes, actum rerum attendimus: quoniam ad ipſius celſitudinis culmē anhelare non ualemus. Voluntatē igitur

Voluntas dei quę dicatur

dei appellamus, quicquid in nobis ipſe miſericorditer operatur, reuocando nos ab errore, uel pie confirmando iuſtitiæ. Volūtas quoq; dicitur pœna & reprobatio quorundam dei occulta, diſtrictione facta iuſtitiæ. Voluntas dei eſt (ut breuiter dicam) quicquid fit, ut fieri inuenitur in creaturis. Sed dicitur: ſi omnia procedūt ex uoluntate dei, quā conſtat ſemper bonam & rectam eſſe, tunc omnia & recta ſunt: & ſi hoc eſt, tūc fruſtra iudicatur aliquis iniquus, uel damnatur impius: quod fateri, cōtrarium inuenitur catholicæ fidei. Dicēdum eſt igitur, uoluntatem dei multipliciter accipi: ut quicquid poſtea opponatur, ſine omni difficultate opulentius aperiatur. Voluntas itaq; dei accipitur aliquando in ſcripturis, æquipollens omnipotenti ſuæ præſcientiæ, & ordinationi ſagaciter omnia diſponenti. Vnde dicitur: Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit, hoc eſt, quicquid deus ab ęterno facturum ſe ordinauit, nihil inexpletum reliquit. Accipitur ēt dei uoluntas, nomē rerum ſecundum quendam effectum miſericordię dei, ut ibi: Vult deus omnes ſaluos fieri, qđ eſt dicere, facit ſanctos uelle, ut omnes ſalui fiant, quod ipſe tamen uult, hoc eſt, ipſe diſpoſuit: ſed ſanctos facit uelle, dei & proximi inſpirando dilectionem, qua dilectione non inconuenienter fiunt in eccleſia orationes à ſanctis pro ſchiſmaticis, & hæreticis, Iudæis quoq;, & gētilibus. Inſtitutio diuina, dei uoluntas non improprie appellatur. Dei autem inſtitutio in duo diuidi poteſt, in præcepta diuinarum ſcripturarum, & in legem naturalem: quęcunq; homini inſita eſt naturalis, quæ eſt: Qđ tibi nolueris, alteri ne feceris &c: Cui, quicunq; obuiat, dei uoluntatem non ſeruat. Pręcepta etiam diuinarum ſcripturarum, & rectæ obſeruationes eccleſiarum, uoluntas dei non immerito appellantur: quibus quicunq; obſeruanter non acquieſcit, à dei uoluntate deuiare, penitus dicitur, cum tamen ab ordine præſcientiæ eius nullatenus ualeat exorbitare: Ecce, uoluntas dei quatuor modis accipitur a' doctoribus magiſtris, ſcilicet pro ſcientia dei, pro uoluntate ſanctorum, qui uolunt & iniuſtos charitatiue ſaluari, pro ratione humana, quarto pro præceptis diuinis. Siquis uero oculo mentis hos modos conſiderat, non ulterius in dei uoluntate determinanda impeditus laborabit, ſed uocis acceptione fideli intendens ingenio, de uerbis facile dĳudica-

Voluntas dei multipliciter dicitur

Pſa. 113

1. Ti. 2

Tob. 4

bit.Itaq; cum dicitur,adulterium, uel
homicidium uult, uel non uult deus
fieri.Hæ uero propoſitiones non repu-
gnant ſibi,nec contradicũt:ambę enim
ueræ ſunt & indubitabiles, ſiquis hu-
ius uocis æquiuocationem multipli-
cem,quę eſt,uult,fideliter attendat.Nã
deus uult adulterium,hoc eſt, præſcit,
preuidet Vnde nullus dubitat, quia
omnia uidet,& omnia præſcit.Itẽ,non
uult,hoc eſt,non pręcipit, uel mentib⁹
fidelium inſpirando nõ facit uelle.Vel
non uult deus adulterium, id eſt, ex ui
rationis animæ, ex naturali ſcilicet le-
ge data à deo,non habemus q; quis in
hoc, nec etiam in alio debeat offende-
re proximum. Iuxta has autem deter-
minationes, poteſt quilibet has dei uo
luntates determinare aperte.Sed uidẽ-
dum eſt quoddã ſatis ſubtilius , quod
occurrit huic de uoluntate diſputatio-
ni.Nam uoluntati dei uoluntas homi
nis adhæret plerunq;,ſed inde damnat
homo,uoluntati dei quoq; non adhæ-
ret hominis uoluntas,& inde remune
ratur homo.Item,uult homo quod nõ
uult deus, & habet inde præmium à
deo:non uult homo quod uult deus,
& inde conſequitur laudem,& multis
alĳs hãc uoluntatem uariari modis ſa
gacium induſtria per ſe poterit inda-
gare.Sed nunc ad expoſitionem ſupra
dictorum redeamus, uult deus quod
uult homo, ſi damnoſe, ut homicidiũ,
uel adulterium, quod uult deus, hoc
eſt,præſciuit:ſed homo etiam hac uolũ
tate damnatur, prohibitũ eſt enim ei.
Vult deus ut pater alicuius moriatur,
uel uult alcuius hominis mortẽ, quod
homo non uult affectu naturali,uel cõ
paſſione proximi, & remuneratur ex
hoc tali affectu,ſi in cęteris regulam re
cte uiuendi non exceſſerit:in omnibus
tamen quæ uult & quæ facit , diuinæ
uoluntati concordare intendit,et nihil
extra eum facere diſponit : quia tunc
tantum eſt bona uoluntas humana,
quando uult illud quod deus uult illã
uelle. & ſic concordat diuinæ, quæ ma
giſtra eſt humanæ. Magna quidem uo
luntas dei incomprehenſibilis eſt,ſicut
ipſe deus cõtra quam uult homo:quia
non plene eam cognoſcit, quod in fu-
turo erit. In præſenti uero quoſdã effe-
ctus eius percipit ſecũdum perceptio-
nem uel prohibitionem, & ille obedit.
In his autem ſupradictis,non eſt ęquũ
intelligere aliquem,aliquod falſum uel
ſuperfluum dictũ fuiſſe,uel contra ſan
ctorum authoritatem. Dicit enim Au-
guſtinus in Enchiridio,cap. 100.Pro-
pterea magna uoluntas eiuſdem domi
ni exquiſita in omnes uolũtates eius,
ut & miro & ineffabili modo non fiat
præter uoluntatem eius, quod etiam
contra eius uoluntatem fit, quod non
fieret ſi non ſineret, nec utiq; nolens ſi-
nit,ſed uolens : nec ſineret bonum fieri
male,niſi omnipotens & de malo poſ
ſet facere bene.Eſt & alia huius uolun
tatis diuiſio.Alia enim poteſt dici effi-
ciens,alia approbans, alia concedens,
alia permittens. Efficiens uoluntas in
deo facit quicquid uult:Efficiẽs in ho-
mine , quod poteſt homo & uult ipſo
actu.Approbans eſt quæ approbat ali
quid , & hæc ad hominem pertinet &
ad deum. Approbans in deo eſt,quæ
uult omnes ſaluos fieri:quoniam nul-
lum prohibet,quantum ad ſe, ſaluum
fieri: immo ſiquis ad hoc laborat ap-
probat.Patens eſt quidem, quæ fit ap-
probans in homine.Cõcedens eſt,quę
concedit ut fiat aliquid. Concedente au
tem uoluntate,uult de⁹, ut homo qui
melius non propoſuit, uxorem ducat.
Permittens uoluntas eſt, quæ permit-
tit aliqd fieri,etſi diſpliceat quandoq;.
Et hoc modo dicitur deus uelle mala,
quæ permittit fieri.Vnde dicit: Quem Rom.9
uult indurat,& cui uult miſeretur.Au
guſtinus de ciuitate dei : Cum dicitur
deus mutare uoluntatem, ut quibus
lenis erat:Verbi gratia,reddatur aſper,
illi potius q̃ ipſe mutantur, ſicut mu-
tatus ſol oculis fauciatis, et aſper quo

deus. Neceſſitas enim uidetur ſonare
coactionem, uel prohibitionem. Quare
ſi neceſſe eſt me peccare ex uoluntate,
intelligo me cogi aliqua occulta ui ad
uoluntatem peccandi: & ſi non pecco,
a peccandi uoluntate prohiberi. Qua-
propter neceſſitate uideor inde pecca-
re ſi pecco, uel non peccare, ſi non pec-
co. Et ergo ſciendum eſt, quia ſępe dici
mus, neceſſe eſt, quod nulla ui eſſe co-
gitur, & neceſſe non eſſe quod nulla ꝓ
hibitione remouetur. Nam dicimus ne
ceſſe eſt deum immortalem eſſe, & ne
ceſſe eſt deum non eſſe iniuſtum, nõ ꝙ
uis aliqua cogat eum eſſe immortalem
aut prohibeat eſſe iniuſtum: ſed quo-
niam nulla res poteſt facere, ut non ſit
immortalis aut ut ſit iniuſtus. Sic itaq;
ſi dico neceſſe eſt eſſe te peccaturũ, uel
non peccaturum, ſola uoluntate ſicut
deus præſcit, non eſt intelligẽdum qđ
aliquid prohibeat uoluntatem quę nõ
erit, aut cogat illam eſſe quæ erit, hoc
ipſum nanq; præſcit deus, qui præui-
det aliquid futurum ex ſola uolũtate.
Sed uoluntas nõ cogitur aut prohibe-
tur ulla alia re, quia ſic ex libertate fit
quod fit ex uoluntate. Si igitur hæc di-
ligenter intelligũtur, puto quia & præ
ſcientiam dei & libertatem arbitrij ſi-
mul eſſe, nulla prohibet inconuenien-
tia. Deniq; ſiquis intellectũ uerbi pro-
prie conſiderat, hoc ipſo quod pręſciri
aliquid dicitur, futurum eſſe pronũcia
tur. Non. n. niſi quod futurum eſt præ
ſcitur, quia ſcientia non eſt niſi uerita-
tis. Quare cum dico, quia ſi præſcit ali
quid, neceſſe eſt illud eſſe futurũ, id eſt,
ac ſi dicam, ſi erit, ex neceſſitate erit, ſed
hæc neceſſitas non cogit nec prohibet
aliquid eſſe aut non eſſe. Ideo enim q̃a
ponuntur res eſſe, dicuntur ex neceſſi-
tate eſſe, aut quia ponuntur non eſſe,
affirmantur non eſſe ex neceſſitate: nõ
quia neceſſitas cogat aut prohibeat rẽ
eſſe aut non eſſe. Nam cũ dico: Si erit,
ex neceſſitate erit, hic ſequitur neceſſi-
tas quæ rei poſitionem non precedit.

Idẽ ualet ſi ſic pronunciet: Quod erit,
ex neceſſitate erit. Non. n. aliud ſignifi
cat hic neceſſitas, niſi quia quod erit
non poterit ſimul nõ eſſe. Pariter autẽ
uerũ eſt quia fuit & eſt, & erit aliquid
non ex neceſſitate, & quia neceſſe eſt
fuiſſe omne quod fuit, & eſſe qđ eſt, &
futurum eſſe quod erit. Quippe nõ eſt
idem rem eſſe præteritam, & rem præ-
teritam, eſſe præteritam, aut rem eſſe
præſentem, & rem preſentẽ eſſe præſen
tem: aut rem eſſe futuram, & rem futu
ram eſſe futurã: ſicut non eſt idem rem
eſſe albam, & rem albã eſſe albam. Li-
gnum enim non eſt ſemper neceſſitate
album, quia aliquando prius q̃ fieret
album: potuit non fieri album, et poſt-
quã eſt album, põt fieri non album: li-
gnũ uero albũ, ſemper neceſſe eſt eſſe
albũ: quia nec antequã ſit, nec poſtq;
eſt albũ, fieri põt ut albũ ſimul ſit non
albũ. Similiter res nõ neceſſitate eſt p̃-
ſens: qm̃ anteq̃ eſſet pręſens potuit fie
ri, ut pręſens non eſſet, et poſtq̃ eſt præ
ſens põt fieri nõ pręſens. Rem aũt præ-
ſentẽ neceſſe eſt eſſe præſentem ſemper:
quia nec prius q̃ ſit nec poſtq̃ eſt præ
ſens, poteſt præſens ſimul eſſe & nõ p̃
ſens. Eodẽ modo res aliqua, ut quædã
actio, nõ neceſſitate futura eſt, q̃a pri9
q̃ ſit, fieri põt ut nõ ſit futura. Rem ue
ro futurã neceſſe eſt eſſe futurã: qm̃ fu-
turum nequit eſſe ſimul & nõ futurũ.
De pręterito aũt ſimiliter uerũ eſt, q̃a
res aliqua nunc eſt neceſſitate præteri-
ta: qm̃ anteq̃ eſſet, potuit fieri ut nõ eſ-
ſet, & quia prætetitũ ſemper neceſſe eſt
eſſe præteritum, qm̃ non põt ſimul eſſe
preteritũ & nõ eſſe pręteritũ. Sed in re
pręterita eſt quoddam qđ non eſt in re
præſenti uel futura. Nunq̃. n. fieri põt,
ut res q̃ præterita eſt, fiat nõ pręterita:
ſicut res quædã quę præſens eſt, põt fie
ri non pręſens, & aliqua res quę nõ ne
ceſſitate futura eſt, poteſt fieri ut nõ ſit
futura. Itaque cum dicitur futurum de
futuro, neceſſe eſt eſſe quod dicitur, q̃a
futurũ nunq̃ eſt nõ futurũ, ſicut quo-

tiæ idem dicimus de eodem. Cũ enim dicimus, quia omnis homo eſt homo: aut ſi eſt homo, homo eſt: aut omne album eſt album: & ſi eſt album, album eſt: neceſſe eſt eſſe quod dicitur: quia non poteſt aliquid ſimul eſſe & non eſſe. Quippe ſi non eſt neceſſe, omne futurum eſſe futurum: quoddam futurũ non eſt futurum, quod eſt impoſſibile. Neceſſitate ergo omne futurum, futurum eſt, & cum futurum dicitur de futuro: ſi eſt futurum, futurum eſt: ſed neceſſitate ſequente quæ nihil eſſe cogit. Cum autem futurum dicitur de re, nõ ſemper res neceſſitate eſt, quamuis ſit futura. Nam ſi dico cras ſeditio futura eſt in populo, nõ tamen neceſſitate erit ſeditio. Poteſt enim fieri antequam ſit ut non fiat etiam quæ futura eſt. Aliqñ uero eſt, ut res ſit ex neceſſitate quæ dicitur futura: ut ſi dico cras eſſe futurũ ortum ſolis. Si ergo cum neceſſitate ꝓnuncio futurum de re futura, hoc modo ſeditio cras futura, neceſſitate futura eſt, aut ortus ſolis cras futurus, neceſſitate futurus eſt. Seditio quidẽ quæ non erit ex neceſſitate, ſola ſequenti neceſſitate futura aſſeritur, q̃a futura de futura dicitur. Si enim cras futura eſt, neceſſitate futura eſt. Ortus uero ſolis duabus neceſſitatibus futurus intelligitur, ſcilicet & præcedenti, quæ facit rem eſſe: ideo enim erit, quia neceſſe eſt ut ſit, & ſequenti quæ nihil cogit eſſe, quoniã idcirco neceſſitate futurus eſt, quia futurus eſt. Quapropter cum dicimus, quia quod deus pręſcit futurũ, neceſſe eſt eſſe futurum: non aſſerimus ſemper rem eſſe neceſſitate futurã: ſed rem futuram, neceſſitate eſſe futuram. Non enim poteſt futurum ſimul non eſſe futurum. Idem ſenſus eſt ſi ſic dicitur: Si deus præſcit aliquid non addendo futurum: quoniam in præſcire intelligitur futurum. Nam nõ eſt aliud præſcire, ꝗ̃ ſcire futurum: & ideo ſi præſcit deus aliquid, neceſſe eſt illud eſſe futurum. Nõ ergo ſemper ſequitur pręſcientiam dei rem neceſſitate futuram eſſe: quoniam quamuis omnia futura præſciat, non tamen pręſcit cuncta futura neceſſitate, ſed quædam præſcit ex libera rationalis creaturæ uoluntate futura. Notandum quippe eſt, quia ſicut neceſſe non eſt deum uelle quod uult, ita neceſſe non eſt in multis uelle hominẽ quod uult, & ſimiliter neceſſe eſt eſſe quicquid deus uult: ita neceſſe eſt eſſe quod uult huomo in his, quæ deus ita ſubdit humanæ naturæ & uoluntati, ut ſi uult fiant, ſi non uult non fiant. Quoniam enim quod deus uult, non poteſt non eſſe: cum uult hominis uoluntatem nulla cogi uel prohiberi neceſſitate ad uolendum, uel ad non uolendum, & uult effectum ſequi uoluntatem, tunc neceſſe eſt uoluntatem eſſe liberam, & eſſe quod uult. In huiuſmodi ergo uerum eſt, quia neceſſitate ſit opus peccati, quod uult homo facere, quamuis nõ neceſſitate uelit. Quod ſi quæritur de peccato ipſius uoluntatis, cum peccat uolendo, utrum ſit neceſſitate: Reſpondendũ eſt, quia ſicut non uult neceſſitate, ita non eſt peccatum uoluntatis neceſſitate. Nec neceſſitate operatur eadem uoluntas: quia ſi non uellet ſponte nõ operaretur, quamuis quod facit neceſſe ſit fieri, ut ſupra dixi. Nam quoniam nõ eſt aliud ibi peccare, ꝗ̃ uelle quod nõ debet, ita nõ eſt peccatum uolũtatis neceſſarium: ſicut uelle non eſt neceſſarium, tamen uerũ eſt, quia ſi uult homo peccare, neceſſe eſt eum peccare, ſed ea neceſſitate quã ſupra dixi nihil cogere aut prohibere. Itaq; quod uult libera uoluntas, & patet & non poteſt non uelle, & neceſſe eſt eum uelle. Poteſt nanque non uelle antequam uelit, quia libera eſt, & cum uult non poteſt non uelle, ſed eam uelle neceſſe eſt, quoniã ĩpoſſibile illi eſt, idipſum ſimul & uelle & non uelle. Opus uero uolũtatis cui datum eſt ut quod uult ſit, & quod non uult nõ ſit: uoluntarium ſiue ſpontaneum eſt, qm̃

ſpontaenа

ſpōtanea uoluntate fit,& bifarium eſt
neceſſarium, quia & uolōtate cogitur
fieri,& quod fit non poteſt ſimul non
fieri. Sed has neceſſitates facit volunta
tis libertas, quæ prius ꝙ ſint eas caue
re poteſt. Hæc omnia deus qui ſcit om
nem ueritatem, & non niſi ueritatem:
ſicut ſunt ſpontanea uel neceſſaria ui-
det,& ſicut uidet ita ſunt. Hac ergo cō
ſideratione palàm eſt, quia ſine omni
repugnantia,& deus præſcit omnia,et
multa fiunt ex libera uoluntate quæ
antequam ſint, fieri poteſt,ut nunquā
ſint: & tamen quodammodo ſunt ne-
ceſſitate,quæ neceſſitas,ut dixi,deſcen
dit de libera uoluntate. Cognoſci pōt
etiā non omnia quæ præſcit deus eſſe
ex neceſſitate,ſed quędam fieri ex liber
tate uoluntatis: per hoc quod cū uult
aut facit deus aliquid, ſiue ſecundum
æternitatem,dicat immutabilem præ-
ſcientiam in qua nihil eſt præteritum
aut futurum: ſed omnia ſimul ſunt ſi-
ne omni motu,ut ſi dicimus quia non
uoluit aut uolet,nec fecit nec faciet ali-
quid:ſed tamen uult & facit,ſiue ſecū-
dum tempus uelut cum proferimus,
quia uolet aut faciet,quod nondum fa
ctum eſſe cognoſcimus,negari nequit
ſcire quæ uult & facit:pręſcire quæ uo
let atq; faciet. Quare ſi ſcire atq; pręſci
re dei neceſſitatē ingerit omnibus quæ
ſcit aut præſcit, nihil ſunt ſecundum
æternitatem,aut ſecundum ullum tem
pus uult aut facit, ipſe facit ex liberta-
te,ſed omnia ex neceſſitate. Quod ſi ab
ſurdum eſt uel opinari non neceſſitate
eſt, aut non eſt omne quod ſcit deus,
aut præſcit eſſe uel non eſſe: ergo nihil
prohibet aliquid ſciri uel præſciri, ab
illo in noſtris uoluntatibus & actioni
bus fieri,aut futurum eſſe per liberum
arbitrium: ut quamuis neceſſe ſit eſſe
quod ſcit aut præſcit, tamē multa fiūt
nulla neceſſitate,ſed libera uoluntate,
quemadmodū ſupra mōſtraui. Nem-
pe quid mirum ſi hoc modo aliquid
eſt ex libertate et non ex neceſſitate,cū
multa ſunt quæ recipiunt oppoſita,di
uerſa ratione? Quæ nanque magis op-
poſita ſunt ꝙ adire & abire? Videmus
tamen cum tranſit aliquis de loco ad
locum,quia idem ire,eſt ei adire & abi
re. Abit enim de loco, & adit ad locū.
Item ſi cōſideremus ſolem ſub aliqua
parte cœli,cum ſemper cœlum luſtran
do ad eādem partem feſtinet,uidemus
quia idē locus eſt à quo recedit, & ad
quem accedit,et indeſinenter ei,eodem
tempore appropinquat à quo elonga-
tur. Patet etiam curſum eius non igno
rantibus, quia ſi cœlum cōſideremus,
ſemper tranſit ab occidentali parte ad
orientalē. Si uero terram attendimus,
nunquam niſi ab orientali ad occiden
talem,& ſic ſemper contra firmamen-
tum uadit:& licet tardius cum firma-
mento quod ipſum in omnibus pla-
netis cernitur. Ita ergo nulla oritur re-
pugnantia, ſi ſecundum prædictas ra-
tiones aſſerimus idem aliquid eſſe ne-
ceſſitate futurum,quia eſt futurum, &
nulla cogi neceſſitate eſſe futurum: niſi
ea neceſſitate, quam ſupra dixi fieri à
libera uoluntate. Si uero per hoc quod
de homine dicit Iob deo: Conſtituiſti Iob.14
terminos eius,qui præteriri non pote-
runt:uult aliquis oſtendere, quia nul-
lus potuit accelerare uel differre diem
in qua moritur,quamuis aliquādo no
bis uideat̃ aliquis facere ex libera uo-
luntate unde moritur. Sed nō eſt quod
obĳcitur,contra hoc quod ſupra dixi-
mus. Nam quoniam deus nō fallitur,
nec uidet niſi ueritatem,ſiue ex liberta
te,ſiue ex neceſſitate ueniat: dicit̃ con-
ſtitui apud ſe īmutabiliter,quod apud
homines prius ꝙ fiat, mutare poteſt.
Tale etiam Paulus Apoſtolus de his Rom.8
qui ſecūdum propoſitum uocati ſunt
ſancti dicit: Quos præſciuit & præde-
ſtinauit conformes fieri imaginis filĳ
ſui,ut ſit ipſe primogenitus in multis
fratribus. Quos autem prædeſtinauit,
hos et uocauit,et quos uocauit,hos et
iuſtificauit, quos autem iuſtificauit,il

biliter,non antequã ſit,uel poſtquã eſt:
ſed indeſinenter quia nihil eſt ibi ſecũ-
dum tempus. Nam hoc ipſum ibi eſt
æternaliter,quia temporaliter aliquid
eſt,& antequã ſit poteſt non eſſe ſicut
iam dixi.Sufficienter ex his quæ dicta
ſunt puto patere, quia præſcientia dei
& liberũ arbitrium nequaquam inui-
cem repugnant,quod facit uis ęternita
tis quæ claudit omne tẽpus , & q̃ ſunt
in quolibet tpe.Sed quoniã non in om
nibus liberum habemus arbitrium,ui
dendum eſt ubi & quæ ſit illa libertas
arbitrĳ,quã ſemper habere creditur ho
mo,& quod ſit illud arbitriũ .Non.n.
idẽ eſt arbitrium,& libertas qua dicitꝰ
liberũ.In multis dicitur libertas & ar
bitrium,ut cũ aliquem dicimus liber-
tatem habere loquendi aut tacendi, &
in eius arbitrio eſſe quid horũ uelit.In
pluribus quoqꝫ alĳs ſimiliter dicitur li
bertas,& arbitrium quæ non ſemper
aſſunt,aut ad ſalutem animæ nobis ne
ceſſaria ſunt,Pro illo aũt arbitrio tan-
tum & pro illa libertate, iſta uẽtilatur
quæſtio,ſine quibus homo ſaluari ne-
quit, poſtquã poteſt illis uti . Nã ideo
conqueruntur multi,quia putãt ad ſa
lutem uel damnationem nihil ualere li
berum arbitriũ, ſed ſolam neceſitatẽ,
propter dei pręſcientiam.Quoniã ergo
non ſaluatur homo poſtquã ad intelli
gibilem peruenit ętatẽ,ſine ſua iuſticia:
ibi eſt inueſtigãdũ hoc arbitriũ,& hęc
libertas unde agitur,ubi ſedes iuſtitiæ
eſt.Primũ itaqꝫ oſtendenda eſt iuſtitia:
deinde iſta libertas, & iſtud arbitriũ.
Eſt quidẽ iuſtitia quælibet magna uel
parua rectitudo uoluntatis propter ſe
ſeruata. Libertas aũt iſta eſt poteſtas
ſeruandi rectitudinem uolũtatis pro-
pter ipſam rectitudinem. Quas diffini
tiones puto me apertis rationibus mõ
ſtraſſe,priorem quidẽ in tractatu quẽ
feci de ueritate,alteram uero in eo quẽ
edidi,de hac ipſa libertate , in quo etiã
oſtenſum eſt quomodo naturaliter &
inſeparabiliter ſit in homine hęc liber-
tas,quamuis non ea ſemper utatur:&
quod ſit ita fortis, ut nulla res homini
fortitudinẽ alias certitudinem prædi-
ctam,id eſt,iuſtitiam quam habet ua-
lear,quãdiu hac libertate uoluerit uti,
auferre.Iuſtitia uero non eſt naturalis,
ſed fuit ſeparabilis in principio ab an-
gelis in cœlo,& hominibus in paradi
ſo,& eſt adhuc in hac uita:non tamen
neceſſitate,aut neceſſitatis ui impellen
te,ſed habentium illam propria uolun
tate.Sed quoniã iuſtitiam qua iuſtus
eſt aliquis,conſtat eſſe rectitudinẽ uo-
luntatis quam dixi:quæ rectitudo tũc
tantum eſt in aliquo cum ipſe uult,qđ
deus uult eũ uelle,Patet,quia deus ean
dem rectitudinẽ non poteſt inuitio au
ferre,quoniam nõ poteſt hoc uelle Sed
neqꝫ uelle poteſt,ut eam habens,nolẽs
ulla neceſſitate eã deſerat, Quippe uel
let illum non uelle,quod uult eũ uelle
quod eſſe nequit.Sequitur ergo deum
uelle hoc modo rectam uolũtatem, ad
uolendum recte,& ad ſeruandũ eandẽ
rectitudinem eſſe liberam,quæ quãdo
poteſt quod uult, libere facit,quod fa
cit,uult.Vnde quod apertiſſime cogno
ſci poteſt aliquam eſſe liberam uolun
tatem cum actione ſua,non repugnan
te dei præſcientia,ſicut ſupra monſtra
tum eſt.Ponamus nũc exemplum ali
quod in quo appareat,& recta & iuſta
uoluntas & libertas arbitrĳ & ipſum
arbitrium,& quomodo recta uolũtas
impugnetur ut deſerat rectitudinẽ, &
qualiter eam libero ſeruat arbitrio.Ha
bet aliquis in corde ut ueritatẽ teneat,
quia intelligit rectum eſſe amare ueri-
tatem.Hic utiqꝫ rectam iam habet uo
luntatem & rectitudinem uoluntatis.
Aliud aũt eſt uoluntas,et aliud rectitu
do qua recta eſt.Accedit alius & niſi
mentiatꝰ minatur illi mortẽ. Videmus
nũc in eius eſſe arbitrio , an deſerat ui-
tam pro rectitudine uolũtatis, an recti
tudinẽ pro uita.Hoc arbitriũ quod &
iudicium dici poteſt liberũ eſt:qm̃ ra-
tio qua intelligitur rectitudo, docet re

ctitudinem illam eiuſdem rectitudinis
amore ſemper eſſe ſeruandam, & quic
quid obtenditur ut deſeratur eſſe con-
temnendum, atq; uoluntatis eſt ut ip-
ſa quoq; reprobet ac eligat, quemad-
modum rationis intellectus mõſtrat.
Ad hoc enim maximæ datæ ſunt ratio
nali creaturæ uoluntas & ratio. Qua-
propter idem uoluntatis arbitrium, ut
eandem rectitudinem deſerat, nulla co
gitur neceſſitate, quamuis mortis im-
pugnetur difficultate. Licet enim ne-
ceſſe ſit aut uitam aut rectitudinem re-
linquere: nulla tamen neceſſitas deter-
minat quam ſeruet aut deſerat. Nem-
pe ſola uoluntas determinat ibi quid
teneat, nec aliquid facit uis neceſſita-
tis, ubi operatur electio ſola uolunta-
tis. At cui non eſt deſerendi rectitudi-
nem uolũtatis quam habet neceſſitas:
palàm eſt quia non deeſt ſeruandi po-
teſtas ſiue libertas. Semper enim hæc
poteſtas libera eſt. Hæc enim eſt liber-
tas quam eſſe dixi poteſtatem ſeruãdi
rectitudinem uolũtatis, propter ipſam
rectitudinem. Hac ipſa libertate ratio-
nalis naturæ & arbitrium liberum &
uoluntas libera dicitur. Reſtat nũc ut
conſideremus cum deus omnia pręſci
re, ſiue ſcire credatur: utrum eius ſcien
tia ſit à rebus, aut res habeãt eſſe ab eiꝰ
ſcientia. Nã ſi deus à rebus habet ſcien
tiam: ſequitur quòd illę prius ſint quã
eius ſcientia, & ſic à deo nõ ſint à quo
nequeũt eſſe niſi per eius ſcientiam. Si
uero quæcunq; ſunt, à ſcientia dei ſu-
munt eſſentiam: deus factor & author
malorum operum eſt, & ideo iuſte pu-
nit malos: quod non ſuſcipimus. Hæc
autẽ quæſtio facile ſolui poteſt ſi prius
cognoſcitur bonum, quod eſt iuſtitiã
uere aliquid eſſe, malũ uero quod eſt
iniuſtitia, omnino carere exiſtẽtia. Qđ
in tractatu de caſu diaboli: & in libel-
lo quem de conceptu uirginali & pec-
cato originali titulaui, aptiſſime mon-
ſtraui. Nõ eſt enim iniuſtitia qualitas,
aut actio, aut aliqua eſſentia, ſed tantũ
abſentia debitæ iuſtitiæ, nec eſt niſi in
uoluntate, ubi debet eſſe iuſtitia. Per
quam uoluntatem iuſtitia uel iniuſti-
tia dicitur omnis rationalis natura, &
quælibet eius actio iuſta uel iniuſta.
Omnis quippe qualitas uel oĩs actio
& quicqd aliquam habet eſſentiam:
à deo eſt à quo eſt omnis iuſtitia: &
nulla iniuſtitia, facit igiť deus omnia
quæ iuſta uel iniuſta uoluntate fiunt,
id eſt, bona opera & mala. In bonis q-
dẽ facit quod ſunt, & quod bona ſunt,
in malis uero facit quòd ſunt, ſed non
quòd mala ſunt. Nam omni rei eſt iu-
ſtam uel bonam aliquid eſſe: nulli ue-
ro rei eſt aliquid eſſe iniuſtam uel ma-
lam. Siquidem bonũ uel iuſtum eſſe,
eſt iuſtitiam habere: quod eſt aliquid.
malum uero eſſe uel iniuſtum, eſt non
habere iuſtitiam quam debet habere
quod non eſt aliquid. Iuſtitia nanque
aliquid eſt: iniuſtitia uero nihil, ſicut di
xi. Eſt autem aliquod bonum quod di
citur commodum: cuius contrariũ eſt
malum quod eſt incommodum. Hæc
malum aliquãdo nihil eſt, ut cæcitas:
aliquãdo eſt aliquid: ut dolor. Sed hoc
malum cum aliquid eſt deũ facere nõ
negamus: quia ipſe eſt ſicut legitur, fa-
ciens pacem: & creans malum. ipſe
nanque creat incõmoda, quibus exer-
cet & purgat iuſtos: & punit iniuſtos.
Itaq; de tanto malo quod eſt iniuſtitia:
per quã dicitur iniuſtum: certum eſt,
quia nunquam eſt aliquid, nec alicui Eſa.4
rei eſt eſſe aliquid iniuſtam eſſe. Et ſi-
cut deus non facit iniuſtitiam: ita non
facit aliquid iniuſtum eſſe, qui tamen
facit omnes actiones & omnes mo-
tus: quia ipſe facit res, à quibus & ex
quibus & per quas & in quibus fiũt,
& nulla res habet ullam poteſtatẽ uo-
lendi aut faciẽdi, niſi illo dante. Ipſum
quoq; uelle quod aliquando iuſtũ eſt:
aliquando iniuſtum, nec eſt aliud quã
uti poteſtate uolendi et uolũtate, quas
deus dat inquantum eſt, bonum eſt, et
à deo eſt. Quod tunc quidem quando

recte

recte eſt: bonum & iuſtum eſt: quādo uero nō recte: hoc ſolo, quia non recte eſt, malum eſt & iniuſtū. Eſt autem aliqd recte eſſe, & hoc eſt à deo: non eſſe uero recte, nō eſt aliquid nec eſt à deo. Nam ſicut cum aliquis utitur gladio, aut lingua aut poteſtate loquendi: non ne eſt aliud gladius aut lingua ſiue poteſtas: cum rectus eſt eorum uſus: & aliud cum non eſt rectus? Ita uoluntas qua utimur ad uolendum: ſicut ratione utimur ad ratiocinandum, non eſt aliud, qn̄ quis illa recte utitur: et aliud quando non recte, nec magis nec minus eſt hoc quod eſt eſſential'r cum eſt iuſta, ꝙ cum iniuſta eſt uoluntas: per quam dicitur aut ſubſtantia aut actio iuſta uel iniuſta. Sic itaqꝫ facit deus in omnibus uolūtatibus et operibus bonis, & quod eſſentialiter ſunt: & quod bona ſunt, in malis uero nō quod mala ſunt: ſed tantum quod per eſſentiam ſunt. Quadmodum enim nō eſt eſſentia rerum niſi à deo: ita nō eſt recta niſi ab ipſo. Hu9 uero rectitudinis de qua loquor abſentia quæ eſt iniuſtitia: non eſt niſi in uolūtate rationalis creaturę: quæ ſemper debet habere iuſtitiā. Cur autem nō habeat quā ſemper debet habere: & quomodo deus bona faciat, ſola bonitate, & mala non ſua culpa: ſed hominis uel diaboli, & qualiter homo bona faciat per liberum arbitrium præſulante gratia, & malum ſola ſua operante propria uolūtate. & quid habeat deus in malis ſiue culpa ſua: & homo in bonis cum laude ſua, & tamē bona hominis uideantur aperte imputanda deo, & mala homini, cum de gratia & libero arbitrio tractaturi ſumus: ut puto deo donāte apertius patebit. Nunc autem tantum dico ꝙ malus angelus ideo iuſtitiam non habet, quia eam deſeruit, nec poſtea recepit. homo uero idcirco illa caret: quia in primis parentibus eā abiecit, & poſtea aut non illā recepit: aut receptam reiecit. Puto ḡa gratia dei adiuuante mōſtrauimus: quod præſcientiā dei & liberū arbitrium ſimul eſſe: ſi diligenter cōſiderentur q̄ diximus, non ſit impoſſibile neqꝫ poſſit aliquid obīci quod nō ſit diſſolubile.

Quòd ſit prædeſtinatio & quòd prædeſtinatio nihil inferat neceſſitatis libero arbitrio.

Nunc ergo in eo ſperantes: qui huc uſqꝫ non perduxit diſcordiam, quę inter prædeſtinationem & liberum arbitrium uidetur eſſe, aggrediamur diſſoluere. Ad quod per ea quæ ſupra diſſeruimus: ſicut in ſequētibus patebit: nō parum perfecimus. Prędeſtinatio uidetur idem eſſe quod p̄ordinatio ſiue pręſtitutio, & ideo quod deus prædeſtinare dicitur, intelligitur p̄ordinare: quod eſt ſtatuere futurum eſſe. Quod autem deus ſtatuit futurū eſſe, neceſſitate uidetur futurum eſſe, quare quicquid deus prædeſtinat: neceſſe eſt futurum eſſe. Si ergo deus prædeſtinat bona & mala quæ fiunt: nihil fit per liberum arbitrium: ſed omnia ex neceſſitate. At ſi tantum bona prædeſtinat, ſola bona ſunt ex neceſſitate: nec eſt liberum arbitriū niſi ad mala: quod nimis eſt abſurdum. Non ergo ſola bona prædeſtinat deus. Si autem bona quædam opera facit liberum arbitriū, per quæ fiunt iuſti abſqꝫ prædeſtinatione, non prædeſtinat deus omnia bona opera quæ iuſtos faciūt. Quare nec illos iuſtos, qui ſunt per opera liberi arbitrīj. Non ergo præſciuit deus eos: quia quos præſciuit: hos & prędeſtinauit. Sed falſum eſt Rom. 8 deum non pręſcire aliqua bona opera, aut aliquos iuſtos. Nō igitur quædam ſolius liberi arbitrīj opera bona iuſtificauit, ſed illa ſola quæ deus prædeſtinat. Si ergo deus prædeſtinat omnia, et prędeſtinata ſunt ex neceſſitate: cum nihil per liberū arbitriū neceſſitate fiat, ſequi uidetur nihil eſſe liberū arbitriū manente prædeſtinatione, aut ſi ſtatuimus in aliquibus liberum arbitrium perire in illis prædeſtinationem. In primis itaqꝫ ante quæſtionis reſponſionē, uidendum eſt; quia prædeſtinatio non

ſolum bonorum eſt, ſed maloꝝ poteſt dici: quemadmodum Deus mala quæ non facit dicitur facere: quia permittit. Nam dicitur hominem indurare cum non emollit: ac inducere in tentationẽ, cum non liberat. Non eſt ergo incõuenieniens eũ hoc modo prædeſtinare, dum malos & eorum mala opera non corrigit. Sed bona ſpecialius præſcire et prędeſtinare dicitur: qa in illis facit quod ſunt & quo'd bona ſunt: in malis autẽ non niſi quo'd ſunt eſſentialiter, nõ qđ mala ſunt, ut ſupradictum eſt. Sciendũ quoqꝫ: quia ſicut præſcientia nõ in deo dicitur proprie: ita nec prædeſtinatio: quia illi nec ante nec poſt aliquid eſt, ſed omnia ſunt illi ſimul pręſentia. Cõſideremus nunc an aliqua poſſint prædeſtinari, per liberũ arbitrium futura. Dubitari utiqꝫ nõ debet: quia eius prædeſtinatio & præſciẽtia non diſcordãt, ſed ſicut pręſcit, ita quoqꝫ prędeſtinat. In quæſtione de præſcientia cognouimus aliqua præſciri aperte futura per liberum arbitrium, ſine omni repugnãtia. Vnde ueritas quoqꝫ euidens & ratio docet prædeſtinari, ſimiliter per liberum arbitrium quædã futura abſqꝫ omni incõuenientia. Nam neqꝫ pręſcit deus, neqꝫ prædeſtinat, quẽadmodum iuſtum futurũ ex neceſſitate. Nõ enim habet iuſtitiam, qui eam nõ ſeruat libera uolũtate. Pariter igitur quamuis neceſſe ſit fieri quæ præſciuntur, & quæ prædeſtinantur: quædam tamen pręſcita & prædeſtinata non eueniunt ea neceſſitate, quæ præcedit rem & facit, ſed ea quæ rem ſequitur, ſicut ſupra diximus. Nõ.n. ea deus quamuis prædeſtinat, facit uoluntatem cogendo, aut uoluntati reſiſtẽdo, ſed in ſua illa poteſtate dimittendo. Quamuis tamen ſua uoluntas utatur poteſtate, nihil tamen facit, qđ deus non facit in bonis ſua gratia, in malis non ſua, ſed eiuſdem uolũtatis culpa, quod ſicut pmiſimus clarius cũ de gratia loquemur apparebit. Et ſicut præſcientia quę non fallit, non præſcit niſi uerum, ſed erit aut neceſſarium, aut ſpontaneũm, ita prædeſtinatio quæ non mutatur, non prædeſtinat niſi ſicut eſt, eſt in præſcientia. Et quẽadmodũ quod præſcitur licet in ęternitate ſit immutabile, tamen in tempore aliquãdo antequam ſit, mutari poteſt, ita eſt per omnia de prædeſtinatione. Patet igitur ex his quæ dicta ſunt, ſi bene conſiderentur: quia nec prædeſtinatio excludit liberum arbitrium, nec liberum arbitriũ aduerſatur prædeſtinationi. Siquidem omnia illa quibus ſupra mõſtrauimus, liberum arbitrium præſcientiæ nõ repugnare, pariter oſtẽdunt illud prædeſtinationi cõcordare. Non ergo rationabiliter quoties aliqd contingit, operante ſpontanea uoluntate, uelut cum homo homini facit iniuriam unde ab illo occiditur, quidã clamant dicentes. Sic pręſcitum, & prędeſtinatum erat à deo, & ideo neceſſitate factum eſt, nec aliter fieri potuit. Quippe nec qui alium iniuria irritauit, nec qui ſe uindicauit hoc fecit neceſſitate, ſed ſola uolũtate, quia ſi non ſpõte uoluiſſet, neuter quod fecit, feciſſet.

De concordia gratiæ & liberi arbitrij.

Reſtat nunc ut de gratia & eodem libero arbitrio, eadem gratia adiuuante, conſideremus. Quæſtio iſta inde naſcitur, quia diuina ſcriptura ita loquitur aliquando, ut nihil uideať liberum arbitrium prodeſſe ad ſalutem, ſed ſola gratia. Aliquando uero ita uelut tota noſtra ſalus, in libera noſtra conſiſtat uoluntate. De gratia ſiquidem dicit dominus; Sine me nihil poteſtis facere. Et. Nemo uenit ad me niſi pater meus traxerit eũ. Et Paulus apoſtolus: Quid autem habes quod nõ accepiſti? Et de deo, Cuius uult miſeretur, & quẽ uult indurat: &, neqꝫ uolentis neqꝫ currẽtis ſed miſerẽtis eſt dei. Multa quoqꝫ alia leguntur quæ ſoli gratiæ ſine libero arbitrio bona noſtra opera ad ſalutẽ noſtram uidentur attribuere. Plures etiã aſſerunt experimento ſe probare quo'd

Ioã 15.
Eodẽ 6.
1. Co. 4
Rom. 9

homo nequaquam ullo libero ſulciať
arbitrio, quoniam multos abſq; nume
ro immẽſo mentis & corporis conatu
nituntur, ut bene uiuant, qui quadam
difficultate, immo impoſſibilitate ag-
grauati, nihil ꝓficiunt, aut poſt magnũ
profectum repente irreparabiliter defi-
ciunt. Liberum autem arbitrium mon
ſtrat eadem ſcriptura, nos habere hoc
Pſal. 1 modo: Dicit deus per Eſaiam: Si uolue
ritis & audieritis me, bona terræ come
Pſal. 33 detis. Et Dauid: Quis eſt homo q uult
uitam: diligit dies uidere bonos? Prohi
be linguam tuam à malo & labia tua
ne loquantur dolum. Diuerte à malo
Mat. 11 & fac bonum. Et dominus in euange-
lio: Venite ad me omnes qui laboratis
& onerati eſtis, & ego reficiã uos. Tol
lite iugum meum ſuper uos, & diſcite
à me: quia mitis ſum & humilis corde,
& inuenietis requiem animab⁹ ueſtris.
Plura etiã alia & innumerabilia ſunt,
quæ uidentur liberum arbitriũ ad be-
ne operandum excitare, & qui monita
contemnit exprobrare. Quod authori
tas diuina nequaquam faceret, ſi uolũ
tatis libertatem nullam in homine co-
gnoſceret. Sed nec ullo modo eſſet, cur
deus bonis uel malis pro meritis ſin-
gulorum iuſte retribuere, ſi per liberũ
arbitrium, nullus bonũ uel malum fa-
ceret. Quoniam ergo in ſacra ſcriptu-
ra quædam inuenimus, quæ ſoli gratię
fauere uidentur: & quædam, quæ ſo-
lum liberum arbitriũ ſtatuere ſine gra
tia putantur: fuerunt quidam ſuperbi
qui totam uirtutem & efficaciam in ſo
la libertate arbitrij conſiſtere ſunt arbi
trati: & ſunt noſtro tempore multi qui
liberum arbitriũ eſſe aliquid penitus
deſperant. In hac itaque quæſtione hęc
erit intentio: ut liberum arbitrium ſi-
mul eſſe cum gratia & cum ea opera-
ri in multis monſtremus: ſicut illud
præſcientia atque prædeſtinatione con
cordare reperimus. Sciendum eſt, quia
ſicut nõ de alio libero arbitrio ſit hoc,
ut ſupra dixi, quoniam niſi de illo ſine
quo ſalutem nemo meretur: poſtquam
intelligibilem habet ętatem, ita non de
alia gratia quàm de illa, ſine qua nul-
lus ſaluatur homo. Omnis enim crea
tura, gratia exiſtit: quia gratis facta
eſt, & multa bona dat deus per gratiã
in hac uita, ſine quibus homo ſaluari
non poteſt. In infantibus quidem, qui
baptizati moriuntur antequã ſuo poſ
ſint uti libero arbitrio: nõ apparet con
cordia quam quærimus, quoniam in
illis gratia ſola operatur ſalutem ſine
illorum libero arbitrio. Nã hoc quo-
que gratia eſt, quia datur alijs uolun-
tas ut illis ſua fide ſubueniant. In habẽ
tibus itaque intelligibilem ætatẽ: mõ-
ſtrandum eſt quod inueſtigamus: quia
de his ſolũ uerſatur hæc quæſtio. Qui-
cunque autem ex his ſaluantur: per iu
ſtitiam ſaluari dubium non eſt. Iuſtis
enim promittitur uita æterna, quia iu-
ſti in perpetuum uiuent, & apud do-
minum eſt merces eorum. Quod autẽ Sapi. 5
iuſtitia ſit rectitudo uoluntatis, ſacrę
ſcripturæ ſæpe monſtrat authoritas.
Qua de re, ſufficit unum exemplum Pſa. 93
proponere. Cum enim dixiſſet Dauid:
Non repellet dominus plebem ſuam,
& hęreditatem ſuam non derelinquet:
quoadusque iuſtitia conuertatur in iu
dicium: ut doceret nos quid eſſet iuſti-
tia, interrogando ait: Et qui iuxta il-
lam? Ad quod ipſe ſibi reſpondens ait:
Omnes qui recto ſunt corde: hoc eſt q
recta ſunt uoluntate. Quamuis enim
corde credamus & intelligamus, ſicut
corde uolumus, non tamen indicat ſpi
ritus ſanctus illum rectum habere cor:
qui recte credit & intelligit & non re-
cte uult: quia non utitur rectitudine
fidei & intellectus ad recte uolendum:
propter quod datum eſt rationali crea
turæ, recte credere & intelligere. Nam
neq; rectum intellectum dicendus eſt
habere, qui ſecundum illum non re-
cte uult operari: propter quod fides
dicitur & datur. Recte igitur intelliga-
mus Dauid dixiſſe: rectos corde, rectos

uolũtate. Sed ne quis exiſtimet authoritate diuina dici iuſtum illum uel rectũ, qui non niſi propter aliquid tenet rectitudinem uoluntatis: dicimus iuſtitiam rectitudinem eſſe uoluntatis pro pter ſe ſeruatam, qui enim ſolum propter aliquid illam ſeruat, non eam diligit, ſed aliud propter quod illã ſeruat, & ideo non eſt dicendus iuſtus: nec talis rectitudo nominanda eſt iuſtitia. Quando de pſcientia & libero arbitrio tractabamus, exemplo quodam monſtrauimus eſſe poſſe ſimul rectitudinẽ hanc, quam uoco iuſtitiam & liberum arbitrium, per quod planum eſt intelligere in aliĵs multis ſimiliter eſſe. Si ergo poſſumus oſtendere nullam creaturam hanc adipiſci poſſe rectitudinem niſi per gratiã: manifeſta erit inter gratiam & liberum arbitrium ad ſaluandum hominem: concordia quam quærimus. Dubium itaq; non eſt: quia uoluntas non uult recte, niſi quia recta ẽ. Sicut nanq; non eſt acutus uiſus: quia uidet acute, ſed ideo uidet acute: quia acutus eſt: ita uoluntas non eſt recta, quia uult recte, ſed recte uult quoniã eſt recta. Cum autem uult rectitudinẽ, proculdubio recte uult. Nõ ergo uult rectitudinem niſi quia recte eſt. Idẽ autem eſt uolũtati rectam eſſe & rectitudinẽ habere. Palàm igitur eſt, quia non uult rectitudinem, niſi quia rectitudinem habet. Non nego uoluntatem rectam uelle rectitudinem, quã nondum habet quando uult maiorem quàm habeat, ſed illam dico nullam eam poſſe uelle rectitudinem: ſi non habet rectitudinem qua illã uelit. Conſideremus nunc utrum aliquis hãc rectitudinem non habens eam aliquo modo à ſe habere poſſit. Vtiq; à ſe illam habere nequit: niſi aut uolendo aut non uolendo. Volẽdo quidem nullus ualet eam per ſe adipiſci, quia nequit eam uelle: niſi illam habeat. Quòd autem aliquis non habens rectitudinem uoluntatis illam ualeat per ſe non uolendo aſſequi: mens nullius accipit. Nullo igitur modo poteſt eam creatura habere à ſe. Sed neque creatura ualet eam habere ab alia creatura. Sicut nanque creatura nequit creaturam ſaluare: ita nõ poteſt illi dare per quod poteſt eam ſaluare. Sequitur itaque quia nulla creatura rectitudinem habet, quam dixi uoluntatis, niſi per dei gratiam. Hanc autem rectitudinem per liberum, arbitriũ ſeruari poſſe ſicut ſupra dixi, monſtrauimus. Deo igitur largiẽte inuenimus gratiam eius, ad ſaluandum hominem cum libero arbitrio concordare, ita ut gratia ſola poſſit hominem ſaluare nihil eius libero arbitrio agente. Sicut fit in infantibus & in non intelligẽtibus: ipſa ſemper adiuuat liberum arbitriũ naturale, quod ſine illa nihil ualet ad ſalutem, dando uolũtati rectitudinem quam ſeruet per liberum arbitrium. Et quamuis non omnibus det: quoniam cui uult miſeretur, & quem uult indurat: nulli tamen dat pro aliquo præcedẽti merito, quoniam quis prior deo dedit & retribuetur ei? Si autem uoluntas per liberum ſeruando arbitrium quod accepit: meretur aut augmentum acceptæ iuſtitiæ, aut etiam poteſtatem pro bona uoluntate, aut præmium aliquod. Hæc omnia fructus ſunt primæ gratiæ, & gratia pro gratia, & ideo totum imputandum eſt gratiæ, quia neque uolentis eſt quod uult: neque currentis eſt, quod currit, ſed miſerentis eſt dei. Omnibus enim excepto ſolo deo, dicitur: Quid habes quod nõ accepiſti? quid gloriaris quaſi non acceperis? Quomodo quidem libertas uoluntatis tenentis acceptam rectitudinem: nulla neceſſitate ut illã deſerat: expugnatur, ſed difficultate impugnatur, nec eidem uoluntati inuita: ſed uolens cedat, in tractatu de libertate arbitriĵ puto me oſtendiſſe. Quibus autem modis poſt eandem rectitudinem acceptam, liberum arbitrium gratia adiuuet ut ſeruet quod accepit: quamuis

Rom. 9
Ibid. 11
Rom. 9
1. Co. 4

quamuis non omnes ualeam enumerare: multifariam enim hoc facit, tamē non erit inutile aliquid mihi dicere: Nemo certe ſeruat rectitudinem hanc acceptam niſi uolendo, uelle autem illam aliquis nequit niſi habēdo. Habere uero illam nullatenus ualet niſi per gratiam. Sicut ergo illam nullus accipit niſi gratia præueniente: ita nullus eam ſeruat niſi eadem gratia ſubſequēte. Nempe quamuis illa ſeruetur per liberum arbitrium non tamen eſt tantū imputandum libero arbitrio quantū gratiæ, cum hæc rectitudo ſeruaē: quoniam illam liberum arbitrium nō niſi per gratiam præuenientē & ſubſequentem habet & ſeruat: Sic autem gratia ſubſequitur donum ſuum ut nunquā ſiue paruum ſiue magnum ſit: illud dare deficiat niſi liberum arbitrium uolē do aut rectitudinem quam accepit, deſerat. Nunquam enim ſeparatur hęc rectitudo à uoluntate niſi quando aliud uult quod huic rectitudini non cōcordat: ſicut cum quis accipit rectitudinē uolendi ſobrietatem, & reijcit eam uolendo immoderatam bibendi uoluptatem. Quod cum facit ſua uoluntate, & ideo ſua culpa, perdit gratiam quā accepit. Adiuuat etiam gratia liberū arbitrium quando ut deſerat rectitudinem acceptam impugnatur mitigando, aut penitus remouēdo uim tentationis impugnantis: aut augendo affectum eiuſdem rectitudinis. Denique cum omnia ſubiaceant diſpoſitioni dei: quicquid contingit homini quod adiuuat liberum arbitrium ad accipiendum aut ad ſeruandum hanc de qua loquor rectitudinem: ſuæ gratiæ imputandum eſt. Dixi omnem iuſtitiam eſſe rectitudinē uoluntatis propter ſe ſeruatam. unde ſequitur omnem habentem hanc rectitudinem: habere iuſtitiam et eſſe iuſtū: quoniam omnis habens iuſtitiam iuſtus eſt. Non tamen ſentio iuſtis omnibus promiſſam eſſe uitam perpetuam, ſed illis tantum qui ſunt iuſti ſine omni iniuſtia. Illi enim proprie & abſolute dicuntur iuſti & recti corde. Eſt enim aliquis ſecundum aliquid iuſtus, & ſecūdum aliquid iniuſtus, ut qui caſtus eſt inuidus. Talibus non promittitur beatitudo iuſtorum: quoniam ſicut uera beatitudo eſt ſine omni indigentia: ita nulli datur niſi iuſto ſine omni iniuſtitia. Nam quoniam beatitudo quę iuſtis promittitur erit ſimilitudo angelorum dei: ſicut in angelis bonis nulla eſt iniuſtitia: ita nullus illis ſociabitur cum aliqua iniuſtitia. Quomodo autē fiat homo ſine omni iniuſtitia non eſt huius noſtri propoſiti oſtendere. Scimus tamen perfecto ſtudio hæc Chriſtiano, & per gratiam dei eſſe poſſibile. Si bene conſiderenē quæ dicta ſunt: aperte cognoſcitur: quia cum aliquid dicit ſacra ſcriptura pro gratia, non amouet omnino liberum arbitriū, neque cū loquitur pro libero arbitrio, excludit gratiam: quaſi ſola gratia, aut liberum arbitrium ſolum ſufficiat ad ſaluandum hominem, ſicut uidetur illis qui hāc faciunt quæſtionem. Ita quippe intelligēda ſunt dicta diuina: ut hoc excepto quod dixi de infantibus: nec ſola gratia nec ſolum liberum arbitriū ſalutem hominis operetur. Quippe cū dicit dominus: Sine me nihil poteſtis facere: non ait: nihil ualet uobis ueſtrū liberum arbitrium: ſed nihil poteſt ſine mea gratia. Et cum legitur. Neque uolentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt dei: non negatur in uolente neque in currente aliquid prodeſſe liberum arbitriū, ſed ſignificatur non eſſe imputandum libero arbitrio: quod uult, & quod currit, ſed gratiæ. Nam cum ait: Neque uolē tis neque currentis eſt, ſubaudiendū eſt: quod uult, & quod currit: uelut cum aliquis nudo, cui nihil debet et qui nullum à ſe poteſt indumentum habere, dat ueſtem: non tamē quamuis ipſe habear poteſtatem utendi & non utendi accepta ueſte, ſi ea utitur imputādum eſt induto: quia indutus eſt, ſed danti

Ioan. 15

Rom. 9

intellectus, nihil ſunt, niſi uoluntas uelit quod mens intelligit, quod uolũtas facere nequit niſi accepta rectitudine. Recte nanq; uult cũ uult quod debet: ita quod mens ex auditu uerbi concipit, eſt prædicantis: & rectitudo eſt incremẽtũ quod deus dat. ſine quo neq; qui plantat, neq; qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementũ dat deus. Sicut ergo deus in principio per miraculum fecit frumentum & alia de terra naſcentia, ad alimentũ hominum ſine cultore & ſeminibus: ita ſine humana doctrina mirabiliter fecit corda prophetarũ & apoſtolorum, nec nõ & euangeliſtarum, fœcunda ſalutãtibus ſeminibus. Vnde accipimus quicquid ſalubriter in agricultura dei ad alimentũ animarum ſeruamus: ſicut nõ niſi de primis terræ ſeminibus habemus quod ad nutrimentum corporũ propagamus. Siquidem nihil utile ad ſalutem ſpiritualem prędicamus, quod ſacra ſcriptura ſpiritus ſancti miraculo fœcundata nõ protulerit, aut intra ſe nõn contineat. Nam ſiquid ratione dicimus aliquando quod in dictis eius aperte monſtrare aut ex ipſis probare nequimus: hoc modo per illam cognoſcimus utrũ ſit accipiendum aut reſpuendum. Si autẽ aperta ratione colligitur & illi ex nulla parte cõtradicitur: q̃m ipſa ſicut nulli aduerſatur ueritati: ita nulli fauet falſitati: hoc ipſo: quia nõ negat quod ratione dicitur, eius authoritate ſuſcipiẽ. At ſi ipſa noſtro ſenſui indubitanter repugnat, quãuis nobis ratio noſtra uideatur impugnabilis: nulla tamen ueritate fulciri credẽda eſt. Sic itaq; ſacra ſcriptura omnis ueritatis quam ratio colligit authoritate continet: cũ illam aut aperte affirmat, aut nullatenus negat. Videamus nunc in exemplis quo modo uerbum ſit ſemẽ, aut quomodo quibus dicitur: Si uolueritis & audieritis me, intelligunt & cogitant quod dicitur uelle & audire: hoc eſt obedire. Qui enim audit & nõ obedit, diciẽ nõ audire. Sed obedire nequeũt niſi uelint: Velle aũt obedire, eſt recte uelle. Recte uero uelle nemo poteſt niſi habeat rectitudinem uoluntatis, quam nullus habet homo niſi per gratiam. Verũ rectitudo uolẽdi aliquid nulli datur niſi intelligenti uelle, & quod uelle debet. Videamus itaq; quod dictũ eſt: Si uolueritis & audieritis me: modo ſemen eſſe nequaquam per ſe ad aliquem fructum germinans ſine adiectione rectitudinis: nec ipſam rectitudinẽ dari niſi ſeminibus. Similiter cũ dicit deus. Cõuertimini ad me, ſemen eſt ſine germine quandiu hominis uoluntatem ſi cõuertit deus ad uolendum conuerſionẽ quam cogitat, cum audit conuertimini, ſine quo ſemine nullus poteſt uelle conuerti, dicitur etiam conuerſis, conuertimini, aut ut magis conuertantur, aut ſeruent quod cõuerſi ſunt. Qui uero dicunt, conuerte nos deus: iam aliquatenus conuerſi ſunt: quia rectã uoluntatem habent cum uolunt conuerti, ſed orant pro hoc quod iam acceperunt ut augeatur conuerſio: ſicut illi q credentes, auge nobis fidem dixerunt. Ac ſi dicerent illi & iſti: Auge in nobis quod dediſti, perfice quod cœpiſti. Qđ de his oſtẽdi, in ſimilibus quoq; intelligendum eſt. Sicut igitur terra nõ germinat naturaliter ea quæ maxime neceſſaria ſunt ſaluti corporis noſtri ſine ſeminibus: & licet deus non det incrementum omni ſeminie non tamen ceſſant agricolę noſtri ſeminare ĩ ſpe meſſis aliquantulæ: ita terra cordis humani non profert fructum fidei & iuſtitię ſine congruis ſeminibus, & quamuis deus non faciat cuncta huiuſmodi ſemina germinare: tamen præcipit agricolis ſuis in ſpe, inſtantiſſime uerbum ſuum ſeminare. Oſtendimus ut puto quomodo non ſit ſuperuacuum homines ad fidem Chriſti & ad ea quę fides exigit inuitare: quamuis tamẽ omnes hanc imitationem ſuſcipiant. Dixi etiã poſt. quare arguantur illi qui uerbum

Marginal notes: 1. Cor. 3 — Eſai. 1 — Luc. 17

dei non ſuſcipiunt cum hoc facere nequeant, niſi gratia eorum uolūtates dirigente. Dicit enim dominus de ſpiritu ſancto. Ille arguet mundum de peccato: quia non crediderunt in me. Ad qđ licet forſitan difficile ſit reſpondere: qđ tamen deo dante poſſum: tacere nō debeo. Notandum eſt: quia impotentia q̃ deſcendit ex culpa non excuſat impotentem, culpa manente. Vnde in infantibus in quibus exigit deus à natura humana iuſtitiam, quam accepit in primis parentibus cum poteſtate ſeruandi illam in omnem prolem ſuam: non excuſat eam impotentia habendi iuſtitiam: quoniam propter culpam in hāc corruit impotentiam hoc ipſum nanq;: quia non habet quod per ſe reſumere nequit: hoc eſt illi habendum impotentia in qua ideo cecidit: quia ſponte deſeruit quod ſeruare potuit. Quoniā ergo peccando deſeruit iuſtitiam: ad peccatum illi imputatur impotentia quā ipſa peccando ſibi fecit. Nec ſolum impotentia iuſtitiam habendi, ſed etiam impotentia illam intelligendi. Similiter in nō baptizatis imputatur ad peccatum: quoniā pariter deſcendit à peccato. Poſſumus etiā rationabiliter aſſerere: quia quod à prima cōditionis humanæ dignitate ac fortitudine atque pulchritudine minorata & corrupta eſt: illi ad culpam imputatur. Per hoc nanque minorauit quantū in ipſa fuit, honorem & laudem deo. Quippe ſecūdum dignitatē operis: laudatur & prædicatur ſapientia opificis. Quanto igitur natura humana pretioſum opus dei unde ipſe glorificādus erat in ſe minorauit atq; fœdauit, tanto ſua culpa deum exhonorauit. Quod illi ad tantū ſtatuit peccatum, ut non niſi per mortem dei deleatur. Siquidem ipſos motus ſiue appetitus quibus propter peccatum Adæ ſicut bruta animalia ſubiacemus, quos apoſtolus uocat carnis concupiſcentiam quam inuitum ſe tolerare manifeſtat, cum dicit: Quod odi illud facio, id eſt, nolens concupiſco, ſatis oſtendit ſacra authoritas imputari ad peccatum. Quippe cum de ſolo motu iræ ſiue opere uel uoce dicit dominus: Qui iraſcitur fratri ſuo: reus erit iudicio: aperte monſtrat culpam non eſſe leuem, quam tam grauis ſcilicet mortis ſequitur damnatio. Ac ſi dicat: Qui facit quod homo non debet facere: nec faceret ſi non peccaſſet: auferri debet ex hominibus. Et cum Paulus de illis qui carnem, id eſt, concupiſcentias ſentiunt nolentes, ait: Nihil damnationis eſt his qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant, hoc eſt non uoluntate conſentiūt: ſine dubio ſignat eos qui non ſunt in Chriſto, ſequi damnationem, quoties ſentiunt carnem etiam ſi non ſecundū illam ambulāt. quoniam ſic factus eſt homo: ut etiam ſentire, ſicut de ira dixi non deberet. Siquis igitur quæ dixi diligenter cōſiderat: nullatenus eos qui propter culpam ſuam uerbum dei ſuſcipere nequeunt rectè arguendos dubitat. Quibus autem datur gratia fidei Chriſtianæ, ſicut illis in baptiſmo dimittitur originalis iniuſtitia cum qua naſcuntur: ita omnis culpa impotētiæ & totius corruptionis, quam propter peccatum primi hominis incurrerant, & per quam inhonoratur deus, ignoſcitur. De nulla nanq; culpa quæ ante baptiſmum in illis erat: poſt baptiſmū arguitur, quāuis ipſa corruptio & appetitus, quæ ſunt pœna peccati, nō ſtatim in baptiſmo deleantur, nec ullum illis imputatur delictum poſt baptiſmum niſi quod ſua uoluntate fecerūt. Vnde apparet: quia corruptio & mala quæ fuerunt pœna peccati & poſt baptiſmum remanēt: non ſunt per ſe peccata. Sola nanq; eſt per ſe iniuſtitia peccatum, & illa quę ſequuntur iniuſtitiā propter cauſam ſuam iudicantur peccata donec ipſa remittatur. Nam ſi peccata eſſent, in baptiſmo delerentur, in quo omnia peccata in ſanguine Chri-

Ioan. 16 · Matt. 5 · Rom. 8 · Rom. 8

ſti lauantur. Item ſi proprie peccata dicerentur, eſſent In brutis animalibus peccata, ad quorum ſimilitudinem illa propter peccata noſtra ſuſtinet natura. Eſt & aliud quod ualde timendum eſt quod in primo peccato humanę naturæ cognoſci poteſt. Quoniam enim homo eſt ſpiritus uadens et nõ rediẽs: poſtq̃ ſponte cadit (ut de uoluntarijs peccatis nunc loquimur tantum) nullo modo poteſt reſurgere niſi gratia releuetur: ſed merito ſuo de peccato in peccatum uſq; in abyſſum peccatorũ ſine fundo: hoc eſt profundo ſiue æſtimatione demergatur, niſi miſericordia retineatur, ita ut etiam illi bonum uertatur in odium et fit ei in mortẽ. Vnde dicit dominus apoſtolis: Si mundus uos odit, ſcitote quia me priorem uobis odio habuit. Et apoſtolus: Bonus odor ſumus deo, alijs quidã odor mortis in mortem, alijs autem odor uitę in uitam, propter quod dicitur de eo, quia cui uult miſeretur & quem uult indurat. Verum quorum miſeretur, nõ omnium æqualiter miſeretur: neq; quos indurat, omnes ęqualiter indurat. Cur autem in hac uita perſeueret in nobis pœna peccati deleto peccato, alia quæſtio eſt. De qua licet nunc tractare nõ propoſuerimus, breuiter tamen dico: quia ſi incorruptionẽ ſtatim in baptiſmo uel in martyrio mutarẽtur fideles periret meritum, ut homines niſi illi q primi ſine exemplo crederẽt: nullo modo ſaluarentur. Nempe deficerẽt fides & ſpes, ſine quibus nullus homo habens intellectum, regnũ dei mereri poteſt, fides nanq; & ſpes ſunt earum rerum quæ nondum uidentur. Cũ enim uiderentur homines qui ad Chriſtum conuerterentur: ſtatim trãſire ad incorruptibilitatem: nullus eſſet qui ſaltem uelle poſſet ſe ſubtrahere à tanta beatitudine quã uideret. Vt glorioſius per fidei atque ſpei meritum beatitudinem quam deſideramus, adipiſcamur: manemus quandiu in hac uita ſumus in hoc quod iam non imputatur ad peccatum quamuis euenerit propter peccatum. Deniq; non promittitur nobis per baptiſmum & fidem Chriſtianam beatitudo quam habebat Adam ante peccatum in paradiſo, ſed quam habiturus erat quando completus eſſet numerus hominum qui aſſumendi erant ad perficiendam ciuitatem ſupernam: quæ & de angelis et de hominibus eſt complenda: ubi non generabunt homines ſicut facerẽt in paradiſo. Si ergo cõuerſi ad Chriſtum mox tranſirent in illam incorruptibilitatem, non eſſent homines de quibus colligi poſſet ille numerus: quoniam ad beatitudinem quam uiderent: nullus poſſet non feſtinare. Hoc puto eſſe quod dicit apoſtolus de illis: Qui per fidem operati ſunt iuſtitiam, & hi, inquit, omnes teſtimonio fidei probati non acceperũt repromiſſionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente, ne ſine nobis conſummarentur. Si enim quęrit quid nobis melius prouiderit ex hoc quia illi non acceperunt repromiſſionem: nihil conuenientius reſponderi poſſe uideo: quàm quod ſupra dixi: quia ſaltem ſi illis propagatis nõ differretur promiſſa iuſtis beatitudo, periret meritum in illis qui non per fidem hoc: ſed per experimentum cognoſcerẽt: propagatio enim hominum de qua nati ſumus deficeret: quoniam omnes ad incorruptibilitatem quam pręſentem uiderẽt currerent. Magnum itaque bonum nobis prouidit deus: cum ſanctis teſtimonio fidei probatis diſtulit acceptionem repromiſſionis ut & nos propagaremur & maneret fides per quã cum illis repromiſſionem promereremur et ſimul cum illis cõſummaremur. Alia quoq; ratio eſt cur baptizati atque martyres non ſtatim fiunt incorruptibiles, Nempe ſiquis ſeruum ſuum, quem propoſuerat magnis aliquando ditare honoribus, grauiter uerberet pro culpa, pro quo nullo modo p ſe queat ſatisfacere,

Pſa. 60 — Ioan. 15 — 2. Co. 2 — Rom. 9 — Heb. 11

poſt hanc uerberationē conſtituto tpe detruſurus eum in horrendum carcerem, ubi grauiſſimis torqueatur ſupplicijs, & ſit aliquis potens apud dominum qui pro illo ſatisfaciens eū reconciliet: utiq; plagæ quas reus ante ſatiſfactionē, dum erat in culpa merito ſuſcepit: non delentur, ſed maiora tormēta in quæ dum retruſus fuerat, reconciliatione præueniente auertentur, honores quoq; ſuos quos ſuo tempore accepturus erat ſi non peccaſſet, & quibus cariturus erat poſt culpam ſuam ſi nō reconciliaretur, propter perfectam ſatisfactionem ſicut prius ſtatutum fuerat, ſine omni mutatiōe traduntˀ. Quippe ſi ante reconciliationem exhæredatus eſſet illis honoribus: quemadmodum exhæredatus erat poſt culpā: irrecuperabiliter ſi non reconciliaretˀ non haberet locum ſubueniendi ulla reconciliatio. Sed quoniam non potuit exhęredari honore quem nōdum habebat, nec habere debebat: hanc exhæredationem præuenire poteſt reconciliatio & eam auertere. Si tamē ſeruus ille dum iacet in ęgritudine uapulationis donec ipſa tranſeat, corde & ore domino ſuo fidelitatem & correctionem uouet & ſoluit. ita eſt inter deum & hominem. Quippe qm̄ humana natura primū peccauit: hac pœna flagellata eſt ut nunq̄ prolem naturaliter niſi talem, qualem uidemus infantes naſci generaret, ac poſt hanc uitam in inferno: à regno dei ad quod facta erat in perpetuum exularet: niſi aliquis illam quā, uel quod ipſa ſola per ſe ſola facere nō poterat reconciliaret. A quo autem reconciliari queat non eſt niſi Chriſtus. In omnibus igitur infantibus naturaliter genitis in peccato & flagellata naſcitur, q̄ cum reconciliationem accepit: flagellatio merito remanet quam ante reconciliationem ſuſcepit. Quę autem in inferno tormenta paſſura erat: in illis quos Chriſtus redemit remittuntˀ, & regno dei quod poſt conuerſionem paradiſi terreni, ſuo tempore acceptura erat donatur: ſi tamen in fide quā promittunt in baptiſmo uſq; in finem perſeuerent. Quod autem quidam experimēto exiſtimant probare, nihil ualere liberum arbitrium: quia multi immenſo conatu nituntur ut bene uiuāt, & quadam (ut aiunt) impoſſibilitate obſtante: nihil proficiunt aut poſt profectum irrecuperabiliter deficiunt, non deſtruunt quod rationabiliter monſtratum eſt, liberum ſcilicet arbitrium cū gratia ualere. Vt autem nitentes non proficiant aut poſt profectum deficiant non impoſſibilitate, ſed aliquando graui: aliquādo facile ſuperabili difficultate fieri exiſtimo. Sępiſſime nanq; aſſerere ſolemus impoſſibile nobis eſſe: quod ſine difficultate perficere non ualemus. Si enim diligenter unuſquiſq; motus uoluntatis ſuæ conſideret: intelligit ſe nunquam rectitudinē uoluntatis acceptam per gratiam niſi aliquid uolēdo quod ſimul uelle nequit deſerere. Qđ certe non facit deficiente poteſtate ſeruandi eandem rectitudinem, quę poteſtas eſt ipſa libertas arbitrij: ſed deficiēte uoluntate ſeruandi quæ per ſe non deficit, ſed alia uoluntate illam ut dixi expellente. Quoniam autem iſta conſideratio magis uerſatur in uoluntate, aliquid altius de uolūtate: quod, ut puto, non erit inutile, dicēdum exiſtimo. Sicut enim habemus in corpore membra & quinque ſenſus ſingula ad ſuos uſus apta: quibus quaſi inſtrumentis utimur: ut ſunt manus aptæ ad capiendum: pedes ad ambulādum: lingua ad loquendum, uiſus ad uidendum: ita et anima habet in ſe quaſdam uires quibus utitur uelut inſtrumentis ad uſus congruos. eſt nanque ratio in anima qua ſicut ſuo inſtrumento utitur ad ratiocinandum, & uoluntas qua utitur ad uolendum. Non enim eſt rationalis uoluntas tota anima, ſed eſt unaquęq; aliquid in anima. Quoniam ergo ſingula inſtrumenta habent, & hoc quod

ſunt & aptitudines ſuas & ſuos uſus: diſcernamus ĩ uoluntate propter quã iſts dicimus inſtrumentum & aptitudines eius & uſum eius: quas aptitudines in uoluntate poſſumus nominare affectiones. Affectus quippe eſt inſtrumentum uolendi aptitudinibus ſuis. Vnde dicitur hominis anima cum uehementer uult aliquid, affectam eſſe ad uolendum illud uel affectuoſe eſſe uel uelle. Voluntas utique dici uidetur æquiuoce tripliciter. Aliud enim eſt inſtrumentum uolendi: aliud affectio, aliud uſus eiuſdem inſtrumẽti. Inſtrumentum uolẽdi eſt uis illa animæ qua utimur ad uolendum, ſicuti eſt ratio inſtrumentum ratiocinandi qua utimur cum ratiocinamur, et uiſus inſtrumentum uidendi quo utimur cum uidemus. Affectio huius inſtrumẽti eſt: qua ſic afficitur ipſum inſtrumentum ad uolendum aliquid, etiam quando illud quod uult non cogitat: ut ſi uenit in memoriam aut ſtatim: aut ſuo tempore illud uelit. Nam ſic eſt inſtrumentum uolendi affectum ad uolendum ſalutem, & quando illam non cogitat applicare: ut mox cum uenerit in memoriam: ſtatim eam uelit. Et ſic eſt affectum ad uolẽdum ſomnum etiam quando illum non cogitat: ut cum uenit in mẽtem uelit illum ſuo tempore. Nunquam enim ita eſt affectum ut aliquando uelit ægritudinem aut ut uelit nunquam dormire. In iuſto quoq; homine ſimiliter eſt affectum idem inſtrumentum ad uolẽdum iuſtitiam, etiam cum dormit: ut cum eam cogitat: ſtatiã eam uelit. Vſus uero eiuſdem inſtrumenti eſt quem non habemus niſi cum cogitamus rem quam uolumus. Dicitur autem uoluntas & inſtrumentum uolendi, & affectio eius: & uſus eius. Inſtrumentum quidem uoluntatẽ uocamus: quando dicimus nos conuertere ad diuerſa uoluntatem: modo ſcilicet ad uolẽdum ambulare: modo, ad uolendum ſedere: modo ad uolendum aliud & aliud. Hoc inſtrumentũ ſemper habet homo, quamuis nõ ſemper illo utatur, ſicut habet uiſum, qui eſt inſtrumentum uidendi etiam quãdo illo non utitur, ut cum dormit, & cum eo utitur conuertit illum, modo ad uidendum cœlum, modo ad uidendam terram, modo ad uidendum aliquid aliud. Et ſic ſemper habemus inſtrumentum ratiocinãdi, hoc eſt rationem, qua nõ ſemper utimur: & quam ratiocinando ad diuerſa conuertit animus. Affectio uero inſtrumenti uolẽdi dicitur uoluntas: qñ dicimus hominẽ ſemp habere uoluntatẽ ut bene ſibi ſit: uocamus nanq; hanc uoluntatem: affectionem illam eiuſdẽ inſtrumenti, qua uult homo bene ſibi eſſe. Eodẽ modo cũ ſanctus homo aſſeritur, ẽt cum dormit & non hoc cogitat: indeſinenter habere uoluntatem iuſte uiuẽdi dicitur. Et cum hanc uoluntatẽ aſſerimus aliũ alio maiorẽ habere: non aliud dicimus uolũtatem quam illam affectionem ipſius inſtrumẽti qua uult iuſte uiuere. Inſtrumentum uero non eſt in alio maius & in alio minus. Vſus aũt huius inſtrumenti uoluntas nominatur: ut cũ dicit aliquis: modo habeo uolũtatẽ legendi, id eſt, modo uolo legere, aut modo habeo uoluntatẽ ſcribendi, hoc eſt modo uolo ſcribere. Sicut.n. uidere, eſt uti uiſu qui eſt inſtrumentum uidendi: & uſus eius eſt uiſio uel uiſus: qñ uiſus ſignificat idem quod uiſio: ſignificat enim etiam uiſus inſtumentum ipſum: ita uelle eſt uti uolũtate q̃ eſt inſtrumentũ uolendi, & uſus eius eſt uolũtas quæ non eſt niſi qñ cogitamus quod uolumus. Voluntas igitur quę inſtrumentũ eſt: una ſola eſt, id eſt, inſtrumentũ uolendi unum ſolũ eſt in homine, ſicut una ſola eſt ratio, id eſt unũ ſolum inſtrumentũ ratiocinandi. Voluntas uero qua inſtrumentũ illud afficiť duplex eſt. Nam ſicut uiſus plures habet aptitudines. ſ. ad uidendũ lucẽ, et p lucẽ ad uidendũ figuras, et p ſi

guras ad uidendum colores: ita inſtrumentum uolendi duas habet aptitudines quas uoco affectiones. Quarum una eſt ad uolendum commoditatem, altera ad uolendum rectitudinẽ. Nempe nihil uult uoluntas quæ eſt inſtrumentum, niſi aut commoditatem aut rectitudinẽ. Quicquid enim aliud aut propter commoditatẽ, aut propter rectitudinem uult, & ad has etiam ſi fallitur: putat ſe referre quod uult. Per affectionem quidem quæ ad uolendum commoditatem pertinet: ſemper uult homo beatitudinem et beatus eſſe. Per illam uero quæ nunc eſt ad uolendum rectitudinem: rectitudinem uult, & rectus, id eſt, iuſtus eſſe. Propter commoditatem autem uult aliquid: ut cũ uult arare uel laborare ut habeat unde tueatur uitam & ſalutem, quæ commoda iudicat eſſe. Propter rectitudinem uero: ut cum uult laborare, uel diſcere, ut ſciat recte, id eſt, iuſte uiuere. Volũtas uero quæ eſt uſus ſæpedicti inſtrumenti: non eſt niſi cũ cogitat aliquis quod uult: ut dictum eſt. Huius uoluntatis multiplex eſt diuiſio: de qua non modo, ſed forſitan aliàs dicemus. Velle autem æquiuocum eſt: ſicut uidere. Quẽadmodũ nanq; dicitur uidere qui utitur uiſu & qui non utitur, ſed qui habet aptitudinem uidendi: ita aſſeritur uelle & qui utitur inſtrumento uolendi cogitando quod uult, & qui nõ utitur, quoniam affectionem, hoc eſt aptitudinem habet uolendi. Per hoc etiam cognoſci poteſt aliam eſſe uoluntatem inſtrumentum uolẽdi, aliam eius affectionem: alium uſum eiuſdem inſtrumenti: quia ſi dicitur iuſtus homo etiã cum dormit & nihil cogitat, habere uoluntatem iuſte uiuendi, & iniuſtus homo negatur habere cum dormit uoluntatem iuſte uiuendi: eadem uoluntas negatur de iniuſto, quę aſſeritur de iuſto. Palàm autem eſt quia cum dicimus non eſſe iniuſto dormienti uoluntatem iuſte uiuendi: non negatur uolũtas in eo eſſe quam dixi inſtrumentũ, quoniam eam ſemper habet omnis homo dormiens & uigilãs. Quapropter quoniam non alia uoluntas pronunciatur hoc modo, in bono eſſe homine quàm illa quæ remouetur à malo: non ſignificatur in bonò eſſe uoluntas quę eſt inſtrumentum, ſed illa qua afficitur inſtrumẽtum. Quoniam autem in dormiente niſi ſomniet, non ſit uoluntas quę eſt uſus, dubium non eſt: quare cũ dicitur in dormiente iuſta uoluntas iuſte uiuendi: nõ intelligitur, uolũtas uſus. Non eſt igĩt uoluntas affectio: uoluntas inſtrumentum aut uoluntas uſus; uoluntatem quoq; inſtrumentum non eſſe uoluntatem uſum nullus ignorat: quoniam cum dico me non habere uoluntatem ſcribẽdi: nemo intelligit me non habere inſtrumentũ uolendi. Alia eſt ergo uoluntas inſtrumentum: alia uoluntas affectio, alia uoluntas uſus. Voluntas quidem inſtrumentum mouet omnia alia inſtrumẽta quibus ſpõte utimur, & quæ ſunt in nobis, ut manus, lingua, uiſus, & quæ ſunt extra nos ut ſtilus & ſecuris, & facit omnes uoluntarios motus. Ipſa uero ſe ſuis affectionibus mouet: unde dici poteſt inſtrumentum ſeipſum mouens. Dico uoluntatem inſtrumentum omnes uoluntarios motus facere, ſi diligenter cõſideramus, ſed ille uerius dicitur facere omne quod facit natura aut uoluntas, qui facit naturam & inſtrumentũ uolendi cum affectionibus ſuis: ſine quibus idem inſtrumẽtum nihil facit. Ex his duabus affectionibus quas etiam uoluntates dicimus, deſcẽdit omne meritum hominis ſiue bonum ſiue malũ. Quæ duę uoluntates etiam nihil differunt: quia illa quæ eſt ad uolendũ cõmodum inſeparabilis eſt. illa uero quę eſt ad uolendum rectitudinem ſeparabilis fuit: ut ſupra dixi in principio in angelis, et in primis noſtris parẽtibus, & eſt adhuc in hac uita manentibus. In hoc quoq; differũt: quia illa quæ eſt

ad uolendum

ad uolendum commodum: nõ eſt hoc quod ipſa uult. Illa uero quæ ad uolendum rectitudinem, rectitudo eſt. Nullus quippe rectitudinem uult niſi rectitudinem habens: neq; poteſt aliquis rectitudinem uelle niſi rectitudine. Palã autem eſt eius uoluntatis quæ eſt inſtrumentum iſtam eſſe rectitudinem. Hanc pronunciamus cum iuſtitia deſignatur rectitudo uoluntatis propter ſe ſeruata. Hæc eſt etiam ueritas illa uoluntatis in qua arguitur à domino diabolus non ſtetiſſe: quod dixi in tractatu de ueritate. Nũc conſiderandum eſt quomodo ex his duobus uoluntatibus quas uoco aptitudines ſiue affectiones procedant ſicut dixi, merita hominum ſiue ad ſalutem, ſiue ad damnationem. Rectitudo quidem quãtum in ipſa eſt: nullius mali cauſa eſt & omnis meriti boni mater eſt, hæc enim fa-
Gal.5 uet ſpiritui concupiſcenti aduerſus car-
Ro.7 nem, & delectatur legi dei ſecũdum interiorem hominem, id eſt, ſecundũ eundem ſpiritum. Si aũt ex illa malum aliquando ſequi uidetur: non eſt ex ipſa ſed ex alio. Per rectitudinem quippe apoſtoli erant bonus odor deo.
2.Co.2 Sed quod quibuſdam erant odor mortis in mortem: non procedebat ex apoſtolorum iuſtitia, ſed ex maleuolorum nequitia. Illa uero uoluntas quę eſt ad uolẽdum commodum, nõ ſemper mala, ſed quando conſentit carni concupiſcenti aduerſus ſpiritũ. Sed ut hoc planius intelligatur: inueſtigãdum eſt unde tam uitioſa & tam prona ſit ad malum iſta uoluntas. Non enim credendũ eſt talem illam deum feciſſe in primis noſtris parentibus. Cum enim protuli naturam humanam propter peccatũ incurriſſe corruptionem & appetitus ad ſimilitudinem brutorum animaliũ, non dixi quomodo talis uolũtas orta ſit in homine. Aliud nanq; ſunt appetitus uitioſi: aliud uitioſa uolũtas appetitibus conſentiens. De tali ergo uoluntate quærendũ puto unde homini acciderit. Sed ſi primam rationalis naturæ conditionem conſideremus, facile nobis huius talis uoluntatis cauſa patebit. Intentio nanq; dei fuit ut iuſtam faceret atque beatam naturam rationalẽ ad fruendum ſe: ſed neq; iuſta neq; beata eſſe potuit, ſine uoluntate iuſtitiæ & beatitudinis. Volũtas quidem iuſtitię eſt ipſa iuſtitia: uoluntas uero beatitudinis non eſt beatitudo: quia non omnis habet beatitudinem qui habet eius uoluntatem. In beatitudine autem ſecundum omnium ſenſum eſt ſufficientia competentium commodorum ſine omni indigentia: ſiue angelica intelligitur beatitudo: ſiue illa quam habebat Adam in paradiſo. Quamuis enim maior ſit beatitudo angelorum quàm illa quæ erat hominis in paradiſo: non tamen ideo negari poteſt Adam beatitudinem habuiſſe. Sicut nanq; calor magnus eſt ſine omni frigore: & tamẽ põt eſſe alius maior calor: & quemadmodum frigus eſt ſine omni calore: cum tamen maius ualet frigus eſſe, ita nihil prohibet Adam beatum fuiſſe in paradiſo ſine omni indigentia: licet maior eſſet angelica beatitudo. Nẽpe aliquid minus alio habere: non ſemper eſt indigere, ſed aliqua re cũ eam haberi oporteat, carere: quod non erat in Adam, eſt indigere: ubi uero eſt indigentia, ibi eſt miſeria. Non autem fecit deus ſine præcedente culpa rationalem creaturã miſeram, quam ad intelligendũ & amandum ſe creauit. Fecit igitur deus hominem beatum ſine omni indigentia. Simul ergo accepit rationalis natura & beatitudinis uoluntatem & beatitudinem iuſtitiæ, id eſt, rectitudinem quæ eſt ipſa iuſtitia, & liberum arbitrium: ſine quo iuſtitiam ſeruare non potuit. Si autem deus ordinauit has duas uoluntates ſiue affectiones: ut uoluntas quæ eſt inſtrumentum uteretur ea quę eſt iuſtitia ad imperium & regnum: docente ſpiritu, qui & mens & ratio dicitur, & altera uteretur ad obedientiam

ſine omni incommoditate. Beatitudinem quidem dedit homini:ut de angelis taceam:ad commodum eius. iuſtitiam uero ad honorem ſuum,ſed iuſtitiam ita ut illam poſſet deſerere:quatenus cum illam non deſereret:ſed perſeuerãter ſeruaret,prouehi mereretur ad cõſortium angelorum. Quod ſi illam deſereret:nullatenus eã per ſe deinceps reſumere poſſet & beatitudinem angelorum non adipiſceretur,& illa quam habebat priuaretur, & in ſimilitudinẽ brutorum animalium cadens cum illis corruptioni & ſæpefatis appetitibus ſubiaceret. Voluntas tamen beatitudinis maneret: ut per indigẽtiam bonorũ quæ perdidiſſet graui miſeria iuſte puniretur. Quoniam ergo deſeruit iuſtitiam,perdidit beatitudinem,&uolũtas quam bonam & ad bonum ſuũ accepit fruẽs deſiderio commodorum quæ non uelle nequit: quia uera commoda rationali naturæ conuenientia q̃ perdidit habere non ualet, ad falſa & brutorum animalium commoda quæ beſtiales appetitus ſuggerit,ſe conuertit:& ita cum ea uult inordinate rectitudinem,aut ne accipiatur oblatam repellit aut expellit:cum uero licite uult eam,non hoc facit. Hoc igitur modo uoluntas inſtrumenti creata bonũ inquantum habet eſſe, & iuſta & fortis ad ſeruandum acceptam iuſtitiam per liberum arbitrium facta eſt mala: non inquantum eſt,ſed inquantum iniuſta facta eſt per abſentiam ſponte deſertæ iuſtitiæ quam ſemper habere deberet. Infirma quoq; modo facta eſt ad uolẽdum iuſtitiam deſertam. Nõ enim per liberum arbitrium ita poteſt eam' uelle:tamen illam non habet quemadmodum ualet eam ſeruare cum habet. Voluntas etiam commodi:condita bonũ inquantum eſt aliquid,mala,id eſt,iniuſta facta eſt:quia non eſt ſubiecta iuſtitiæ,ſine qua nihil uelle debet. Voluntas ergo inſtrumentum:cum ſponte facta ſit iniuſta poſt deſertam iuſtitiam: manet inquantum in ipſa eſt neceſſitate iniuſta & ancilla iniuſtitiæ,quia per ſe redire nequit ad iuſtitiam ſine qua nunquam libera eſt, quia naturalis libertas arbitrĳ ſine illa ocioſa eſt. Ancilla etiam facta eſt ſuæ affectionis quæ ad commodum eſt:quia remota eſt iuſtitia, nihil poteſt uelle niſi quod illa uult. Dico autem & inſtrumentum & affectionem eius uelle:quia & inſtrumentum eſt uoluntas & affectio uolũtas. Nec incongrue utraque uoluntas uelle dicitur:quia illa uult quæ affectione ſua uult: & affectio uult per quam illa uult:ſicut uidere dicitur & homo qui uiſu uidet,& uiſus quo uidet. Unde non abſurde poſſumus dicere affectiones eius uoluntatis: quam inſtrumentum dixi animæ quaſi inſtrumẽta eiuſdem inſtrumẽti eſſe: quia nihil niſi iſtis operatur. Perdito igitur inſtrumẽto uolendi iuſtitiam,id eſt,rectitudinẽ, nullo modo niſi per gratiam reddatur, poteſt uolũtas inſtrumentum uelle iuſtitiam. Quapropter quoniã nihil uelle debet niſi iuſte: quicquid uult ſine rectitudine: uult iniuſte. Appetitus uero quos omnes uocat apoſtolus carnẽ & concupiſcentiam:inquantum ſunt, non ſunt mali uel iniuſti,ſed quia ſunt in rationali creatura ubi nõ debẽt eſſe dicuntur iniuſti. In brutis ſiquidẽ animalib9 non ſunt mali uel iniuſti: quia ibi debent eſſe. Iam ex his quæ dicta ſunt agnoſci poteſt,hominem ideo nõ habere ſemper iuſtitiam,quam ſine intermiſſione debet habere: quia nullo modo poteſt illam per ſe adipiſci: uel recuperare. Palàm etiam eſt:quia deus bona facit opa,ſua ſola bonitate:quoniam ipſe creat uoluntatem cum libero arbitrio,& dat illi iuſtitiam per quã operatur. Mala uero facit ſola culpa hominum,quia ea non faceret ſi homo illa facere non uellet, facit tamen hæc quod ſunt:quoniam condidit in homine uoluntatem,qua ſine iuſtitia utitur ſola culpa hominis: mala ſunt quæ

operatur. Non enim eſt culpa dei qui creauit in eo cum libertate arbitrij uoluntatem, & contulit ei iuſtitiā ut nihil niſi iuſte uellet, ſed culpa hominis, qui iuſtitiam deſeruit quā ſeruare potuit. Deus igitur habet in bonis qdē quod bona ſunt per eſſentiam: et quod bona ſunt per iuſtitiam: in malis uero ſolūmodo quod bona ſunt per eſſentiam, non quod mala ſunt per abſentiam debitæ iuſtitiæ, quæ non eſt aliquid. Homo autem habet in bonis quod mala non ſunt: quia cum poſſet deſerere iuſtitiam & mala facere non deſeruit: ſed ſeruauit per liberum arbitrium: dante & ſubſequente gratia. In malis uero hoc ſolum quod mala ſunt: quia ea ſola propria, id eſt, iniuſta uoluntate facit. Puto me iam congrue poſſe finem ponere tractatui de tribus difficilibus quæſtionibus: quem in ſpe auxilij dei incepi, in quo ſi quidē dixi quod quærenti cuilibet ſufficere debeat: nō mihi imputo, ſed gratiæ dei mecum. Hoc autem dico: quia ſiquis mihi quærenti de quæſtionibus eiſdem, qn̄ in eis mens mea rationem quęrendo fluctuabat, ea quæ retuli reſpōdiſſet: gratias egiſſem: quia mihi ſatisfeciſſet. Quoniam ergo quod inde manifeſtante Deo cognoui, mihi ualde placuit, intelligens quia ſimiliter quibuſdam placeret: ſi hoc ſcriberem, quod gratis accepi: gratis uolui petentibus impendere.

BEATI ANSELMI

Liber de miſeria hominis.

TERRET me uita mea. Nanq; diligenter diſcuſſa, apparet mihi aut peccatū, aut ſterilitas ferè tota uita mea: & ſiquid fructus in ea uidet, ſic eſt aut ſimulatū, aut imperfectū, aut aliquo modo corruptū: ut poſſit aut nō placere, aut diſplicere Deo. Ergo ò pctōr, uita tua iam nō ferè tota aut in peccato eſt, aut damnabilis, aut infructuoſa, & cōtemptibilis? Sed qd ſeparo infructuoſam à damnabili? Vtiq; ſi eſt infructuoſa, eſt & damnabilis. Cōſtat enim & uerum eſſe, quod ueritas dei dixit: Omnis arbor, quæ nō facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. *Mat. 7* Denique ſiquid ago utile, prorſus nullatenus illud compenſo alimentis corporis, quibus abutor. Sed quis paſcit pecus, qd̓ nec tantum prodeſt, quantum conſumit? & tamen tu benignus deus, tu nutris, & expectas tuum inutilē, uerum & fœtērē peccatis. Quàm tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quā anima peccatrix Deo: quàm infelicius iſta deo, quàm ille hominibus. Heu nō hominem, ſed opprobrium hominis, uilius pecore, peius cadauere. Tædet animam meam uitæ meæ, uiuere erubeſco, mori pertimeſco. quid ergo reſtat tibi ò peccator, niſi ut in tua tota uita plores totam uitam tuam, ut ipſa tota ſe ploret totam? Sed eſt in hac anima mea miſerabiliter mirabilis, & mirabiliter miſerabilis: quia non tantum dolet, quantum ſe noſcit: ſed ſic ſecura torpet, uelut qd patiatur ignoret. Anima ſterilis quid agis, quid torpes anima peccatrix? Dies iudicij uenit, iuxta eſt dies domini magnus, iuxta & uelox nimis dies iræ, dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſerię, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. O uox diei domini amara. Quid dormitas anima tepida & digna euomi? quid dormitas? qui non expergiſcitur, qui non tremit ad tantum tonitruum, non dormit, ſed mortuus eſt. Arbor infructuoſa, ubi ſunt fructus tui? Arbor digna ſecuri & igne, digna ſuccidi & ſuccendi, qui ſunt fructus tui? Vtique ſpinæ pungentes & amara peccata, quæ utinam ſic te pœnitendo pungerent, ut conſurgerent, ſic amareſcerent, ut euaneſcerēt. Forſan paruū quid, putas peccatū aliquod: utinam

diſtrictus iudex paruũ exiſtimaret ali quod peccatũ. Sed heu me: nónne omne peccatum per præuaricationem deũ exhonorat? Quod ergo peccatum peccator audebit dicere paruum? Deum enim exhonorare, quãdo eſt paruum? O lignum aridum & inutile, æternis ignibus dignum, quid reſpondebis in illa die, cum exigetur à te uſq; ad ictũ oculi omne tempus uiuendi tibi impẽſum, qualiter fuerit à te expẽſum? Tũc quippe condemnabitur quicquid fuerit inuentum in te operis uel ocioſi ſermonis & ſilenĳ uſq; ad minimam cogitationem: etiam quod uixiſti, ſi non fuerit ad dei uoluntatem directum. Vę quot peccata ibi prorUent ex improuiſo, quaſi ex inſidĳs, quæ modo, non uides? Certe plura & fortaſſis terribiliora his, quæ nunc non uides. Et quę nõ eſſe mala putas & quæ nunc eſſe bona credis, nudata facie apparebunt ibi nigerrima peccata. Ibi proculdubio recipies prout geſſiſti in corpore, cũ tunc nullum erit tempus miſericordię, cum pœna recipitur, & cũ dilatio nulla datur. Hic cogita quid geſſiſti, quid oporteat te recipere. Si multa bona, pauca mala, multum gaude, ſi multa mala, pauca bona, multum luge. O inutilis peccator: an non ſufficiunt tibi hæc ad inanem rugitum? an non ſufficiunt ad eliciendum ſanguinem, et medullas in lachrymas? Væ mirabilis duritia, ad quam confringendam leues ſunt tam graues mallei. O inſenſibilis torpor ad quem concitandum ſunt obtuſi tã acuti aculei. Proh letalis ſopor, ad quem excitãdum raucum eſt tam terrificum tonitruum. Peccator inutilis, ſatis hæc tibi debent eſſe ad continuandum luctum: ſufficere tibi poſſunt ad ſorbendas iuges lachrymas. Sed quid debeo de grauedine, de magnitudine imminẽtis miſeriæ quicquam diſſimulando, tacere, & oculis animæ meæ frui. An ut improuiſi irruant repẽtini dolores, & ſubito ingruat intolerabilis? Certe non ſic expedit peccatori. Si enim dixero, quicquid potero excogitare, nõdũ ad id quod res eſt, poterit operari. Igitur deducãt oculi mei lachrymas per diem & noctem, & non taceant. Auge ergo peccator, auge ſupioribus ærumnis pondus, adde terrorem, ululatum ſuper ululatum: nam ipſe te iudicabit, ad cuius contumeliam ſpectat, quicqd inobediens deo, aut præuaricator peccat: qui mihi bonum pro malo reddidit, cui ego malum pro bono: qui nũc patientiſſimus, tunc diſtrictiſſimus, clementiſſimus nũc, iuſtiſſimus tunc. Heu me, heu me, cui peccaui: deũ inhonoraui, omnipotentem prouocaui. Peccator quid feci? cui feci? quam male feci? Væ uæ, ira omnipotentis ne irruat ſuper me. Ira omnipotẽtis ubi poteris capi in me. Non eſt qui te poſſit tolerare. In toto me anguſtiæ, hinc erunt accuſantia peccata, inde terrens iuſtitia, ſubtus patens horridum chaos inferni, deſuper iratus iudex, intus urẽs cõſcientia, foris ardens mundus. Iuſtus uix ſaluabitur, peccator ſic reprehẽſus in quam ſe premet? Conſtrictus ubi latebo, quomodo apparebo? Latere erit impoſſibile, apparere intolerabile. Illud deſidero, & nuſquã erit: iſtud execrabor, & ubiq; erit. Quicquid tunc, quicquid erit tũc: quis eruet me de manibus dei? unde mihi conſilium? unde ſalus? Quis eſt, qui dicitur magni conſilĳ angelus: qui dicitur ſaluator, & nomen eius uociferer. Iam ipſe eſt, iam ipſe eſt Ieſus, ipſe idem eſt iudex, inter cuius manus tremó. Reſpira iam ó peccator, reſpira ne deſperes, ſpera in eo quẽ times. Affuge ad eum à quo aufugiſti. Inuoca importune, quem ſuperbe prouocaſti: Ieſu Ieſu, propter hoc nomen tuum, fac mihi ſecundum nomen tuũ. Ieſu Ieſu, obliuiſcere ſuperbum prouocantem. Nomen dilectum, nomen delectabile, nomen confortans peccatorẽ, & beatæ ſpei. Quid enim eſt Ieſus, niſi ſaluator? Ergo Ieſu, ꝓpter temetipſum

eſto

eſto mihi Ieſus, qui me creaſti, nõ peri
mas: qui me redemiſti, ne condemnes,
ꝗ me creaſti tua bonitate, ne perimas
opus tuum mea iniquitate. Rogo pijſ-
ſime, ne perdat mea iniquitas, quod fe
cit tua omnipotẽs bonitas. Recogno
ſce benigniſſime, quod tuum eſt, & ab
ſterge, quod alienum eſt. Ieſu Ieſu miſe
rere, dum tempus eſt miſerendi: ne dã-
nes in tempore iudicandi. Quæ nanq;
tibi utilitas in ſanguine meo, ſi deſcen
dero in ęternam corruptionem? Neq;
enim mortui laudabũt te domine, neq;
omnes qui deſcendunt in infernum. Si
me admiſeris intra latiſſimum tuæ mi
ſericordię ſinum, non erit anguſtior ꝓ-
pter me domine. Admitte ergo, ò deſi-
deratiſſime Ieſu, admitte me intra nu-
merum electorum tuorum: ut cũ illis
te laudem, te perfruar & glorier in te
inter omnes qui diligunt nomen tuũ.
Qui cũ deo patre et ſpiritu ſancto glo
riaris per interminata ſecula: Amen.

BEATI ANSELMI

Liber de veſtimentis, & membris & actibus deo attributis.

VBICVNQVE ſa-
cra ſcriptura ſparſim
diuerſis libris in deo
motus animæ: ſeu hu-
mana membra deſcri-
bit, id eſt, caput, capil-
los, oculos, palpebras, aures, nares, os,
labia, cor, linguam, imaginem, uterũ,
manus, dexterã, ſiniſtram, digitos, ſiue
digitum, brachium, alas, ſcapulas, uen
trem, poſteriora, pedes, Itẽ motus ani-
mæ iram, furorem, obliuionem, pœni-
tentiam, recordationem, & alia his ſi-
milia, non carnaliter iuxta hiſtoriam à
recte intelligentibus ſcienda ſunt, ſicut
à Iudæis & pleriſq; hæreticis carnali
ter intelligenda ſunt & confitenda. Si-
quis deo humana membra, ſeu motus
animæ more humano ineſſe credit: pro
culdubio in corde ſuo idola fabricat.
Igitur, ut dictum eſt, figuraliter in deo
caput cum legimus, ipſam eſſentiã di-
uinitatis eius, quæ omnia præcedit, &
cui ſunt omnia ſubiecta, intelligere de
bemus. Capillos uero eius capitis, ſan
ctos angelos, ſeu uniuerſos electos ty-
pice accipi oportet. De quo quidem ſa
crario in libro Danielis ſcriptum eſt. Dan. 7
Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt,
& antiquus dierum ſedit. Veſtimentũ
eius, quaſi nix candidum: & capilli ca-
pitis eius, quaſi lana munda. Hic enim
ſignat per ueſtimẽtum candidum dei,
quod & per capillos capitis eius, ſan-
ctos uidelicet angelos, & multitudinẽ
ſanctorum dealbatorũ. Vel certe ideo
capilli eius lanæ mundæ cõparantur,
ut per hoc antiquus dierum eſſe creda
tur. Oculos dicitur habere, pro eo q̃d
omnia uidet, & nihil eum latet in con- Heb. 4
ſpectu eius, ut ait Apoſtolus: Nulla
creatura inuiſibilis eſt: Omnia enim
nuda & aperta ſunt oculis eius. Aliter
uero oculi reſpectu gratiæ eius intelli-
guntur, Vt eſt in pſalmo: Oculi domi- Pſal. 33
ni ſuper iuſtos. Item aliter, oculi domi
ni præcepta eius, per quæ lumen ſcien
tiæ ſubminiſtrat, myſtice accipiuntur:
ut eſt illud in pſalmo: Præceptum do- Pſal. 18
mini lucidum illuminans oculos. Pal
pebræ domini, occulta & incomprehẽ
ſibilia iudicia eius, ſiue ſpiritualis ĩ di-
uinis libris eius locutio innuitur. De
quibus occultis & incomprehenſibili
bus ſacramẽtis atq; iudicijs dicitur in
pſalmo: Palpebræ eius interrogant fi- Pſa. 10
lios hominum, id eſt, probãt. Aures ha
bere dicitur deus, propter hoc q̃a om-
omnia audit, & nihil eum ſub ſilentio
latet. De quo in libro Sapientię ſcriptũ Sapi. 1
eſt: Auris cœli audit omnia, & tumul-
tus murmurationum non abſcondet.
Nares dei, inſpiratio eius in corde fide 2. Reg.
lium, ut eſt illud in libro Regum: Aſcẽ 22
dit fumus de naribꝰ eius, id eſt, lachry-
moſa compunctio pœnitentium inſpi-
ratione eius. Facies, cognitio diuinita-
tis eius ad homines. De qua cognitio-
ne in pſalmo ſcriptum eſt: Oſtende no Pſa. 99

Pſal.99 bis domine faciem tuam & ſalui eri-
mu.s Hoc eſt, dona nobis cognitionē
tuam: quæ cognitio per filium homi-
Mat.11 nis hominibus innotuit, ipſo dicente
in Euangelio: Nemo nouit patrem, niſi
filius, & cui uoluerit filius reuelare.
Aliter uero facies dei ſignificat inuiſi-
bilem eſſentiam diuinitatis dei filij. De
Exo.33 qua ipſe dominus ad Moyſen per an-
gelum reſpondens ait. Poſteriora mea
uidebis, faciem autem meā uidere non
poteris: Ac ſi dicat, incarnationē meā
uidebis in nouiſſimis diebus, diuinita
tem autem meam uidere non poteris.
Os dei, filius patris, id eſt Chriſtus do
minus. De quo Eſaias propheta ex ꝑ
Thren. ſona Iudæorum affatus ait: Quia os
1 eius ad iracūdiam prouocauimus. Ali
ter uero os eius, domini ſermo & eius
iuſſio accipitur. De quo ſermone do-
Eſa.58 mini prædictus propheta ait: Os do-
mini locutum eſt hæc. Verbum dei, fi-
lius patris, per quē omnia facta ſunt:
Pſal.32 De quo in Pſalmo: Verbo domini
Pſalm. cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius
401 omnis uirtus eorum. Et alibi: Miſit
deus uerbum ſuum, & ſanauit eos. Et
Ioan.1 in Euangelio ſecundum Ioannem: In
principio erat uerbū. Lingua dei my-
ſtice ſignificat ſpiritum ſanctum, per
quem deus pater ſecretum ſuum ma-
nifeſtauit hominibus, ut in Pſalmo:
Pſalm. Lingua mea calamus ſcribæ. Labia
44 dei myſtice, conſonantia utriuſque te-
ſtamentis intelliguntur. De quibus te
Prouer ſtamenti in Prouerb. ſcriptum eſt: Di
bi.15 uinatio in labijs regis, in iudicio non
errabit os eius: Brachia dei patris, eius
filius intelligitur et ſpiritus ſanctus in
telliguntur, ſicut eſt illud in Eſaia pro-
pheta. Et brachia mea populos iudi-
Eſa.52 cabunt. Brachium dei patris, ſingula-
riter filius eius accipitur. & de quo
Iere.32 Ieremias ait: Et nunc domine deus,
qui eduxiſti populum tuum de Aegy-
pto in manu forti, & brachio extento.
Idcirco aūt filius dei patris brachium
dicitur: quia creatura electa ab ipſo
continetur. Dextera dei patris, id eſt,
unigenitus filius, de quo in Pſalmo ex Pſalm.
perſona hominis aſſumpti. Dextera, 117
inquit, domini fecit uirtutem. Aliter
uero domini dextera, gloriam patris
& æternam beatitudinem ſignat: de
quo in Pſalmo ex perſona patris ad fi-
lium: Sede à dextris meis. Dicitur au- Pſalm.
tem & dextera dei, omnis electa crea- 109
tura in cœlo & in terra: ſicut per ſini-
ſtram eius, intelligitur reproba crea-
tura, id eſt, dæmones & omnes impij,
qui ad læuam poſiti, æterna ſupplicia
ſuſtinebunt. Manus dei patris, filius
eius accipitꝰ: pro eo quod ꝑ ipſum fa-
cta ſunt omnia: ſicut eſt illud in Eſaia:
Omnia manus mea fecit, & facta ſunt Eſa.6
omnia. Aliter uero manus dei pote-
ſtas eius intelligitur: De qua poteſta-
te in libro Ieremiæ ſcriptum eſt: Si-
cut lutum in manu figuli, ita uos in Hiere.18.
manu mea domus Iſrael. Item, per ma
nus domini flagellum accipitur. De
cuius percuſſione in Sophonia prophe Soph.1
ta ſcriptum eſt: Extendam manum
meam ſuper Iudæam, ſuper habitato-
res Ieruſalem, & diſperdam de hoc
loco reliquias Baal, & cætera. Pro qua
domini percuſſione beatus Iob de ſe- Iob.19
metipſo ait: Manus domini tetigit me.
Digitus dei, ſingulariter ſpiritus ſan-
ctus accipitur, A quo ſpiritu ſancto
lex duabus in tabulis lapideis in mon-
te Sinai ſcripta narratur. Ipſe enim ſcri
pſit, qui ſcribenda dictauit idem ſpi-
ritus ſanctus: De quo ſpiritu ſancto
dominus in Euangelio: Si ego in digi- Luc.11
to dei eijcio dæmonia, id eſt, Si ego in
ſpiritu dei eijcio dæmonia. Sicut enim
digitus cum manu uel brachio, ma-
nus uero & brachium cum corpore
unum ſunt in natura: ita pater & fi-
lius & ſpiritus ſanctus tres quidem
perſonæ, ſed una ſubſtantia diuinita
tis. Digiti dei, pluraliter, ſancti in-
telliguntur prophetæ, per quos ſpiri-
tus ſanctus libros legis ac propheta-
rum, ſua inſpiratione ſcripſit, de qui-

Pſal.8 bus ſcriptum eſt: Videbo cœlos tuos
opera digitorum tuorum. Per cœlos
enim libros legis & prophetarum: per
digitos uero ſanctos, ut dictum eſt,
prophetas inſinuauit. Imago dei pa-
tris inuiſibilis, unigenitus filius, de
Coloſ.1 quo Apoſtolus: Imago dei inuiſibilis.
Aliter nãque eſt imago dei in filio ſuo,
quem non aliunde ſed ex ſemetipſo,
hoc eſt, ex ſubſtantia ſua per omnia ſi-
bi ſimilem genuit & æqualem. Aliter
uero eſt in anima hominis, quam non
ex ſe, id eſt, de ſua ſubſtantia, ſicut
plerique hæretici opinati ſunt, genuit:
ſed ex nihilo creauit. Sicut aliter ima-
go eſt cuiuslibet regis in filio eius, quẽ
ex ſemetipſo ſibi ſimilem genuit, id eſt,
homo hominẽ. Aliter uero in annulo
eius, ſiue in cera imago eius expreſſa, q̃
non eſt quod ipſe: ſicut filius, qui na-
turaliter, hoc eſt quod & pater. Cor
dei patris, arcanum ſapientiæ eius my
ſtice innuit: Ex quo uerbum, id eſt,
filium ſuum impaſſibiliter ſine initio
Pſalm. genuit, ipſo dicente Propheta: Eru-
44 ctauit cor meum uerbũ bonum. Alas
habere dicitur deus, pro eo quod mo-
re auis electos ſuos tanquam pullos
ſub ſe colligit, fouet, & ab inſidijs dia-
boli & malorum hominum protegit:
Pſalm. bene Propheta ait: Sub umbra alarum
16. tuarum protege me. Scapulas dici-
tur habere deus: quia infirma mem-
bra eccleſiæ quaſi in ſcapulis ſuis por-
tat & portãdo protegit de quo in pſal
mo, Scapulis ſuis obumbrabit tibi &
Pſa.90 ſub pennis eius ſperabis. Venter dei,
ſecreta origo ſubſtantiæ eius accipi-
Pſalm. tur: Vnde in Pſalmo: Ex utero ante
109 luciferum genui te. Aliter uenter dei
incomprenſibilia iudicia eius, quæ
rimari nequeunt myſtice inſinuantur:
De quo occulto iudicio eius in libro
Iob ſcriptum eſt: De cuius utero egreſ-
Iob.37 ſa eſt glacies, & gelu de cœlo quis ge-
nuit? Poſteriora filij dei incarnatio eius
accipitur: De qua poſteriori parte, fi-
lius in monte Sinai ad Moyſen per

angelum loquens ait: Poſteriora mea Exo.33
uidebis, faciem autem meam uidere
non poteris. Pedes dei, ſtabilimen-
tum uirtutis eius, eo quod ubique
præſens, & uniuerſa illi ſubiecta ſunt,
ipſo dicente per Eſaiam prophetam: Eſa.66
Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſca
bellum pedum meorum. Aliter pe-
des filij dei incarnatio intelligitur, quę
diuinitati ſubiecta eſt, tanquam capi-
ti pedes, ſicut per caput diuinitas, ita
per pedes eius humanitas exprimitur.
De qua humanitate in Exodo ſcriptũ Exod.
eſt: Videbant dominum, hoc eſt, Moy 24
ſes & Aaron & Nadab & Abihu, &
Septuaginta de ſenioribus populi, &
ſub pedibus eius quaſi opus lapidis
ſapphirini, & quaſi cœlum cum ſere
num eſt. Sicut enim per lapidem ſap-
phirinum, cœleſtes creaturas uel ſan-
ctos angelos: ita per cœlum ſerenum,
ſanctam eccleſiam electorum ex homi-
nibus aſſumptam, figuraliter monſtra
re uoluit. Super quas creaturas homo
aſſumptus dei filius in perpetuum re- Pſal.8
gnat. De quo in Pſalmo: Omnia ſubie
ciſti ſub pedibus eius. Aliter autem pe
des domini, id eſt, Ieſu Chriſti ſignifi-
cati ſunt ſancti prædicatores, de qui-
bus in Deuteronomio ſcriptum eſt: Deu.33
Qui appropinquant pedibus eius, ac-
cipient de doctrinis illius. Veſtimentũ
filij dei, aliquando caro eius quæ a di-
uinitate aſſumpta eſt, in diuinis li-
bris figulariter accipitur: De quo in- Eſa.63
dumento carnis Eſaias uaticinans ait:
Quis eſt iſte qui uenit de Edom tin-
ctis ueſtibus de Boſra? Rurſus ue-
ſtimẽtum eiuſdem domini, ſancta ec-
cleſia accipitur, quæ per fidem ac di-
lectionem ei coniuncta eſt: De qua
ſcriptum eſt in Pſalmo: Dominus re- Pſal.92
gnauit, decorem indutus eſt: Et in
alio Pſalmo: Confeſſionem & deco- Pſa.103
rẽ induiſti, amictus lumine ſicut ueſti-
mento. Palliũ Chriſti, eccleſia eius in-
telligitur, de qua in libro Geneſis ſcri- Gene.
ptum eſt: Lauit in uino ſtolam ſuam, 49

hoc eſt, in ſanguine paſſionis carnem ſuam,& in ſanguine uuę pallium ſuũ, id eſt, eccleſiam ſuam. Calciamentum domini noſtri Ieſu Chriſti myſtice ſignat incarnationem eius, quã ex mortalitate humani generis aſſumere dignatus eſt. De qua incarnatione ſua ip
Pſa.59 ſe per Prophetam in pſalmo ait: In Idumeam extendam calciamentum meũ, id eſt, ante plebem gentium manifeſtabo incarnationem meam. Greſſus domini aduentus filij dei in mundum, &
Pſa.67 regreſſio ad patrem, de quibus Pſalmiſta ait: Viſi ſunt greſſus tui deus, ingreſſus dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto. De cœlo enim uenit in uterũ uirginis, de utero uero naſcendo poſitus eſt in præſepio. Poſtquam omnia impleuit, pro quibus à patre miſſus uenerat, appenſus eſt in ligno crucis. De cruce autem depoſitus, corpus ſepultum eſt: ſecundum uero animam ad inferna deſcendit: tertia autem die per potẽtiam ſuæ diuinitatis carnem ſuam de ſepulchro ſuſcitauit, & poſt diẽ reſurrectionis ſuæ quadrageſima die, uidentibus apoſtolis aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris, id eſt, in gloria eius. Hi ſunt greſſus filij dei. Iſte deſcendẽs in ſacris ſcripturis legitur: Aſcẽdere dicitur deus, cum filius carnem ex nobis aſſumptam in cœlum captiua euexit,
Pſa.67 ſicut in pſalmo: Aſcendens in altũ, captiuam duxit captiuitatem: quia naturam humani generis, quę à diabolo in mundo captiua retinebatur, aſſumens in cœlum ſecum, ubi nunquam antea fuerat, tanquam captiuam deportauit. Abſcondere dicitur deus faciem ſuam, cum ſe quibuſdã, eorũ exigentibus culpis abſcondit, ſicut in populo Iudæorum nunc impletũ uidemus, quia negantes filium dei, ſcientiam ueri dei ita perdiderunt, ut ſimiles forent gentibus, qui deum non nouerunt. Oſtẽdere dicitur deus faciem ſuam, cũ reſpectu gratiæ ſuæ quibus uult, ſcilicet electis ſuis, ſe ipſum in corda eorum occulta inſpiratione inſinuat, & ad diligendũ ſe amorem ſuum infundit. Sedere dicitur, non corporaliter humano more, ſed potentialiter ſuper omnem creaturam rationalem præſidere, ut eſt illud in Pſalmiſta. Regnauit dominus ſuper gentes, deus ſedet ſuper ſedem ſuam. Sedere ẽt dicitur deus ſuper Cherubin, quod interpretatur multitudo uel plenitudo ſcientiæ, per quod ſignificantur ſancti angeli ſeu mẽtes ſpiritualium uirorũ, in quibus deus uiſibiliter præſidet, & regnat. In illis enim ſedet, qui ſcientia eius & dilectione pleni ſunt. In prouerbijs quippe Salomonis ſcriptum eſt: Anima iuſti, ſedes eſt ſapientiæ. Sapientia uero dei patris Chriſtus eſt, qui in animalibus ſanctorũ dicitur ſedere. Deſcendere dicitur in mũdum, quãdo aliquid nouum, quod antea non fecerat, in creatura humana operatur: ſicut filius dei patris deſcendiſſe narratur, quando ueram carnem de Maria uirgine propter redemptionem noſtram ſuſcepit, & uerus homo fieri dignatus eſt, non amittendo quod erat, ſed aſſumendo quod non erat. De cuius deſcẽſione, id eſt, incarnatione ſcriptum eſt in pſalmo: Et inclinauit cœlos, & deſcẽdit & caligo ſub pedibus eius. Cœlos inclinauit, quando ante aduentum ſuum per nũcios angelos ſiue prophetas, miſit qui eius aduentum hominibus nunciarent. Caligo ſub pedibus eius fuit, quia impij homines ob ſuam malitiam incarnationem eius agnoſcere noluerunt, ſed neque adhuc poſſunt. Stare dicitur deus, cum nos infirmos, id eſt ſuam creaturam ad pœnitẽtiam & conuerſionem patienter ſuſtinet, ut eſt illud in Abacuc propheta: Stetit & menſus eſt terram, & diſſoluit gentes, id eſt, ſtetit ad ſubueniendum, et diſſoluit credẽtes in ſe à peccatorum uinculis. Tranſire dicitur deus, cum de cordibus quorundam hominum, in quibus antea per fidem inhabitare credebatur, poſtea ſurripiente perfidia uel quolibet

Pſal.17
Abac.3

quolibet delicto, ab eis recedit, & ad alios tráſit: quemadmodum de Iudæis ad gentes, de hæreticis ad catholicos, ſeu de quibuslibet irreligioſis & negligentibus pro uitio ſuo recedere dicitur deus, & ad alios tranſire, qui non localiter, aut uiſibiliter, ſed inuiſibiliter occulto iuſtoq́ iudicio facere conſueuit. Ambulare dicitur deus, nõ de loco ad locum tranſeundo, quod eſt impium credere, ſed ambulare eius eſt, in cordibus ſanctorum delectari, ſicut ſcriptũ
2.Co.6 eſt: Et inhabitabo in eis, inambulabo, & ero illorum deus. Vel certe ambulare dei eſt, in ſanctis prædicatorib⁹ ſuis de loco ad locum tranſire. Loqui Dei, eſt inuiſibiliter ſine ſono uocis, uel quolibet ſtrepitu occulte in mentibus ſanctorum uoluntatem ſuam atq; rectum intellectũ inſpirare, ſeu futura ſanctis reuelare. Quæ locutio dei, ut qdam uolũt, tribus modis accipitur. Primo nanque modo, per ſubiectam creaturam: ſicut ad Moyſen in rubo igneo appa-
Exo.3 ruit, uel ſicut ad Abraham, uel Iacob, & cęteris ſanctis, quibus in angelis apparere dignatus eſt. Secundo uero modo in ſomnis, ſicut ad Iacob & ad Zachariam prophetam, & ad Ioſeph ſponſum Mariæ, & in aliĳs ſanctis, quibus ſecretum reuelare uoluit. Tertio autem modo, neq; per creaturam uiſibilẽ, neque per hominem, ſed occulta tantum inſpiratione inuiſibiliter corda ſuorum tangendo loquẽtes efficit: quemadmodum in libris prophetarũ ſcriptũ eſt, cum ipſi prophetæ ſubito afflati ſpiritu diuino exclamabant dicentes: Hæc dicit dominus. Videre dei eſt acta bona approbare: ſicut illud in Geneſi: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, id eſt, intelligẽtibus bona eſſe demonſtrauit. Aliter uidere dei, eſt mala hominum ſciendo reprobare, ſi-
Eſa.59 cut Eſaias ꝓpheta: Et uidit dominus, et malum apparuit in oculis eius. Item
Pſal. 138 aliter uidere dei, eſt nos uidẽtes facere, ut eſt illud in pſalmo: Proba me deus, & ſcito cor meum, interroga me & cognoſce ſemitas meas. Et uide ſi uia iniquitatis in me eſt. Modus iſte locutionis, & in libro beati Iob ſimiliter reperitur, ubi de ſapientia patris, per quam plurima & inſignia locutus eſt de Deo patre, adiecit: Tunc uidit illam, & enarrauit, & inueſtigauit, & præparauit, id eſt, uidentes fecit, atq; prædicantes, & inueſtigantes, atq; aliĳs annunciantes. Iob.28 Cognoſcere dei, eſt cognoſcentes facere: ſicut ait ad Abraham: Nunc cognoui, quoniam timeas dominum. Neque enim in tempore cognouit, qui ſcit omnia antequã fiant: ſed cognoſcere deus dicitur, cognoſcentes facere, ut q prius de ſe quales eſſent, incogniti erãt, poſt eius interrogationem, id eſt, probationem ſibimetipſis manifeſti fierẽt: ſicut eſt & illud in lege Moyſi de populo Iſraelitico. Vt tentem eos, inqt, utrum cuſtodiant mandata mea an non. Neſcire dei, eſt quoſdam reprobos reprobare, ſicut illud in euangelio: Neſcio uos. Zelare dicitur deus, cum creaturam ſuam quam non uult perire, ſæpe caſtigat, corripit, atq; flagellat, et flagellando ad ſe reducit. Vel zelare dicitur deus, cum nullum peccatum impunitum uult relinquere, iuſtus eſt enim: & ideo omnis iniuſtitia execrabilis eſt illi, quam ut dictum eſt, nullo modo impunitam patitur. Iraſci dicitur Deus, nõ animi motu uel qualibet perturbatione, quæ illi omnino accidere nõ poteſt: ſed creaturæ delinquenti, id eſt, hominibus impĳs et peccantibus iuſtam dicitur inferre ultionem, hoc eſt reddere illis qui meruerunt, & hæc ultio diuina, ira uel furor dicit. Pœnitere Deus dicitur, non q̃ more hominum ꝓ tranſactis operib⁹ ſuis pœniteat. Qui enim omnia nouit antequam fiant, pro præteritis actibus ſuis pœnitere nõ poteſt. Sed pœnitentia dei, eſt ſtatuta mutare, & quod prius aliter inchoatum fuerat in aliud mutare, id eſt, aut de malo in bonum, aut de bono exigentibus cul-

Gen.22
Exo.19
Mat.25

pis in malũ. Sicut de Saul legitur pœnituiſſe deum, q̃d conſtituiſſet eum re-
1.re.15 gem. Vel ſicut nunc uidemus in populo Iudæorum actum, qui cum eſſet populus Dei, ob impietatẽ ſuã facti ſunt ſynagoga ſatanæ. De malo uero in bonum, ſicut accidit populo gẽtium, qui ante populus diaboli, modo factus eſt dei. Hoc quippe modo occulto Dei iudicio Iudas proditor, de apoſtolatus gradu lapſus in iſerni barathro demerſus eſt: latro uero poſt crimẽ rapacitatis, de cruce ad paradiſum tranſlatus eſt. Hanc quoq; mutationem de bono ad malum, ſiue de malo ad bonum, ut dictum eſt, quæ occulto iuſtoq; iudicio dei, ſeu per ſeueritatem iuſtitiæ, ſiue per miſericordiã eius fiat, pœnitẽtiam dei dicimus, quod expreſſius in libro Hieremiæ ſcriptum eſt: Non pœnitere dei, eſt ſtatuta mutare nullo modo, ut
Ps.109 eſt illud in pſalmo: Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, id eſt, pater ad filium: Tu es ſacerdos in æternum. Sacerdos Dei patris dictus eſt filius Dei, non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatẽ, in qua ſe pro nobis per paſſionem & mortem ſuã acceptábile ſacrificium Deo patri obtulit, ut eſſet ſacerdos, q & ſacrificiũ eſt. Obliuiſci dicitur Deus, cum qbuſdam impijs & peccatoribus non miſeretur, q̃d utique non facit per crudelitatem, quę in Deo non eſt, ſed per occultũ iuſtũq;
Exod. dei iudiciũ. Indurare dicitur deus quo-
10 rundam malorum corda, ſicut de Pharaone rege Aegypti ſcriptum eſt, nõ q̧ omnipotens Deus per potẽtiam ſuam eorum corda indurauit, quod impium eſt ita credere, ſed exigentibus eorꝝ culpis, cum duritiam cordis, quam ſibi ipſi omnia mala perpetrando, nutriunt, nõ aufert: quaſi illos ipſe iduret, quos iuſto iudicio indurari permittit. Dormire Dei eſt, cum unigenitus filius patris in aſſumpta carne mori dignatus eſt pro nobis: cuius mors recte ſomnus prędictus eſt, ipſo dicente per Hie-
remiam prophetam: Ideo quaſi de ſom Hie.31
no excitatus ſum, & uidi, & ſomnus meus dulcis eſt mihi. Aliter dormire dicitur deus, cum fides eius inter proſperitates huius mundi, & inter quorundam corda fidelium nõ uigilat, ſed
dormit. Hanc dormitionem ipſe tunc Matt.9
ſignificabat, cum in mari inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire de eſt, anxijs tardius ſubuenire, ſicut eſt
illud in pſalmo: Exurge, quare obdor- Ps.43
mis domine? Vigilare Dei, eſt in defenſionem electorum ſuorum, & ultionẽ inimicorum ſuorum, ſe manifeſtum demonſtrare.

BEATI ANSELMI
Liber de mẽſuratione crucis.

QVONIAM iubente filio tuo Chriſto: Perfecti eſtote ſicut & pater ueſter cœleſtis pfectus
eſt. Et apoſtolo exhor- Matt.5
tante, ut ad perfectionem feramur: omnib9 modis ad pfectionem uitæ tendere debemus. Tendẽtes autem ſine ductore, errare poſſumus: optime cõſulit nobis in eo bonitas tua Deus meus, qui eundem unicum tuum nobis in ductorem tradere dignatus es, ut nobis factis & uerbis uiam ueritatis oſtenderet ac doceret. Cui etenim ut eum cõfidenter ſe-
queremur pfectionis teſtimoniũ perhi mat.17
buiſti, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite. Ipſe igitur ut faceret uolũtatem tuam, quoddam compendium uitæ perfectionis breuibus ſub uerbis,
ſed plurimum põderoſis, nobis oſten- mat.16
dit, dicens: Siquis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. In quibus uerbis oſtendit paucitatem perfectorum, libertatẽ arbitrij eum ſequi uolẽtium: ipſe tamen uult noſter eſſe ductor, initium uitæ pfectionis, medium & finis, & qua intentione ſit ambulandũ. Sin-

gula autem in ſuis locis patebũt. Paucitatem perfectorũ innuis domine in eo quod dicis: Siquis, quaſi aliquis ex multis uult poſt me uenire. Et quare hoc deus meus, niſi ex quodam torpore & puſillanimitate nimia, eo ꝙ pleriq; animum ſuum ad tendendum ſurſum cogere nolunt, & perfectam uiam attentare non audent.

Naſcitur aũt puſillanimitas etiã nimio timore maxime propter peccata prɇterita, & ꝙ minus propria reſpiciũt merita, propter utilitatem: ꝙ nimis timent impedimenta: & ꝙ ſtatim nõ ſentiant ſe proficere, quotidianus lapſus, & ꝙ tuam minus conſiderant bonitatem. Iſta etiam ſæpe multos repellunt, ne audeant attẽtare uitam perfectam, immo & ipſos incipientes ſæpe intantum deijciunt ut procedere ſe poſſe deſperent. Sed primum ſcilicet nimius timor propter peccata præterita, nõ debet nos impedire: quia & ſi bene eo utimur, omnia computantur nobis in bonum: præſtandi nimiam bonitatẽ tuã, cognoſcendi te atq; amandi & laudandi. Notãdum uero quod principaliter tria damna ſunt in peccatis, ſcilicet ꝙ in eis meremur pœnam æternam: demeremur æternam beatitudinem: tempus (quod peſſimum eſt) ſine amore & laude noſtri creatoris expẽdimus. Prima duo pertinent ad hominem, tertiũ uero ad tuum damnum pertinere uidetur deus deus meus. Cum ergo ex indebita & nimia miſericordia tua, iam morti nos deputatos reuocare digneris ad uitam tuam: tam fideliter ad te deberemus conuerti ut damna noſtra diſſimularemus, & modis omnibus inſtare: ut laudem tuam quam neglexi mus, ſaltem in aliquo reſiduo noſtri temporis ſuppleremus. Quantum eſt domine diſſimulare timorẽ pœnæ propter amorem tuũ? At cur propter deſiderium beatitudinis noſtræ minueremus famam laudis tuæ: cum eam pati æternaliter meruiſſemus; etiam propter furorem tuum? Primum quæremus te laudare qui es regnum dei, ut dicis in Euangelio: Regnum dei intra uos eſt, & hoc adijcietur uobis ex ſu- *Luc. 17*
perabũdanti. Da nobis domine charitatem, non quærentem quæ ſua ſunt, ſed quæ tua ſunt, ut non cogat timor pœnæ tibi ſeruire ꝓ peccatis, uel amor noſtræ beatitudinis pro mercede, quia tempus & uires non ſufficiunt nobis ad laudandum te: cuius bonitas exuperat omnem ſenſum, & ſic puſillanimitatem timor non incutiet peccatorum. Terret etiam nos quandoque noſtrorum paruitas meritorum, ne ad perfectionem uitæ tendere audeamus: quia ad eam promerendam non ſufficiunt. Sed huic obijcitur: quia tu domine iuſſiſti nos emere & adiunxiſti, quia gratis emere debemus. Dixiſti enim: Sitientes uenite ad aquas. Quid eſt do- *Eſa. 55*
mine ꝙ uinũ feruoris in laude tua, & lac mundæ conſcientiɇ abſq; ulla commutatione debemus emere, niſi quod tibi ſufficit quantumcunque parũ ſit, quod habemus tibi dare, immo & hoc ipſum quod damus tuum eſt. Inducit etiam puſillanimitatẽ quod indignos nos uidemus, eo quod petimus quod utique uerum eſt: quia ſi homo mille annis ſeruiret deo, etiam feruentiſſime non mereretur ex cõdigno, dimidiam diem eſſe in regno cœlorum: Sed domine non debemus conſiderare tantum noſtram utilitatem ſed tuam laudem: cuius bonitas exuperat omnem intellectum. Puſillanimes etiam facit nos: quia nimia impedimenta noſtra uidemus. Sed domine ſi audacter te ſequi proponimus, pro certo habere debemus, quod aufers quicquid nos retardat à laude tua. Quicquid enim nõ aufers ſecundum tuam uoluntatem, libẽter portare debemus. Stultitia enim noſtra ſæpe putat ea eſſe impedimenta, quæ tua occulta ſapientia ad noſtrum ordinauit profectum. Quinto terret ꝙ non ſtatim ſentimus nos proficere, ſed

domine ſæpe differs quod petitur, ut excites magis appetitum, nõ differs ꝙ nolis dare, ſed ut aucto deſiderio abundantius poſſis dare. Sextum quod retrahit nos, ſunt quotidiani noſtri defectus. Sed contra hoc eſt remedium, ut ſemper deputemus aliquam horã diei ad examinandum nos, qualiter habeamus nos in interioribus & exterioribus, & quicquid inuenimus quod nobis ſit utile ad profectũ, ad hoc firmiſſime laborare proponamus, & defectus quoſcunqꝫ reijcere ſtudeamus. Nõ autem terreat nos ſi forte nonnunquam aliqua die contra propoſitũ faciamus, qua non minus proponamus: quia lõge facilius redit ad te qui ex infirmitate facit contra propoſitum, ꝙ̃ qui ſtatum ſuum diſſimulans, ſe non propoſuit emendare: immo quandoqꝫ maior eſt ei pœna ꝙ̃ culpa, & bonitas tua malis noſtris nouit bene uti ſæpe faciens defectus noſtros ad augmẽtum humilitatis prodeſſe, ut uerum ſit, ꝙ ſepties in die cadit iuſtus & fortior reſurgit.

Pro.24 Septimo puſillanimes nos facit, ꝙ tuã non perpẽdimus bonitatem. Cũ enim tibi orando loquimur non deberemus te cogitare quaſi durum ad exaudiendum, ſed patrem benigniſſimum, qui etiam antequam oramus ſcis quid ſit neceſſe nobis, & ex naturali bonitate tua in infinitũ pronior es ad exaudiendum, quãtum in te eſt, ꝙ̃ nos auidi ad rogandum. Da dulciſſime domine, ut non ſimus puſillanimes, ſed magnanimes in infirmitatibus noſtris nos deijcere contendẽtibus, medicinam tuarũ gratiarum apponentes non puſillanimes, ſed magnanimes te ſequi firmiter proponamus, maxime ſi non eſt in nobis tanta fortitudo ꝙ poſt te gigãtem qui exultaſti ad currendam uiam, currere poſſimus, hoc tamen remediũ habemus, ꝙ poſt te clamare poſſumus:

Can.1 Trahe nos poſt te, & clamorem noſtrũ audiat & exaudiat auris tua.

Secundo innuis libertatem arbitrij te ſequi uolentium in uia perfectionis cum dicis: Siquis uult, quia hoc relinquis hominum uolũtati, ſed nunquid poteſtati? non. Sed poteſtatem tibi domine reſeruaſti, cum omnis poteſtas à deo ſit. Cur ergo cauſabitur homo cõtra te, ſi te ſequi uult & nõ poteſt? Certe ideo ꝙ te non ſequitur, Ro.13 quia licet nõ poſſit per ſe, tamen per te, qui nõ ideo reſeruaſti tibi poteſtatem noſtri profectus ut non poſſimus, qui omnia opera noſtra operaris: ſed ut magis admiremur & laudemus abyſſum bonitatis tuæ, ꝙ eadem quæ tu facis in nobis grata tibi ſint & accepta, & iudicas ea digna mercede: & ita ꝙ etiam calicem Matt. 10. aquæ frigidæ non dimittis abſqꝫ mercede, & eo ipſo noſtram alicuius uolũtatem, quam adeo liberam propter tui ſimilitudinẽ feciſti, ut cogi non poſſit. Multis etiam alijs modis ad uiam ueritatis & perfectionis nos allicere ſtuduiſti. Vnde hoc merebamur domine ut ad nos deſcenderes, & humanitatẽ noſtram tibi tam mirabiliter unires, et in ea tam humiliter cum homine conuerſareris: niſi ꝙ nos ad perfectionem tui amoris ſic prouocare uolebas, ut dum uiſibiliter deũ cognoſcimus, per hunc inuiſibilium &c. Quis ergo homo dignus erat ut filius dei mortẽ pro eo pateretur? Aut quis unquã meruit tuo corpore & ſanguine refici: niſi ꝙ tu deus meus in hoc oſtẽdiſti auiditatem amoris tui circa nos, ut ſaltem ex multitudine & magnitudine tam mirabilium beneficiorum tuorum ad mutuam dilectionem accenderes cor noſtrum, & in captiuitatem amoris tui redigeres. Innumerabilia nimis ſunt beneficia tua domine, quibus uoluntatẽ noſtram excitas, ut perfecte & ardẽter te ſequi uelimus: maxime autem quæ prouocarent, immo ſi ſic dicere liceret, cogeret uoluntatem noſtram tuæ conſideratio bonitatis, ex qua omnia bona creata procedunt. Qui autem pauca expertus eſt, & nõdum exercitatus

de te qui ſpiritus es,ſpiritualiter cogi-
tare uoluerit,ſic meditari de te poterit
inchoare. Primo aſſumat in mentem
ſuam aliquam animã uirtutibus perfe
ctam, & de illa ita ſpecialiter cogitet,
quaſi nulli corpori ſit coniuncta: ima-
ginetur autem in illa omnem perfectio
nem uirtutum,quę unquam de aliqua
anima poterit cogitari,ſcilicet quã bo
na,q̃ dulcis,q̃ patiens,q̃ miſericors,
q̃ ſapiens,q̃ charitatiua, q̃ fidelis, q̃
pia,q̃ iuſta,q̃ uera,q̃ humilis&c.Cũ
autem circa animam talia cogitauerit,
cogitet ꝙ hæc anima eſt ſimilis creato
ri in uirtutibus,qui eam ad ſimilitudi-
nem ſuam fecit, & poſtea transferat ſe
ad creatorem,ut omnia quæ in anima
perfecta poterunt inueniri, in creatore
infinita cogitet & immenſa, & ea ipſa
naturam ſuam eſſe: & ſic quodammo-
Rom.1 do inuiſibilia dei per ea quę facta ſunt,
conſpiciat intellecta. Hic eſt quidẽ ini-
tialis modus cogitandi de te domine,
quem qui ſolicite ſequitur meditando
te, intrabit fontem uiuum & dulcedi-
nem tuæ naturæ,quæ quantum maior
eſt omnibus beneficijs tuis,tanto ma-
gis afficit noſtram uoluntatem, ut ſe-
quamur ardenter Ieſum filium tuũ,ad
laudem bonitatis tuę nos informantẽ.

Tertio enim ſe dedit noſtrum ducto
rem & inſtructorem,cum ſubdit: ueni
te poſt me. Quantumcunqꝫ curramus
feruenter ſequendo nullus præcedit te,
& nullus uadit iuxta te: Omnes nos
oportet ire poſt te,quia tu es primoge
Rom.8 nitus in multis fratribus. Primo dicis
Ioã.1 domine diſcipulis: Venite & uidete. Po
Mat.4 ſtea dicis: Venite poſt me,ut quod in
Mat.11 te uiderunt imitẽtur. Deinde dicis: Ve-
nite ad me omnes qui laboratis & one
rati eſtis,& ego reficiam uos &c. ut iu
gum tuum ſuaue,& onus tuum leue,
quod qui ſuſceperint hilariter poſſint
portare ad gloriam patris tui. Tãdem
Mat.25 dicis: Venite benedicti patris mei,per-
cipite regnum. Sic domine iſte eſt fide-
liſſimus legatus tuus,qui primo ponit
ſe nobis in exemplum, cum dicit: Veni
te & uidete,& poſtea inuitat ad uenięn-
dum poſt ſe. Venientes ad ſe uocat, ut
reficiat ne deficiant. Tandem aſſumet
ad requiem, ubi tamen requiem nõ ha
bebimus nocte ac die dicentes,Sãctus
ſanctus,ſanctus,dñs deus ſabaoth. Ibi Eſai.6
abſterges domine omnem lachrymã Apo.21
ab oculis dilectorum tuorum quoniã
non erit amplius mors ultra neque lu
ctus &c. Sed domine quomodo iſtud
poſſit eſſe,non bene poteſt comprehen
dere anima mea,quę aliquo modo ex-
perta eſt quanta ſit afflictio noſcere te
& non poſſe laudare te: cum & ipſa af
flictionem generet propter gratitudi-
nem,quod licet ei affligi,pro eo ꝙ non
poteſt laudare te: immo omnia quę un
quam ad laudem tuam cogitare,loqui
uel agere poteſt,afflictionẽ ei generant:
quia his indignam ſe putat, & quia ti-
bi in nullo poterit reſpondere. Sic ergo
anima incarcerata,in umbris colloca-
ta,ſic inſatiabiliter affligitur pro laude
tua. quomodo ſatiabitur cum in meri-
die apparuerit ei bonitas tua: cũ utiqꝫ
uideat ad plenum eam non poſſe lau-
dari. Si forte dicis mihi domine,ꝙ hoc
erit maximum gaudium,eius quod ꝑ-
fecte cognoſcet bonitatem tuam,& il-
lam tam immenſam,ꝙ eam non pote-
rit aliqua creatura plene laudare. Verũ
credo ꝙ de bonitatis tuæ immenſitate
gaudebit,tamẽ adhuc pœnitet eã perfe
cte non poſſe laudare niſi aliquo mo-
do,uulnera eius alligarentur,& percuſ
ſuræ plagæ eius ſanarentur: quia tunc
primum oleũ additum eſſet camino.
Vnde ſi placet tibi domine credo ꝙ ẽe
pœna & afflictio laudis tuæ quam ha-
bet hic anima,ibi ſatiabitur & alliga-
bitur pallio laudis, cum tu qui re-
ples in bonis deſiderium noſtrum,tan
tum dederis te laudare,quantum deſi-
deramus: immo longe ſupra deſidera-
tum. Sic enim dixiſti: Quia uos plora- Ioã.16
bitis & flebitis nunc, mundus autem
gaudebit. Triſtitia ueſtra uertetur in

gaudium. Sanata autem pœna quã hic habuit, & impleto quod hic deſiderauit, aliam pœnam pro maiori laudatione ibi, ſicut nec hic à ſe habere non poteſt. Tu etiam non dabis ei, qui omnia diſponis in numero, pondere, & menſura: q̃a tunc nõ erit tẽpus flendi ſed ridẽdi, cũ apparuerit nobis tuus unicus filius, ſi uolumus poſt ipſum uenire.

Sap. 11

Quarto ergo oſtẽdit nobis initium uiæ qua debemus poſt Chriſtum uenire, cum dicit: abneget ſemetipſum. qui ergo in uia perfectionis uult ſequi chriſtum Ieſum, laboret primo ut abneget ſemetipſum. Merito ergo debem⁹ nos abnegare, cũ nihil iuris habeamus in nobis. Sunt autem ſeptem cauſæ, quarum quælibet ſufficeret hominem cõpellere, ut fateatur ſe in ſe nihil iuris habere. Prima, quia tu domine nos creaſti: ſicut ergo nihil in nobis boni eſt q̃d tu non creaueris: ita diguum eſt, ꝙ omnia bona noſtra ſint tua, quę nullo modo licet auferri à te ſancto ſanctorũ, ne ſacrilegium committamus. Cur ergo non abnegaremus nos qui noſtri non ſumus? Nam quandocunq; aliquid à nobis abnegamus, nec hoc abnegatũ propter te cõferimus: ſed aliunde quãtumlibet etiam modico temporis ſpatio donamus, mox alienũ inuadimus. Secũda cauſa eſt, quia nos æternæ morti deditos, tua morte precioſiſſima redemiſti, pro omnibus mortuus es, ut qui uiuunt iam ſibi non uiuant, ſed ei qui pro omnibus mortuus eſt, ut dicit uas tuum electũ. Ergo ſicut omnes & totos redemiſti, ſic & omnes & toti tui ſunt. Qui uult ergo ſaluus eſſe, reſtituat tibi illum precioſiſſimum ſanguinem quem pro eo fudiſti. Tertia, quia nos ingratos omnibus bonis tuis & auerſos à te propter peccata à diabolo defendiſti, poſtquam à te noſtro domino receſſimus turpiter & inique, ſub tua protectione eſſe merito non deberemus. Sicq; nos hoſtis ſine defenſione captiuos habens ad ſuam uoluntatem debuiſſet in æterna ſupplicia demerſiſſe, niſi tu ex ſuperabundanti bonitate nos defendiſſes ab eo, & ad pœnitẽtiã reſeruaſſes, & propter hanc cauſam ꝓprie ſumus tui ſerui, quaſi ab hoſte ſeruati. Similiter tui ſunt quicunque per tuam gratiã laqueos diaboli euitauerint: & ideo tibi nihil auferri debet ex eo quod uel te dante non cecidit, uel ſi ceciderat eſt erectũ. Quarta cauſa eſt, quia cum æternam mortẽ peccatis noſtris meruiſſemus, tu nos reduxiſti ad uitam, eam dimittendo. Cur ergo tibi non uiuemus nos penitus abnegãdo, à quo habemus quod æternaliter mortui non ſumus? Quinta cauſa eſt, ꝙ eadem bonitate qua nos creaſti, etiã conſeruas ne in nihilum redigamur. Quomodo .n. aliquo ſubſiſtere ualeamus, niſi te conſeruante? Si ergo tu es uita noſtra, nulli alij uiuere debemus, ſicut nullo alio ſubſiſtere ualemus. Sexta cauſa eſt ſecuritas. Qui enim ſe totum abnegat, ut tu eum habeas, qui ſibi perijt ut tibi ualeat, qui ſibi nihil eſt ut tibi aliquid ſit. Si nihil in ſe habet, nihil ſui amittere timet, ſed ſemper ſecurus eſt te quod tuum eſt conſeruare. Si minentur ei pœnę inferni uel ignis purgatorius, parum timore eorum afficitur, quia cantabit uacuus coràm latrone uiator, & ſe nõ timet perdere qui ſe abnegat. Si enim tu eum qui tuus eſt ad pœnas mittere uelles: ſemper tamẽ de te in bonitate ſentiret, paratus ſuſtinere quod uelles, nec diceret, cur ita facis? Cui prędicta ſententia nõ placet, da ei domine ſe abnegare ut intelligat. Septima uero cauſa deberet maxime nos urgere, ſcilicet ut tibi uices redderemus ſiue rependeremus: quia puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: qui das quotidie te nobis in cibũ, & tandem dabis te nobis in præmiũ, & in mercedem magnam nimis. Domine quid dignum poterit eſſe tantis beneficijs tuis? Quid ad hoc dignum poterimus dare? An oportet aliquid

2. Co. 5

Eſa. 9

præter id nō penitus abnegare, & tibi dare dulciſſime domine? Si unus homo eſſet tanti quanti omnes creaturæ, quas unquam feciſti, quantus eſſet ſi daret ſe totum tibi, qui dediſti te totū nobis? Cuius bonitas in infinitum prę ponderat, qui ſe putat meliorem ꝙ te, tantum de ſe reſeruet tibi, quāto melio rem ꝙ tu. Propter huiuſmodi cauſam
Mat.16 dicis: Siquis uult uenire poſt me, abne get ſemetipſum: immo domine iam co gor dicere ſaluo uerbo tuo, ꝙ nullus ſe metipſum ualeat abnegare. Quomodo enim ſe abnegabit, qui nūquam aliqd iuris in ſe habuit? Sed domine in hoc uerbo oſtendis maximam gratitudinē tuam, ut hoc tanti æſtimes, ut quicunque in ſe ſibi aliqd iuris uſurpauerat, ſi ab hoc ceciderat, ut ulterius ſe tibi ra pere non attentat. Da mihi domine, ut me abnegem, immo ut reddam quod rapui uiolenter. Debemus autē ſecundum legem ablatum reddere in quadruplum, ut non ſolum nos, ſed & noſtra reddamus, ſcilicet naturalia, fortuita & gratuita. Naturalia ſunt quæ communiter natura, omnibus hominibus adminiſtrat. Quædam in anima tantū, ut intellectus & affectus, quædam in corpore mediante anima, ut quinque ſenſus interiores. Reddamus ergo intellectum, ſed ſuum proprium relinquentes, qui nos multum à cognitione ueritatis impedit. Quandiu enim homo ſenſu ſuo ita innititur, ut ab eo recedere nolit, uix ſenſum alterius quantumcunꝙ rationalem appre
1.Cor.3 hendit. Faciendum igitur eſt ſecūdum Apoſtolum: Quicunque inter uos ſapiens eſſe uult, ſtultus fiat ut ſapiens ſit. Si enim humiliter ſe ſtultum repu taret ad tempus, tūc ueram ſapientiam à te, ſiue à tuis apprehendere poſſet: quia ubi humilitas, ibi ſapientia. Pau
Pro. 11 lus enim creditur didiciſſe euāgelium in illis tribus diebus, cum cæcus eſſet.
Act. 9 Reddamus etiam affectum Deo ſemper poſtponendo noſtram uolūtatem uoluntati diuinæ, & maxime in oratio ne noſtra: quia in omni oratione noſtrę utilitati ſuam debemus præponere uo luntatem: immo ſua uoluntas ſi ea recte utimur, ſemper eſt noſtra utilitas. Sæpe autem uenit de proprio ſenſu: qa non credimus domini uoluntatem eſſe quicquid circa nos cōtingit, & ita abu timur ea minus grate ſuſcipiendo, ſicut dicit Auguſtinus: Optimus ille tuus miniſter eſt, qui non hoc à te audire deſiderat, quod ipſe uoluerit, ſed hoc uelle quod à te audiet. Sed cum his duobus, ſcilicet intellectu & affectu, & quinꝙ ſenſus exteriores reddamus mortificando eos ab omnibus uanitatibus, & ad tuum obſequium conuertendo. Iam aliquantulum habemus de prima parte quam nobiſcum abnegare debemus, ſcilicet de naturalibus bonis. Secunda pars ſunt fortuita quæ di cere poſſumus temporalia & amicos. Hæc enim omnia calcanda ſunt, ne impediant tuum amorem. Minus enim amat te qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat, ut dicit Auguſtinus: Valde deberet homo indignari, diligere modica, quem tantæ dignitatis feciſti, ut ei liceat te amare. Occultius autem nocet nimius amor amicorum quàm temporalium, quia tegit ſe uelamine charitatis: ita quòd ſæpe putet homo charitatem eſſe quod dilectio eſt, carnaliſꝗ ita dulciter & ſuauiter mētem captiuam tenet, quòd neſciat homo quàm duris uinculis fuerit ligatus, niſi poſtquam fuerit abſolutus. Sic totum cor noſtrum tuo debemus amori, ut quicquid de eo alteri da mus, tibi ſubtrahimus? Neceſſarium ergo eſt, ut omnia quæ fortuna nobis offert diligenda, ſiue res temporales, ſiue amicos, propter te abnegemus. Tertia pars reſtitutionis ſunt gratuita, ſcilicet uirtutes quas in fontē ſuum penitus refundere debemus, nihil ex his nobis aſcribendo: ſed tibi, à quo omne donum perfectum, pro eis gra-

Iac.1 tes referendo. Si omnia quæ in his tribus ſcilicet bonis naturalibus, fortuitis & gratuitis inueniuntur, abnegamus, nos tibi q̃d fraudauimus in quadruplum reſtituimus, & hoc ſit nobis initium uitæ perfectæ, ſic noſmetipſos penitus abnegare.

Quinto cõſiderandum eſt, quale medium perfectionis ſit nobis ꝓpoſitum, ut ambulemus ꝑ ipſum, ſcilicet ut crucem noſtram tollamus. Crux autem à cruciatu dicitur: Domine, ſi crucem noſtram tuum ſeruitium dicerem, ſecundum opinionem eorum, hoc intelligerem qui neſciunt: quoniã iugum tuum ſuaue eſt, & onus tuum leue. (Mat.11) Nec ſentiunt q̃ bonus & q̃ ſuauis tuus ſit ſpiritus in nobis. Dico autem crucem eſſe cruciatum cordis, quem de hoc habere debemus, ꝙ non ſumus, ita fideles & feruentes in omni ſeruitio tuo et laude tua ut deberemus. Hæc crux habet longitudinem, latitudinem, ſublimitatem, atque profundum. Debemus ergo habere cruciatum, eo ꝙ nõ tãtum humiliamur ut deberemus, & hoc eſt ꝓfundum crucis. Nõ tantum amamus & laudamus quãtum bonitas tua exigit, & hæc eſt ſublimitas. Non ſumus tam fideles, ut deberemus, & hęc eſt latitudo. Quod nõ ſemper cõtinuamus, nec laudem tuam copioſe extollimus, & ab infidelitate toto niſu deſiſtimus, & hæc eſt longitudo. Ad ꝓfundum humilitatis cogit nos prima propria cognitio. Satis enim eſt homini ad humilitatem cognoſcere ſeipſum, maxime ſi recordamur iniquitatum noſtrarũ antiquarum: quia inique in cõſpectu tuo egimus. Deus meus quia reuera tam fidelis nobis es, ꝙ etiã in peccatis nobis exiſtentibus peccata dimittere, & gratiam tuam tam abundanter, ſicut uellemus, largiri es paratus: quãto maiora quis de te præſumit, tanto magis neceſſe eſt eũ humiliari: quia tanto nequius egit contra te peccando, quanto tu interim largius ei benefacere cogitabas. Vnde Bernardus: Quanto benignius de illo, tanto indignius de me ſentire cogor. Item defectus quotidiani humiliant, eo ꝙ ita inſtabiles in laude tua ſumus: immo nunquam in eodẽ ſtatu permanemus. Quanto tu quotidie pronior es ad indulgendum, tanto plus humiliat contra tuã delinquere bonitatem. Item pondus gratiæ humiliat & deprimit, cum conſideramus ꝙ ea indigni ſumus, qui magis in inferno eſſe merueramus. Item ꝙ tu tãtum humiliatus es pro nobis domine deus meus. Item ꝙ in natura diuinitatis tuę omnem excedis humilitatem, cui ſi uelimus ſimilari: neceſſe habemus humiliari. Item ꝙ adeo tam frigidi ſumus, ut nec amore, nec laude, nec in aliquo reſpõdere tuæ bonitati poſſumus. Hęc & multa alia quæ magis communia ſunt, ad humilitatem nobis ſufficiunt, immo ſuperbiæ alium locũ relinquũt. Valde autem neceſſaria eſt nobis profunditas humilitatis ad tuam ſublimitatem: quia quanto quis ſe reputat indigniorem, tanto magis gratus eſt beneficijs, & quãto gratior tanto magis laudabilior. Et qui maxime gratus eſt, maxime te laudabit. Da igitur nobis domine ueram humilitatem, id eſt, ita cruciari, ꝙ in hac uita non poſſumus ad plenum humiliari, ut ſic habeamus crucis profundum.

Sublimitas crucis, eſt cruciari pro eo, ꝙ te ad plenum laudare non poſſumus et amare. Quod cauſa amoris tui habeamus quæ lingua dicere, uel quis intellectus ſufficiat capere neſcio. Si aliquid gratis amare uolumus, ubi melius quã in te amorem noſtrum locabimus? Si pro muneribus, quanto plura dabis? Sed quanto plus promittis, tanto magis gratis amari mereris. Si amare uolumus eos qui nos amant, quanto æquius nos te amabimus? Etſi expectamus & deſideramus, ut quis extorqueat à nobis amari: nonne tu es Deus meus, qui tam crebro pulſas &

mendicas ad oſtium noſtrum, dicens: Præbe fili cor tuum mihi, immo & ſæpe repulſus, te iterum ingeris impudēter. Si uero aliquid uolumus diligere quia bonum, cur non potius te immēſum bonum, qui totum noſtrum tibi uendicas affectum, ut bonitatem tuā amemus & laudemus: Si uero aliquid dignū iudicamus amore noſtro, qd tāta fecimus pro te, cur non iudicamus ſimiliter de te, q tot & tanta feciſti pro nobis? Si uero conſideramus paſsiones tuas, tu animam tuam pro nobis dignantiſsime poſuiſti, ut totam animam noſtram poſsideres. Infinita ſunt domine quę nos te amare compellunt, quia omnia quæ creaſti tuam prædicāt bonitatem, quoniam qui in omnibus non intelligunt, non tibi, ſed ſuæ imputēt cęcitati. Sed quia probatio dilectionis, exhibitio eſt operis: Neceſſe habet animā ſic ſe conformare ad dilectionē tuam, ut ſicut te habes ad eam, ſic ſemper ſe a te habere nitatur. Maxime aūt in iſtis. Primo, ſicut tu amas ſemper, ita & ipſa ſemper amet: & hoc oſtendere tibi nitatur, ut omnem affectum ſuū tuæ contemperet uoluntati. Sunt autē quatuor affectiones ad quas aliæ reduci poſſunt: ſcilicet gaudiū, dolor, ſpes, & timor. Primæ duæ ſunt circa pręſentia uel præterita, & aliæ duæ ſunt circa futura. Sic igiẽ tibi confirmare noſtras affectiones debemus, ut de omnibus quæ tibi aduerſa ſunt, timeamus & doleamus, & quæ tibi honeſta, de his ſperemus & gaudeamus, omnes alias affectiones de cordibus noſtris effugantes. Quanta utilitas in hoc eſſet quod falſas & inutiles affectiones uitarem⁹. Vtiq; ſi homo ſe uere ſecundū has quatuor affectiones examinaret, quando aliquos motus ſentiret, quomodo tu cum eriperes domine ſolus noſti. Si.n. originem motuum noſtrorum diligenter aduerteremus, ſæpe inueniremus eſſe uitiū quod putauimus eſſe uirtutis, & ſæpe illo impedimur, quo credimus promoueri. Secūdo, ſicut ſemper habes nos præ oculis tuis, ita et te ſemper debemus cogitare præſentem, hoc cogit nos ab omnibus cogitationibus noſtris, uerbis factis & moribus eſſe ſub moderamine diſciplinæ: quoniam non auderet ſpōſa inhoneſte ſe habere ſponſo ſuo præſente: immo in omnibus intenderet ſibi placere & quærere ab eo conſilium & auxilium, ut in omnibus ſecundum ſuam poſſet agere uoluntatem. Cum autem in omnibus tibi placere intēdimus, ſemper ſecuram cōſcientiam habebimus, etiam ſi ſe aliquid minus utile præter te intentioni noſtræ ingeſſerit incidenter. Tertio, ſicut ſemper et cōtinue ſeruis nobis omnia opera noſtra operando uel ſuſtinēdo ne eſſe deſinamus, uel per alios uel quocunq; modo: ita nunquam particula diei bonæ debet nos præterire, qn in tuo ſeruitio expendatur. Quarto, ſicut ſemper tueris nos, & cuſtodis nos ab omnibus malis, ſiue per te, ſiue per tuos: ita diligenter debemus nos abſtrahere ab omnibus quę nos poſſent in tuo ſeruitio impedire. Quinto, ſicut largitas tua nunquam laſſatur in dando: ita nunquam debemus uoluntarie deficere in orando. Sexto, ſicut ſemper es benignus in relaxando, ita nunquā debemus defectib⁹ noſtris terreri: quin ſtatim poſt culpā ueniā poſtulemus. Quando enim cor hominis eſt diſtortum, & a te quodammodo alienum, multo eſt pronius ad leuitates, & ad quærendum exterius falſas cōſolationes, q̄ ſibi dum apud te eſſet. Vnde nō eſt differenda acquiſitio ueniæ, ne diuturnior receſſus difficiliorem reditum operetur. Taliter nos debemus ad te habere et ſemper cruciari, q te tantum non amamus ut debemus. Quomodo autem te laudare debeamus, & de quibus gratias agere debeamus, eſt ī principio ſupra dictum. Da nobis domine toto deſiderio ad amandum & laudādum te aſpirare, & pro eo quod digne

Prouerbi. 23

non poſſumus cruciari, & hoc nobis tollendæ crucis ſit altitudo.

Latitudo autem crucis eſt fidelitas ſemper ſpiritum crucians & dilatans, ut omnem hominem ſubijciat tuæ laudi, ac ſeruituti. Hæc maxime facit hominem in oratione communem, cogēs ut quicquid ſibi uel aliquibus ſpecialiter ſuis deſiderat: qa eos humiles quodammodo uidet, nihil tamen hominū, ſed totum ad laudem tuæ deſideret bonitatis. Vnde cum fidelitas maxime in oratione conſiſtat, conſiderandum eſt qualiter debeat orare q̄ uoluerit exaudiri. Debet enim orare ſapienter, ardenter, humiliter, fideliter, perſeuerāter & confidenter. Sapienter, ut oret quæ tuæ laudi ſunt expedientia & proximorū ſaluti. Si uero in quibuſdā dubitamus utrum expediant, ſicut ſalus corporis & ſimilia, quæ quandoq; nocere, quādoq; prodeſſe poſſunt: pro his ſemper ſub conditione eſt orandum: ſcilicet ſi tibi ſit placitum & honeſtum. Ardenter, ſcilicet deuote, uel ad minus ſerioſe, ut bene uideamus quid petendū ſit à te, intente de corde noſtro petamus, non alienis, ſed proprijs uerbis cordis uel oris, quia utraq; æque intelligis & auſcultas. Humiliter, ut non de noſtro merito, ſed tantum de tua gratia confidamus. Quamuis enim peccata dimiſeris, & quandoque aliquid tibi ſerui re concedas, ſemper tamē tales nos reputare debemus quales noſipſos peccando fecimus: quia nihil niſi malum per nos facere poſſumus. Fideliter, ut in oratione offeramus nos ad carentiā omnis gaudij, & ad patientiam omnis pœnæ quæ ad utilitatem noſtram cedere ualeat, per tuum adiutorium, ut in exauditione deſiderij noſtri actio tuā laudem attollat. Sed domine merebor ſic offerendo me tibi, cum tamen ut totus tuus ad hoc tenear, etiam ſi nunquam uolueris me exaudire. Perſeuerānter, ut nunquam ceſſare proponamus à deſiderio omnium quę tibi ſunt laudabilia & honeſta. Siqua uero in nobis uel in noſtris ſuperuenerit neceſſitas, quamuis pro hac ſemper cum intētione nō poſſumus orare, tamen aliquoties cum omni fidelitate qua poſſumus pro ea orabimus, & deinceps uoluntati tuæ noſtrum deſiderium cō mittemus ſemper primā fidelitatem, & ſi non in actu tamen in habitu retinentes. Confidenter, ut poſtulemus in fide, nihil hæſitantes. Sunt autem ſeptē cauſæ quæ cogunt nos tuæ confidere bonitati. Prima, quia iuſtum eſſe deſiderium tu das. Et ad quid dares, niſi etiam uelles exaudire? Secunda, quia non ad noſtram utilitatē, ſed ad tuam gloriam uolumus exaudiri. Tertia, qa maiora quæ pro nobis feciſti animant nos, ut etiā de minoribus cōfidamus. Omnia enim q̄ petere poſſumus tam minora ſunt quàm quòd dignāter pro nobis es incarnatus & paſſus. Quarta, quia tam facile eſt apud te in maximis, quàm in minimis exaudire. Quinta, quia nos ad hoc prouocat tuæ conſideratio bonitatis. Sexta, quia interceſſorem te Ieſu Chriſte habemus & omnes ſanctos. Septima, quia infinitā ad nos habes bonitatem. Si enim modica dilectio quam ad te habemus ad hoc nos cogit, ut in omnibus tuæ uolūtati libenter parere uelimus: cur idē de inæſtimabili dilectione tua non præſumeremus? Alioquin fideliores uellemus apparere quā tu. Si tales nos tibi exhiberemus, qualem te nobis ecōuerſo, nō crederemus. Sic domine orabimus, & propter hoc in oratione confidentiam habebimus, nihilominus tamen cruciabimur, quòd hoc digne exequendo omnem hominem ad tuā laudem per effectum trahere non poſſumus & amplecti, & hęc ſpiritualis noſtræ crucis eſt latitudo.

Longitudo autem crucis tuę toti uitæ noſtræ debet cōmenſurari: ut quamuis conſideremus tecum eſſe iocundū, & te in domo tua laudare, & in abyſ-

ſo tuæ dulcedinis abſorberi: tamen nō tædeat nos portare crucem tuam: cruciari ſcilicet in miſera hac uita pro tuæ laudis augmento. Quid magni eſt domine: ſi tecum ſim in patria, ubi ſum ſecurus ab omni malo, & ubi habeam quicquid uolo? Da mihi domine ut nunquam me pungendo ſic ſuperent claui timoris & miſeriæ huius uitę: ut ante uelim deſcendere: uel ſaltem deponi de cruce quàm à te domine hoc fuerit mandatum. Sed neque hoc deſiderarem ut ab hac cito facias me deponi: ſed ut ſemper mallem propter te pēdere in cruce quàm à miſerijs his facias me in abſcondito ſpeliri. Tu enim domine nec deſcendiſti de cruce, nec ſic te deponi petiſti. Voluntas ergo ſemper affligendi pro augmento tuæ laudis: crucis erit longitudo. Siquis ergo uult uenire poſt me, tollat crucem ſuā quotidie, & ſequatur me. & ſic currat per medium uiæ perfectionis. Si nos tollamus, domine ut ipse portabis.

Finem autem uiam perfectionis, id eſt, perſeuerantiam in uoluntate, ſemper pro te patiēdi innuis in eo ꝙ dicis: quotidie. Si enim uno die prius ꝙ̄ tu iuſſeris, crucem deponere uolumus: eam quotidie tollimus. Qui autē perſeuerauerit, uſꝗ tu eam deponas, hic in abundāti laude tua ſepulchrum ingredietur pacis æternæ. Quamuis in hoc uerbo ītelligere poſſumus: quod ſicut cruciatus pro tua laude quotidie deficiendo cadit, ita crucē quotidie tollere debem⁹ laudis tuę deſideriū reſumēdo.

Crux quantò diutius iacet, tanto difficilius tollitur.

Qua uero intētione in uia iſta ſit ambulandum, innuis ultimo cum dicis: ſequatur me. Quod tam de greſſu corporis, quàm de mentis poſſumus intelligere. Quia multi non ſolum portantes crucem, ſed & ſe ſuſpendentes in cruce, te greſſu corporis ſunt ſecuti. Sequamur igitur te non tantū greſſu bonorum operum, ſed & intentione cordium, ut nō ſolum conſideremus, quibus operibus nos præceſſeris: ſed qua intentione feceris, & in hac te ſequi ſtudeamus. Inuenimus autē quod in omnibus cogitationibus uerbis & factis tuis principaliter quæſieris gloriam tui patris. Tu ergo domine Ieſu Chriſte, dirige intentionem noſtram, ut in omnibus gloriā eius quęramus, & tuam nos abnegando, profundum, ſublimitatem, latitudinem & longitudinem crucis portando, & in ea perſeuerando ad laudem & gloriam tuam. Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuis ac regnas deus, Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

BEATI ANSELMI
Liber meditationum.

DOMINE deus meus, da cordi meo te deſiderare, deſiderando quærere, quærendo inuenire, inueniendo amare, amādo mala mea redimere, redempta nō iterare: da domine deus cordi meo pœnitentię compunctionem, ſpiritui contritionem, oculis lacrymarū fontem, manibus eleemoſynę largitatem. Rex meus extingue in me deſideria carnis, & accēde uim tui amoris. Redēptor meus expelle à me ſpiritū ſuperbiæ, & concede mihi propitius theſaurum humilitatis tuæ. Saluator meus amoue à me furorem iræ, & indulge mihi ſenſum patiētiæ. Creator meus, euelle à me animi rancorem, et largire mihi mentis dulcedinem. Da pater clementiſſime, ſolidam mihi fidē, ſpem cōgruam, charitatem perfectam. Rector meus auerte à me animi uanitatem, mentis inconſtantiam, cordis uagationem, oris ſcurrilitatem, oculorū elationem, uentris ingluuiem, opprobria proximorū, ſcelera detractionū, curioſitatis pruriginem, diuitiarū cupiditatem, potentatuum rapinam, ina-

nis gloriæ appetitum, hypocriſis malum, adulationis uenenum, cõtemptũ inopum, opreſſionem debilium, auaritiæ ardorem, inuidię rubiginem, blaſphemiæ mortem. Reſeca in me temeritatẽ meorum factorum, iniquã pertinaciam, inquietudinẽ, ocioſitatẽ, ſomnolentiam, pigritiam, mentis hebetudinem, cordis cæcitatem, ſenſus obſtinationem, morum truculẽtiam, boni inobedientiam, conſilij repugnationẽ, linguæ effrenationem, pauperum prædã, impotentum uiolentiam, innocentum calumniam, ſubditorum negligẽtiam, circa ſubditos ſeueritatẽ, aduerſus domeſticos impietatẽ, erga proximos duritiam. Deus meus, miſericordia mea, oro te per dilectum filium tuum, da mihi opera miſericordiæ, pietatis ſtudia, cõpati afflictis, ſubuenire egenis, ſuccurrere miſeris, conſulere erroneis, conſolari mœſtos, releuare oppreſſos, pauperes recreare, flebiles refouere, dimittere debitoribus, parcere in me peccantibus, odientes me diligere, pro malis bona reddere, neminẽ deſpicere ſed honorare, bonos imitari, malos cauere, uirtutes amplecti, uitia reijcere, in aduerſis patientiam, in proſperis continentiam, cuſtodiam oris, & oſtiũ circunſtantię labijs meis, terrena calcare, cœleſtia ſitire. Ecce plaſmator meus multa rogaui, cum nec pauca promerui. Fateor heu fateor, non ſolum quæ poſtulo non debentur bona, ſed multa mihi debentur, & exquiſita ſupplicia. Animant me publicani, meretrices & latrones, qui à faucibus hoſtis momẽtanee eruti, ſinu recipiuntur paſtoris. Tu enim omnium factor deus, licet in cunctis tuis ſis mirabilis operibus, mirabilior tamen in uiſceribus crederis pietatis. Vnde temet per quendam tuũ dixiſti: Miſerationes eius ſuper omnia opera eius, & quaſi de ſingulo loquente, de uniuerſo populo tuo dixiſti confidenter: Miſericordiam meam nõ diſpergam ab eo. Nullum enim ſpernis, nullum abijcis, nullum perhorreſcis, niſi qui te forte amens exhorruerit: ergo non modo non iratus percutis, ſed te irritantibus dona ſi quæſierint, tribuis, deus meus cornu ſalutis meæ & ſuſceptor meus. Ego infelix te irritaui, ego malum coràm te feci, furorem tuũ prouocaui, iram promerui, peccaui & paſſus es, deliqui & adhuc ſuſtines. Si pœnitet parcis, ſi reuertor ſuſcipis, inſuper dum differo præſtolaris. Reuocas errantem, inuitas repugnantem, excitas torpentem, amplecteris redeuntem, doces ignorantem, mœrentẽ mulces, à ruina ſuſcitas, poſt lapſum reparas, petenti largiris, quærenti inueniris, pulſanti aperis. Ecce domine deus ſalutis meæ, quid opponam neſcio, qd reſpõdeam, ignoro: nullum confugiũ, nullum a te patet latibulum. Oſtendiſti bene uiuendi uiam, dediſti gradiendi ſcientiam, minatᵘs es mihi gehennã, & pollicitus es paradiſi gloriam. Nũc pater miſericordiarum & totius conſolationis, confige timore tuo carnes meas: quatenus quæ minaris metuendo euadã, & redde mihi propitius lætitiam ſalutaris tui, ut quæ ſpondes diligendo participem. Fortitudo mea domine, firmamentũ meum deus & refugium meum, & liberator meus, ſuggere quid de te cogitem, doce quibus ſermonibus inuocem, de quibus operibus te placem. Scio namq;, ſcio unum quo placaris, & aliud quod non ſpernis. Et utiq; ſpiritus contribulatus tibi ſacrificium, & acceptas cor contritum & humiliatũ. His me deus meus, adiutor meus dita muneribus. His cõtra inimicum muni protectionibus, hoc de flammis uitiorum præſta refugium, hoc à deſideriorum paſſionibus pande pius refugium. Fac domine uirtus ſalutis meæ, ne ſim in eorum ordine qui credũt proſpero tempore, & recedunt tẽtationis tempore. Obumbra caput meum in die belli, eſto ſpes mea in die afflictionis meæ, & ſalus in tempore

Pſal. 144 · Pſal. 88 · Pſa. 17 · Pſalm. 118 · Pſal. 17 · Pſalm. 49

pore tribulationis meæ. Ecce deus illuminatio mea & ſalus mea, rogaui quibus egeo, intimaui quæ timeo, ſed remordet me conſcientia, reprehendunt me cordis ſecreta, & quod amor miniſtrat, timor diſſipat, zelus incitat, metus increpat actæ uitæ fortitudinẽ: ſed tua ingerit pietas fiduciam. Tua hortatur benignitas, mea dehortatur malignitas, & ut uerius fatear, occurrunt memoriæ phantaſmata peccatorũ: quę reuerberant aciem, uel audaciam præſumentium animorum. Cũ enim odio quis dignus ſit, qua fronte gratiam requirit? Cum pœna debetur, qua temeritate gloria poſcitur? Laceſſit iudicẽ, qui poſtpoſita ſatisfactione delicti, prę mijs quærit honorari. Regi inſultat obnoxius ſupplicio, q flagitat donari indebito prǫmio. Et dilecti patris affectũ ſtultus exacerbat filius, qui poſt illatas cõtumelias ante pœnitudinẽ hæreditatis uſurpat celſitudinẽ. Quod mi pater me egiſſe recolo, merui mortẽ & peto uitam, commoui regem meum: cuius impudens nunc inuoco auxilium, contempſi iudicium iudicis, quẽ temere poſtulo adiutorem, inſolẽs renui audire patrem quẽ demum præſumo habere tutorem. Heu mihi q̄ ſero uenio, heu heu q̄ tarde feſtino, heu quia curro poſt uulnera, dedignatus icolumis præcauere iacula, neglexi proſpicere tela, modo ſolicitor de morte uicina, uulnera uulneribus inflixi, q͂a ſcelera ſceleribus addere nõ timui, recẽti tabe cicatrices reſperſi: q͂a priſca flagitia modernis ingnationibus reciprocaui, & quę diuina ſolidauerat gratia uel medicina, mea diſſoluit prurigo phrenetica. Cutis quæ ſupducta uulneribus morbum celauerat, ſanie erumpente putruit: quia iterata iniquitas conceſſam miſericordiam exinaniuit. Noui quip-
Ezec. 18. pe ſcriptum: In quacunque die iuſtus peccauerit, omnes iuſtitiæ eius in obliuione erunt. Si iuſtitia aboletur iuſti ruentis, quanto magis peccatoris in idipſum ruentis? Quoties ut canis redij ad uomitum, & ut ſus peij uolutãbrum? Fateri mihi itaque & recordari impoſſibile eſt quot mortalium homines peccare ignorantes docui, nolẽtibus delinquere perſuaſi, reſiſtentes coegi, uolentibus conſenſi, quot ſanè gradiẽtes in laqueum duxi, uiam quærentibus foueam retexi, mala patrare non horrui, donorum dei obliuiſci nõ
metui. Sed tu iuſte iudex ſignaſti quaſi Eſa. 41.
in ſacculo pecuniam peccata mea, & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & cunctos greſſus meos dinumeraſti. Tacuiſti, ſemp ſiluiſti, patiens fuiſti. Vę mihi, demum loqueris quaſi parturiens. Deus deorum domine, præſtabilis ſuper nequitiam, noui quia manifeſtus ueniens, noui quia non ſemper ſilebis, cum in cõſpectu tuo ignis exardeſcet, & in circuitu tuo tempeſtas ingruerit ualida, cum aduocaueris cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum tuum. Ecce tot millibus populorũ nudabuntur omnes iniquitates meæ, tot agminibus patebunt ſcelera mea, non ſolum actuum, ſed etiam cogitationũ ſimulq́; locutionum. Tot iudicibus inops aſtabo quotquot me præceſſerunt in bono opere. Tot arguentibus confundar quotquot mihi prębuerunt ſancta uiuendi exempla. Tot uincar teſtibus, quot me monuerunt proficuis ſermonibus ſæpéque imitandos iuſtis mihi dederunt actionibus. Domine mi Deus non ſuppetit quod dicam, nõ occurrit quid reſpõdeam, & ecce iam illi interſum diſcrimini, urget me cõſcientia, cruciant cordis arcana, coartat auaritia, accuſat ſuperbia, conſumit inuidia, inflammat concupiſcentia, inceſtat luxuria, dehoneſtat gula, cõfutat ebrietas, detractio lacerat, ambitio ſupplantat, rapacitas obiurgat, diſcordia diſſipat, ira perturbat, leuitas deijcit, torpor opprimit, hypocriſis fallit, adulatio frãgit, fauor extollit, calumnia pungit. Ecce liberator meus de gentibus ira-

Chriſtum inter mortuos quærebat uiuum, durantibus adhuc tenebris, quã accederas ut quæreret, ſed quærenti diſparebas ut perſeueraret: perſeuerauit ſperans, & ſperauit perſeuerans: & quia in ſpe perſeuerauit, uidere te meruit. Beata uiſio & plena exultatio. O ſummum gaudium & cõſummatum deſiderium, deſiderabilis uultus, iocũdus aſpectus. O ſpes & fœlix perſeuerantia, niſi enim ſperaret non perſeueraret, & niſi perſeueraret, ſpei fructum non perciperet. Sic enim deus meus, miſericordia mea abſconderis timenti bus te, ut inueniaris ſperantibus in te, ſic elongaris quærẽtibus ut appropinques perſeuerantibus. Qui elongãt ſe
Pſa,72 à te peribunt, qui autem expectat te
Pſa.24 non confundetur: Qui timent te, ſperent in te: quoniam protector & adiutor eorum es. Per timorem uenitur ad amorem. Timendus es, ut dominus, amãdus ut pater. Timor tuus ſanctus permanet: quia ſanctos permanere facit quos poſſidet. Nihil deeſt timentibus te: quia oculi tui ſuper eos, & aures tuæ in preces eorum. Miſericordia mea & refugium meũ, ſuſceptor meus & liberator meus, ſic timorem adhibe mihi ut amorem ſubinferas, ſic irroga metum, ut tui augeas deſideriũ: ſicq́ me participem timentium te, ut & cuſtodientium mãdata tua facias, ut per timoris ſeruitutem ad amoris pertingere merear gratiam. Inuoco te deus meus inuoco te, quia propè es omnibus inuocantibus te: ſed inuocãtibus in ueritate. Tu enim ueritas es, doce me quæſo clementiam tuam ſancta ueritas inuocare: quia quomodo hoc fieri oporteat, neſcio: ſed doceri à te beata ueritas humiliter imploro. Abs te ſapere deſipere eſt, te uero noſſe perfectũ eſt ſcire. Erudi me ò diuina ſapientia, & doce me legem tuam. Credo ſanè, quia quem tu erudieris beatus eſt, & de lege tua docueris eum. Deſidero inuocare te, quod quæſo ut fiat in ueritate. Quid eſt inuocare in ueritate ueritatem, niſi in filio patrem? Ergo ſancte pater, ſermo tuus ueritas eſt, principiũ uerborum tuorum ueritas. Hoc quippe eſt uerborum tuorum principium, quod in principio erat uerbum. In ipſo principio te ſummum adoro principium: in ipſo ueritatis uerbo te perfecta inuoco ueritas: ꝙ in ipſa tandem dirigas me et doceas in ueritate. Quid enim dulcius quàm genitorem in nomine unigeniti exorare, patrem recordatione filij ad pietatem flectere, regẽ chariſſimæ prolis denotatione mitigare? Sic rei ſolent carceribus eripi, ſic mancipati uinculis liberari, ſic triſtem capitis excipientes ſententiam, non ſolum uitam, ſed inſuper nanciſci inſolitam gratiam, dũmodo iratis patribus dilectæ prolis intimauerint charitatẽ. Sic delinquentes ſeruuli euadunt ſupplicia dominorum, dum pro eis interuenit dulcedo filiorũ. Sic te pater omnipotens, per omnipotentis filij tui poſtulo charitatem: educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo, libera me à uinculis peccatorum, per coæternum tibi unicum flagito natum, meq́ cui propria merita lætabilẽ minantur ſentẽtiam, pretioſæ ad dexteram tuam confedentis prolis interpellatione reſtaura placatus ad uitam. Quem alium enim dirigam interceſſorem pro me tibi neſcio: niſi hunc qui eſt peccatis noſtris propitiatio, qui ſedet ad dexteram tuam, qui etiam communi ſibi gloria pietatem tuam interpellat ꝓ nobis. Ecce aduocatus meus apud te deum & patrem, ecce pontifex ſummus, qui non eget alieno expiari ſanguine: quia proprio fulget profuſus cruore. Ecce hoſtia ſancta beneplacẽs & perfecta, in odorem ſuauitatis, & oblata & accepta. Ecce agnus ſine macula, qui ſe coràm tondentibus obmutuit, qui plagis cæſus, ſputis illitus, probris affectus os ſuum nõ aperuit. En qui peccatũ non fecit, peccata Eſa.53

noſtra pertulit, & languores noſtros
ſuo liuore ſanauit. Aſpice pie pater pijſ
ſimum filiũ tuum pro me tam impio
paſſum. Reſpice pater clemẽtiſſime eũ
qui patitur, & reminiſcere benignus
pro quo patitur. Nónne hic eſt ille in-
nocens mi domine, quem ut ſeruũ re-
dimeres, filium tradidiſti? Nunquid
non author uitæ hic eſt, qui ut ouis ad
occiſionẽ ductus, tibiq; obediens uſq;
ad mortem factus, atrocis non timuit
necis ſubire genus? Recole totius ſalu-
tis diſpoſitor: quia hic ipſe eſt quẽ etſi
ex tua uirtute genuiſti, meæ tamen in-
firmitatis participem fieri uoluiſti. Ve
re hæc eſt tua deitas, quæ meam indu-
ta naturam crucis aſcendit patibulũ,
quæq; aſſumpta carne triſte tulit ſup-
plicium. Reduc deus meus oculos ma
ieſtatis ſuper opus ineffabilis pietatis,
intuere dilectum natum toto corpore
extenſum, cerne manus innocuas pio
manãtis ſanguine, & remitte placatus
ſcelera quæ patrauerunt manus meæ.
Cõſidera inerme latus crudeli foſſum
cuſpide, & renoua me ſacroſancto fon
te illo, quem inde fluxiſſe credo. Vide
immaculata ueſtiga quæ non ſteterũt
in uia peccatorum: ſed ſemper ambula
uerunt in lege tua, diris cõfixa clauis,
et perfice greſſus meos in ſemitis tuis:
fac me odio habere omnem uiam ini-
quitatis, uiam iniquitatis miſericors
amoue à me: facq; me propitius uiam
ueritatis eligere. Oro te rex ſeculorum
per hunc redemptorem meum: fac me
currere uiam mãdatorum tuorum, ut
ei ualeam ſpiritu uniri, qui nõ horruit
mea carne ueſtiri. Nunquid non atten
dis pie pater adoleſcentis filij chariſſi-
mum caput niuea ceruice deflexã: pre
tioſa reſolutúm in morte? Aſpice mi-
tiſſime conditor dilectæ ſobolis huma
nitatem, & miſerere ſuper infirmi plaſ
matiſ debilitatem. Candet nudatũ pe
ctus, rubet cruentum latus, tẽſa arent
uiſcera, decora languent lumina, regia
pallent ora, procera rigẽt brachia, pen
dent crura marmorea, rigat terebratos
pedes ſancti ſanguinis unda. Specta
glorioſe genitor gratiſſimæ prolis la-
cerata mẽbra & memorare benignus
quæ mea eſt ſubſtantia. Conſpice dei
hominis pœnam, & releua conditi ho-
minis miſeriã. Vide redemptoris ſup-
plicium, & remitte redempti delictũ.
Hic eſt domine mi, quem propter pec-
cata populi tui percuſſiſti, licet ipſe ſit
dilectus, in quo tibi bene complacui-
ſti. Hic eſt ille innocens, in quo dolus
inuentus nõ eſt, & tamen cum iniquis
deputatus eſt. Quid cõmiſiſti dulciſ-
ſime puer, ut ſic iudicareris? Quid cõ-
miſiſti amantiſſime iuuenis, ut ſic tra-
ctareris? Quod ſcelus tuum, quæ no-
xa tua, quæ cauſa mortis, quæ occaſio
tuæ damnationis? Ego enim ſum tui
plaga doloris, tuæ culpa occiſionis.
Ego tuæ liuor paſſionis, tui cruciatus
labor. Ego tuæ mortis meritum: tuæ
uindictæ flagitium. O mirabilis cen-
ſuræ conditio, & ineffabilis myſterij
diſpoſitio, peccat iniquus, & punitur
iuſtus: deliquit reus & uapulat inno-
cens, offendit impius, damnatur pius:
quod meretur malus, patitur bonus,
quod perpetrat ſeruus, exoluit domi-
nus: quod committit homo, ſuſtinet
deus. Quò nate dei, quò tua deſcendit
humilitas, quo tua deflagrauit chari-
tas, quo proceſſit pietas, quo excreuit
benignitas, quo tuus attigit amor, quo
peruenit compaſſio? Ego n. inique egi:
tu pœna mulctaris. Ego facinus admi-
ſi tu ultione plecteris: ego crimen edi-
di, tu torturę ſubijceris: ego ſuperbiui,
tu humiliaris: ego tumui, tu attenua-
ris, ego inobediens extiti, tu obediens
patri ſcelus inobedientiæ luis, ego gu-
læ parui, tu inedia afficeris. me ad il-
licitum rapuit concupiſcentia ardo-
rem, te perfecta charitas ducit ad cru-
cem, ego præſumpſi uetitum, tu ſubij
ſti eculeum, ego delector cibo, tu la-
boras in patibulo, ego fruor delitijs, tu
laniaris clauis. ego pomi dulcedinẽ, tu

fellis

fellis guſtas amaritudinem, mihi reo ridens congaudet Eua; tibi pie plorans complorans compatitur Maria. Ecce rex glorioſe, ecce impietas mea, & claret tua pietas, en mea iniuſtitia, & tua liquet iuſtitia. Quid deus meus & rex meus? Quid retribuam tibi pro omnibus quæ retribuiſti mihi? Non enim inueniri poteſt in corde hominis quod condigne talibus referatur præmijs. Nunquid põt ſagacitas machinari humana, cui comparetur miſeratio diuina? Nec eſt creaturæ moliri officium quo iuſte creatoris recompenſet præſidium. Eſt autem nate dei in hac tua admirabili diſpoſitione: cui mea fragilitas in aliquo ſuppeditet, ſi tua uiſitatione compuncta mens, carnem ſuam crucifigat cum uitijs & concupiſcentijs. Et ſi hoc à te conceditur: quaſi iam tibi incipit cõpati uel uiuere: quia et tu pro peccatorib⁹ dignatus es moriſicq; per interiorem uictoriã te duce armabitur ad exteriorem palmam: qua deuicta perſecutione ſpiritali non uereatur pro amore tuo ſubijci gladio materiali. Ita exiguitas conditionis ſi tuę complaceat pietati, magnitudini ualebit ꝓ uiribus reſpondere conditoris. Et hoc cœleſtis medicinæ bone Ieſu, hoc tui antidotũ amoris. Oro te per antiquas miſericordias tuas infunde meis uiſceribus, ut reiecta uiperęę contagionis labe, reintegret me incolumitati priſtinę, quo guſtato nectare tuæ ſuauitatis, faciat me illecebroſa mundi proſpera toto affectu deſpicere, & nulla eius aduerſa pro te formidare, memorq; perpetuæ nobilitatis ſemper faſtidiam uetos huius trãſitorij timoris. Nihil quæſo ſine te mihi dulceſcat, nihil complaceat, nihil pretioſum, nihil pręter te arrideat ſpecioſum: uileſcãt obſecro abs te mihi omnia, ſordeſcant uniuerſa, q̃d tibi aduerſum eſt, & mihi moleſtũ ſit, & beneplacitum indeficiens deſideriũ: tædeat me gaudere ſine te, & delectet me triſtari pro te. Sit mihi nomẽ tuum refocillatio, & memoria tua mea conſolatio, fiant mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, tuas inueſtigando iuſtificationes, ſit bonũ mihi lex oris tui ſuper milia auri & argenti, ſit obedire tibi amabile, reſiſtere execrabile. Rogo te ſpes mea, per omnes pietates tuas, ut propitieris omnibus iniquitatibus meis. Adaperi aures meas mandatis tuis, & ne declines flagito per nomen ſanctum tuum, in uerba malitiæ cor meum ad excuſandas excuſationes in peccatis. Peto etiam per admirabilem humilitatem tuam, nõ ueniat mihi pes ſuperbiæ, & manus peccatoris nõ moueat me. Ecce omnipotens deus pater domini mei, diſpone benignus quo mihi miſerearis: quomodo quicquid pretioſius inueni, deuote tibi obtuli, quicquid carius reperi ſuppliciter præſentaui, mihi nihil reliqui quin tuæ expoſuerim maieſtati, nihil iam ſupereſt q̃d adijciam: quia totã tibi delegaui ſpem meam. Direxi tibi aduocatum meum, tuũ dilectum filiũ, miſi glorioſam progeniem inter me et te mediatorẽ. Miſi inquam interceſſorem per quem confido ueniam, miſi uerbis: quia pro meis dixi miſſum factis, enumeraui ſanctiſſime tibi ſobolis mortem, quam pro me fuiſſe credo perpeſſam. Credo à te miſſam deitatem, noſtram ſuſcepiſſe humanitatem, in qua dignũ duxit uincula, alapas, ſputa, irriſionesq; perferre, necnon crucem clauosq; ſuſcipere. Hanc olim infantię uagitibus demolitam, pueritiæ pannis aſtrictam, ſudoribus uexatam, ieiunijs maceratam, uigilijs afflictã, itineribus feſſam, poſt affectam flagris, laceratam ſupplicijs, deputatam cum mortuis: Ditatam uero gloria reſurrectiõis, cœlorum gaudijs induxit, & in dextera tuæ celſitudinis collocauit. Tu placatio mea & ꝓpitiatio meà hic intende pius quomodo genueris filiũ, & quem redemeris ſeruũ, hic aſpice factorem, & ne diſpicias facturam: amplectere ſerenus paſtorẽ; &

& recipe miſericors allatam proprijs humeris ouē. Hic ipſe eſt fideliſſimus paſtor ille, qui dudum errabundam ouem per abrupta montium, præcipitia uallium multis quęſierat, uarijsq́ laboribus, qui iam morienti iam per lōga exilia deficienti, tandem inuētę gaudens ſe ſupponit, & miro ſibi adniſu charitatis innixam de cōfuſiōnis abyſſo leuauit: pijsq́ conſtrictam complexibus ad nonagintanouem unam quę perierat deportauit ouem. Ecce domine mi rex omnipotēs deus, ecce paſtor bonus refert tibi ouem quam commiſiſti ei. Suſcepit te diſponente ad ſaluandum hominem, quem tibi reſtituit omni labe immunem: ecce tibi tuum chariſſimus plaſma filius recōciliat, quod à te procul deuiauerat. En gregi tuo mitis paſtor reformat quod prędo uiolentus abegerat: reddit tuis conſpectibus ſeruum, quem ſua propria fecerat cōſcientia fugitiuum, ut qui per ſe pœnam meruit, per factorem mundi mereatur ueniam, quiq́ pro culpis ſuis ſperabat gehennam, tanto duce iam cōfidat reuocari ad patriā. Potui per me te ſancte pater offendere, ſed non potui per me te mihi placare: factus eſt adiutor meus tuus dilectus filius, meam participans humanitatem, ut curaret infirmitatem: quatenus unde culpam emiſerat offenſionis, inde tibi immolaret ſacrificiū laudis, meq́ per hoc tuæ redderet pietati placabilem: quo ſedēs ad dexteram tuam ſemper me ſubſtantiæ oſtēderet eſſe conſortem. Ecce ſpes mea, ecce tota fiducia. Si me pro mea, ut dignum eſt deſpicis iniquitate, reſpice ſaltem miſertus in me pro dilectę ſobolis charitate: in filio attende qd propitieris in ſeruo. Vide carnis ſacramentum, & carnis remitte reatum: recole qd bonus perpeſſus eſt filius, & obliuiſcere qd malus operatus eſt ſeruus. Quoties beatæ prolis tibi ſaucia patēt uulnera, deliteſcant obſecro uulnerá mea, quoties rubet pretioſus ſanguis pio de latere: deleatur ſupplico tabes meæ pollutionis. Et quia te caro laceſſiuit ad iram: caro te inflectat precor ad miſericordiam, ut ſicut me caro ſeduxit ad culpam, caro deducat ad ueniam. Multum quidem eſt quod mea meretur impietas, longe autem maius eſt quod redemptoris mei poſſit pietas, magna enim eſt mea iniuſtitia: multo uero maior redemptoris mei iuſtitia. Quanto enim ſuperior eſt deus homine, tam mea malitia eſt inferior bonitate eius, ut qualitate, ita etiam quantitate. Quid enim delinquere poſſet homo, quod non dei filius redimeret factus homo? Quæ tantum ſuperbia tumeret, quam non tanta humilitas ſterneret? Quidnam eſſet mortis imperiū, quod nati dei nō deſtrueret crucis ſupplicium? Nimirum deus meus ſi æqua lance iniquitas peccantis hominis & redimentis gratia librentur authoris: non tantum oriens diſtat ab occidēte, ſeu inferior ſeparatur infernus à ſummo cœli cardine: quantum pietas redēptoris ſuperat malitiam peccatoris.

Iam lucis optime creator, iam culpis ignoſce meis pro dilecti filij tui laboribus immenſis. Item quęſo eius pietati mea impietas: eius modeſtiæ mea peruerſitas, & manſuetudini donetur ferocitas. Iam ſua humilitas meam ſuperbiam: patientia eius meā impatientiam, benignitas duritiam, obedientia inobedientiam, tranquillitas inquietudinem, dulcedo amaritudinem, ſuauitas iram, charitas lucrifaciat crudelem obſtinationē. Iam diuini amor numinis patris omnipotentis prolisq́ beatiſſimæ ſancta cōmunicatio, paraclete ſancte ſpiritus, mœrentium clementiſſima conſolatio ſpiritus alme. Iam cordis mei penetralibus potenti illabere uirtute, & tenebroſa quæque neglectæ lucis latibula luminis coruſci fulgore pius inhabitator lætifica, tui que roris abundantia longo ariditatis marceſcētia ſqualore uiſitādo fœcunda: Saucia

interioris hominis arcana: tui amoris iaculo, & tepētis iecoris medullas, flāmis ſalutaribus penetrando ſuccende: ſanctiq́ feruoris igne illuſtrando, mētis & corporis uniuerſa depaſce. Pota me tuæ uoluptatis torrente ut iam nihil mundanorum deguſtare libeat uenenatæ dulcedinis. iudica me & diſcerne de gente nō ſancta cauſam meam, Doce me quia Deus meus es tu, facere uoluntatem tuam: Credo ergo, quemcunque inhabitaueris, in eo patris ac pariter filij domicilium condis. Beatus qui te merebitur hoſpitem habere, quoniā per te pater & filius apud eum facient manſionem. Veni iam, ueni benigniſſime dolētis animę conſolator. in in opportunitatibus & tribulationib9 adiutor. Veni mundator ſceleris, curator uulneris, ueni fortitudo fragilium, releuator labentium: Veni doctor humilium: deſtructor ſuperborum, ueni orphanorum pius pater. Conſolator miſerorum: uiduarum dulcis iudex: ueni ſpes pauperum, refocillator deficientium. Veni ſydus nauigantium portus naufragantium. Veni ō omnium uiuētium decus ſingulare, morientium unica ſalus. Veni ſanctiſſime ſpiritus, ueni & miſerere mei, apta me tibi & condeſcēde propitius mihi, ut mea tuæ magnitudini exiguitas, tuoq́ robori mea imbecillitas ſecundum tuarum multidinem complaceat miſerationum. Per Ieſum, &c.

Miſerere domine famulis & famulabus tuis. N. & dirige actus eorū quotidie in bonum, & omnia peccata eorū dimitte, & mitte in cor eorum talem intellectum, ut ex toto corde tibi fideliter ſeruiant & tibi placeant, & omni tempore in tuo ſancto ſeruitio permaneant. Per dominum noſtrum.

Famulos & famulas tuas quæſumus domine, fratres & ſorores meos omneſq́ debitores meos corpore pariter & mente purifica, ut in tua inſpiratione compūcti: noxias delectationes uitate præualeant. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Dignus eſt mercenarius uel operarius mercede ſua: orationibus tuis credit & optat iuuari, & ſarcina peccatorum a te ſubleuari. Per dn̄m noſtrum.

BEATI ANSELMI

De meditatione redemptionis generis humani liber.

Quæ ſit uirtus ſaluationis & ubi: Cap. 1.

ANIMA Chriſtiana, anima de graui morte reſuſcitata: anima de miſera ſeruitute Chriſti ſanguine redempta & liberata: excita mentem tuā: memento reſuſcitationis tuæ, recogita redemptionē & liberationem tuam: retracta ubi & quę ſit uirtus ſaluationis tuæ: uerſare in meditatione eius, delectare in contemplatione eius excute faſtidium tuum fac uim cordi tuo: intende in hoc mentem tuam, guſta bonitatem redemptoris tui: accēde te in amorē ſaluatoris tui, mande fauū uerborum, ſuge plus quàm mellitum ſaporem, gluti ſalubrem dulcorē, mande cogitando, ſuge intelligendo, gluti amando & gaudendo, lætare mandendo, gratulare ſugendo, iocundare glutiendo. Vbi ergo & quæ eſt uirtus & fortitudo ſaluatoris tui? Certe Chriſtus te ſuſcitauit: Ille bonus Samaritanus te ſanauit. Ille bonus amicus anima ſua te liberauit Chriſtus inquā, ergo uirtus ſaluationis tuæ: uirtus eſt Chriſti. Vbi eſt uirtus Chriſti? Vtique cornua in manibus, ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Cornua quidem in manibus eius: *Abac. 3.* quia brachijs crucis confixę ſunt manus eius, quæ autem fortitudo in tanta infirmitate? Quæ altitudo in tanta humilitate? Quid uenerabile in tanto contēptu? Sed certe ideo abſconditū quia in infirmitate: & ideo celatum, quia in humilitate. Ideo occultum quia in contēptu. O fortitudo

abſcondita hominem in cruce pendentem ſuſpendere mortem æternã, genus humanum prementem hominem in ligno confixum, defigere mundum perpetuæ morti affixũ. O celata poteſtas: hominem damnatum cum latronibus ſaluare homines damnatos cum dæmonibus, hominem in patibulo extẽſum omnia trahere ad ſeipſum. O uirtus occulta unam animam emiſſam in tormento: innumerabiles extrahere de inferno, hominem mortem corporis ſuſcipere & mortem animarũ perimere.

Cur ſit occultata & tandiu dilata. Cap. II.

Cur bone domine pie redemptor: potens ſaluator, cur tantam uirtutem operuiſti tanta humilitate? An ut falleres diabolum, qui fallẽdo hominem deiecit de paradiſo? Sed utique ueritas nullum fallit. Qui ignorat, qui nõ credit ueritatẽ, ipſe ſe fallit. Qui uidet ueritatem & odit & contemnit, ipſe ſe fallit. Veritas utiq; nullum fallit. An ideo ut ipſe diabolus ſe falleret? Sed utique ſicut ueritas nullum fallit, ita nõ intendit ut aliquis ſe fallat: quamuis hoc dicatur facere cum permittit. Non enim aſſumpſiſti hominẽ ut te notum operires ſed ut ignotum aperires. Verũ Deũ uerum hominem te dixiſti et operibus oſtendiſti. Res per ſe occultata fuit non ſtudio occulta, non ſic eſt facta ut abſconderetur, ſed ut ſuo ordine perficeretur, nec ut aliquem deciperet, ſed ut quemadmodum oportebat: fieret. Et ſi dicitur occultata: non eſt aliud quàm nõ eſt omnibus reuelata. Nam & ſi ueritas non omnibus ſe manifeſtat: nulli tamẽ ſe negat. Ergo domine nec ut falleres, nec ut aliquis ſe falleret ſic feciſti, ſed ut faceres quod & quomodo faciẽdum erat, per omnia in ueritate perſtitiſti. Qui ergo ſe fefellit in tua ueritate non de te, ſed de propria queratur falſitate. An diabolus habebat aliquid iuſte aduerſus Deum uel aduerſus hominem propter quod deus prius deberet aduerſus eum pro homine hoc modo agere quàm aperta fortitudine, ut dum illectum illum hominem iniuſte occideret, iuſte poteſtatem quam ſuper iniuſtos habebat, perderet? Sed certe diabolo nec deus debebat aliquid niſi pœnam: nec homo niſi uincere: ita ut quemadmodum ab illo ſe facile permiſit uinci peccando: ita illum uinceret uſq; ad difficultatem mortis: iuſtitiam integram ſeruando. Sed & hoc nõ niſi Deo debebat homo. Nam nõ peccauit aduerſus diabolum, ſed aduerſus deũ, nec homo diaboli erat, ſed & homo & diabolus dei erant. Sed & q; diabolus uexabat hominem: nõ hoc faciebat zelo iuſtitiæ & nequitię, nec iubente Deo ſed permittente: non diaboli ſed Dei iuſtitia exigente. Nihil ergo erat in diabolo cur Deus aduerſus eum ad ſaluandum hominem, fortitudinem ſuam celare aut differre deberet.

Qua & cuius neceſſitate ſe ſic humiliauit. Cap. III.

An aliqua neceſſitas coegit ut altiſſimus ſic ſe humiliaret, & omnipotens ad faciendum aliquid tantum laboraret? Sed omnis neceſſitas & impoſſibilitas eius ſubiacet uoluntati. Quippe quod uult: neceſſe eſt eſſe, & quod non uult impoſſibile eſt eſſe. Sola ergo uoluntate, & quoniam omnis eius uoluntas ſemper bona eſt: ſola fecit hoc uoluntate. Non enim deus egebat ut hoc modo hominem ſaluum faceret: ſed humana natura indigebat, ut hoc modo domino Deo ſatisfaceret. Non egebat Deus ut tam laborioſa pateretur, ſed indigebat homo ut ſic deo reconciliaretur, nec egebat deus ut ſic humiliaretur, ſed indigebat homo ut ſic de profundo inferni erueretur. Diuina natura humiliari aut laborare non eguit, nec potuit. hæc omnia humanam naturam ut ad hoc reſtitueretur, ꝓpter quod facta erat neceſſe erat facere, ſed nec illa nec quicquid deus non eſt: poterat ad hoc ſufficere. Nam homo ad quod iſtitutus eſt nõ reſtituitur: ſi non ad ſimilitudinem

angelorum in quibus nullum eſt peccatum prouehitur. Quod eſt impoſſibile fieri niſi omni percepta peccatorum remiſſione: quæ non fit niſi præcedente integra ſatisfactione, quam ſatisfactionem talem oportet eſſe ut peccator aut aliquis pro illo det aliquid deo de ſuo quod debitum non ſit, quod ſuperet omne quod Deus non eſt. Si enim peccare eſt Deũ exhonorare, & hoc homo facere non deberet: etiam ſi neceſſe eſſet quicquid eſt quod Deus nõ eſt perire: utiq; ueritas immutabilis & aperta ratio exigit, ut qui peccat reddat aliquid Deo pro honore ablato maius quàm ſit hoc pro quo illum exhonorare non debuit. Quod quoniam humana natura ſola non habebat: nec ſine debita ſatisfactione reconciliari poterat: ſic nec illa, nec quicquid Deus non eſt ad hoc ſufficeret: Ne ergo iuſtitia Dei in regno ſuo peccatum inordinatum relinqueret: ſubuenit bonitas Dei, et eã in ſuam perſonam aſſumpſit filius dei: ut in ea perſona eſſet homo Deus qui haberet quod ſuperaret: non ſolum omnem eſſentiam quæ deus non eſt, ſed & omne debitum quod ſoluere peccatores debent, & hoc cum nihil pro ſe deberet, ſolueret pro aliĳs: qui quod debebant reddere non habebant. Pretioſior eſt nanq; uita hominis illius, quam omne quod deus nõ eſt, & ſuperat omne debitum quod debent peccatores pro ſatisfactione. Si enim filĳ interfectio ſuperat omnem multitudinem & magnitudinem peccatorum quę cogitari poſſunt extra perſonam dei, palàm eſt, q̃a uita eius magis eſt bona quàm omnia peccata ſint mala quæ extra perſonam dei ſunt. Hanc uitam homo iſte cum ex debito mori nõ debebat: quoniam peccator non erat: ſponte dedit de ſuo ad honorem patris: cum eam ſibi auferri propter iuſtitiam permiſit, ut exẽplum hominibus aliĳs daret: iuſtitiam dei ab illis non eſſe deſerendam propter mortem quam ex neceſſitate aliquando ſoluere debent: cum iſte qui eam non debebat & ſeruata iuſtitia uitare poſſet: eam ſibi illatam, ꝓpter iuſtitiam ſponte ſuſtineret. Dedit itaq; humana natura deo in illo homine ſponte non ex debito quod ſuum erat, ut redimeret ſe in aliĳs in quibus quod ex debito exigebatur reddere nõ habebat. In omnibus his diuina natura nõ eſt humiliata, ſed humana eſt exaltata, nec eſt illa imminuta, ſed iſta miſericorditer eſt adiuta.

Quomodo dicatur factus obediens & huiuſmodi, cum ſola libera uoluntate hoc fecerit. Cap. IIII.

Nec humana natura in iſto homine paſſa eſt aliquid ulla neceſſitate, ſed ſola libera uoluntate. Nec alicui uiolentiæ ſuccubuit, ſed ſpontanea uoluntate ad honorem Dei & utilitatem aliorum hominum quæ illi mala uolũtate ſunt illata: laudabiliter & miſericorditer ſuſtinuit. Nec ulla cogẽte obedientia, ſed potenti diſponente ſapientia. Nõ enim illi homini pater ut moreretur cogẽdo præcepit, ſed ille quod patri placiturũ, & hominibus profuturum intellexit, hoc ſponte fecit. Non enim ad hoc eum cogere potuit pater: quod ab eo exigere non debuit, nec patri tantus honor potuit nõ placere: quem tam bona uoluntate filius ſponte obtulit. Sic itaque patri liberam obedientiam exhibuit, cum hoc quod patri placiturum ſciuit: ſponte facere uoluit. Deniq; quoniam pater illi hanc uoluntatem bonam dedit quamuis liberam, non immerito dicitur quia eam uelut præceptum patris accepit. Hoc itaq; modo obediens fuit patri uſq; ad mortem. Et ſicut mandatum dedit illi pater: ſic fecit. Et calicem quem dedit illi pater, bibit. Hæc *Ioan. 14.* *Ioan. 18.* eſt enim perfecta & liberrima humanę naturæ obedientia cum uolũtatẽ ſuam liberam ſponte uolũtati Dei ſubdit, & cum acceptam bonam, uoluntatem ſine omni exactione ſpontanea libertate opere perficit, Sic homo ille redemit omnes alios: cum hoc quod ſponte de-

dit deo: computat pro debito quod illi debebant. Quo pretio non ſemel tantum a culpis homo redimitur, ſed etiã quoties cum digna pœnitẽtia redierit: recipitur. Quæ tamen pœnitentia peccanti nõ promittitur. Quod quoniam in cruce factum eſt, per crucem noſter Chriſtus nos redemit. qui ergo ad hãc gratiam uolunt cum digno affectu accedere, ſaluantur. Qui uero illam contemnunt: quia debitum quod debent non reddunt: iuſte damnantur.

De meditatione circa hoc, et de quo gaudendum circa paſsionem Chriſti: Cap. V.

Ecce anima chriſtiana, hæc eſt uirtus ſaluationis tuæ, hæc eſt cauſa libertatis tuæ: hoc eſt pretium redemptionis tuę. Captiua eras, ſed hoc modo es redempta. Ancilla eras, & ſic es liberata. Sic es exul reducta, perdita reſtituta, & mortua reſuſcitata. Hoc mandat homo, hoc ruminet, hoc ſugat, hoc glutiat cor tuum cum eiuſdem redemptoris tui carnem & ſanguinẽ accepit os tuum: hoc ſac in hac uita quotidianum panem & uictum, & uiaticum tuum: quia per hoc & non niſi per hoc, & tu manebis in Chriſto, & Chriſtus in te: & in futura uita erit plenum gaudium tuum. Sed ò tu domine, tu qui ut ego uiuerem, mortem ſuſcepiſti. Quomodo lætabor de libertate mea, quæ non eſt niſi de uinculis tuis? Qualiter gratulabor de ſalute mea, cum non ſit niſi de doloribus tuis? Quomodo gaudebo de uita mea, quæ nõ eſt niſi de morte tua? An gaudebo de his quæ paſſus es, & de crudelitate illorum qui ea tibi fecerunt? Quoniam niſi illi feciſſent tu paſſus non eſſes, Et ſi tu paſſus non eſſes hæc mea bona non eſſent. Aut ſi de illis dolebo: quomodo de iſtis propter quæ illa fuerunt, & quę non eſſent niſi illa fuiſſent, gaudebo? Sed certe illorum nequitia nihil facere potuit, niſi quia tu ſpõte permiſiſti: nec tu paſſus eſſes, niſi quia pie uoluiſti: illorũ itaq; debeo crudelitatem execrari, mortẽ &

labores tuos cõpatiendo imitari: piam uoluntatem tuam gratias agendo amare ac ſic ſecure de bonis mihi collatis exultare.

De beneficijs homini à Chriſto exhibitis: Ca. VI.

Ergo homuncio: illorum crudelitatem dimitte dei iudicio, et tracta de his quæ debes ſaluatori tuo. Cõſidera qđ tibi erat & quid tibi factum ſit, & penſa qui hoc tibi fecit quo amore dignus ſit. Intuere neceſſitatem tuam & benignitatẽ eius, & uide quas gratias reddas: & quãtum debeas amori eius. In tenebris, in lubrico, in deſcenſu ſubter irremeabile chaos inferni eras immerſus, & quaſi plumbeum pondus pendens a collo tuo te deorſum trahebat. Onus importabile deſuper te premebat, hoſtes inuiſibiles te toto conatu impellebant. Sic eras ſine omni auxilio & neſciebas, quia ſic conceptus & natus eras. O quid tibi tũc erat et quò te iſta rapiebant: expaueſce memorando: contremiſce cogitando. O bone domine Ieſu Chriſte ſic poſito: nec petẽti nec opinanti ut ſol mihi illuxiſti, & quomodo erã oſtendiſti. Abieciſti plũbum quod deorſum me trahebat, & remouiſti onus quod deſuper me premebat, impellentes me repuliſti: ac illis te pro me oppoſuiſti. Vocaſti me nomine nouo quod mihi de tuo nomine dediſti, & incuruatum ad aſpectũ tuum erexiſti dicens: Confide, ego te redemi: animam meam pro te dedi. Si adhęres, mihi, & mala in quibus eras euades, & in profundum quò properabas nõ cades, ſed perducam te ad regnũ meũ & faciam te hæredẽ dei & cohæredem meum. Exinde accepiſti me in tuitionẽ tuam, ut nihil noceret animæ meæ contra uoluntatem ſuam. Et ecce licet adhuc non adhæſerim tibi ſicut conſuluiſti: nondum tamen in infernum me cadere permiſiſti, ſed adhuc expectas ut adhęream & facias quod promiſiſti. Certe domīe ſic erã, & hoc feciſti mihi. In tenebris eram, quia nihil nec meip-

ſum ſciebam in lubrico: quia imbecillis & fragilis ad lapſum peccati erã in deſcẽſu ſuper chaos inferni: quia in primis parentibus deſcenderã de iuſtitia ad iniuſtitiã per quam deſcendit ad infernũ, & de beatitudine ad temporalẽ miſeriam: de qua caditur ad æternã miſeriam. Põdus originalis peccati deorſum me trahebat: & onus importabile iudicij dei me premebat, et inimici mei dæmones ut me alijs peccatis damnabiliorẽ facerẽt: quantũ in ipſis erat uehementer inſiſtebant. Sic deſtituto omni auxilio: illuxiſti mihi & quomodo eram oſtendiſtis. Quia et cũ ego nõdũ hoc noſcere poteram, alios qui pro me eſſent, et poſtea meipſum anteq̃ poſtularem: hęc me omnia docuiſti, plumbũ trahens & onus grauans & hoſtes impellentes reieciſti: Quia peccatũ in quo natus & cõceptus eram, & damnationem eius amouiſti, & malignos ſpiritus ne uim animæ meæ facerent, prohibuiſti. Chriſtianũ me feciſti uocari de nomine tuo: per qđ & ego cõfiteor & tu cognoſcis me inter redẽptos tuos et erexiſti & eleuaſti me ad notitiam & amorem tuum: feciſti me confidere de ſalute animæ meæ pro qua dediſti animam tuam, & mihi ſi te ſequerer promiſiſti gloriam tuam. Et ecce cum nõdum ſequar te ſicut conſuluiſti, ſed inſuper multa peccata fecerim quæ prohibuiſti: adhuc expectas ut te ſequar & dones quod promiſiſti.

De gratijs agendis ſuper his. Cap. 7.

Conſidera anima mea: intendite omnia intima mea quantũ illi debeat ſubſtantia mea tota. Certe domine, q̃a me feciſti: debeo amori tuo meipſum totũ: quia me redemiſti: debeo meipſum totũ: quia tantũ promittis: debeo meipſum totum: immo tantũ debeo amori tuo plus quàm meipſum: quantum tu es maior me pro quo dediſti teipſum, & cui promittis teipſum. Fac precor domine me guſtare per amorẽ qđ guſto per cognitionẽ. Sẽtiam per affectum quod ſentio per intellectũ: plus debeo quàm meipſum totum, ſed nec plus habeo, nec hoc ipſum poſſum ꝑ me reddere totũ. Trahe me domine in amorem tuũ & hoc ipſum totũ. Totũ quod ſum tuum eſt conditione: fac totum tuũ dilectione. Ecce domine corã te eſt cor meum: conatur, ſed per ſe nõ poteſt: fac tu quod ipſum non põt. Admitte me intra cubiculum amoris tui, peto, quæro, pulſo. Qui me facis petere, fac & accipere. Das quærere: da inuenire. Doces pulſare: Aperi pulſanti. Cui das, ſi negas petenti? Quis inuenit, ſi quærens fruſtratur? Cui aperis ſi pulſanti claudis? Quid das nõ oranti: ſi amorem tuũ negas orãti? A te habeo deſiderare: à te habeã impetrare. Adhære illi, adhære ĩportune anima mea. Bone dñe, pie domine ne reijcias eã, fame amoris tui languet, refocilla eã, satiet eã dilectio tua: impinguet eã affectus tuus, impleat eam amor tuus: occupet me totũ & poſſideat me totum: quia tu es cum patre & ſpiritu ſancto deus ſolus benedictus ĩ ſecula ſeculoꝝ: Amẽ.

BEATI ANSELMI

Dialogus de paſſione domini.

BEATVS Anſelmus Epiſcopus, longo tempore ieiunijs, lacrymis, & orationib⁹ glorioſam uirginẽ exorabat, ut ei dilecti filij ſui paſſionem dignaretur perfectius reuelare, cui tandẽ apparẽs beata uirgo dicebat: Tanta & talia paſſus eſt meus filius: prędilect⁹, qđ nullus fidelis ſine lacrymarũ effuſione põt exprimere. Tñ quia glorificata ſum, amplius flere nõ poſſum, & ad preces tuas & pro ſalute multorũ tibi paſſionẽ mei filij per ordinẽ explicabo. Beatus ergo Anſelmus quęſiuit ꝑ ſingula, & beata uirgo ad ſingula reſpondebat. An. Dic mihi chariſſima dña, quale fuit initiũ paſſionis filij tui? M. Quãdo fili⁹ meus à cęna

facta cum diſcipulis ſuis ſurrexit, Iu-
das Scarioth ſacerdotũ principes adijt
& filium meum tradens, pro triginta
argenteis uendidit. An. Quales fuerũt
illi denarij? Ma. Hiſmaelitici, quibus
& Ioſeph uenditus fuit ante multos
annos, & hæreditaria ſucceſſione fue-
rant deuoluti ad illos Iudæos, qui fi-
lium meum emerunt, & unuſquiſque
denarius ualebat triginta uſuales: Iu-
das uero tam auarus fuit, quod quan-
do denarios uidit, Chriſtũ pro eis tra-
didit, & licet Chriſtus ei prædixiſſet ſę
pius: tamen ille Iudas per hoc non fue
rat emendatus. An. Fuiſti tunc cum fi-
lio tuo, & diſcipulis eius? Ma. Nõ, ſed
ſcias, quando filius meus cœnauerat,
& quando pedes diſcipulorũ lauerat,
& corpus ſuum & ſanguinem ſuũ di-
ſcipulis dederat & dulciter prædicaue
rat, ac Iudas pontifices adierat, filius
meus de monte Sion cũ diſcipulis ſuis
per portam ad natatorium Siloe, ubi
erat hortus quem introiuit, & diſcipu-
lis dormientibus aſcendit ad montis
Oliueti pedem, quantum ad iactum la
pidis à diſcipulis, et orauit ſic patrem:
Exaudi me domine, quoniã benigna
Pſalm. 68 eſt miſericordia tua, ſecundum multi-
tudinem miſerationum tuarum reſpi-
ce in me. Ne auertas faciem tuã à pue-
ro tuo: quoniã tribulor, uelociter exau
di me. Intende animæ meę & libera eã,
propter inimicos meos eripe me. An.
Quare orauit? Ma Propter tres ratio-
nes. Prima, quia dalicate nutritus fuit;
utpote filius uirginis, et de ſtirpe regia
natus: quia nobiles magis dolent, quàm
ignobiles. Secunda, quia tãta anguſtia
eum inuaſit, quod guttas ſanguineas
ſudauit de toto corpore: q͂a deus fuit,
& ideo omnia quæ pati debuit præſci-
uit: uidelicet conſputionem, blæſphe-
mias, flagellationem, crucifixionem et
huiuſmodi. Tertia: quia præſciuit, quod
Iudæi non deberẽt ei miſereri. Et quan
Matt. 26 do ſic orauit: Pater, ſi poſſibile eſt tran-
ſeat à me calix iſte: ueruntamen non

mea uoluntas, ſed tua fiat: angelus do
mini apparuit ei confortans eum, di-
cens, Conſtans eſto domine. modo ge-
nus, humanum debes redimere. Poſt
hoc filius meus ad diſcipulos redijt:
eoſq; dormiẽtes inuenit, quibus & di
xit: Nõ potuiſtis una hora uigilare me
cum? Dicens etiã: Ecce appropinquat,
qui me tradet: & ecce Iudas uenit cum
turba Iudæorũ magna: dixitq; Iudæis,
Duo itaq; pares ſunt, ſcilicet Iacobus
& Ieſus; unde do uobis ſignum: Quẽ-
cunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete
eum. Et cum Iudas accederet cum tur-
ba, proceſſit Ieſus ad eos dicens. Quẽ-
quæritis? Qui reſpõderunt: Ieſum na- Ibidem
zarenum, Quibus Ieſus: ego ſum, &
cum dixiſſet, ego ſum, omnes cecide-
runt retrorſum. Iterum dixit Ieſus: Si
me quęritis, ſinite hos abire, ut ſcriptu
ra impleatur: Quia quos dediſti mihi
non perdidi ex eis quenquam. Tunc
Iudas oſculabatur eum: Cui dixit Ie- Ioã. 18
ſus: Iuda oſculo tradis filiũ hominis?
At illi iniecerunt manus in Ieſum, &
tenuerunt eũ. Tunc Petrus eduxit gla-
dium, & percuſſit ſeruum principis ſa
cerdotum, qui uocabatur Malchus.
Anſ. Contigit ibi aliquod miraculũ?
Ma. Filius meus applicuit ſibi ſeruũ,
& curauit auriculam eius, & dixit Pe-
tro: Mitte gladium tuum in uaginam.
Omnis enim qui acceperit gladiũ, gla Matth. 26
dio peribit: An putas, quia nõ poſſum
rogare patrem meum, & exhibebit mi
hi pluſquam duodecim legiones ange
lorum? Tunc omnes diſcipuli relicto
eo, fugerunt. An. Dic pijſſima domina,
fuiſti tunc cum illo? Ma. Non. Anſel.
Quare, cum eum tantũ diligeres? Ma.
Nox inſtabat, & nõ expediebat ut mu
lieres tunc foris inuenirentur. An. Vbi
ergo dulciſſima fuiſti tunc? Mar. Fui
in domo ſororis meæ, matris Ioannis
euangeliſtæ. Anſ. Quomodo ergo, uel
à quo nunciatum tibi fuit factum hu-
iuſmodi? Ma. Audi nunc, quod mul-
tum eſt lamentabile. Venerunt diſcipu

li currentes

li currentes & lacrymabiliter clamanter:O chariſſima domina, dilectus filius tuus magiſter noſter captus eſt:et
neſcimus quò ducatur , uel quid fiat
ei.An.Fleuiſti tunc domina?Mar. Licet ſcirem,quòd genus humanum redimere deberet, tamen propter maternum affectum,doloris gladius animã
meam pertranſiuit.An. Quò tunc fuit
ductus filius tuus dilectus ? Ma. De
horto prędicto per uallem Ioſaphat in
ciuitatem,& ducebatur in palatiũ ſcribarum,& pontificum, & phariſæorũ,
iuxta templum in domum Annæ : &
quæſiuit Annas de doctrina eius & diſcipulis. At ille reſpondit : Ego palàm
locutus ſum mũdo: ego ſemper docui
in ſynagoga,in templo,ubi omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus
ſum nihil,quid me interrogas ? Tunc
aſſiſtens unus miniſtrorũ dabat ei alapam inexpertæ crudelitatis dicens: Sic
reſpondes pontifici ? Filius autẽ meus,
ut agnus manſuetus reſpõdit ei: Si male locutus ſum , teſtimonium perhibe
de malo,ſi autem bene, quid me cędis?
Tunc ligauerunt oculos ei tanquã furi:Quod tamen nulli fit,niſi prius condemnetur. Et illuſerunt ei tota nocte,
ſpuentes in faciem eius, & percutientes eum dixerunt , Prophetiza nobis,
quis eſt qui te percuſſit? Ioannes uero
exiſtens intus,qui notus erat pontifici,introduxit Petrum. Quem uidens
oſtiaria dixit: Tu es ex diſcipulis hominis iſtius ? Petrus uero ter negauit
cum iuramento, quod nunquam eum
uidiſſet,neq́ nouiſſet. Et ſtatim gallus
cantauit. Et cõuerſus Ieſus reſpexit Petrũ,& recordatus eſt Petrus uerbi domini quod dixerat ei : Quia prius quã
gallus cantet,ter me negabis. Et egreſſus Petrus fleuit amare. An. Vbi fuiſti
chariſſima domina cum hæc fierent?
Ma. Statim cum diſcipuli mihi dixiſſent,quæ facta fuerãt:omnia oſſa mea
contremuerunt, ſurgensq́ cucurri cũ
Maria Magdalena iuxta templum,audiensq́ tumultum, uolui intrare, ſed
non fui permiſſa: unde ſtabã foris plorans & clamans:Heu dilecte fili mi, lumẽ oculorum meorum,quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ
lacrymarum: ut plangam interfectum
filij mei . Maria ergo Magdalena circuibat undique & introſpiciens per feneſtras, & audiens negationem Petri,
commota eſt totis uiſceribus pro deſolatione unici filij mei,eo ꝙ princeps diſcipulorum eum negaſſet,& dixit: O
Ieſu bone,qualem finẽ ſortitus es: uel
quid fiet de te:cum iſte princeps diſcipulorum te negauerit? O Ieſu nõ te negabo in æternum. Ego autem ſtabam
plena dolore,audiẽs omnes illuſiones
& cõtumelias, quas filio meo dilecto
inferebant,& Petrum negãtem,& omnia quæ tota nocte ibi fiebãt. Cum ergo Petrus eum tertio negaſſet, filiusq́
meus eum reſpexiſſet,et propter quod
eũ negauerat,fleuiſſet amare: egreſſus
foras inuenit nos foris ſtãtes, cui cum
dolore dixi:Petre Petre,quid agitur cũ
Ieſu? Qui clamans & eiulans lacrymoſa uoce reſpondit : Heu chariſſima
domina,abſq́ miſericordia tractat, &
cruciatur uſq́ ad mortem. Et currens
abſcondit ſe præ timore in lapide, qui
uocatur gallicantus, & nõ comparuit
donec Ieſus mortuus fuit in cruce. A.
Dic domina chariſſima, quid feciſti cũ
hoc audires? Mar. Gladius Simeonis
pertranſiuit animam meam. An.Quid
factum fuit poſt hæc?Ma.Mane facto
eduxerunt eum de domo Annæ:& duxerunt eum ad Caipham principẽ ſacerdotum. Tunc primo, poſtquam captus fuerat,uidi eũ,& accurrens quaſi
lęna raptis fœtibus uidebam illã deſiderabilem faciem ſputis Iudęorum
maculatam,dicens lacrymando, Heu
dilectiſſime fili , quàm miſerabiliter te
modo uideo , quæ toties tuo dulciſſimo aſpectu gaudebam . Et uolens illũ
amplecti,nõ fui permiſſa accedere, ſed
truſa à Iudæis huc & illuc , contume-

lioſe ſum amota, & populus undique concurrebat, ſicut quando fures & latrones condemnantur. Anſel. Habuiſti tunc aliquam ſpem, quod liberari poſſet? Mar. Etiam: ſciebam enim, quod ita ingenioſus fuit & facundus, & ſperabam quod ſe excuſaturus eſſet, ſi ad iu-
Eſa. 53 dicium ueniret, tūc ſtetit quaſi agnus māſuetiſſimus, & nō aperuit os ſuū. Item fuit etiā ita amicabilis, quod ſperabam quod deberent eius miſereri. Et modico tempore dilapſo, adeo conſputus fuit, quod quaſi leproſus apparebat. Inuenerunt enim multa falſa teſtimonia: dicentes eum eſſe legis deſtructorem, & populi peruerſorem. Tandem duo falſi teſtes acceſſerunt, dicētes, Hic dixit: Poſſum deſtruere templum dei, & poſt triduum reædificare illud. Et Caiphas dixit: Dic nobis ſi tu es Chriſtus? Ieſus reſpondit: Si dixero uobis: non creditis mihi. Si autem interrogauero uos: non reſpondebitis, neque dimittetis: Amen dico uobis: amodo uidebitis filiū hominis ſedentē à dextris uirtutis dei, & uenientem in nubibus cœli. Tunc princeps ſacerdotū ſcidit ueſtimenta ſua, & ait: Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam: Quid uobis uidetur? Tunc omnes clamabāt: Reus eſt mortis. Hac prolata ſentētia, gladius Simeonis pertranſiuit animam meam. An. Quò tūc ductus fuit? Mar. ad iudicem Pilatū. An. Speraſti ibi aliquid domina chariſſima? Ma. Multum ſperaueram, cū turba conueniſſet, cui ſæpe dulciter prædicauerat, & quorū infirmos ſanauerat, & eos in deſerto pauerat, quòd eū de manibus Iudæorum liberare deberent. Tunc unanimiter clamabant coram Pilato: Crucifige, crucifige eū. Et impoſuit ei turba, quod dixerat ſe filiū dei eſſe, & quod prohibuiſſet tributa dari Cæſari. Tunc Pilatus quæſiuit eū de regno ſuo, dicens: Tu es rex Iudæorum? Et reſpondit Ieſus. A temetipſo hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me? Reſpondit Pilatus: Nunquid ego Iudæus ſum? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi, quid feciſti? Reſpondit Ieſus: Regnum meū non eſt de hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei utiq; decertarent, ut non traderer Iudæis, nunc autem regnum meū non eſt de hoc mundo. Dixit itaq; Pilatus: Ergo rex es tu? Reſpōdit Ieſus: Tu dicis quia rex ſum ego. Ego ad hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mundū, ut teſtimonium perhibeam ueritati: omnis qui ex ueritate eſt, audit uocem meā. Dixit ei Pilatus. Quid eſt ueritas? Hanc quæſtionem nō ſoluit ei Chriſtus: quia ſi ſoluiſſet, eū utique liberaſſet, & ideo genus humanū redemptum non fuiſſet. Tūc Iudas uidens, quod damnatus eſſet, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus ſacerdotum & ſenioribus populi, dicens: Peccaui tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt, quid ad nos? tu uideris. Et proiectis argenteis in templum receſſit ab eis, & abiens laqueo ſe ſuſpendit. Pilatus aūt cōuocatis principibus ſacerdotū, & magiſtratibus & plebe, dixit ad eos: Nullā cauſam inuenio mortis in homine iſto, ex his in quibus eum accuſatis. At illi inualeſcebant dicentes: Cōmouit populum docēs per uniuerſam Iudæam, incipiens à Galilæa uſq; huc. Tunc Pilatus audiens Galilæam, & quod Galilæus eſſet, miſit Ieſum ad Herodē, qui & tūc erat Ieroſolymis. Herodes aūt uiſo Ieſu gauiſus eſt ualde: Erat.n. ex multo tpe cupiēs uidere eum, eo quod audierat multa de eo, & quia ſperabat aliquod ſignum ab eo fieri. Interrogabat ergo Ieſum multis ſermonibus: uidelicet, ſi eſſet ille puer quē pater ſuus uolebat interficere, & propter eū multos pueros interfecerat. Itē ſi eſſet ille qui cæcos illuminauerat, & qui Lazarum ſuſcitauerat, & adoleſcentē filium uiduę in porta ciuitatis Naim, & multa alia miracula feciſſet, & rogauit eum ut ali

quod ſignum faceret,promittens ut eũ
de manu Iudęorum eriperet. Ieſus aũt
nihil ei reſpõdit. Et poſuit Herodes co
ronam ſuper caput eius ꝓmittens qđ
ſi faceret ei ſignum quod ipſum regni
ſui participem faceret & pariter cohæ
redem. Iſta corõna Romani coronan-
tur imperatores. Ieſus aũt non reſpon-
dit ei. Stabant aũt principes ſacerdotũ
& ſcribæ conſtanter accuſantes eum.
An. O dulciſſima, quid tunc ſperabas?
Ma. Sciebam Herodem eſſe regẽ natu
ralis elegãtiæ: & ideo ſperabam, quòd
regi excellentiſſimo filio meo parcere
debuiſſet. Spreuit aũt filium meum, &
induitũ ueſte alba remiſit eum Pilato.
Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus:
nam antea amici non erãt ad inuicem.
Sciens aũt Pilatus quanta immanita-
te & crudelitate in mortẽ filĳ mei con
ſpirauerint Iudæi, præmiſit quoſdam
qui Ieſum ab Herode conducerent, ne
ipſum in uia interficerẽt. Remiſſo ergo
filio meo cõuocatis Pilatus omnibus
Luc. 23. Iudæis dixit ad eos: Obtuliſtis mihi
hunc hominem quaſi auertentem po-
pulum, & ecce ego corã uobis interro
gans nullã cauſam mortis in eo inue-
nio, ex his in quibus eũ accuſatis. Sed
neq; Herodes, nã remiſi uos ad illũ. Et
ecce nihil dignum morte actum eſt ei.
Emendatũ ergo illum dimittam? At il-
li petebant Barrabã qui propter homi
cidium miſſus erat in carcerẽ. Pilatus
dixit: Quid.n. mali fecit? Nullã cauſam
mortis inuenio in illo: corripiam ergo
eũ & dimittam? At illi inſtabant uoci
bus magnis ut crucifigeretᷓ clamãtes:
Crucifige, crucifige eum. Sedente ergo
Pilato pro tribunali, miſit ad eũ uxor
ſua: Nihil tibi & iuſto illi. Multa.n. in
hac nocte paſſa ſum per uiſum ꝓpter
illũ. Pilatus aũt ſperans quòd crudeli-
tati Iudæorũ ſatiſfacere deberet: appre
henſum Ieſum flagellari fecit in ſtatua
ligatũ: ita quod a planta pedis uſq; ad
uerticẽ non eſſet in eo ſanitas. Hæc ſta
tua ita ſpiſſa fuit qđ circa duas ſpãnas

manus manũ tangere nõ potuit. Vnde Matt. 27.
accipiebãt corrigias, & manus eius li-
gabant. An. Speraſti ibi aliquid, domi
na chariſſima? Ma. Multũ ſperaueram Ioan. 19.
propter hanc cauſam quã tibi manife
ſtabo, Dedicata.n. & naturalis ingenui
tas & membroꝝ principaliũ cõpages
mihi matri eius ſolũmodo nota ſpem
præſtitit. Aeſtimabã ſiquidẽ quòd nu
dato corpore formoſis membrorum li
neamentis uicti parcerent: ſed heu in
momẽto tẽporis, totalis corporis eius
ſuperficies: ita ſanguine ſuperfundeba
tur ac ſi purpura eſſet circũdatus, & in
ſtuporem & deformitatẽ transforma-
tus: omnibus apparuit quaſi lepra per-
cuſſus. Milites uero plectentes coronã
de ſpinis impoſuerũt capiti eius, & ue
ſte purpurea circũdederunt eum ac ue
niebant ad eum & dicebant: Aue rex
Iudæoꝝ, & dabant ei alapas. Hanc co-
ronã habet rex Frãcię. Hęc corona non
fuit de ſpinis, ſed de iũcis marinis, qui
habent acutiores aculeos quã uerę ſpi
nę. Hanc coronã cum lancea percutien
tes capiti eius imprimere conabantur, Ibidem
ita quòd ſanguis per eius faciẽ deflue-
bat, & ſic cruentatũ eduxit eũ Pilatus
foras, & dixit: Ecce rex ueſter. Illi autẽ
clamabant: Tolle tolle, crucifige eum.
Reſpondit eis Pilatus. Accipite eũ uos
& crucifigite. Reſponderunt: Nos legẽ
habemus, & ſecundum hãc legẽ debet
mori: quia filium Dei ſe fecit. Cũ ergo
audiſſet Pilatus hos ſermones: magis
timuit. Et ingreſſus prętorium: dicit ad
Ieſum: Vnde es tu? Ieſus aũt reſpõſum Ioan. 19.
non dedit ei. Dicit ei Pilatus: Mihi nõ
loqueris? Neſcis, quia poteſtatẽ habeo
crucifigere te, et poteſtatẽ habeo dimit
tere te? Reſpondit Ieſus: Non haberes
poteſtatem aduerſum me ullam: niſi ti
bi datum eſſet deſuper. Propterea qui
tradidit me tibi maius peccatum ha-
bet. Et exinde quærebat Pilatus dimit-
tere eum. Iudæi autem clamabant di-
centes: Si hunc dimittis, non es amicus
Cæſaris. Videñs aũt Pilatus quòd nihil

proficeret, ſed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram om-
Matth. 26 ni populo & dixit. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti huius, uos uideritis. Et reſpondens uniuerſus populus dixit: Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros. Inſtabāt ergo magnis uocibus ut crucifigeretur, & inualeſcebant uoces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitiones eorum. Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium miſſus fuit in carcerem quem petebāt. Ad nimiam autem plebis inſtantiam Pilatus huius mortis ſententiam protulit ad filium meum dicens. Ieſum Nazarenum abiudico uitę, & adiudico morti ignominioſæ crucis. Anſ. Quid feciſti dulciſſima cum hæc audires? Mar. Hac prolata ſententia gladius Symeonis pertranſiuit cor meum & animam meam. An. Quid factum fuit poſt hęc? Ma. Suſceperunt Ieſum dilectū filium
Ioan. 16. meū & eduxerūt eum: ut ſcribit Ioannes, & baiulans ſibi crucem exiuit in eum locum qui dicitur caluarię locus: ubi eum crucifixerūt. Cruxq; adeo magna erat quod habuerat quindecim pedes in longitudine. Et adeo debilitatus erat filius meus præterita nocte & illa die, quod eam portare non poterat.
Luc. 23. Vnde et Lucas ſcribit: Apprehenderūt Simonem quendam Cyrenēſem: et impoſuerunt illi crucem portare poſt uni cum filium meum. Quod fecerunt nō cauſa miſerationis quod compaterentur ei, ſed quia præ debilitate id facere non poterat. Anſel. Sequebantur eum aliquæ mulieres cum educeretur? Ma.
Ibidem Tota turba conueniebat. Vnde Lucas ſcribit: Sequebatur autem illum turba multa populi & mulierum quæ plangebant & lamentabantur eum. Sequebantur etiam pueri proijcientes lutum & lapides in eum. Conuerſus autem filius meus Ieſus ad mulieres dixit. Filiæ Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſuper uoſipſas flete & ſuper filios ueſtros qui lutum & lapides mittunt in me neſciētes quid faciunt: quoniam ecce dies uenient in quibus dicēt: Beatæ ſteriles & uentres qui nō genuerūt, & ubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere mōtibus, cadite ſuper nos et collibus: operite nos. Quia ſi in uiridi ligno, hoc eſt in pueritia hoc faciūt: in arido, hoc eſt in ſenectute quid fiet? Vel in uiridi ligno, hoc eſt in me: in arido, hoc eſt in alijs ſanctis meis quid fiet? Ducebantur & alij duo nequam cum eo ut crucifigerentur. Hoc fecerunt ad ſui maiorem cōfuſionem. Cum autē educeretur filius meus principalis cū duobus ſceleratis extra portam ciuitatis cum ingenti preſſura irruentis populi & inſultantis: uolui eū ſequi & uidere, ſed non potui præ maxima multitudine populi quæ ad opprobrium filij mei conuenerat. Sed tandem una cum Maria Magdalena deliberabā: quod per uiam obiacentis plateæ circa quendā fontem cucurrimus, quatenus illi obuiam ueniremus. Et cum ueniremus iuxta fontem: obuium habuimus meum filium deformatum, preſſum omni dolore. Qui benigne inclinās ſe ad me dicebat: Aue mater, ac ſi diceret, grates tibi refero electa mater mea ꝓ multimodis beneficijs mihi impenſis, & pro multo labore quo in ſumma paupertatis abiectione enutriuiſti templum corporis mei & nunc in deſtructione conſtitutum inter contumelias & opprobria ſequi non dedignaris nec uereris: quamuis omnibus contemptui habeamur. Et poſtquam uenerunt in locum Caluariæ, ibi eum crucifixerunt & latrones cum eo unū a dextris & alium a ſiniſtris. An. Quo modo fecerunt ei? Ma. Audi Anſelme: quod modo referam nimis eſt lamentabile, & nullus euangeliſtarum ſcribit. Cum ueniſſent ad locum Caluarię ignominioſiſſimum ubi canes & alia morticina proijciebantur, nudauerunt Ieſum unicum filium meum totaliter ueſtibus ſuis, & ego exanimis facta

fui:

ſui tamē uelamē capitis mei accipiens circūligaui lūbis ſuis. Poſt hoc depoſuerunt crucē ſuper terrā & eum deſuper extēderūt & incutiebāt primo unū clauū adeo ſpiſſum quòd tūc plene ſanguis nō potuit emanare: ita uulnus clauo replebatur. Acceperūt poſtea funes & traxerūt aliud brachium filij mei Ieſu: & clauū ſecundū ei incuſſerunt. Poſtea pedes funibus traxerunt & clauū acutiſſimū incutiebant, & adeo tenſus fuit quòd oīa oſſa ſua & mēbra apparebant, ita ut impleretur illud Pſal. Dinumerauerunt oīa oſſa mea. Et tunc impleta fuit prophetia ipſius Dauid, id eſt ipſius Chriſti dicētis in Pſal. Audi filia & uide: Quaſi diceret filius meus: Audi chariſſima mater mea ſonū malleorū, & uide qualiter manus meas & pedes meos cōfixerunt, qa nemo mihi cōpatitur niſi tu ſola mater mea electa, audi & uide & cōpatere mihi. Hæc audiens & uidens: gladius Symeonis cor meum & aīam meā transfixit. Poſt hęc erexerunt crucē cum magno labore & fuit adeo alte ſuſpenſus qđ eius pedes nunꝗ attingere poteram. Et cū erectus fuiſſet tunc propter ponderoſitatē corporis uulnera lacerata ſunt & aperta, & tunc primo ſanguis de manibus & pedibus copioſius emanauit. Ego autē induta fui quadā ueſte qua mulieres regionis illius uti ſolent, qua tegitur caput & totum corpus, & eſt quaſi linteum: et fuit iſta ueſtis tota reſperſa ſanguine. An. Quid factū eſt poſt hęc? Ma. Poſtquā crucifixerunt filiū meum: diuiſerunt ſibi ueſtimēta ſua, & mittebant ſortē ſup ueſtē incōſutilem, ut impleretur quod dictū eſt p prophetā, Diuiſerunt ſibi ueſtimēta mea, & ſuper ueſtē meā miſerunt ſortē. Et ſedētes obſeruabant eū. Et ſcripſit Pilatus ſuper caput eius litteris hebraicis, græcis & latinis: (Ieſus Nazarenus rex Iudæorū.) Tunc Iudæi rogabant Pilatū ut nō ſcriberet: Rex Iudęorum, Sed quia dixit rex ſum Iudęorū. Pilatus reſpōdit. Quod ſcripſi ſcripſi. Prætereuntes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua & dicētes. Vah qui deſtruit templum dei & poſt triduum reædificat illud. Salua te metipſum: ſi filius dei es deſcēde nunc de cruce. Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebāt: Alios ſaluos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt: deſcendat nunc de cruce & credemus ei. Confidit in deo, liberet eum nunc ſi uult: dixit enim, Quia filius dei ſum. Anſel. Quid ad huiuſmodi inſultus reſpondit filius tuus? Ma. Dilectus meus orauit pro eis dicens. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Et ſtabat populus expectans & deridebat eum. Tunc matri potuit dicere illud pſalmi, Audi filia & uide, audi uoces blaſphemantium filium tuum, & uide dolorem meum. Scis enim quod de ſpiritu ſancto concepiſti me et quod uirgo genuiſti me, & qualiter aluiſti me. Vnde ex quo iſti nō credunt in me: tu tamen crede in me et cōpatere. Tunc iterum gladius Symeonis animam meam pertranſiuit. Audiēs hoc latro qui à ſiniſtris pendebat, inſultabat ei dicens: Si tu es Chriſtus ſalua temetipſum & nos. Reſpondens autem alter qui à dextris pendebat, increpans eum dixit: Neque tu times deum, qui in eadem damnatione es, & quidem nos iuſte, quia digna factis recipimus: hic uero nihil mali geſſit. Et dicebat ad Ieſum: Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus: Amen amen dico tibi, hodie mecū eris in paradiſo. A. Quid feciſti tunc domina chariſſima? M. Stabam iuxta crucem tam plena mœrore, quòd conſolationem ferre non poteram, & mecum ſtabant ſorores meę, & Maria Magdalena. Et cum filius meus uidiſſet me & Ioannem diſcipulum ſuum quem diligebat, dixit: Mulier ecce filius tuus. O quàm miſerabilis licentia. Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Erat

Pſalmo.21. Pſal.44. Matth.27. Pſalmo.21. Matth.27. Ioan.19. Matth.27. Ibidem. Luc.23. Pſalm.4. Luc.23. Ioan.19.

X

Matt. 27. autem quaſi hora ſexta: & factæ ſunt tenebræ ſuper uniuerſam terrã uſq; ad horam nonam. Et clamauit Ieſus uoce magna dicens: Eli, eli, lãma ſabacthani: Hoc eſt, deus meus, deus meus, ut quid dereliquiſti me? Quidam autem dicebant. Eliam uocat iſte. Sine uideamus ſi ueniat Elias liberans eum. Poſtea ſciens Ieſus quia omnia conſummata Ioan.19. eſſent, dixit: Sitio. Quid dñe ſitis? Salutẽ peccatorũ. Erat aũt uas poſitum aceto plenum, & currens unus, implens ſpongiam aceto & circũponens haſtæ dabat ei bibere, ut citius moreretur. Et Ioa.19. cum guſtaſſet dixit: Conſummatũ eſt. Et poſt hoc dixit. Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. In hac commendatione cum hoſtia ſanguinis cõmendabat Chriſtus deo patri matrem dulciſſimã quæ ſcrinium eſt & puriſſimum habitaculum ſancti ſpiritus una cum oĩbus, qui de ſpiritu ſancto uictuti ſunt uſq; in finem ſeculi. Et poſt in-Ioan.19. clinato capite tradidit ſpiritũ. Tunc ue-Matt.27. lum tẽpli ſciſſum eſt in duas partes à ſũmo uſq; deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: & maxime illa petra in qua ſtetit crux ſciſſa fuit ita ut manus iponi potuiſſent, & monumenta aperta ſunt, & multa corpora ſanctorum qui dormierunt ſurrexerũt & exeuntes de monumentis poſt reſurrectionem eius uenerunt in ſanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Centu-Luc.23. rio autem & qui cum eo erant cuſtodientes Ieſum uiſo terræmotu & his q̃ fiebant: timuerunt ualde, & ipſe centurio glorificauit deum dicens. Verè hic homo iuſtus erat. Ecce quõ oĩa elementa Chriſto cõpatiebantur, ſoli autẽ Iudæi indurati fuerunt. Et omnes qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud ex eis: uidentes q̃ fiebant, pectora ſua percutientes reuertebant. Stabant aũt oẽs noti eius de longe, & mulieres q̃ ſecutæ erãt eũ à Galilæa hæc uidẽtes. An. Chariſſima domina habuit adhuc finẽ do-Luc.2. lor tuus? Ma. Nõ Anſelme: q̃a nondum plene prophetia Simeonis ĩpleta fuit, ſcilicet, & tuam ipſius aĩam pertranſibit gladius. Audi ergo qđ ſuper oĩa eſt lamentabile. Iudæi ergo qm̃ paraſceuẽ erat, rogabant ut nõ remanerent in cruce corpora ſabbato. Erat .n. magnus dies ille ſabbati, rogabãt Pilatũ ut frangerentur corũ crura & tollerenť. Venerunt aũt milites & primi fregerũt crura & alterius q crucifixus erat cũ eo. Ad Ieſum autẽ cum ueniſſent & uide- Ioan.19. rent eum iã mortuũ nõ fregerunt eius crura, ſed unus militum, lancea latus eius aperuit & cõtinuo exiuit ſanguis & aqua. Cumq; hoc uiderem qđ talem crudelitatẽ in iã mortuum exercerent: quaſi exanimis iam facta fui, & tunc uerè ĩpleta eſt ꝓphetia Simeonis q̃ dicit: Et tuã ipſius &c. Et tunc cœpi clamare et eiulare: ſed iam omnino lacrymæ in me defecerunt: tm̃ fleuerã nocte pterita & die illa & dicebã. Eia dulciſſime fili mi ubi eſt nunc cõſolatio quã ſemp in te habui? Quis mihi det ut ego moriar pro te fili mi Ieſu? His & alijs ſimilib⁹ dulciſſimi unici filij mei mortem deplanxi. Tunc magnum gaudiũ fuit factũ in limbo qñ anima Chriſti ĩ ipſum deſcendit & patres inde liberauit, & limbum deſtruxit, & infernum obſtruxit, ita quod nullus Chriſtian⁹ illuc uenire poterit niſi proprio ſuo arbitrio, nec aliquis eorũ qui intus ſunt: ante diem iudicij extre poterit. Tribus autẽ uectibus infernum obſtruxit. Et hæc eſt ratio, quia ante mortẽ ſuã nullam habuerunt contritionem, confeſſionem uel ſatiſfactionem: quę nullus ante paſſionem Chriſti habere potuit, ſcilicet contritionem, confeſſionem, ſatiſfactionem. An. Quid factum fuit poſt hæc? Ma. Poſt hæc rogauit Pilatũ Ioſeph ab Arimathęa ut tolleret corpus Ieſu dicens inter alia: Domine niſi corpus cito tradideris: honeſta mulier mater ipſius iuuenis morietur præ dolore. Pilatus quæſiuit ſi iam mortuus eſſet. Et expertus à centurione de

oībus quæ ibi acciderāt: iuſſit dari corpus Xp̄i. Et uenit Ioſeph & tulit corpus Ieſu. Nota hoc Anſelme quod multum eſt lamētabile. Dū Ioſeph corpus deponeret: ſtabā ſurſum reſpiciens qñ brachiū diſſolueret, ut tangerē & deoſcularer ſicut et feci, & cū depoſitus eſſet de cruce: poſuerunt eū ſup terrā bñ ad tres paſſus de loco crucis. Et ego caput eius in ſinū meum recipiens amariſſime flere cœpi, dicens: Heu dulciſſime fili qualē conſolationē de te habeo, quē nunc mortuū corā me uideo. Tūc accurrēs Ioānes euangeliſta: cecidit ſuper pectus Ieſu plorans et dicens, Heu heu de iſto pectore heri potabam dulcia, hodie triſtia & lamentabilia. Tunc Petrus aduenit, & quòd ipſum negauerat amariſſime flere cœpit, tunc Maria Magdalena plus oībus flere cœpit ſuper dñm ſuum dicēs: Quis mihi modo peccata dimittet? Quis me mō excuſabit apud Simonem & apud ſororem meā? Venit etiam Iacobus q frater filij mei appellabat, q ſimilimus ſibi erat, & cum multis lacrymis hoc dicebat, Heu dñe talē grām mihi indigno p̄cæteris cōtuliſti quòd dulciſſima facies tua erat mihi ſimilima. Heu mō apparet uultus tuus mihi diſſimilis. Tuæ manus et pedes clauis ſunt cōfixi, corpus uero undiq; uulneratum: meū autē corpus undiq; apparet ex toto illæſū. Iurauitq; qđ nunq; cibum neq; potū ſumpturus eſſet quouſq; ad ſimilitudinem ſui conformaretur. Tūc cæteri oēs diſcipuli accurrebāt lamētātes ſup eū, tunc filius meus ad conſolationē meā & diſcipulorum glorificatus fuit ibi coràm nobis: ita quod nulla plaga aut liuor in corpore ſuo apparuit præter quinq; uulnerū cicatrices: quas reſeruaturus eſt uſque in diem iudicij, et adeo ſanus apparuit in corpore: ac ſi nunquā paſſus fuiſſet. De quo ego & diſcipuli immenſam cōſolationē recepimus. Et cū eū ſepelire uellēt: cum magno mœrore corpus fortiſſime tenui, & ſepeliri uix ꝑmiſi dicēs: Chariſſime Ioannes relinque mihi mortuum filium meum: quē nō potui habere uiuum. Sed ſi neceſſe eſt ut hoc facias: rogo te ut me cum ipſo ſepelias. Ioannes reſpondit: Scis domina chariſſima qđ aliter eſſe non potuit, & genus humanum ſic redimi debuit. Tandē inuita permiſi ut ſepeliret, & cū in ſepulcrum poſitus fuiſſet, ad eum intrare uolui, et ſuper ſepulcrum me proieci & adeo miſerabiliter egi, quod oēs fleuerunt. Et cum me Ioānes ad ciuitatē ducere uellet, et à ſepulchro amouere lachrymās rogaui: Chare Ioānes non facias mihi iniuriam: ut me ſeparem à dulciſſimo filio meo Ieſu, quoniā hic expectare uellem donec moriar, & iterum omnes fleuerūt: Ioānes uero me tandem ī ciuitatem introduxit. Populus autē me uidens indutam ueſtem aſperſam ſanguine ſicut ante Ieſum ſteterā, & ſanguis eius ſuper me ſtillauerat unanimiter clamabāt gementes: O quanta iniuria facta eſt hodie in Ieruſalem in iſta domina & filio ſuo, & cōpatiebantur nobis. Iudæi autē propter inuidiam recluſerunt Ioſeph uiuum in muro, quia Chriſtum ſepeliuit. Vxor autem eius locum filio eius Ioſepho poſt oſtendit. Tandē poſt annos quadraginta uenerunt Titus & Veſpaſianus Ieruſalem deſtruentes & Ioſeph uiuum de muro excluſerunt. Et ſicut Iudæi Chriſtum pro triginta denarijs emerunt: ita triginta Iudæos pro uno denario uendiderunt.

BEATI ANSELMI

liber qui ſpeculum euangelici ſermonis, aliàs ſtimulus amoris inſcribitur.

Quòd ſalubre ſit Chriſtiano uenerari & amplecti infirma Saluatoris. Cap. I.

IEſum Nazarenū à Iudæis innocenter condemnatum: à gētibus cruci affixū, nos Chriſtiani diuinis honoremus obſequijs. Salua-

toris noſtri infirma nos qui Chriſti ſumus reuererer uenerari, amāter amplecti, fortiter imitari dignū eſt & ſalubre & honorificū: Hæc.n.ſunt inſtrumēta fortiſſima qbus oīpotens uirtus & inueſtigabilis ſapientia dei reſtaurationē mundi poteter ac mirifice operata eſt, & uſq; modo operat. Chriſtus dominus minoratus eſt ab angelis, ut nos æquaret angelis, & quis pp Chriſtum ſe non humiliet? Chriſtus dñs p pecca tis noſtris crucifixus eſt, & crucis amara ſuis amatoribus dulcorauit. Mortuus eſt & mortem enecauit, ut uiueremus per illū. Et quis non amet Chriſtū dñm? Quis nō patiatur pro ipſo? Chriſtus p crucis ignominiam ad ſupernæ claritatis gloriam tranſiuit, & data eſt ei pro ſua reuerentia a deo patre omnis
Matth. 28. poteſtas in cœlo & in terra, ut adorent
Phil. 2. eum omnes angeli dei, & in nomine Ieſu omne genu flectatur: cœleſtium, terreſtium, & infernorum.

Quòd gloriatio Chriſtiani debeat eſſe in nomine crucifixi. Cap. II.

Vbi eſt ergo gloriatio tua Chriſtiane: niſi in nomine crucifixi dñi tui Ieſu Chriſti? In nomine quod eſt ſup oē nomen, in quo qui benedictus eſt ſup terrā: benedicetur in cœlis? Gloriamini in nomine ſancto eius filij redemptionis, date honorem ſaluatori ueſtro: qui magna fecit in uobis, & magnificate nomen eius mecū dicentes: Adoramus te Ieſu Chriſte rex Iſrael: lux gentiū, princeps regum terræ, dñe ſabaoth, uirtus dei oīpotentis fortiſſima. Adoramus te ꝑtioſum redēptionis noſtræ ꝑtium: hoſtia pacifica quæ ſola odoris tui inæſtimabili ſuauitate: patrem qui in altis habitat ad reſpiciendū humilia inclinaſti: & filijs iræ placabilem reddidiſti. Tuas Ieſu Chriſte miſerationes prędicamus, tuæ ſuauitatis memoriam cū abundantia eructamus, tibi Chriſte ſacrificium laudis immolamus pro multitudine bonitatis tuæ quā oſtendiſti nobis ſemini nequā, filijs ſceleratis & perditis.

De magna miſericordia quam deus habuit ad genus humanum. Cap. III.

Cum enim adhuc eſſemus inimici tui domine, & mors antiqua in omnē carnem iniquum exerceret dominium: cui omne ſemen Adam lege primordialis culpæ obnoxium erat, recordatus es uberrimæ miſericordiæ tuæ & proſpexiſti de ſublimi habitatione tua in hanc uallem plorationis & miſerię. Vidiſti domine afflictionem populi tui & tactus dulcore charitatis intrinſecus, appoſuiſti cogitare ſuper nos cogitationes pacis & redemptionis. Et quidem cū eſſes filius dei uerus deus deo patri ſanctoq; ſpiritui coæternus & conſubſtātialis: lucē habitans inacceſſibilem, portāsq; oīa uerbo uirtutis tuę, nō deſpexiſti in hoc noſtrę mortalitatis ergaſtulum: altitudinē tuam inclinare ubi noſtram & guſtares & abſorberes miſeriam noſque reparares ad gloriā. Parum enim fuit charitati tuæ ad conſummandum opus noſtræ ſalutis Cherubim aut Seraphim aut unum ex angelis deſtinare, ipſe ad nos uenire dignatus es per mandatum patris: cuius nimiam charitatem experti ſumus in te. Veniſti inquam non locum mutando: ſed pręſentiam tuam nobis per carnem exhibendo. Deſcēdiſti a regali ſolio ſublimis gloriæ tuæ in humilem & abiectam in oculis ſuis puellā, primo uirginalis continentiæ uoto ſigillatam. In cuius ſacroſancto utero ſola ſpiritus ſancti inenarrabilis uirtus & te cōcipi fecit, & naſci in uera humanitatis natura: ita ut nec maieſtatem diuinitatis in te: nec integritatem uirginitatis in matre uiolaret natiuitatis occaſio.

De miſerijs quas deus accepit pro homine. Cap. IIII.

O amanda, ô admiranda dignatio deus immenſæ gloriæ uermis contemptibilis fieri non deſpexiſti, dominus omnium, conſeruus ſeruorū apparere uoluiſti. Parū tibi uiſum eſt patrē te nobis eſſe, etiam domine frater noſter eſſe dignatus

dignatus es. Et tu domine uniuerſorũ
qui nullam habens indigentiam, inter
ipſa natiuitatis tuæ initia non horrui-
ſti abiectiſſimę paupertatis deguſtare
incõmoda. Vt.n. ait ſcriptura, tibi cum
naſcereris nõ erat locus in diuerſorio,
neq; cunabula q̃ teneritudinẽ tuã exci
perẽt habuiſti, ſed tu in uili p̄ſepio ſor
dẽtis ſtabuli: tu q̃ terrã palmo conclu
dis, ĩuolutus pãniculis reclinatus es,
& hoc ipſum à brutis aĩalibus mater
tua mutuo accepit. Cõſolamini, cõſo-
lamini q̃ ĩ ſordib⁹ paupertatis enutri
mini: q̃a uobiſcũ eſt deus in paupṫate,
nõ cubat ĩ delitijs ſplẽdidi cubilis: nec
enim ĩuenitur ĩ terra ſuauiter uiuẽtiũ,
q̃d ultra gloriaris ô diues ĩ re lutea, in
uolutabro lecti picti & delicati, cũ rex
regũ ſuo recubitu ſtramenta pauperũ
honeſtare maluerit? Quid dura ſtrata
deteſtaris, cũ tener ĩfantulus ĩ cui⁹ ma
nu ſũt oĩa: tuis ſericis, tuis plumis du-
ras iumẽtorũ ſtipulas p̄elegerit? ſed &
tenella hæc tua xp̄e ĩfantia à p̄ſecutorũ
gladijs tuta nõ fuit. Adhuc. n. ĩter dul-
cia m̃ris ubera ſugẽs depẽdebas: quan
Mat.2 do apparuit angelus ĩ ſomnis Ioſeph,
dicens: Surge & accipe puerum & ma
trem eius & fuge ĩ Aegyptum, & eſto
ibi uſque dum dicam tibi: futurum eſt
enim ut Herodes quęrat puerum ad p̄
dendum eũ. Iam ex tunc bone Ieſu pa-
ti cœpiſti. Non ſolum autem illã infan
tię tuę uexationẽ in teipſo p̄tuliſti, ſed
& mortem in puſillis tuis quorũ mul
ta milia inter mamillas matrum pro
te Herodis trucidauit immanitas.

De geſtis Christi ab infantia, Cap. V.

Infantia uero teneriori decurſa di-
ſcendæ humilitatis nobis exemplum
præbuiſti. Non. n. ſediſti cum concilio
uanitatis: ſed in medio doctorũ interro
gans & audiens illos: cum tñ dñs ſciẽ
tiarum tu eſſes atq; ipſa dei p̃ris ſapiẽ
tia. Sed & obedientiæ nobis formam
pręſtitiſti: dum parentum imperio tu
imperator mundi humiliter ſubditus
extitiſti. At uero ubi robuſtioris æta-
tis plenitudo aduenit miſſurus ma-
nus ad fortia: egreſſus es ĩ ſalutẽ popu
li tui ut gigas fortis ad currendam uiã
totius nr̃æ miſeriæ. Et primum quidẽ
ut per oĩa te fratribus aſſimilares: ſer-
uum tuum baptizantẽ peccatores in
pœnitentiam: tanquam peccator adij-
ſti, baptizare quoq; te poſtulaſti inno-
cens agne dei: quem nulla peccati ſtil-
la uel cõtagio unquam maculauit. Ba
ptizatus es, non te in aquis ſed aquas
in te ſanctificans, ut p̄ eas ſanctificares
nos. De baptiſmo ĩ deſertũ in ſpũ for-
titudinis egreſſus es, ut & uitæ ſolita-
riæ in te nõ deeſſet exemplum. Solitu-
dinem ac ieiunium quadraginta dierũ
famis acerbitatem, tentamenta illuſo-
ris ſpiritus æquanimiter toleraſti, ut
oĩa hęc nobis tolerabilia efficeres. De-
mũ ueniſti ad oues q̃ perierãt domus
Iſrael, diuini uerbi lampadem palã ex
tollẽs, ad illuminationẽ orbis terrę &
regnum dei annuncians cunctis obtẽ-
perantibus uerbo tuo, ſermonẽ ſequẽ-
tibus ſignis cõfirmaſti: uirtutẽ diuini-
tatis tuæ oſtendiſti in cunctis male ha
bentibus: oĩa oĩbus gratis exhibens q̃
ſaluti eorũ cõgruerent, ut oẽs lucrifa-
ceres. Sed obſcuratum eſt inſipiens cor
corum dñe, & proiecerunt ſermones Ro.1
tuos retrorſum, neque attenderunt ad
omnia mirabilia q̃ operatus es in eis:
exceptis perpaucis nobilibus athletis
quos inter infima & abiecta mũdi ele
giſti, ut per ipſos alta & fortia mirifi-
ce expugnares. Nec ſolum ingrati gra
tuitis tuis beneficijs extiterunt: ſed &
cõtumelijs affecerũt te dñm dominan
tiũ: & fecerũt in te quæcũq; uoluerũt.
Te. n. faciente in eis opera dei q̃ nemo
alius fecit qui dixerunt: Nõ eſt hic ho
mo à deo, in principe dęmoniorũ eij-
cit dęmonia: dęmonium habet, ſeducit
turbas, uorax eſt & potator uini, ami
cus publicanorum & peccatorum?

De cœna cum diſcipulis & Iuda traditore,
Cap. 6.

Quid fles: q̃d ſuſpiras ô hõ dei dum

ſuſtines uerborum iniurias? Non audis quanta propter te in dominum Ieſum ceciderunt opprobria? Si patrem familias Beelzebub uocauerũt: quãto magis domeſticos eius? Et hæc quidem & ſimilia blaſphemantes, & aliquoties lapidibus te impetentes, Ieſu bone, patienter ſuſtinuiſti, & factus es coràm eis quaſi homo non audiens, et
Pſal.31 non habens in ore ſuo redargutiones. Nouiſſime autem & iuſtum ſanguinẽ tuum, bone Ieſu, à diſcipulo tuo filio perditionis triginta argenteis appretiati ſunt, ut præcipitarent animam tuam in mortem ſine cauſa. Et te quidẽ perditiſſimi traditoris tui perfidia non latebat quando in cœna ablutionis etiã coràm ipſo genuflexo procumbẽs, maledictos pedes eius ueloces ad effundẽdum ſanguinẽ tuum, ſanctiſſimis manibus tuis attrectare, lauare et extergere dignatus es. Et extento collo adhuc ambulas ò terra & cinis: adhuc ſuperbia te ſupra te eleuat, adhuc impatientia te exagitat. Intuere humilitatis & mãſuetudinis ſpeculum dominum Ieſum Chriſtum uniuerſæ creaturæ factorem, tremẽdum iudicem uiuorum atq; mortuorum ante pedes hominis
Matt. traditoris ſui genua incuruantem: Diſce quia mitis eſt & humilis corde, & cõfundere in ſuperbia tua, erubeſce in impatientia tua. Hoc quoq; erat manſuetudinis tuæ, domine Ieſu, quòd per fidum illum in cœtu fratrũ palàm detegere & confundere noluiſti, ſed leniter admonitum accelerare iuſſiſti q̃d parabat. In omnibus his non eſt auerſus furor eius à te, ſed egreſſus foras ſatagebat circa frequens maleficiũ. Quo
Eſa.14 modo cecidiſti de cœlo lucifer qui mane oriebaris in delitijs paradiſi? Glorioſus apparuiſti: ciuium cœli ſocius & uerbi diuini conuiua. Quomodo ergo reputatus es inter filios tenebrarũ qui nutriebaris in croceis? quomodo amplexatus es ſtercora? Tunc clarificata eſt familia tua Chriſte in modum ſocietatis angelicæ, tunc demum diuiniſſimi eloquij uberrima inundatione felix cõuentus ille facer ex ore tuo potatus eſt. Siquidem corruptus ille uter foras miſſus fuerat, quem huius lympidiſſimi liquoris infuſione ſciebas indignum.

De diuerſione domini Ieſu ad locum traditionis, & triſtitia ibidem habita, Ca. 7

Dato autem charitatis & patientiæ ſalutari mandato, & diſpoſito fratrib9 regno patris tui ad locũ traditori tuo notum cum illis diuertiſti, ſciens omnia quæ uentura erant ſuper te. Ibi animæ tuæ triſtitiam quam ex imminente paſſione ſponte aſſumpſiſti; ſicut & cætera quæ paſſus es in auribus fratrũ proſiteri non erubuiſti dicens: Triſtis Matt. eſt anima mea uſq; ad mortem. Poſi 26 tis itaque genibus procidiſti in faciem tuam orãs in agonia & dicens: Abba pater, mi pater ſi poſſibile eſt tranſeat à me calix iſte. Et anguſtias quidẽ cordis tui certiſſime indicabat ſudor ille ſanguineus, qui orationis tempore de ſanctiſſima carne tua guttatim decurrebat in terrã. Dominator domine Ieſu Chriſte, unde animæ tuæ hæc tam uehemens triſtitia: unde tanta ſudoris anxietas & tã anxia ſupplicatio? Nonne uoluntarium omnino patri ſacrificium obtuliſti & nihil inuitus pertuliſti? Vtiq; domine. Arbitramur autem quod & hoc quoq; ad conſolationem infirmorum membrorum tuorum aſſumpſiſti, ne forte deſperet quis ſi caro infirma remurmuret: ubi ad paſſionem promptus eſt ſpiritus. Nimirum & ut maioris erga te amoris & gratitudinis ſtimulos haberemus naturalẽ carnis infirmitatem; huiuſmodi indicijs in te expreſſiſti, q̃bus doceremur, quia uere languores noſtros portaſti, & non abſq; ſenſu doloris, paſſionum ſentes percurriſti. Vox enim illa, uox carnis fuiſſe uidetur non ſpiritus, ex Matt. eo quod ſubiunxiſti: Spiritus quidem 29 d promptus eſt; caro aũt infirma, quam

prōptus enim fuerit ſpiritus tuus bo-
ne Ieſu ad paſſionem: euidenter oſten-
diſti: quando uenientibus unà cū pro-
ditore tuo uiris ſanguinum, & quęren
tibus animam tuam cum laternis, faci
bus & armis per noctem: ultro occur-
riſti, & ſigno dato quod acceperant à
duce flagitij: teipſum manifeſtaſti. Nā
accedentē ad oſculum ſanctiſſimi oris
tui: cruentam beſtiam auerſatus non
es, ſed os in quo dolus inuentus non
eſt: ori quod abundauit malitia dulci
ter applicuiſti.

De traditione Ieſu Cap. 8.

2 Co. 6 O innocens agne dei quid tibi & lu
po illi? Quæ conuentio Chriſti ad Be
lial? Sed & hoc benignitatis tuæ erat
domine: ut omnia illi exhiberes q̃ pra
ui cordis pertinaciam emollire potuiſ-
Mat. 26 ſent. Nam & ueteris amicitię illum cō
monuiſti dicens: Amice ad quid ueni-
Luc. 22 ſti? Et horrore ſceleris ſui cor impij ſe
rire uoluiſti cum dicebas: Iuda oſculo
filium hominis tradis? Et ecce Phili-
ſtijm ſuper te Sampſon. Non illos abs
te terruit quod in hora comprehenſio-
nis tuæ omnipotenti brachio terrę eos
alliſiſti, nō quidem defenſionis cauſa,
ſed ut cognoſceret humana præſum
ptio, nihil ſe poſſe aduerſū te niſi quan-
tum permitteretur à te: & quis audiat
ſine gemitu qualiter in illa hora homi-
cidas manus tibi iniecerunt: & innocē
tes manus tuas, bone Ieſu, uinculis cō
ſtringentes te agnum mãſuetiſſimum
nihil obloquentem ad inſtar latronis
contumelioſe traxerunt ad uictimam.
Sed nec tunc miſericordiam tuam ſu-
per inimicos tuos diſtillare fauus dul
cedinis tuæ Chriſte ceſſauit. Nā & mu
tilatam à diſcipulo tuo auriculam ini-
mici tangens ſanaſti, ac defenſoris tui
zelum à læſione trahentium te compe
ſcuiſti. Maledictus furor eorum, quia
pertinax: quem nec maieſtas miraculi:
nec pietas beneficij cōſtringere potuit.

De colaphis, ſputis & flagellis Cape. 9.

Concilio malignātium aduerſus te
pontificum præſentatus, & ueritatē es
prout docuiſti, confeſſus: quaſi de bla
ſphemia adiudicatus es morti. Aman
tiſſime domine Ieſu, quanta illic indi-
gna opprobria à propria gente pertuli
ſti? Vultum tuum honorabilem in quē
deſiderāt angeli proſpicere: qui omnes
cœlos adimplet lætitia: quem deprecā
tur omnes diuites plebis polluti labij
ſui ſputis inquinauerūt, ſacrilegis ma-
nibus ceciderunt, uelo operuerunt in
deriſionem, & te dominum uniuerſæ
creaturæ tanquam ſeruum contempti
bilem colaphizauerūt. Adhuc autem
& animam tuam incircūciſo cani de-
glutiendā tradiderunt. Vinctum ſiqui
dem ante faciem Pilati præſidis te per-
duxerunt, poſtulātes ſupplicio crucis
interimi te: qui peccatum non noue-
ras, & uirum homicidam donari ſibi:
agnum lupo, aurum luto poſtponen-
tes. O indignum & infelix cōcambiū.
Et quidem non ignorabat impius ille
per inuidiam hoc fieri in te: nec tamen
abſtinuit temerarias à te manus, ſed
repleuit amaritudine animam tuā ſine
cauſa. Illudendum Herodi te miſit: Il-
luſum recepit: nudum in cōſpectu irri
ſorum aſtare te iuſſit: nec pepercit ama
riſſimis uerberibus uirgineam carnem
tuam diuellere, plagas, plagis, liuores
liuoribus crudeliter infligens.

De illuſione Ieſu, Cap. 10.

O electe puer domini dei mei: quid
tanta amaritudine: quid tanta confu-
ſione dignum commiſeras? prorſus ni
hil. ego homo perditus totius contri-
tionis, totius confuſionis tuæ tibi cau
ſa extiti. Ego uuam acerbam comedi,
& dentes tui obſtupuerunt, quia quæ Pſa. 68
non rapuiſti tunc exoluebas. In omni
bus his nō eſt perfidorum Iudæorum
ſanata impietas. Nouiſſime autem in
manus incircunciſorū militum deuo-
lutus es morte turpiſſima conſumen-
dus. Parum erat ſacrilegis illis crucifi-
gere, te niſi prius & ipſi repleuiſſent il-

luſionibus animã tuam. Quid enim de illis, ait ſcriptura? Et congregauerunt ad eum uniuerſam cohortem in prętorium & exuentes eũ ueſtimentis ſuis: induunt eum tunica purpurea, & chlamydem coccineã circundederunt ei, & plectentes coronã de ſpinis impoſuerunt capiti eius, & arundinem in dexteram eius, & genuflexo illudebãt ei dicentes: Aue rex Iudæorum & dabãt ei alapas, & expuentes in eum accipiebant arundinem & percutiebant caput eius.

Matth. 26.

De crucifixione Ieſu: Cap. XI.

Et poſtquã illuſerunt ei: induerunt eum ueſtimentis ſuis, & duxerunt ut crucifigeretur baiulãtem ſibi crucem. Et perduxerunt illum in golgatha, & dabant ei uinum myrrhatum cum felle miſtum bibere, & cum guſtaſſet noluit bibere. Tunc crucifixerũt eum, & duos latrones cũ eo hinc & hinc, medium autem Ieſum. Ieſus aũt dicebat: Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. Poſtea sciẽs Ieſus quia omnia conſummata erant ut ſcriptura conſummaretur dixit, Sitio, et currẽs unus ex eis acceptam ſpõgiam impleuit aceto, & impoſuit arundini & dabat ei bibere. cum ergo accepiſſet acetũ dixit: Cõſummatum eſt. Et clamãs uoce magna dixit: Pater in manus tuas cõmendo ſpiritum meum, & inclinato capite emiſit ſpiritum. Tunc unus militũ lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua.

Luc. 23.
Ioan. 19.
Luc. 23.
Ioan. 19

Incentiuum amoris. Cap. XII.

Expergiſcere nũc anima mea, & excutere de puluere & cõtemplare attentius uirũ hũc memorabilẽ: quem, ecce in ſpeculo euãgelici ſermonis quaſi pręſentem intueris. Attende anima mea quis eſt iſte qui ingreditur habẽs imaginem quaſi regis, & nihilominus ſerui deſpectiſſimi confuſione repletus. Coronatus incedit, ſed ipſa eius corona cruciatus eſt illi, & mille puncturis ſpecioſum eius uerticẽ diuulnerat. Regali purpura induitur, ſed potius in ea deſpicitur quã honoratur. Sceptrũ in manu geſtat, ſed eo ipſo caput eius reuerendũ feritur. Adorant corã ipſo poſitis in terra genibus & regẽ cõclamãt, & cõtinuo ad cõſpuendũ amabiles genas eius ſubſiliũt, maxillas palmis cõcutiunt, & honorabile collũ exhonorant. Vide anima mea: quõ per omnia uir iſte coarctatur et ſpernitur. Sub crucis onere dorſum incuruare iubetur, et ſuam ipſius portare ignominiã. Ad locum deductus ſupplicij myrrha potatur & felle. In crucem ſubleuaẽ, & dicit: Pater dimitte illis, qa neſciunt quid faciũt. Qualis eſt hic qui in oĩbus preſſuris ſuis, nec ſemel os ſuum aperuit, ut aut q̃relæ, aut excuſationis, aut cõminationis, aut maledictionis uerbũ aduerſus maledictos canes illos proferret? Et nouiſſime uerbũ benedictionis quale a ſeculo non eſt auditũ ſuper inimicos ſuos effudit. Quid hoc uiro manſuetius? qd benignius anima mea uidiſti? Adhuc autẽ attentius illum intuere: quia & grãdi admiratione & tenerrima compaſſione dignus apparet. Vide nudum & uerberibus laceratũ, in medio latronum cruci ignominioſe ferreis clauis affixũ: aceto in cruce potatũ, et poſt mortẽ lancea in latere uulneratũ, & copioſos ſanguinis riuos ex quinq; uulneribus manuũ, pedum, & lateris effundentẽ. Fletũ deducite oculi mei, & liqueſce aĩa mea igne cõpaſſionis ſuper contritione amabilis uiri illius, quem in tanta mãſuetudine tantis uides afflictum doloribus.

De glorificatione in morte: Cap. XIII.

Etiã quidẽ infirma eius anima mea uidiſti & miſerta es, nunc & maieſtatem eius attende & amplius miraberis. Quid enim ait ſcriptura? A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper uniuerſam terram, uſque ad horã nonam, & obſcuratus eſt ſol: & uelum templi ſciſſum eſt a ſummo uſq; deorſum, & terra mota eſt, & petræ ſciſſæ Luc. 23.

ſunt: & monumēta aperta ſunt, et multa corpora ſanctorum qui dormierāt ſurrexerunt. Qualis eſt hic, quia cœlū & terra cōpatiuntur ei, cuius mors mortuos uiuificat? Cognoſce anima mea, cognoſce, hic eſt dñs Ieſus Chriſtus ſaluator tuus, unigenitus dei filius, uerus deus, uerus homo q ſolus ſub ſole
Eſa.53 ſine macula inuentus eſt. Et ecce quomodo cum ſceleratis reputatus eſt, & quaſi uir leproſus, & nouiſſimus uirorum æſtimatus eſt. Et tanquā abortiuum quod proijcitur à uulua: ſic proiectus eſt ab utero matris ſuę infelicis ſynagogæ. Iſte formoſus præ filijs hominū: quā deformis prę filijs hoīum factus eſt? Siquidē uulneratus eſt pp ini-
Ibidem quitates nr̃as, & attritus eſt pp ſcelera noſtra. Et factus eſt holocauſtū ſuauiſſimi odoris in conſpectu tuo pater æternæ gloriæ: ut auerteret indignationem tuam à nobis, & conſedere nos ſibi faceret in cœleſtibus.

Deprecatio ad patrem. Cap. 14.

Reſpice domine ſancte pater de ſanctuario tuo, & de excelſo cœlorum habitaculo, & intuere hanc ſacroſanctā hoſtiam quā tibi offert magnus pontifex noſter ſanctus puer tuus dñs Ieſus xp̃s pro peccatis fratrum ſuorum, & eſto placabilis ſuper multitudinē malitiæ noſtrę. Ecce uox ſanguinis fratris noſtri Ieſu clamat ad te de cruce. Quid.n. eſt dñe quod pendet in ea? Pendet inquā, quia p̃terita quaſi p̃ſentia corā te ſunt.
Ge.37 Cognoſce pater tunica filij tui uer. Ioſeph hęc eſt, fera peſſima deuorauit eū. & conculcauit in furore ſuo ueſtimentum eius & oēm decorē illius reliquijs cruoris inquinauit. Et ecce quinque ſciſſuras lamētabiles in eo dereliquit. Vide dñe palliū qđ in manus adulterę generationis, id eſt Aegyptiæ meretricis: pudicus ille adoleſcens reliquit, meliorē æſtimans iacturā ueſtimēti quàm innocentiæ ſanctæ, magiſq; eligens ſpoliatus à carnis pallio ĩ carcerē mortis deſcendere, quā pro mūdi gloria adulterinæ uoci acquieſcere. Illi inquam uoci qua dictū eſt: Hęc omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me: quod utique eſſet dormire cū adultera. Et nunc Mat.4
domine pater, ſcimus quia uiuit filius tuus, & ipſe dominatur in tota terra Aegypti, imo in omni loco dominationis tuæ. Eductus enim ad imperiū tuum de carcere mortis, & inferorum, & attonſus mortalitatis comam mutata ueſte carnis in immortalitatis decore refloruit, & cum gloria ſuſcepiſti eum. Subneruauit diri Pharaonis imperium, & cum triumpho nobili uirtute Gen.37
propria cœlos penetrauit. Et ecce gloria & honore coronatus: ĩ dextera maieſtatis tuæ aſſiſtit uultui tuo pro nobis. Frater enim & caro noſtra eſt.

Quòd filius pro nobis debitum ſoluit, Cap. 15.

Reſpice Domine in faciem Chriſti tui, qui tibi uſque ad mortem obediēs factus eſt, nec recedant ab oculis tuis cicatrices uulnerum eius in perpetuū, ut memineris quantam ſatiſfactionem pro peccatis noſtris ab eo ſuſceperis. Vtinam domine appendas in ſtatera peccata noſtra q̃bus iram meruimus, & calamitatem quam paſſus eſt pro nobis innocens filius tuus. Certe domine hæc grauior apparebit & magis digna, ut p ipſam offundas miſericordiam tuam ſuper nos, quàm ſint illa, ut pro peccatis noſtris contineas in ira miſericordias tuas. Gratias tibi domine pater, referat omnis lingua de ſuperabundantia pietatis tuæ, qui unico filio cordis tui non pepercisti: ſed pro nobis illum tradidiſti in mortē, ut tantum tamq; fidelem aduocatum haberemus in cœlis coràm te.

Quòd pro tanta paſſione diligendus ſit filius. Cap. 16.

Et tibi domine Ieſu fortiſſime zelotes, quid gratiarum, quid retributionis digne retribuam ego homo puluis & cinis & uile figmentū? Quid.n. pro mea ſalute facere debuiſti et nō feciſti?

Ab imo pedis uſq; ad ſummum uerticis totum in aquas paſſionum te demerſiſti, ut me totum de illis extraheres, & intrauerunt aquæ uſq; ad animam tuam. Nam & animam tuam in mortem perdidiſti, ut animam meam perditam mihi redderes. Et ecce duplici debito me obligaſti. Nam & pro eo quod dediſti, & pro eo quod mei cauſa perdidiſti, debitor tibi ſum. Et pro mea quidem uita bis à te mihi data, ſemel in creatione, ſemel in redemptione: quid magis iuſte tibi reddam ꝙ ipſam non habeo, pro tua autem pretioſa anima ita contribulata, quid ab homine digne rependi poſſit nō inuenio. Nam ſi cœlum & terram & omnē ornatum eorum pro ea repēdere poſſem, certe nec ſic uſq; ad menſuram debiti nullatenus attingerem. Vt autem idipſum, & quod debeo, & mihi poſſibile eſt tibi domine retribuam, tui muneris eſt. Diligendus mihi es toto corde, tota anima, tota mēte, tota uirtute, & tua mihi ſequēda ueſtigia, qui mori dignatus es pro me. Et quomodo fiet iſtud in me niſi ꝑ te? Adhæreat aīa mea poſt te, quia tota uirtus eius dependet ex te.

Humilis petitio ad filium, Cap. 17.

Et nunc domine Ieſu redeptor meus te ut uerum deum adoro, in te credo, in te ſpero, & quibus poſſum deſiderijs ad te ſuſpiro. Adiuua imperfectionem meam ad tuæ paſſionis glorioſa inſignia, in quibus ſalutem meam operatus es totum me inclino. Tuæ uictorioſæ crucis regale uexillum in nomine tuo Chriſte adoro, tuum ſpineum diadema, tuo rubētes ſanguine clauos, tuo ſancto lateri impreſſam immēſam lanceam, tua uulnera, tuum ſanguinē, tuam mortem, tuam ſepulturam, tuam uictorioſam reſurrectionem & glorificationē Chriſte ſupplex adoro & glorifico. Odor enim uitæ mihi ſpirat in omnibus his. Horum uiuifico odore ſpiritum meum domine à peccati morte reſuſcita. Horum uirtute ab aſtutijs ſatanæ me cuſtodi, meq; conforta, & ut iugum mādatorum tuorum ſuaue mihi fiat, & onus crucis quod poſt te baiulare me iubes, humeris animæ meæ leue ſit atque portabile. Quæ eſt enim fortitudo mea, ut iuxta præceptū tuū mundi preſſuras tam multiplices animo inuicto ſuſtineam? Nunquid pedes mei tanquam ceruorum, ut te uelocier currentem per ſpinas & confragra paſſionum conſequi ualeam? Sed audi quæſo uocem meam, & inclina ſuper me famulum tuum ſuauem illam crucem, quæ lignum uitæ eſt his qui apprehenderint eam, ut & ſpiritu curram alacriter. Portabo infatigabiliter eam quæ ab inimicis eſt crucem poſt te. Illam inquam diuiniſſimam crucē humeris meis impone, cuius latitudo eſt charitas ſuper omnem creaturam ſe extendens: cuius longitudo æternitas, cuius ſublimitas omnipotētia, cuius profunditas inſcrutabilis ſapientia eſt. Confige illi manus meas & pedes meos & totam formam paſſionis tuæ me famulum tuum indue. Da mihi obſecro continere ab operibus carnis quæ odiſti, & facere iuſtitiam quā dilexiſti, & in utroq; tuam quęrēs gloriam, & ſiniſtram quidem meam clauo temperantiæ, dexteram uero clauo iuſtitiæ in illa ſublimi cruce confixam arbitrabor. Da menti meæ iugiter meditari in lege tua, & omnem cogitatū meum iactare in te, & dexterum pedē meum eidem ligno uitæ prudentiæ clauo affige. Da ut miniſtrā ſpiritus mei ſenſualitatem, nec eneruet præſentis uitæ infelix felicitas, nec conturbet perennis uitæ præmia felix infelicitas, & ſiniſter quoq; pes meus fortitudinis clauo in cruce tenebitur. Vt autem & ſpinarum capitis tui aliqua in me ſimilitudo appareat, detur obſecro menti meæ & ſalubris pœnitentiæ compunctio, & alienæ miſeriæ compaſſio & ſtimulus zeli æmulantis quod rectū eſt coram te, & ad te cōuertas in ærumna

mea, dum triplex mihi configitur ſpina. Libet ut & ſpongiam per arundinem ori meo porrigas, & aceti amaritudinem guſtui meo adhibeas. Libet ut per ſcripturas tuas rationi meę conferas guſtare & uidere quomodo florens hic mundus tãquam ſpongia inanis eſt, & omnis concupiſcentia eius aceto amarior. Ita pater in me fiat, ut calix iſte Babylonis aureus inebrians omnem terram, nec inani me ſplendore ſeducat, nec falſa dulcedine inebriet, quemadmodum eos qui tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum dulce, dulce amarum arbitrantur. Vinum myrrhatum cum felle miſtum, ſuſpectum eſt mihi pro eo ꝙ tu ex eo bibere noluiſti, forte quia nimiam acerbitatem inuidiæ & nequitiæ crucifixorum tuorum indicabat. Tuæ quoq; uiuificæ morti famulum tuum cõfigura, faciens in me ut moriar quidem peccato ſecundum carnem, uiuam autem iuſtitiæ ſecundum ſpiritum. Vt autẽ integram crucifixi imaginem portare me glorier, illud quoque quod poſt mortẽ tuam inſatiabilis malitia Iudæorũ impiorum in te exercuit, hanc in me ſimilitudinem exprime. Vulneret cor meũ uiuus & efficax ſermo tuus, & penetrabilior omni lancea acutiſſima, et ꝑtingens uſq; ad interiora animæ meæ, producat ex ea tanquam à dextro latere meo uice ſanguinis & aquæ, amorẽ tuum domine & fratrum meorũ. Poſtremo & munda ſindone primæ ſtolæ ſpiritum meum inuolue, in qua requieſcam ingrediens ad te in locum tabernaculi admirabilis, et abſcõdas me donec pertranſeat furor tuus.

De reſurrectione. Cap. 18.

Die autem tertio poſt diem laboris: poſt diem ſimplicis gloriæ, mane prima ſabbati perpetui, inter filios tuos me indignũ reſuſcita, ut in carne mea uideam claritatem tuam, et adimpleat lætitia uultus tui. O ſaluator meus & deus meus, ueniat, ueniat oro tempus, ut quod nunc credo, reuelatis tandem oculis aſpiciam, quod nunc ſpero, & à longe ſaluto, apprehendã, quod nunc pro uiribus meis deſidero, ulnis animæ meæ amplectar ac deoſculer, & in amoris tui abyſſo totus abſorbear. O ſaluator meus & deus meus. Sed nũc interim benedic anima mea ſaluatorem tuum, & magnifica nomen eius quod eſt ſanctum, & ſanctiſſimis deliciĳs plenum.

Oratio ad patrem & filium & ſpiritum ſanctum, Cap. 19.

O quàm bonus & ſuauis es domine Ieſu animæ quærentite: Ieſu redemptor captiuorum, ſaluator perditorũ, ſpes exulum, laborantium fortitudo, anguſtiati ſpiritus latitudo, animæ lacrymoſæ, & poſt te in ſudore currentis, dulce ſolatium & ſuaue refrigerium, corona triumphantium, unica merces & lætitia omnium ſupernorum ciuiũ, uberrime fons omniũ gratiarũ, inclyta proles ſummi dei. Summe deus te benedicãt omnia quæ in cœlo ſunt ſurſum, & quæ in terra deorſum, quia magnus es tu, & magnum nomen tuum. O immarceſſibilis decor dei excelſi, & puriſſima claritas lucis æternæ, uita omnem uitam uiuificans, lux omne lumen illuminans, & conſeruans in ꝑpetuo ſplendore, mille millena millia luminum fulgẽtia ante thronum diuinitatis tuæ à primęuo diluculo. O ęternum & inceſſabile clarũ & dulce profluuium fontis abſcõditi ab oculis noſtris, qui ſolus ortum neſcit, fundo caret, circunſcriptionis terminum nõ habet, nihil perturbationis admittit. Eructauit te cor dei altiſſimi de ſuę profunditatis impenetrabili abyſſo, uita uitã, lux lucem, deus deum, æternus æternum, immẽſus immenſum, ac per omnia ſibi coæqualem, & de plenitudine tua omnes accepimus. Te enim largiſſime fons omni boni ſeptemplicis gratiæ precioſum lumen. Te inquã pĳſſime ſpiritus deprecor, ut ſiquã pro fra-

gilitate mea in ueritate maieſtatis tuæ minus intellexi, & in præceptis dominicis intellecta per laſciuiã carnis neglexi, tua me uiſitatione illuſtrare digneris: quibus ea decenter & mihi neceſſarie corrigam, meiqꝫ erroris per te miſericordiam conſequar, ut p̃ te quẽ in periculoſo huius uitæ pelago in auxiliũ aduocaui, ſine naufragio ad optatum perennis requiei litus perducar. Te itaque, pater clementiſſime, peto ut qui me primitus creaſti, per paſſionem unigeniti tui recreaſti, quicqd ad laudem tuam pertinet, me cogitare facias & amare. Sed qa fragilis ſum, nec poſſum perficere, ſedula tamen deuotione concedas me ſtudere, ut redemptionis ac ſaluationis tuæ gratiam conſequar. Et quicquid deinceps operis agam, ex tua & per tuam et in tua gratia ad laudem tuam totũ peruenire facias, meqꝫ deinceps tuere à peccatis, & in bonis operibus ualidiorem eſſe præcipias, et ut quãdiu in hoc corpuſculo uiuam, aliquid ſeruitij tibi ſemper exhibeam. Poſt exitum uero animæ meæ à corpore, ueniam omnium peccatorum conſequi, & uitam æternam me percipere concedas, Per eum qui tecum uiuit & regnat, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

BEATI ANSELMI *in homiliã euangelij ſecundam Luc. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum,*

PRAEFATIO

Lu. 10. Ntrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Quid ad glorioſam dei genitricem lectio iſta pertinear, ut in feſtiuitate eius legatur, plerique ſolent quærere. Vnde quid ego ſentirem in conuentu fratrũ, prout potui uulgariter iam plus expoſui. Et quia quod dixi auditorib⁹ placuit, dicta literis mandare, & ab eiſdẽ dominis abbatibus Gulielmo Viſcanenſi, Arnolpho Tuarnẽſi, iuſſus imo coactus ſum. Quod ideo dixi, ut expoſitiuncula iſta tanquã à præſumptuoſo edita non diſpliceat: quoniam non præſumptio, ſed obediẽtia edidit. Iam nunc ergo expoſitiunculam iſtam ſalua fide, ac ſine præiudicio melioris, ad laudem eiuſdem uirginis & matris leſu humiliter ſcribere aggrediar.

In illo tempore. Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum: & mulier quædam Martha nomine, excẽpit illum in domum ſuam &c. Luc. 10

In ſcriptura ſacra res una & eadem multoties inuenitur diuerſa ſignificare; ſicut leo, hœdus, ignis, aqua, uel ẽe ſol, & alia multa. Eſt enim leo de tribu Iuda, & eſt leo qui circuit quærens quem deuoret. Eſt hœdus emiſſarius, qui peccata noſtra portauit, eſt hœdus à ſiniſtris q damnatur. Eſt ignis quem dominus miſit in terram, et quẽ uult ut ardeat, eſt ignis qui ſuper impios cadit, ut non uideant ſolem. Eſt aqua cuius flumina fluunt de uentre credentis, eſt aqua cuius tẽpeſtas nos demergit. Eſt ſol iuſtitiæ, qui nos illuminare ſolet, eſt ſol qui nos urit p diẽ. Licet ergo caſtellum alias malum ſignificet, ut illud de quo dicitur: Ite in caſtellum, ubi & quod additur, quod contra uos eſt, planẽ manifeſtat quid ſignificet: tamẽ hoc caſtellum in quod intrauit Ieſus, ſingularem intemeratã uirginem eiuſdem Ieſu genitricem ſalua ſcripturarum regula, per ſimilitudinem accipimus. Caſtellum enim dicitur quælibet turris & murus in circuitu eius. Quæ duo ſeſe inuicem defendunt, ita ut hoſtes per murum ab arce, & à muro per arcem arceantur. Huiuſmodi caſtello non incongrue uirgo Maria aſſimilatur, quã uirginitas mẽtis & corporis, quaſi murus ita undique uallauit: ut nullus unquã libidini eſſet ad eam acceſſus, nec ſenſus eius aliqua corrumperetur illecebra. Et quia uirginitatem cum libido nõ poſſit

ſit ſolet impugnare ſuperbia, eſt in eadem uirgine turris humilitatis, quæ à muro uirginitatis omnem repellit ſuperbiam. Et quia humilitatem, cum ſuperbia non poſſit, ſolet ĩpugnare libido, murus uirginitatis à turre humilitatis omnẽ repellit libidinẽ. Itaq; hæc duo, murus uidelicet uirginitatis, & turris humilitatis ab alterutro muniũtur, & nunquam in humili uirgine fuerit, nec ſuperba uirginitas, nec inquinata humilitas: ſed ſemp in eadem permanſerit, & humilis uirginitas, & uirginalis humilitas. Quãuis autem quod dicitur ita uerũ ſit, ut nihil uerius fides Chriſtiana credere poſſit, ponamus tñ aliqua de euãgelio uirginitatis eius, & humilitatis teſtimonia. Quippe cum ab angelo filius ei pmitteretur, reſpondit: Quomodo fiet iſtud, quoniã uirum non cognoſco? Si cuilibet uirgini deſpõſatę in aĩo ſuo diſponenti nubere diceretur, filium habebis, non miraretur neque interrogaret quomodo iſtud fieret, utpote quæ ſe deſponſatam, & in proximo nupturã ſciret, & à uiro grauidari uſu naturæ ſperaret: hæc autem non immerito mirata eſt, & quomodo fieret qđ promittebatur ſciſcitata, quoniã quanuis deſponſatam tamen ſe nunquã nupturam, neque uirum cogituram certiſſime ſciebat. Hæc de uirginitate. De humilitate uero dicendũ eſt, quod cum ab angelo ſalutaretur, & mater dei eligeretur, quomodo fieret ſalua uirginitate, cui tm̃ timebat, doceretur: & bene dicta ſuper oẽs mulieres prædicaretur, reſpõdit: Ecce ancilla domini. Et ĩ alio loco: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. O ſublimis uirgo mater dei. O mater humilis ancilla dei. Quid ſublimius eſſe poſſet, qđ humilius de ſe ſentire poſſet? Sunt qui caſtellũ hoc Magdalum fuiſſe arbitrantur, à quo Maria Magdalena cognominatur. Qđ ſi uerum eſt, prædictæ interpretationi famulatur. Magdalum enim turris dicitur, & humilitati cõparatur. Hic uero non

Luc. 1.

Ibidem.

nominatur, ſed tantũ quoddã dicitur, quod indiſcuſſum præterire non debemus. Quoddam, id eſt, ſingulare caſtellum fuit uirgo Maria. Quanuis enim & multæ aliæ murum uirginitatis habeant, & turrim humilitatis, id eſt, & uirgines ſint & humiles: tamen ſalua uirginitate, matres eſſe non poſſunt, neque filios generare, quod iſta ſola fecit. Et ideo caſtellum hoc merito quoddã, id eſt, ſingulare dicitur: quia iſta ſingulariter & mater fuit & uirgo, quod nulla alia eſſe potuit uel poterit: uerũ concedamus aliquã & matrem eſſe & uirginem, quãuis ſit impoſſibile. Etiam ſic uirgo Maria ſingularis erit, qa unicũ dei filium genuit, q ſicut eſt unicus unico patri: ita eſt unicus unicæ matri. Et ideo etiã ſi uirgo pariat, nulla uel eundẽ uel talem generabit alium. Eſt ergo caſtellũ quoddã in quod intrauit Ieſus, porta uero per quam intrauit eſt fides. Quia.n. credidit, pfecta ſunt à domino et quæ ab angelo dicta ſunt, ſicut ait ad eam Eliſabeth: nec quia Ieſus intrauit caſtellum hoc uiolatũ eſt. Ieſus.n. ſaluat non uiolat, cõfracta ſolidat: nõ confringit ſolida. Secundum nomen eius, ita & opus eius. Et mulier quædã Martha nomine, excepit eum in domum ſuã, & huic erat ſoror nomine Maria: duæ iſtæ ſorores ſicut patres ſancti pleniſſime nobis expoſuerunt, duas in ſancta eccleſia uitas deſignant, Martha ſcilicet actiuã, Maria contemplatiuã. Iſta laborat ad exhibenda indigenti omnia humanitatis officia, illa uacat & uidet quoniam deus eſt. Iſta circa exteriora occupatur, illa interiora contẽplatur. Sicut enim mater dei eſt ſingularis, ita & iſtarum uitarum effectus, quarum iſtæ ſorores typum tenent, in ea extitit ſingularis. Nunquam in aliqua perſona, immo in omnibus ſic, Martha operata eſt, nunquam alias, ſic Maria contemplationi uacauit. Nunquam illa uel hæc alias quod ſuum eſt ſic exhibuit. Cum Martham uel Mariam

dico, eorum ſignificata intelligo. Sed iam uideamus actionem huius Marthæ, deinde conſiciamus contemplationem huius Mariæ. Et ut planius id faciamus, quid alij per Martham operātur, & qd eſt iſta operata, cōferamus. Alij hoſpitem quemlibet in domo ſua ſuſcipiunt, iſta non quemlibet, ſed proprium dei filium, qui non habet ubi caput reclinet, non in domo, ſed in utero ſuſcipit. Alij nudum quemlibet ueſte mutabili atque corruptibili undelibet cōpoſita operiunt, illa uerbum dei in eadem uirginea carne in unitate perſonæ aſſumpſit, quæ ſine fine incommutabilis atq; incorruptibilis permanet. Alij quemlibet eſurientem & ſitientem cibo uel potu exteriori reficiunt, iſta deum & hominem humanitatis indigentem, non ſolum exterioribus cibis uel potibus pauit, uerumetiam interio-
Matth. 15. ri ſuo lacte aluit. Et ut breuiter illa ſex miæ opera percurramus, quæ cum uni ex minimis ſuis facta fuerint, deus ſibi facta confitetur. iſta non quemlibet ex minimis, ſed ſummū dei filium hoſpitem ſuſcepit, nudum carne, uel etiā pannis operuit, eſurientem pauit, ſitiētem lacte potauit, infimum per infantiam & iacentem non ſolum uiſitauit, ſed etiam balneando, fouendo, leniendo, geſtādo frequentauit, ut merito de
Luc. 10. ea dicatur, Martha ſatagebat circa frequens miniſterium. Comprehenſo &
Ioan. 19. crucifixo, quaſi ī carcere poſito affuit, ſicut ſcriptum eſt: Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius. Inter hæc autem turbabatur, & ſolicita erat cum fugeret in
Matth. 2. Ægyptum à facie Herodis, qui ſuum talem filium adeo perſequebatur, ut multos ſuſpectæ ætatis pueros occideret. Turbabatur cum Iudæos inſidiantes, & mortem ei inferre molientes co-
Luc. 2. gnoſceret. Ad ultimum turbata eſt ualde, & iuxta Simeonis uocem, ſuam ipſius animam pertranſiit gladius, cum uideret ſuum talem filium comprehendi, ligari, flagellari, conſpui, ſpinis coronari, derideri, colaphizari, crucifigi, mori, ſepeliri. Vnde ei congruit quod Luc. 10.
dicitur: Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. Nemo uero dubitat quod beata Maria filium ſuum uellet liberari de omni tribulatione, & ſeipſam in perturbatione adiuuari à diuinitate, quā eidem filio ſuo ineſſe ſciebat per theoriam quæ eſt pars Mariæ. Hoc eſt quod Martha conqueritur, q; eam ſoror reliquerit ſolam miniſtrare, & eius auxilium in miniſterio flagitat. Hæc de parte Marthæ. Porrò de parte Mariæ quæ optima prædicatur, quāta uel qualis in beata Maria fuerit, quis digne loquaī? Si talis eſt, ut diximus, immo quia melior eſt quàm diximus in beata Maria, pars Marthæ quæ tamen à domino non laudatur: ſed tamē non uituperatur qualis eſt pars quam optimam Maria elegit, quæ ſic laudatur ut ab ea non auferri dicatur? O q̃ magna multitudo dulcedinis dei fuit in beata uirgine, quando ſpiritus ſanctus ſuper eam uenit, & uirtus altiſſimi obumbrauit ei, & de eodem ſpiritu ſancto concepit. Quid de deo nō ſapiebat, in qua ſapientia dei latebat, & in cuius utero corpus ſibi aptabat? Chriſtus eſt, ut ait Apoſtolus, dei uirtus, & 1. Co. 1
dei ſapientia, & in eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi, Colo. 2.
Chriſtus autem in Maria. Ergo dei uirtus, & dei ſapientia, & omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ in Maria. Hæc nō tantum ad pedes, ſed etiā ad caput domini ſedens, audiebat uerbum ex ore eius. Hæc cōſeruabat omnia uerba angelorum, paſtorum, magorum, nec nō ipſius filij ſui, conferens in corde ſuo. Nemo unquam ſicut iſta guſtauit quā ſuauis eſt dominus. Inebriabatur ab Pſalm. 35
ubertate domus dei, & torrente uoluptatis ſuæ potabatur. Nec mirum, quoniam apud eam: immo intra eam erat fons uitæ, de quo manabat tanta perfectio utriuſque uitæ. Circa plurima, ut Martha occupabatur, circa unum,

ut Maria delectabatur: quia unum eſt
neceſſarium, plurima auferuntur, unũ
manet. Singulariter igitur partẽ Mar-
thæ peregit, ſingulariter optimam par-
tem Mariæ elegit: ſed pars Marthæ ei
aufertur. Iam enim non erit ſolicita, ut
miniſtret ei ſicut puero, cui omnes or-
dines angelorum miniſtrant ſicut do-
mino. Iam non turbabitur fugiens in
Ægyptum cũ eo à facie Herodis, quia
ipſa aſcendit in cœlum, & Herodes de
ſcendit ad infernum à facie eius. Iam
non turbabitur erga plurima quæ fece
runt filio ſuo Iudæi, quia omnia ſubie-
cta ſunt ei. Iam filius Mariæ à Iudæis
uel militibus non flagellabitur nec oc-
cidetur, quia Chriſtus ex mortuis re-
ſurgens iam non moritur, mors illi ul-
tra non dominabitur. Pars ergo Mar-
thæ ei aufertur, ſed bono ſuo: pars ue-
Rom. 6. ro Mariæ ei perficitur, quæ non auferé
tur ab ea. Exaltata eſt enim ſuper cho-
ros angelorum, repletum eſt in bonis
deſiderium ſuum, uidet deum facie ad
faciem ſicuti eſt, gaudet cũ filio in æter-
num. Hæc eſt pars optima quæ non
auferetur ab ea: cuius & nos partici-
pes ſimus, & meritis & precibus eius.
Per Ieſum Chriſtum filium eius, qui
uiuit & regnat cum deo patre in unita
te ſpiritus ſancti, per omnia ſecula ſecu
lorum. Amen.

BEATI ANSELMI

*Liber de excellentia glorioſiſſi-
mæ uirginis Mariæ.*

Quòd Maria excellit oẽs creaturas. Cap. I.

SVpereminentem omni
quod poſt hominem
deum creatum eſt, ex-
cellentiam beatæ ma-
tris dei quomodocun
que & ſaltem lippien-
ti oculo cordis contemplari anhelans,
& contemplando quod mihi inde ca-
pere conceditur, ad communem noti-
tiam proferre deſiderans, horreo pecca
torum quibus premor enormitatem,
& ualde timeo ne mihi tam alta peten-
ti, mox obiiciatur hoc ſacræ ſcripturæ
dictũ. Tollatur impius ne uideat glo- Eſa. 26.
riam dei. Verum cũ recogito ſanctum
filium eius ob hoc ut peccatis homi-
num mederetur factũ eſſe filium eius,
non nihil ſpei concipio, quod uel pa-
rum concipiendi de ſublimitate tantæ
matris, dei ſcilicet genitricis, omnium-
que tam angelorum quàm hominum
regina, ſciens uidelicet illã magis pro-
pter peccatores quàm propter iuſtos
eſſe factam dei matrem. Dicit enim ip- Matth. 9.
ſe bonus filius eius, ſe non ueniſſe uo-
care iuſtos, ſed peccatores. Apoſtolus
quoque teſtatur, quòd Chriſtus in hunc 1. Ti. 1.
uenerit mundum peccatores ſaluos fa
cere, quorum ſe fatetur primum eſſe.
Si igitur ipſa propter peccatores, ſcili-
cet propter me meique ſimiles facta eſt
dei mater, quomodo immanitas pec-
catorum meorum cogere poterit de-
ſperare ueniam eorum, cum tam inef-
fabile bonum ſit factum ex ea ob cura
tionem eorũ? At ipſa curatio ad quos
efficacius progredietur, aut in quibus
miſericordius operabitur, quàm in illis à
quibus tantum bonum amatur, am-
plectitur & ueneratur? Excitemus ergo
mentem noſtram ô fratres, & enita-
mur quantum poſſumus, ut in celſitu-
dinem tantæ uirginis attendamus, &
quæ nobis miſeratio filii eius reuelare
dignata fuerit, pro laude eius prolata
ruminemus. Erit enim fortaſſis hoc ip-
ſum optare nobis cauſa non paruæ ſa-
lutis, & ſauciatis ex uitiorum pun-
ctionibus animis medicina ſalubris.
Quomodo namque fieri poteſt, ut ex
memoria laudis eius, ſalus non proue-
niat peccatorum: cuius uterus factus
eſt uia ad ſanandũ peccatores uenien-
ti ſaluatori? Quid dixi uia, cum idem
uterus thalamus dei aula dei in qua
habitaret ſit factus? uere etenim habita
uit in eo: quoniam ſeipſum ipſe in eo,
& ex eo quod prius non erat, fecit. O
habitaculũ mirabile. O habitare inef-

ſabile, quem cœli cœlorum quem omnes rerum creatarum machinæ capere nequeunt: uirginalis uterus beatę Mariæ cepit, quando eundem ipſum de ſe uerum & perfectum deum & hominem in una perſona concepit & generauit: uia tamē ipſe uterus extitit: quia per illum deus homo factus, in mundum uiſibilis uenit.

De origine uirginis Mariæ. *Cap. II.*

Quamuis igitur hoc ſolum de ſancta uirgine prædicari, quæ dei mater eſt: excedat omnem altitudinem quæ poſt deum dici uel cogitari poteſt, & altiſſimum quid habeat: etiam hoc ad contemplandum & ruminandū mens humana quæ ad dominum anhelat: tamen quoniam modo uenit in cor ut de ea aliquid dicam: primo, pauū de eius origine, ac deinceps, ſiquid tenuitas ſenſus mei de ipſa quod dignitati illius exiſtimem nō aduerſari, capere poterit, in medium proferre libet. Adſis igitur domina & nō mea quæ execror: ſed tua quæ precor merita in illis digneris attendere, quæ uereor. Tu quidem noſti mentem meam in hoc eſſe quòd me omnino indignum iudico de te loqui, aut aliquid ſcribere. Sed quoniam inſitæ tibi pietatis oculo ſuper multos mei ſimiles ſcio te reſpexiſſe, aliquo licet dignitati tuæ non digno meæ deuotionis obſequio: uelim agere erga te, quatenus ipſo conſuetæ miſericordiæ tuæ oculo, quandoque digneris me reſpicere. Tacitis itaque illis ab initio omnis creaturæ, uſque ad ſanctum ſui aduentum, ſunt de hac uirgine prophetata, ſicut tam ꝑ eos qui ante legem, quàm & per eos qui ſub lege iuſti fuerunt. Illud conijcio apud me, natiuitatem eius, quam quidem ex linea generationis humanæ non neſcio deſcendiſſe: magna quædam atque miranda diuinorum ſignorum indicia ꝓcurriſſe. Quæ tamen illa fuerint, ſolus ipſe ſine ſcrupulo nouit: qui eam antequā naſceretur, in matrem elegit: quod in ea re ut æſtimo, & non incongrue actum credi poteſt: quatenus eo maior ueneratio fidelium circa eius ortum exiſteret. Quo enim alio modo ſublimitatem tantæ rei altiori ſecreto celari quiſque perpenderet? Nec enim ecclesia dei inconcuſſæ authoritatis ducit ipſam ſcripturam: quę ortum illius ab angelo prænunciatum refert. Nam licet beatus Hieronymus iuxta alterius cuiuſdam ſcripturæ materiam, quam in adoleſcentia ſua legiſſe: & cuius authorem ſe fatetur ignorare, eam refecerit, dicit tamen non eo pacto ſe ſcripſiſſe quod ſcripſit, ut aliquam deſcriptæ rei certitudinem eccleſiis uellet inferre, ſed hoc ſolo ut rogātibus amicis ſimilem morem gereret. Vnde quē admodum dixi, ſcriptum illud in authoritatem eccleſia ſuſcipere noluit, uidelicet indecens eſſe reputans de beata matre dei, quid dubitabile in laudem eius recitari, cum ea quæ incunctanter de illa uera exiſtunt, tanta laudis materia ſint referta, ut quicunque in laudando eam morari deſiderat, neceſſe ſit ut facultas eius, magnitudini rei & ueritati ſuccumbat. Sicut enim ſola præ cunctis meriti ſingularis enituit, ita quicquid eam attinet ſpeciali quadam ueritatis firmitate dignum eſt eniтere.

De annunciatione angelica. *Cap. III.*

Nata igitur & infantiles annos exuta, quàm caſte, quàm ſancte, quàm deo digne uitam inſtituerit & inſtitutam egerit, quis uel cogitatu non dicam, dictu queat conіecturare? Nulli denique dubium, caſtiſſimum corpus, & ſanctiſſimam animam eius funditus ab omni fuiſſe macula peccati, iugi angelorū cuſtodia protecta, utpote aulam quam ſuus & omnium creator deus corporaliter inhabitaturus, & ex qua hominem in ſuæ perſonæ unitate ineffabili fuerat operatione ſuſcepturus. Et quid mirū? Nam inter omnes uſus obtinuit, ſi tamen cœleſtibus ad terrena

na poteſt eſſe comparatio ulla, ut cum
præpotens aliquis & perſona diues, ali
quo uadit hoſpitaturus, ut & clientes
præcurrant, ut locum muniant, mun-
dent, ornent & cuſtodiant: quo uenien
ti domino ſuo aptus ad habitãdum &
cõgruus fiat. Quòd ſi talis apparatus
fit pro aduentu terreni hominis & mo
mentaneę poteſtatis, qualis apparatus
omnis boni putamus, fiebat pro aduẽ-
tu cœleſtis regis & æterni in corde ſa-
cratiſſimę Virginis, quæ illum non ſo-
lum erat in ſemet tranſitiue hoſpitatu-
ra, ſed etiam ex ſubſtantia ſua factum
hominem paritura? Siquidem ubi ue-
nit plenitudo tẽporis quod ſuo aduen
tu ipſe deus ante tempora prædeſtina-
uit, miſit deus angelum Gabrielẽ, unũ
de primis principibus ſuis, ſcilicet re-
gni ſui, nuntiare tibi ò beatiſſima fœ-
minarum inſtare ſalutem humani ge-
neris, & ſe eandem ſalutem operarurũ,
& ex te caſtiſſima per ſpiritus ſancti
operationem, uerum deum & hominẽ
naſciturum. O domina audis quæ fe-
rũturad rem omni ſeculo inauditam,
paues & miraris, nulla tamen incredu
litate moueris: uerum indubitanter te-
nes apud te omnimodo impoſſibile fo
re non fieri, quod angelus dixit futurũ
eſſe. Credidit ergo & certiſſime intelle-
xit deum tam bonum, tam pium, tam
omnis miſericordiæ uiſceribus plenũ,
ut ad terras de cœleſti ſede deſcẽderet,
& homo factus per indebitã ſibi mor-
tem genus humanũ à perpetua uellet
morte qua tenebatur, eripere. Reſpon-
Luc. 1. dens ergo nuntio ait: Ecce ancilla do-
mini, fiat mihi ſecũdum uerbum tuũ.
O fides deo accepta. O humilitas gra-
ta. O obedientia omni ſacrificio iocun-
dius deo oblata. Quid ergo quod ue-
nientis dei oculos offenderet in illa po
terat reſidere, in qua tantarum uirtutũ
inſignia ueniens inuenit redolere. Cer-
Gen. 15. te ſola fide Abrahã fertur deo placuiſ-
ſe: & hoc quia deo credidit, ad iuſtitiã
Eſa. 66. illi reputatũ fuiſſe. Super humiles au-
tem & quietos, ac uerba ſua tremẽtes,
ſpiritum ſuum requieſcere, & obedien
tiã ſe pro ſacrificijs malle aſſerit deus.
Cum igitur in his quæ tantopere deo
placent, ſancta uirgo Maria tam excel
lenter illi placuit, ut nequaquam cre-
deret quis illam aliqua ratione excellẽ
tius placere potuiſſe. Nimirum tene-
mus fide. Ab omni ſiquid adhuc in illa
originalis ſiue actualis peccati ſupar,
ita mundatum cor illius, ut nec ſuper
eam ſpiritus domini ſcilicet ſuper hu-
milem & quietam & trementem uer-
ba ſua totus requieſceret, ipſam uolũ-
tati dñicæ caſtiſſimo ac ſimplici corde
obedientem, & omni holocauſto ſua-
uius acceptaret, uirtuteq́ altiſſimi obũ
bratam: filium dei ex illa incorporaret.
Hic ſe ſuberigat intentio mentis huma
næ et pro poſſe paucis intendat: quan-
ti penderit omnipotẽs deus merita hu-
ius beatiſſimæ uirginis. Intendat in-
quam, & contempletur, uideat & ad-
miretur, unum filium ſibi conſubſtan-
tialem, coæternum omnipotentem ex
ſua natura ſine initio deus pater ge-
nuit, & per eum omnes creaturas, uiſi
biles & inuiſibiles ex nihilo fecit. Hũc
igitur ſibi tam unicum quàm dilectiſſi
mum: & in omnibus omnino æqualẽ,
non paſſus eſt remanere ſolummodo
ſuum, ſed eundem ipſum uoluit in rei
ueritate eſſe beatę Marię unicum & di
lectiſſimum & naturalem filium: nec
ita ut duo eſſent, unus uidelicet filius
dei: alius filius ſanctæ Mariæ uirginis,
ſed unus idem ipſe qui filius dei ĩ una
perſona eſſet filius ſanctę Mariæ uirgi
nis, & qui filius ſanctę Marię, unus &
idem ipſe eſſet in una perſona filius dei.
Quis hæc audiens non obſtupeſcet &
quod deus tale quid uelle potuerit, nõ
ultra omne quod dici poteſt admirabi
le ducat? Puella de propagine Adã na-
ta, de peccatrice progenie orta, ſubito
uerſa uice, maledictionis Euę: bñdicta
prædicatur ſup omnes mulieres, & cõ-
cipit & parturit, & parit hominem

deum, omnes præuaricationes propulſaturum, eóſque qui ſibi obtemperarent, in cœleſti regno ſuo ſibi cohæredes conſtituturum.

De amore Virginis ad filium. Cap. IIII.

Quàm mirabilis natura & ineffabilis affectus amoris conſiderari queat, inter hanc talem tantæ matris filium, & hanc talem tanti filij matrem, perpēdant hi ſaltem quoquo modo, qui uni co dilectionis feruore ſeſe altrinſecus amant, mater ſcilicet filium, & filius matrem. Perpendat inquam, aliqua bona mater quo affectu teneatur circa unicum & bonum filium ſuum, & bonus filius ſimili modo perpendat, qua pietate moueatur erga bonam & dilectiſſimam ac dulciſſimam ſuam matrem, & aliquatenus tentet, ſiquo modo in ſe conie&ctare ualeant amorem huius bonæ matris erga uere bonum & unicum filium ſuum, & iſtius boni filij erga uere bonam & dulciſſimam matrem ſuam. Equidem omnes homines ex coniunctione duarum perſonarum, hoc eſt, maris & fœminæ procreātur, & amorem ſuum utrique perſonę, id eſt, patri & matri naturaliter debent qui ſic generant, ipſumq; nihilominus amorem ſuum parentes ambo qui eos genuerunt. Eum autem amorem, quem pater & mater ſinguli debent filio ſuo, debet hæc feliciſſima matrum ſola filio ſuo, amorem etiā quem debet quilibet filius ſimul ſuo patri & matri, ille filius ueræ uirginis ſuæ debet ſoli matri. Nam ſicut alij filij naſcuntur ex patre & matre: ita filius eius natus eſt ex ea ſola matre. Excedit itaque omnes amores parentum in filios, aut filiorū in parentes, amor iſtius matris in filiū ſuū, & iſtius filij in matrem ſuā. Et hęc ita ſe habent iuxta rationem filiationis quę facta probatur extra legem humanæ procreationis. Alio quoque modo ij placet amorem huius filij & huius matris perſcrutemur, & quantum inde nobis conceſſum eſt poſſumus, ſpeculemur. Certe quæ generat, eſt temporaliter nata, qui generatur deus eſt per quem omnia tempora ſunt, & ipſamet uirgo creata. Oſtendit ergo ipſe prius amorem quem habebat erga matrem uirginem & amorem, quo nullū putemus eſſe poſſe maiorem, matrem ſuam fecit illam, & uirginitatem illi non ademit. Equidem hæc duo ipſa iocundius amabat, ſcilicet uirginitatem & fœcunditatem. Virginitatem, quia hanc placere deo per omnia intelligebat, fœcunditatem, quia ſine hac, maledictum legis quæ adhuc carnaliter cuſtodiebatur, incurrere metuebat. Vicit tamen amor in ea ſeruandæ uirginitatis, & excluſit ab ea timorem incurrendę maledictionis. Virgo itaque & tenera & delicata, regali ſtirpe progenita & ſpecioſiſſima totam intētionem ſuam, totum amorem ſuum, totum ſtudium ſuum ad hoc intendit, ut corpus & animam ſuam deo uirginitate ꝑpetua cōſecraret. Sciebat enim quòd quāto ſanctius eam ſeruaret, tanto ſublimius ei qui omnium caſtiſſimus: immo qui ipſa caſtitas eſt appropinquaret. Amplectendo igitur quod acceptabilius domino eſſe cognouit, legē ſuperauit, ſpreuitq; maledictum datæ legis, & credidit reputās ſecū illum cui placere quęrebat, tātæ bonitatis & tantæ ſapiētiæ, ut ante ſe, uel de ſe tutū concilium, ne quid peccati in iſtis ſubiret, inueniret, nec decepta eſt. Quis.n. ſperauit in domino, & derelictus eſt ab eo? Denique ubi tam ſanctam intentionem eius, tam caſtum propoſitum eius, tā firmā fidē, conſtantem ſpem & indeficientem uidit charitatē eius, miſericordię ſuę intuitu egit circa illā, ut nec ſanctitas intentionis eius fruſtraretur, nec caſtitas propoſiti eius uiolaretur, ne aut ſanitas fidei infirmata, à ſpei conſtātia titubaret, aut charitatis in ea plenitudo deficeret. Dedit ergo illi, ut & uirgo quod magis optabat permaneret, & ut nemo illam à maledicto legis liberrimā

dubitaret, fœcunda fieret. Et unde fœ-
cunda? de illo ſine quo omnis fœcun-
ditas in ſterilitatem cõuertitur, & igni
conſumenda ſucciditur. Et reuera di-
gnum fuit, ut eo in uirgine ſuperueniē-
te illa fœcundaretur, quæ paritura erat
deum, per quem totus mundus ſalua-
retur. Quid ergo hic dicemus? Eſt'ne
putatis, ulla mens hominis, quæ mo-
dũ huius dilectionis quã deus ad hãc
uirginem habuit, queat penetrare: qñ
& illi quod carius amabat, ſic integre
ſeruabat, ut eam tam digne & caſte fœ
cundatã, ſuĳpſius matrẽ fecit? Poteſt'
ne quæſo, ullus hominum, aut angelo
rum iſtius amoris immenſitatem pene
trare, uel dignitati honoris illius quic-
quã cogitatu percipere comparabile?
Erigite obſecro fratres mei, erigite aciẽ
mentis ueſtræ ad cõtemplandum tam
miram diuinæ operationis dignatio-
nem & tam ineffabilem & ſtupendam
omni ſeculo huius mulieris gratiam
& exaltationem. Et tu ò beatiſſima fœ-
minarum in quam fluxit tam copioſa
& ſupereminens gratia omnium gra-
tiarum, quid enim animi quæſo gere-
bas ad eum qui tibi hæc magna fecit?
Vnde ſicut ipſa dixiſti, iam ab omni ge
neratione beata dici meruiſti. Vere ma
gnificauit anima tua dominum, & ſpi
ritus tuus exultauit in deo ſalutari ip-
ſius. Salutare mirabile, quod nõ ſolum
domina te inæſtimabili ſalute ſublima
uit, ſed & totũ mundum peccatorum
uulneribus putridum, ex te prodiens
mirabili diſpẽſatione ſanauit. Verum
dum illum qui ſibi hæc miranda fecit
paruulum inter manus ſuas uerſari, &
ad uerba ſua pendere, & ad parui & te
neri corporis læſiones paruulorꝫ mo-
re uagire conſpiceret, quo precor affe-
ctu pĳſſimus eius aĩus mouebaẽ, quo'
ue ſtudio ad occurrendum cũctis quæ
incõmoda illi fore timebat, parabatur
caſtiſſimum corpus eius. Deus fili hu-
ius feliciſſimæ matris, qui es uirtus &
uera ſapientia ſummi patris, oramus
te, quatenus ipſa miſericordia qua fa-
ctus es homo pro nobis, inſinuare di-
gneris cordibus noſtris, quo animo,
qua cogitatione ferebatur hæc dulciſſi
ma tua mater, cũ te inquam, talem ac
tantillum in brachĳs ſuis exultans &
læta teneret, cum tibi infantulo dulci-
bus oſculis & frequentibus cõgaude-
ret, cum te lachrymantem ſuper genua
ſua, quibus poterat modulis conſola-
retur, cũ deniqꝫ alĳs & alĳs ſtudĳs ad
quæ ipſam materna pietas informabat
tibi pro qualitatum uiciſſitudinibus
ſedula blandiretur? Doce inquam nos,
uel paululum mente percipere affectũ
ipſum quo replebatur cor illius, ut ſi
eum peccatorum noſtrorum ſqualori-
bus obruti, quantus fuerit plene non
meremur contingere, ſaltem pauca me
reamur in noſtris ærumnis aliquate-
nus reſpirare: nec puteẽ ab aliquo con-
temnendum, uel parum quid ſentire
quemlibet in ſe de affectu illius matris
in filium ſuum. Nullo ſiquidem mo-
do crediderim, quòd is qui ad eum in-
telligendum prouehi meruerit, ab amo
ris eius dulcedine extraneus uſqꝫqua-
que exiſtere poſſit. Qui autem in dile-
ctionis ſuauitatẽ trãſit, nullo pacto diſ
fidendũ quin & in retributionis eius
participiũ tranſiturus ſit. Quã uero re-
tributionem ſui amoris ſit adepta: tota
Chriſtianitas nouit quę illam ſup om-
nes cœlos exaltatã & angelicis choris
prælatam certiſſime credit. Eia fratres
quãtũ poſſumus enitamur aliquo mo
do affectum illius tam bonæ matris
agnoſcere, & in nobis ſaltem rei magni
tudini ſuccumbẽdo deguſtare, quo ip-
ſius meritis adiuuari & dilectiõis eius
ſalutaris recreari: & aliqua futuræ con
ſolationis mereamur remuneratione
ſublimari. Quicunque igitur aliquem
ſyncero & dulci dilectionis affectu dili
git, omnia commoda & iocunda ei ſuc-
cedere cupit, illius incommodis ſi quæ
acciderint mœſtus ingemit, uoluat &
reuoluat hunc ſuum affectũ apud ſe &

cogitet quid ſibi eſſet, ſi adhuc quem fingere multiplicatus in ſe ſedē maior exiſteret. Quæ cum fecerit & hunc ſuū amorem quantuncunq; intellectu ſuo magnificatum amori illius pijſſimæ matris dominæ noſtræ in deum filium ſuum aliquatenus comparari poſſe putauerit, neſcio utrum audiendus in hac ſua æſtimatione. Nec mirum, ipſe enim ſpiritus dei, ipſe amor omnipotentis patris & filij, ipſe per quem & in quo amatur omne quod bene amatur. Ipſe inquam, corporaliter, ut bene dicā, uenit in eam, ſingulariq; gratia præ omnibus quæ creata ſunt, ſiue in cœlo ſiue in terra requieuit in ea, & reginam ac imperatricem cœli & terræ, & omnium quæ in eis ſunt fecit eam, & alicui bono ad tempus debriato in animum cadet ſe quicquam amoris habere quod illi amori queat comparabile ęſtimari quem hęc beatiſſima matrum ad ipſum habebat, à quo ſe tam ineffabili dignitate ſublimatā intelligebat. Superat ergo omnes omnium rerum creatarum amores & dulcedines magnitudo amoris iſtius uirginis in filiū ſuum, & dulcedinis immenſitas qua exultabat & liquefiebat anima eius in eundem dominum deum ſuum. Itaq; cui ſaltem ita cōceſſum fuerit ſæpe dulci ſtudio poſſe cogitare de illa, magnū promerendæ ſalutis indicium eſſe conieсto. Sed quid dicam? ſi tantus fuerit amor eius, & uere maior erga hunc dilectiſſimum filium ſuum, quo quæſo uel quali gaudio replebatur tota ſubſtantia eius, quando eum quem tantopere diligebat, quem creatorem ac dominatorem omnium rerū eſſe ſciebat, ſecum egentem, ſecum edentem, ſe quęcunque noſſe uolebat dulci affatu docentem haberet quid caperet?

De compaſſione beatæ Mariæ pro filio crucifixo.

Cap. V.

Cum ergo tanta dilectione, tanta exultatione beata dei genitrix ex præſentia illius & conuerſatione foret iocundata perpendat qui poteſt quibus doloribus, quibus gemitibus, quibus ſuſpirijs cruciabatur: quando eum à ſe crudelium manibus auelli, quando ad cōdemnandum eum tradi, quando ad ſubeundum mortē iudicio iudicis iniqui tribunali conſpiceret ſiſti. Forte tamen inter hæc ei poterat eſſe, ut more loquar humano, aliqua ſpei conſolatio de euaſione illius, dum ſententiam mortis eius pendere conſpiceret, audiretq; ſubaltercationes præſidis ipſum liberare quærentis. Corripiam ergo eum & dimittam, & Iudæorum peſſimæ plebis ne liberaretur regnum Cæſaris contra præſidentem appellantis. Verum dum prolata certa ſententia mortis illius omnis eam ſpes euadendi deſereret, eumq; crucem in qua ſuſpendi debebat, humeris uſque ad locum ſuæ paſſionis ſubuehere conſpiceret gemebunda. Eſt'ne precor aliquis qui queat percipere qualitatem pectoris eius? Adiectus eſt his doloribus eius dolor alius: Petrus, & alij diſcipuli eius de nihili in apoſtolatum electi, & iam in tantæ celſitudinem uirtutis, ut iam dæmonibus imperarent erecti: necnon ſecretorum illius conſcij & familiares in cunctis effecti, inſtante hora traditionis eius fugam ineunt, & eum pro quo ſe mortem paulo ante ſubituros promiſerant obliti tantorum bonorum ſponſionis'que fuę ſolum ipſa conſiderante relinquunt. Vnde ipſum ad paſſionem omnibus amicis deſtitutum tendentem, hac uoce ſequebatur gemens. Vadis propitiator ad immolandū pro omnibus, non tibi occurrit Petrus qui dixit: pro te moriar. Reliquit te Thomas qui ait: Eamus & moriamur cum eo omnes, & nullus ex his niſi tu ſolus duceris qui me caſtam conſeruaſti filius meus & deus meus. Verum hæc uerba ex magnæ pietatis fonte producta, ita paucis ad hæc cōmemoraſſe ſufficiat, ut ea oculus pietatis attendens, dum tantæ ma-

tris gemebundus affectibus compa-
titur pĳ amoris illius fructu remune-
rari aliqn̄ mereatur. Sed cum ad ipſam
eius paſſionē uentū fuiſſet, & ipſe cru-
ci affixus hinc ipſam matrē ſuam, hinc
diſcipulū quē diligebat propè aſtātes
intuitus eſſet ne matrē penitus orbatā
relinqueret ei pręſentem diſcipulū ſuo
loco in filiū ſurrogauit: Mulier, inquit,
ecce filius tuus. O cōmutatio, pro ęter
no & incōmutabili deo, purū & corru
ptibilē hominem: pro naturali & uni-
co filio ſeruū accepit in filiū. O domi-
na quæ precor in te ſibi ſuccedebāt cū
tam inæſtimabilem cōmutationem ab
ipſo quem ſuper oīa diligebas tibi fie-
ri audiebas? Vere pertrāſiuit animam
tuā gladius doloris qui tibi amarior
fuit oībus doloribus, cuiuſuis paſſio-
nis corpore: quicquid enim crudeli-
tatis inflictū eſt corporibus martyrū
leue fuit aut potius nihil cōparatione
tuę paſſionis, quæ nimirum ſua immē
ſitate transfixit cuncta penetralia tua,
tuiq́ benigniſſimi cordis ītima. Et uti-
que pia dn̄a non crediderim te potuiſ-
ſe ullo pacto, ſtimulos tāti cruciatus,
quin uitā amitteres ſuſtinere, niſi ipſe
ſpiritus uitæ, ſpiritus cōſolationis, ſpi
ritus ſcilicet dulciſſimi tui filĳ, ꝓ quo
moriente conquerebaris, tātopere tor
quebaris, te confortaret, te conſolare-
tur, te intus doceret non eſſe mortem
eum abſumētem, ſed magis triumphū
omnia ei ſubĳcientē, quod in ipſo fieri
coràm moribūdo uidebas. Mortuus
eſt tamen, & ab oculis tuis te ſpectan-
te ſepulchro recluſus. Cætera ſilentio
premo, penitus ignorans, ubi uel unde
aliquid dicendum aſſumam, ex quo lu
ctus tui modum ò pudiciſſima uirgo,
alicui proponere queam. Siquidem cū
illum quem te uirginem cōcepiſſe, uir
ginem peperiſſe, & poſt partum uirgi-
nem noueras permanſiſſe: necnon per
quem te intelligebas ab omni genera-
tione beatā dici meruiſſe, uidebas ini-
quorum ſæuitia tam crudeli nece pe-
remptum, tam ſubito tuis aſpectibus
abſtractum & ſepulchri antro reclu-
ſum, quid ego? neſcio quid haberem,
ubi uel unde acciperem, quod in conſi
derationem tui ſtatus animi quem ge-
rebas eo tempore cuilibet panderem:
ſed acerbitas doloris & mœroris in re
ſurrectiōe eiuſdem filĳ tui domini dei
noſtri in lætitiam eſt conuerſa. Et in-
quam qualémue lætitiam?

De gaudio reſurrectionis. Cap. 6.

Intēdamus fratres mei: Supra dum
gaudĳ eius exultationem qua repleba
tur in conuerſatione, ſecum adhuc in
carne mortali degentis iſtius filĳ ſui
conſiderare niteremur, in ipſo noſtri
animi niſu defecimus, & eam ultra om
nem humanum intellectum magnam
& mirandam eſſe aduertimus. Si ergo
tam magna fuit, tunc cum ipſum be-
ne ſciret paulo poſt moriturum, quæ
uel quanta putatis, fuit: tunc, cum ip-
ſum iam calcatis mortis legibus reſur
rexiſſe, non ſolum in æternum uictu-
rum, ſed & cœli & terrę, omniſque crea
turæ perenni iure dominaturum? No-
lo hanc immenſitatem gaudĳ eius pe-
netrare quis laboret: quoniam quæ ip-
ſis angelis dei eſt admiranda & impe-
netrabilis, non facile crediderim, quòd
cuius homini mortali poſſit eſſe pene
trabilis. At ſi aliquis quærit, quare euā
geliſtæ non referant ipſum pĳſſimum
dominum à morte reſurgentem, huic
ſuæ dulciſſimæ dilectiſſimæq́ matri
ut eius dolores mitigaret, primo ac
præcipue apparuiſſe: Dicimus quòd
à quodam ſapiente de hoc ipſo ſciſci-
tantes audiuimus ſic, tanta eſt ſci-
ſcitata authoritas narrationis euange-
licæ, ut nihil in ea dependens, nihil ina-
ne, nihil ſuperfluum reperiatur: ita ꝙ
ſi mr̄i domini, ſi dominæ mūdi ipſius
filius ab inferno reſurgens ſcriberetur,
ſicut alĳ cuilibet apparuiſſe, eamq́ de
ſua reſurrectione docuiſſe, quis non ta
le ſcriptum ſuperfluū duceret, reginā
uidelicet cœli & terrę, oīſque creaturę

coæquare illis quibus apparuit uiro aut mulieri? Spiritus eius in illa plene & perfecte quieſcebat, qui ſibi & eſſe illius & facta eius omnia luce clarius reuelabat, & euangeliſtæ ſcriberent tunc uel tunc illi talem ſemet exhibuiſſe. His itaque paucis alicuius forſitan inquiſitioni, prout accepimus reſponſis, adhuc aliquid gaudij huius beatiſſimæ Virginis matris ſpeculando præ oculis conſtituamus, nõ ea ſpe, ut modum illius nos in hac mortalitate uiuentes, perfecte intellecturos fore opinemur: ſed ut inde aliquantulum deguſtando qua poſſumus illud deuotione ueneremur. Sic enim inſpectum & deguſtatum magnum in eius amorem anhelantibus ſolet generare profectum. Eia ſi gaudium pro filio ſuo ſe cum in carne degente, ſi gaudium habuit eodem ſuo filio calcata morte ab inferis reſurgente, non minori gaudio exultauit ipſo ſuo filio in ea carne quã de ſe aſſumptam nouerat, coram oculis ſuis cœlos penetrare, quis hoc dixerit: immo quis hoc gaudium eius omnibus quæ illud præceſſerunt gaudijs non crediderit eminere? Bonæ matres ſolent magnifice in hoc mundo exhilarari, cũ uident filios ſuos terrenis honoribus ſublimari, et iſta mater procul dubio bona non ineffabili gaudio lęta tetur: quando filium ſuum unigenitum omnes cœlos dominandi iure penetrare, ac in dei patris ompotentis uidit conſeſſum aſcendendo pertingere? Immo quid huic gaudio unquam fuit ſimile? Quid in medium prolatum ſaltem per illud aliquo modo poſſit mens humana in iſtud aciem ſuam dirigere? Sed & hæc gaudiorum ſuorum magnitudo nonnihil incrementi accepit, cum adueniente ſuper diſcipulos ſpiritu ſancto, mox ad prædicationem illorum, fidem filij ſui tanta hominum multitudo ſuſcepit. Nec mirum inde alicui uideatur, quo'd dico gaudium eius incrementum in credentium conuerſione ſumpſiſſe. Ibi enim excepto gaudio quod de ſalute generis humani in iſtorum cõuerſione concipiebat, filium ſuum non gratis fuiſſe mortuũ, cum tam efficaciter operari uidebat fidem amoris eius in eis qui amatores eius extiterant. Gaudium itaq; ei erat in cœlo, & gaudium in terra, gaudium inſuper in omni creatura. Gaudium in cœlo quia fructus uentris eius bene dictus iã erat uictor mortis & orbis, in cœlo regnabat, & cũcta cœleſtis curiæ agmina inæſtimabili magnificentia lætificabat. Gaudium in terra: quoniam eorum pro quorum ſalute matrem dei ſe factam ſciebat, abiecto iugo diaboli à quo captiui tenebantur, liberam in ipſam ſalutem currere conſpiciebat. In omni quoq; creatura gaudium habuit, eo quo'd illum à priſtina oppreſſione erui & ad illum ad quem facta fuerat ſtatum redire uidit. Poſtquam enim homo deum contempſit, & eius mandatis tumidus contraire non timuit in nulla creatura quã deus ad ſubſidium eius inſtituit, iuſto iudicio aliquid iuris amplius habere debuit. Cum igitur & in cõtumacia ſua contra deum omnium rerum dominũ perſtitit & tamen uſum rerum in ſubſidium ſuum retorquere non deſtitit, domino deo iniuſtitiam & dei creaturæ uiolẽtiam intulit & oppreſſionem. At nunc cum iam reconciliatus homo per mortem filij huius beatiſſimæ matris redit in gratiam dei, famulandi ſ. ei pro quo ſe inſtitutam eſſe cognouit. hæc ſacratiſſima domina uidiſti: intellexiſti, hæc per te tali modo impleta eſſe: magnifice es gauiſa. Iſta fratres dicimus dulce habentes, & uos dulce habere cupientes, ſæpe uoluere, in memoria amorem & gaudium huius dominæ, quibus iugi exundantia in deum & deo iocundabatur tota illius ſubſtantia. Nihil enim utilius poſt deum memoria matris eius, nihil ſalubrius meditatione pij amoris quo feruebat

In memoria & contemplatione filij ſui nihil iocundius ſapore pertractati gaudij eius, quo multipliciter paſcebatur in eodem et per eundem filium ſuum. Sæpe quippe uidimus & audiuimus plurimos hominum in ſuis periculis recordari horũ, & omnis periculi malum illico euaſiſſe. Velociorq́ eſt nonnunquam ſalus memorato nomine eius, quàm inuocato nomine domini Ieſu unici filij ſui. Et id quidem non ideo fit quòd ipſa maior & potentior eo ſit, nec enim ipſe magnus & potens eſt per eam ſed illa per ipſum. Quare ergo propitior ſalus in recordatione eius quàm filij ſui ſæpe percipitur? Dicam quid ſentio. Filius eius dominus eſt & iudex omnium diſcernens merita ſingulorum, dum igitur ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus, non ſtatim exaudit, profecto id iuſte facit. Inuocato autẽ nomine matris, etſi merita inuocantis non merẽtur, ut exaudiatur, merita tamen matris intercedunt ut exaudiatur. Hoc denique uſus humanus quotidie probat, cum quis propoſito dominico nomine efficaciter ab alio aliquid impetrat, quod ſimpliciter ſua prece nequaquam impetrare poteſt. Itaque ſi tam utilis aliquando in ſubueniendo memoria nominis matris dei exiſtit, non mirum ſi magnę ſalutis afferat fructum frequens meditatio amoris eius, ſi plenam iocunditatẽ dabit dulci ſtudio cogitata & recogitata immenſitas gaudij eius.

De gaudio beatæ Mariæ in filij aſcenſione.

Cap. 7.

Quapropter adhuc in ſpeculatione gaudij eius uerba uertamus, & mentes noſtras ipſius dulcedine aliquantiſper enutriamus. Perpendamus itaque cum tanti gaudij magnitudo impleuerit intima pijſſimæ dominæ huius, ex his quæ iam paulum intuendo prout potuimus prælibauimus: utrũ ei ſup illa adhuc adijcere aliquid gaudij potuerit, id quod reuelante ſpiritu ſancto, remota omni ambiguitate, ſciebat ſe decurſo labentis uitæ ſpatio in beatitudinem regni cœleſtis aſcenſurã, & filium ſuum omnipotenti deo patri in ſua deitate coæqualem, ſicut eſt in indeficienti contemplatione uiſurã, ſeq́ poſt eum omni creaturæ cœleſtiũ, terreſtrium & infernorum, perenni iure dominaturam. Ad immenſitatem gaudij huius quis conſiderabit, q non in ipſa cõſideratione penitus ab ea opprimatur? Et ſi cauſa gaudij tanta eſt, gaudium ipſum quale & quãtum eſt? Sed ô bone Ieſu, iſtius tuę dulciſſimæ matris fili: quomodo potuiſti pati ut te in regnum tuæ gloriæ remeante, illã quaſi orbatam in miſerijs mũdi relinqueres, & non eam ſtatim tecum regnaturam aſſumeres? Fortaſſis domine, ne tuę cœleſti curiæ ueniret in dubium, cui potius occurreret tibi, uidelicet domino ſuo, cum poſt regnum tuum in aſſumpta carne petenti, an ipſi dominæ ſuæ ipſum regnum iam ſuũ materno iure effectum aſcendenti. Nã ut in partes ſuo occurſu diuideretur, quatenus pars tibi & pars illi in primo aduentu obſequeretur, non deceret æſtimo, pręſertim cum tota ſit tua, totáque ꝑ te eadem cœleſtis curia ſua. Prudentiori ergo & digniori conſilio uſus, pręcedere illam uolebas, quatenus ei locum immortalitatis in regno tuo pręparares, ac ſic comitatus tota curia tua feſtiuius ei occurreres, eamq́ ſublimius ſicut decebat tuam matrem ad teipſum exaltares. Equidem nõ eſt ab re credere ipſum his de cauſis matrem ſuam præceſſiſſe, cũ ipſe idẽ unigenitus huius beatiſſimę uirginis promiſerit ſuis diſcipulis, ſe ſi abiret eis locum in cœleſti ſede pręparaturum. Si ergo locus ab eo pręparabatur ad gloriam & honorem diſcipulorum, quomodo non præpararetur ad honorẽ & gloriam matris ſuæ, dominę ſcilicet et reginę angelorũ? Erat pręterea, ut hic quidem uidetur, utilis & neceſſaria fi-

luce perluſtras. Eadem quoque dies aſcenſus tui eorum, qui ciues eius ab initio creaturæ eſſe meruerũt, ſolito feſtiuiori exultationis gaudio induit, q͂a per glorioſum fœcundæ uirginitatis tuæ fructum ſemirutam uident ciuitatem ſuam reintegrari. Vere in tuo aduentu per quam tantum bonum meruerunt, gaudij ſui magnitudo iure debuit augmentari. Terram etiam dies exaltationis tuæ ô beatiſſima fœminarum, mira gratia irrigauit, quia dũ te quam de ſe & in ſe aliorum hominum lege progenitam cognouit, uſque ad creatoris omnium thronum exaltatã cognoſcit, ac antiquam maledictionis pœnam, quam in peccato primorum ſuorum filiorum ſeſe merito excepiſſe ſciebat, iam per tantæ benedictionis tuæ abundantiam ſeſe euadere indubitanter credebat. Quid amplius dicere poſſum domina? Immenſitatem quippe gratiæ & gloriæ & felicitatis tuæ conſiderare cupienti, ſenſus deficit, lingua fatiſcit. Quemadmodum enim omnia quæ in cœlo ſunt per glorificationem tuam inæſtimabiliter decorantur: ita per eandem glorificationem, cũcta quæ in terra ſubſiſtunt, ineffabiliter ſublimantur. Singula nempe in immenſæ dignitatis decus profecerunt, cum per tuam beatam & integerrimã uirginitatem dominum deum ſuum, quem non cognouerant agnoſcere, & agnitum colere & amare meruerunt. Quia igitur ſuper omnes cœlos in dextera domini dei ſui filij tui benedicti exaltari digne cognouerunt, eo etiam didicerunt ſe eidem deo ſuo totum debere quod ſunt: quando ea quæ inter illa & de illis una tantam dignitatis eminentiam meruiſti. Nihil igitur aut idolis homines, aut ullę alię rerum ſpecies intellexerunt idolorum cultoribus ſe debere, ubi & ſingularem authorem ſui ex tuo caſtiſſimo utero ad reſtitutionem primæ creationis ſuæ progenitum ſuſceperunt, & te per quã amiſſam dignitatem ſuam recuperauere, omni creaturæ tam ſublimiter præponi accipere.

Quantum profuit beata uirgo Maria creaturæ humanæ. Cap. 9.

Quas itaque laudes, quaſue gratiarum actiones, non ſolum humana natura, ſed omnis creatura huic ſanctiſſimæ uirgini debet? Pura enim ſanctitas & ſanctiſſima puritas p̃iiſſimi pectoris eius, omnem omnis creaturæ puritatem ſiue ſanctitatem tranſcedens incomparabili ſublimitate hoc promeruit, ut reparatrix perditi orbis digniſſime fieret. Vnde quid laudis pro tam ineffabili bono ipſe per eam reparatus mundus, ei iure debeat, æſtimare nullatenus ſufficit. Ne tamen aliquis eorum nimis inſolens, autumet nos magis more indiſcrete laudantium, iſta dicere quàm rem ſicut eſt conſiderare. Ne igitur uideatur cuiquam quid conſiderationi fidelium quocũque modo commemorando uelle præfigere, plenius ea quæ humanę naturæ per eam bona prouenere, commemorare iuuat, aut ſi qualiter omnes aliarum rerum formæ per ipſam ſunt reparatę ſiue reformatę: nihilominus prout poterimus in medium proferre delectat. Quod ea quidem re facere placet, ut præ oculis aliquatenus deformatis ſingularibus beneficijs eius nemo relinquatur, cuius conſideratio immenſitate promeritę laudis illius non obruatur. Nota igitur omni ſeculo loquar, & de quo ad quid prouecti ſumus huius dominę meritis pro poſſe edicam. Itaque natura mea ad ſimilitudinem dei in principio creata fuit, quatenus, indeſinenter ipſo deo frueretur, & eius gloria ſine omni corruptione, & mutabilitate aliquando potiretur. Hoc tam grande bonum natura ſtatim in primis hominibus perdidit, & in huius mundi miſerias infelix & præceps ruit, dehinc in ęternas miſerias decurſo uitę labentis articulo mul

to infelicius ruitura. Tranſierunt multa ſecula, & damnationis iſtius immanitas ſuper omnes filios hominū ſemper eſt in deterius roborata. Nec enim dei ſummi ſapientia ſumma, ullam in maſſa creationis humanæ uiam inuenit, per quam ut diſpoſuerat in mundum ueniens tam luctuoſæ perditioni ſubueniret, donec ad iſtam de qua loquimur uirginem uentum eſſet. Sed hæc mox ubi in mundum per humanæ generationis lineam uenit, tāta omnis boni uirtute & conſtantia perfecte reſplenduit, ut eam ipſa ſapientia dei uere dignā iudicaret, per quam in homine ueniens, non modo reatum primorum hominum: ſed & totius mundi peccata deleret, & diabolum ſui operis inimicum cum ſuis eliderect: nec nō damna cœleſtis patriæ illuc hominem deducendo reintegraret. Quis igitur iſta perpendens æſtimare queat, qua laude digna ſit quæ tantorum beneficiorum ſola præ cunctis effici meruit mediatrix? Liberati ergo à lege mortis qua detinebamur, reſurgimus in gloriam quam in primo parente perdidimus: immo in ampliorem quàm uel ipſe in ſe, uel nos in ipſo amiſimus. Qui etenim adhuc etiam in carne mortali per fidem ad amiſſam gratiam ſeu patriam tendimus, in filiationem dei per benedictum filium benedictæ matris Mariæ tranſimus, eundem'que filium eius nobis fratrem ipſo authore arceſſimus. A morte enim reſurgens nos fratres ſuos appellauit, & quòd ad patrem ſuum & patrem noſtrum, deum ſuum & deum noſtrum: foret aſcenſurus, familiari affectu nobis intimari præcepit. Quòd igitur tantum patrem & tantum fratrem ſortiti ſumus, utique beatæ Mariæ aſcribere debemus: cuius integerrima & benedicta fœcunditate, in tātam dignitatem ſurreximus, quam quidem dignitatem noſtra natura nequaquam adepta fuiſſet, ſi illius beatæ Mariæ fœcunda uirginitas deum de ſua ſubſtantia nō genuiſſet. Cum igitur tam inæſtimabili dignitatis honore, etiam in huius mundi ſqualoribus degens per piæ matris dei Mariæ merita humana natura ſit exaltata, qualis quali gloria decorabitur, cum hunc ipſum fratrem ſuū, eius omnipotenti patri coæqualem in ſua maieſtate regnantem aſpexerit, eiuſq; regni cohæres exiſtens, perpetua & incommutabili glorificatione uultū ipſius præſens conſtituerit? Aduertat in quam aduertat, quæ gloria uel quod gaudium, uel quę iubilatio erit omnibus illis qui in regnum beatitudinis aſſumpti: deum dominumq; rerū omnium in ſuæ carnis ſubſtantia ſibi ſimilem uiderint: & cuncta quæ ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſeu in inferno ſubſiſtunt ad nutum illius pendere, eumq; fraterno affectu immo ultra omnem fraterni amoris affectum, ſeipſos amare, uelle poterunt ſine mora, ſine contradictione, ſine defectu ſibi æternaliter miniſtare. Super hoc cū ipſam dominam, per quam tanta bona eis prouenere, præ oculis habuerit iuxta deū, quem de ſuo utero uirgo filium peperit reſidentem, & iure materno cœlo terręq; cum eodem ſuo filio præſidentem, conſideremus qua exultatione exultabunt pro tanta gloria eius, quo honore ſubleuabuntur in tanta potentia eius. Omnis itaque creatura defert eis honorem, non ſolum quia uidebūt naturæ ipſorum conſortem eſſe ſuum creatorem: ſed etiam quia dominam ſummam & unicam dominatricem, cœli & terræ Mariā ex his conſpicient eſſe factam reginam angelorum. His igitur ita conſideratis, tu quicunq; ex humana ſtirpe progenitus es: quomodo potes & quantum potes erige aciē mentis tuæ in eam, & quas potes laudes perſolue, conſiderans quas grates, quas laudes, quę obſequia ei perpetuo debeas, per cuius beatam & integerrimam fœcunditatem de tanto malo ad

tantúm bonum, ut breui oſtendimus compendio,ſis prouectus,gnatus attẽde. Nulla te ab horum conſideratione ſeculi delectatio moueat, nulla cuiuſuis amoris deſidia à debita laudũ exhibitione retardet.

Quantum profuit omni creaturæ, etiam præter humanam. Cap. 10.

Verum quoniam aliquantiſper animaduertimus,quid boni per excellentiam beatæ matris dei Mariæ merita adepti ſumus,paucis etiam ut propoſuimus, pro poſſe quid aliarũ ſpecies rerum, per eadem eiuſdem merita ſint adeptæ,aduertamus. Scio quidem ſuperius me quędam dixiſſe & commemoraſſe, ſed ad tantę dominę eminentiam commendandã pỹs auribus non uidetur fore ſuperfluum eandem præſentare ſententiam.Omnem itaq; creaturam tam cœleſtem quàm terreſtrem ad ſui creatoris laudem & gloriam inſtitutam:nemo ſanæ mentis ambigit, nemo ſapiens ſilet: Quapropter ſi aliquid eius laudi,aut gloriæ ſiue honori derogat in quoquam, bene intuẽtibus liquet quòd idemipſum cętera ſuę ſub integritatem et ſeruãtia, quodam exinde confuſionis uerbere ſauciat.Nec.n. ad domini ſui fidelitatem integre ſeſe tenerent,ſi uerecundiam domini ſui & authoris ęquanimiter & inconcuſſa tranquillitate ſuſtinerẽt. Homo igitur qui à deo inter cæteras creaturas ſublimis naturę creatus eſt, dum deum per ſuæ inobedientię reatum inhonorauit, omnia quæ ſui iuris prius erant, amiſit, omniaq; quæ ſui ſtatus integritatẽ ſeruauerunt,quadam confuſione, ipſa reatus ſui immanitate quantum in ipſo fuit,uulnerauit:adiecta eſt eis ſuper hac confuſione & alia confuſio: quia huic quem à ſuo conditore per malę uitę merita exorbitare uidebant, per ſuæ conditionis legem miniſterỹ ſui obſequium nullo tempore abnegare ualebant. Ingerebatur igitur operibus dei contumelioſa quædam oppreſſio, & fiebat de eis grauis & iniurioſa abuſio. Ius ſiquidem nullum in his quæ dei ſunt iuſte debet habere, qui uoluntati eius non ueretur prauis actibus contraire: In eo itaque quod lumine cœli & ſyderum motu in ſuis uſibus homo reus potiebatur, idem cœlum & ſydera ipſa magni honoris detrimẽta patiebantur. Nempe illi ſeruiebant, propter quem ſe nequaquam iſtituta ſciebant. Ad obſequium quippe ſiue ſeruitium iuſti hominis, non iniuſti q tunc erat, condita fuerunt. Hoc ipſum de aere, de terra, & quæ profert, de mari et omnibus aquis, ac de his quę continent licet dicere et ſentire. Omnes igitur rerum formę, informi quadam & contumelioſa obfuſcatione tegebãtur, eo ꝙ ipſi qui deum ſuum inceſſanter offenderant, miniſtrare ac ſubdi ſine intermiſſione cogebantur. Durauit autem hęc in rerum ſubſtantỹs iniuria quouſque uenit in carnem, illa de qua loquimur beata uirgo Maria. At ubi uenit ipſa,in ſéque filium dei incorporauit, & priſtinam dignitatem in deo qui naſcebatur humana natura recuperauit,nihil ultra confuſionis,aut iniuriarum alicui rerum ſpeciei reſedit: immo libertatem patrię creationis ſuę confeſtim recipere meruit. Nam ipſa cui lege ſuę conditionis ius libertatis maximum erat obſequendi, uidelicet illi quem ad dei imaginem conditum nouerat,cum ipſum in creatoris ſui ſimilitudinem quam peccando in ſe corruperat,per bona opera redire conſpexit,non mirum ſi deinceps obſequendo dominatui eius,contumelioſe iugũ ſeruitutis excuſſit.

De eodem alio modo. Cap. 11.

Alio autem modo ſi placet conſideremus qualiter omnis creatura ad utilitatem hominis ſit creata, & quemadmodum eadem utilitas ob peccatum primi hominis quodammodo euanuerit,quó ue pacto per beatam dei matrẽ uirginem Mariam primã ſuę utilitatis

recuperauerit dignitatẽ. Certe homo qui mentis ſubſiſtens rationi, carnis fragilitate deprimitur, ad hoc cõditus fuerat, ut contemplationis oculo formę iugiter intenderet creatoris: ſed qa ipſe conditor eius incircunſcriptus ſpiritus eſt, & nemo unquam carnis corruptibilitate preſſus ullatenus in magnitudinis eius notitiam, uel admirandæ dignitatis illius ſpecolationem, ſicut eſt pertingere poteſt, propoſita illi aliarum rerum exiſtẽtia eſt, quatenus earum conſideratione, ſublimitas eius quæ per ſe nequit uideri, ab ipſo intellecta conſpiceretur. Verum ubi poſt primorum hominum peccatumgenerationis humanę propago in deſideria cordis ſui prolapſa eſt & per uitia ſorduit, non ſolum creatoris contemplatio, ſed & rerum creatarum mirifice diſpoſitionis ſalutifera meditatio ab ea procul euanuit. Vides ergo quali modo in lapſu hominis ruit dignitas rerum. In conſideratione enim illarum homo reſurgere debuit in agnitionem dei: & ſic quaſi quidam ei gradus fieri debuerunt pertingendi ad creatorem ipſius & ſui, ſed & hæc etiam dignitas in eis perĳt, quando qui ea digne uteretur, nullus fuit aut extitit. Nec ullatenus receperunt, ex quo primus homo corruit amiſſam eminentiam tanti boni, donec ille agnus qui peccatum mũdi tolleret, in perſona dei & hominis prodĳt modo per beatam Mariã. Verum in cognitionem dei homine per hunc agnum reuocato, omnis etiam alia creatura in ſtatu ſuæ conditionis & honore propriĳ congenitiq́ue decoris eſt reuocata. Huius igitur tanti boni effectum illi cenſemus profecto imputandum, per cuius uirgineum uterum is uenit in mũdum, qui & humanam naturam in tãtam ſicut diximus, dignitatis excellentiam ſua ſapientia reuocauit, & omnem ſimul creaturam priuilegio amiſſi honoris mira diſpenſatione redonauit. Quid ergo huic beatiſſimæ ac ſacratiſſimæ uirgini dominæ noſtrę omnis tam rationalis quàm irrationalis creatura iure debeat qui ualet, ex his quæ paucis perſtrīximus dilatato ſenſu aduertat. Vtique cuncta quæ deus bona & utiliter fecit, in eo ſtatu quo condita fuerunt, ſicut diximus & oſtendimus, eſſe deſtiterunt, et per hanc beatiſſimam uirginem in ſtatum priſtinum reuocata ſunt & reſtituta. Sicut ergo deus ſua potentia parando cuncta, pater eſt & deus oium: ita beata dei genitrix Maria ſuis meritis cuncta reparando mater eſt & domina rerum. Deus enim eſt dominus omniũ, ſingula in ſua natura propria iuſſione conſtituendo, & Maria eſt domina rerum ſingula congenitæ dignitati per illam quam meruit gratiam reſtitundo. Et quemadmodum deus ex ſua ſubſtantia genuit eum, per quem cũctis originem dedit: ita beata uirgo Maria de ſua carne mundiſſima peperit illum, qui decorum primæ creationis omnium, cunctis reſtituit. Item ſicut nulla rerum ſpecies, niſi per dei filium facta ſubſiſtit, ita lex debitæ damnationis neminem deſerit, niſi quẽ ab ea filius beatæ Mariæ uirginis abſoluit. Quis igitur iſta recto ſenſu & corde ſyncero perpẽdens, plene percipere queat excellẽtiam huius Virginis, per quam tam inæſtimabilia bona habet rerum natura, per quam tam inęſtimabili gratia, à tam ineffabili deiectione erectus eſt mundus? Quis inquam tan mirã, & omni prorſus rei præter hanc inauditam gratiam huius beatiſſimæ mulieris oculo mentis aſpiciens non obſtupeſcat, & non modo elinguis, ut rumetiam à tantæ rei comprehenſione prorſus immunis fiat?

Oratio eiuſdem beati Anſelmi ad beatiſſimã uirginem Mariam. Cap. 11.

Quapropter ea quæ nobis ſunt impenetrabilia intermittentes, precibus impetrare nitamur, ut quod intellectu capere negm⁹, ſalutari ſaltẽ affectu

obtinere

ctu obtinere mereamur. Rogamus ergo te domina per ipſam gratiam, qua te pius & omnipotens deus, ſic exaltauit, & omnia tibi ſecum poſſibilia eſſe donauit: quatenus id apud ipſum nobis impetres & obtineas, ut plenitudo gratiæ quam meruiſti, in nobis ſic operetur, quo participium beati præmij eius nobis miſericorditer quandoque condonetur. Ad hoc quippe deus noſter, ꝑ te factus eſt frater noſter: ut quẽadmodum ipſe dignatus eſt cõſors fieri noſtræ humanitatis, ſic nos mereamur conſortes fieri ſuæ diuinitatis. Intende ergo domina pijſſima, ut nobis ad effectum proueniat, propter quod deus noſter ex tuo caſtiſſimo utero factus homo inter homines uenit, nec ſis quæſumus exoratu difficilis: quia procul dubio, idem benigniſſimus filius tuus dñs noſter Ieſus Chriſtus erit ad concedendũ quicquid uoles promptiſſimus & exaudibilis. Tantummodo itaq; uelis ſalutem noſtram, & uere nequaquã ſalui eſſe nõ poterimus. Quid igitur ſtringet larga miſericordiæ tuæ uiſcera domina contra nos, ut nolis ſaluari nos? Certe deus noſter (teſte ꝓpheta) miſericordia noſtra eſt & tu eiuſdẽ domini noſtri abſque dubio uera mater es. Si tu ergo quæ dei mater es: & eo reuera miſericordiæ mater & gratię, denegas nobis effectum miſericordiæ: cuius tã mirabiliter facta es mater: quid faciemus cũ idẽ filius tuus aduenerit: cunctos æquo iudicaturus iudicio? Siquidem licet ipſe filius tuus ſit per te factus frater noſter: ubi uoluntatem tuã ſuæ uidelicet dilectiſſimæ matris magis porrectam aduerterit: illuc ſeruata æquitatis ratione: à qua te nullatenus diſcrepare uidebit, iudicij ſui ſententiã, ſiue ad miſericordiam inflectendo ſeu ad iuſtitiam intendendo promulgabit. Subueni ergo nobis domina pijſſima & non conſiderata peccatorum noſtrorum multitudine uelle tuũ ad miſerendum nobis inflecte. Cogita quęſo & recogita apud te, quia non ad damnandum, ſed ad ſaluãdum peccatores: conditor noſter ex te factus eſt homo. Cur itaque non iuuabis nos peccatores quando propter nos in tantam celſitudinem es leuata: ut te dominam habeat & ueneretur omnis pariter creatura? An ideo utrum pereamus, amplius non curabis: quia quicquid de nobis miſeris ultra eueniat gloriæ tuæ iactura nulla inde prouenit? Et hoc quidẽ bona domina fortaſſis aliquo modo dici poſſet: ſi pro tui ſolius exaltatione & utilitate mater dei facta fuiſſes, ſed utique deus qui hominem aſſumpſit ex tua caſtiſſima carne: hoc fecit ꝓ tua & noſtri omniũ ſalute. Si ergo tu quæ plena ſalute es potita, non intendis ut eadem ſalus pro modulo noſtro etiam ad nos uſque pertingat: iam tuorꝫ ſufficiens commodorum noſtrorum negligens eſſe uideberis: & quæ pro totius mũdi ſaluatione meruiſti fieri mater altiſſimi, cũ nos poſtpoſueris quos obuoluit finis ſeculi: quid quæſo proderit nobis tua glorioſa & felix exaltatio: & quid inde habemus dulcis & affectuoſa exultatio? Vt ergo filiũ tuũ totius mundi ſaluatorẽ: & te eius recõciliatricem eſſe ueraciter ſentiamus: eo nos propenſiori ſtudio iuua precamur & foue: quo in fæcibus mũdi natos & alitos potiori leuamine proſpicis indigere. Ab initio deniq; renouationis humanæ, omnibus ſub tuum pſidium cõfugientibus hucuſq; ſuccurriſti, & idcirco præ omni creatura: omni laude digniſſima dici & eſſe meruiſti. Eia ſuccurre oramus, ut laus quam per tot ſecula digne poſſediſti: continua tibi duret in gratia ipſa qua mũdo perdito ſubueniſti. Tibi ergo nos cõmedamus tu procura ne pereamus: effice potius ut ſalus nr̃a de die in diẽ multiplicetur & filio tuo dño noſtro Ieſu Chriſto uita noſtra iugi deuotione famuletẽ. Qui cũ deo patre & ſpiritu ſancto uiuit ꝑ omnia ſecula ſeculorꝫ. Amen.

BEATI ANSELMI
Liber Epiſtolarum.

Beati Anſelmi ad Helmandum auunculum ſuum eundem ad ſtatum perfectioris uitæ exhortantis. Epiſto'a prima.

Eruus ſeruorum dei in
Beccẽſi monaſterio cõ
manentium frater An-
ſelmus: fratri dilecto,
filio deſiderato Helmã
do bene incepta felici-
ter perficere. Benedictus deus à quo
Iac.1. omne datum optimum, & omne do-
num perfectum deſcendit: qui auertit
oculos tuos ne uideant uanitatem &
erexit animã tuam ad ſequendam ueri
Luc.9. tatẽ. Reſtat igitur mi deſiderate, ut ſe-
dula ſolicitudine pertractes: quia ne-
mo mittens manum ad aratrum & re-
ſpiciens retro, aptus eſt regno cœlorum.
Antiquus enim hoſtis tãto enixius nõ
ceſſabit multimodis te calliditatibus
inuadere, quanto te uidet ſtudioſius la
queos eius uelle euadere. Sæpe nanque
reducit ante mentis oculos quàm dele
ctabilia ſint ea in quibus ſolitus es cõ-
uerſari: ut continuo ſubinferat quã dif-
ficile ſit aſſueta uoluptate carere, quia
ſit impoſſibile in quodam auſtero rigo
re & rigida auſteritate tota ætate per-
ſeuerare: quatenus ex memoria aſſuetæ
delectationis plus horreat animus ſo-
brietatem uitæ ſublimioris. Aliquãdo
ſub ſpecie diſcretionis finget ſe ſalu-
brius tibi quã propoſueris conſulere,
ut ſcilicet prauitatem deferens: in cleri
cali propoſito religioſe uiuendo uelis
perſiſtere, ut per uitæ correctionem ani
mam tuam poſſis ſaluare: nec per indi-
ſcretionem ſubeas onus quod nõ poſ-
ſis portare. Quòd ſi te ab intentione
perfectioris uitæ nullatenus auerti poſ
ſe cognouerit: quaſi tecum ire appro-
bando propoſitum ſe ſimilabit, ſed iu-
xta iter laqueos ponere multimodos
non ceſſabit. Aliĵ quidem hinc oblata
opportunitate peccãdi: illinc ſtimulãte
tentatione. ſuaſionẽ callidus addet hu-
iuſmodi. Tã bonum eſt quod decreui-
ſti facere: ut quãlibet immenſitatẽ pec-
catorum poſſit deſtruere: interim ergo
ſatisfacere uoluntati tuæ cur hęſitas,
cũ cito ſiue multa ſiue pauca peccata
ſint, pariter delenda non dubites? Ali-
quando uero taliter conabitur decipe-
re. Bonum quidem eſt quod uis facere,
ſed nõ opportune fit niſi cum tepeſcen
te laſciuia iuuenili: quæ pondus illius
regularis cenſuræ non tolerat ipſa ma-
turitas ætatis religioſæ grauitati ſe cõ-
temperat. Quòd ſi uiderit te ita imbe-
cillem ut impediri tua poſſit intẽtio ſi
manifeſtetur: omnino conabitur ut his à
quibus retineri aut ui aut amore, aut
aliqua perſuaſione poſſis: qualibet oc-
caſione publicetur. Promittet etiã, quia
ſi bonum quod intendis aliquantum
differre uolueris: multo fructuoſius at
que utilius facere hoc poteris & pluri-
morum ſalute quos tecũ attrahes, &
commodo pecuniæ monaſterio profu
turæ quã undique colliges: quid eſt quod
te leuitate & inconſiderata acceleratio
ne tentabit arguere? quia te non ſolum
promittendo, ſed & pignus ponendo
indiſſolubili uoto uoluiſti cõſtrĩgere,
cum nihilominus & fortaſſis melius
ad ipſum libera poſſes uoluntate profi
cere. Ad hæc omnia chariſſime quid re
ſpondendum ſit, uellem aliquãto diffu
ſius ſcribere, niſi lex epiſtolæ cogeret
me breuitatem nõ excedere. Breue igi-
tur & uerum amici tui ſuſcipe contra
iſta conſiliũ. Qui putat uoluptate ſecu
li carere, & in exercitio perſeuerare uir-
tutum nimis auſterum & impoſſibile,
nunquã guſtabit quantum ſit non fer-
re, ſed imperare uitĳs per amorem &
ſpem cœleſtis regni laudandum & de-
lectabile. Qui putat melius ſibi eſſe in
habitu clericali religioſe uiuere, quàm
ſubire monachicæ uitæ pondus impor
tabile, conſideret per totum mundum
quanta hilaritate utrique ſexui, oĩ æta-
ti; omni generi hominũ ſit põdus illud

cantabile. Sciat etiam quia ualde diffi-cilius eſt intra ſeculares per liberam uoluntatem, quàm intra clauſtrum monachorum ſub diſciplina cuſtodire uitæ ſanctitatem. Non dico nunc quòd propoſitū monachicę uitę inter omnes uitas altiorem gradū contingat humilitatis quem altior ſequitur exaltatio: niſi quia nullus ut melius uiuat, monachi propoſitum deſerit, & omne genus hominum ad monachicam uitam ut magis deo propinquet concurrit. Qui peccatis addit peccata, quia peccatorū omnium expectat remiſſionē, amando peccatū probat ſe non amare, & ideo nō mereri peccatorū abſolutionē. Qui differt in futurā, & forſitan non futurā ętatem, ſuā uitā corrigere, certū bonū dimittit: proculdubio et contemnendo quod perdit: probat ſe nō amare quod expectat & meretur non accipere. Qui certus non eſt ſe tantæ eſſe conſtantiæ: ut nullo modo poſſit flecti à bono propoſito: omnino celet bonā uolūtatem, ut non niſi cum in opus exit, appareat in publico. Qui bonū quod uult facere ut melius fiat differt: bonū eſt ſi melius certum eſt. Quòd ſi melius bonū dubium eſt, & perdere minus bonum: minus eſt damnoſum & irrecuperabile, conſilium eſt ut acceleret facere bonum minus, ne nimis expectando maius: non faciat maius nec minus. Qui iudicat leuitatē uoto uelle ſe ligare ad faciendū quod bonum eſt: ut iam non ſit liber ad non faciendum: iudicet doctorem leuitatis illum qui dicit: Vouete & reddite. *Pſalm. 75.* Nullatenus enim reprehēdendus eſt: qui quod bonum eſt uouit, ſed qui non reddit quod uouit. Certum quippe eſt, quia qui bene uouet: ipſo uoto deo placet. qui ergo aliquid boni uouit nō pœniteat: quia fecit unde deo placeat: ſed feſtinet reddere quod uouit: ut plus placeat. Hæc fili chariſſime conſilia, has conſolationes in præſenti maxime tibi neceſſarias iudicaui, hæc paterna ſolicitudine ego quem patrem & conſiliarium non mea uolūtate, ſed tua uoluntate elegiſti, dictaui. Hæc interim reminiſci non deſinas, donec qđ deo inſpirante uouiſti, ipſo adiuuante perficias. Vale deſiderate cordi meo, & feſtina ſatisfacere de te deſiderio meo, quod utinam facere placeat omnipotenti deo.

Beati Anſelmi ad Hugonem incluſum poſtulationi eius, unde, ſecularium hominum mentes ad contemptum ſecu'i & æterni regni deſiderium incitare poſſit, ſatisfacientis. Epiſtola. II.

Domino & amico chariſſimo Hugoni incluſo, Frater Anſelmus dictus abbas Becci, à malis excludi: in bonis includi. Duo uiri laici nuper ad me uenerunt dicentes ſe à ueſtra dilectione miſſos: quatenus ex noſtra exhortatione aliquid aſſumerent: unde ſe ad patriæ cœleſtis amorem accenderēt. Per quos etiam ut referebant poſtulaſtis ut aliquid à me breuiter ſcriptum acciperetis: unde ſecularium hominum mētes uos adeuntium: ad huius ſeculi contēptum & æterni regni deſiderium incitaretis. Quod tanto melius per uos efficere poteſtis: quanto liberius hauritis uitæ dulcedinem cœleſtis. Nam qđ ego quaſi à longe intueor: uos guſtu ſentitis, & ego quod mente ieiuna ore rumino: uos cordis affectu glutitis. Quod enim ego de ſanctæ uitæ rectitudine utcunque intelligo, uos operibus tractatis, & quod ego utcunque loqui poſſum, uos faciendo guſtatis. Quāto ergo ſatur ſuauis quàm ieiunus eructat: tanto dulcius ueſtra commonitio quod perſuadere nititur, inculcat. Sed quoniā ueſtræ aliquid negare nequeo uoluntati: quāuis hoc quod à me petitis in latitudine ſanctę ſcripturę multo melius inueniatis: tamen dicam aliquid ſecundum petitionem ueſtram: ne me uelut eius contemptorem arguatis. Sic itaque aliquem illiteratū & qui altiora non poſſit capere: ad beatitudinis æternæ deſiderium exiſtimo poſſe incitari: Frater chariſſime: regnum cœ-

lorum clamat deus ſe habere uenale. Quod quidē regnum cœlorū tale eſt, ut eius beatitudinē & gloriā, nec oculus hoīs mortalis poſſit uidere, nec auris audire, nec cor cogitare. Vt tamen aliquo modo illud poſſis cogitare: quiſquis ibi regnare meruerit: quicquid ipſe uolet: hoc erit in cœlo & in terra, quicquid uero nolet, non erit in cœlo nec in terra. Tāta enim erit dilectio inter deū & eos qui ibi erunt, & inter ſeipſos in uicem: ut omnes ſe inuicem diligant ſicut ſeipſos, ſed plus ament omnes deū quàm ſeipſos. Et propter hoc nullus ibi uolet niſi quod deus, & quod uolet unus hoc uolēt omnes, & quod unus uel omnes, hoc ipſum uolet deus. Quapropter quicquid unuſquiſque uolet hoc erit, & de ſeipſo & de omnibus alijs, & de tota creatura & de ipſo deo: Et ſic ſinguli erunt perfecti reges, quia quod ſinguli uolent hoc erit, et omnes ſimul cum deo unus rex et quaſi unus homo, quia omnes unum uolent, & quod uolent erit. Hanc mercedem clamat deus de cœlo ſe habere uenalē. Si quis quærit, quo pretio? Reſpōdetur illi. Non indiget terreno pretio qui uult dare regnum in cœlo, nec aliquis poteſt deo dare quod non habeat: cuius eſt totum quicquid eſt: nec tamen dat deus tātam rem ſine omni pretio, quia non dat illam nō amanti. Nemo enim dat quod charum habet, illi cui charū non eſt. Quoniam ergo deus tua re nō eget, nec dare debet tantam rem contēnenti amare illam: nō quærit niſi amorem ſine quo dari non debet. Da ergo amorem & accipe regnum, ama & habe. Denique quoniam regnare in cœlo non eſt aliud quàm ſic glutinari cum deo, & cum omnibus ſanctis angelis & hominibus per dilectionem in unā uoluntatem ut omnes utantur ſimul una poteſtate. Ama deum pluſquam teipſum, & iā incipis tenere quod ibi perfecte uis habere. Concorda cū deo & hominibus: ſi tantum ipſi à deo nō diſcordent, & iam incipis cum deo & cum oībus ſanctis eius regnare. Nam ſecundum quod tu cōcordabis modo cum deo & cū hominibus in uoluntate illorum, concordabit tunc deus & omnes ſancti tecum in tua uoluntate. Si ergo uis eſſe rex in cœlo: ama deum & homines ſicut debes, & mereberis eſſe quod optas. Hunc amorem nō poteris habere perfectum niſi euacuaueris cor tuū ab omni alio amore. Quippe ſic eſt de corde hominis & de hoc amore: quomodo de uaſe & oleo. Nā ſicut uas quanto magis habet aquam aut alium ſimilem liquorem, tanto minus capit oleum, ita cor in quantū occupatur alio amore intātum excludit iſtum. Eſt & aliud, quia ſicut fœtor eſt cōtrarius odori, & tenebræ luci: ſic omnis alius amor huīc amori. Sicut igitur contraria nunquam ſimul integre conueniunt, ſic nec iſte amor cum ullo alio amore ī uno corde. Hinc eſt quod qui cor ſuum implent dilectione dei et proximi, nil aliud uolunt niſi quod deus uult, aut quod uult alius homo: tantum ſi non ſit contra deum: hinc eſt quod inſtant orationibus & cœleſtibus colloquijs & cogitationibus: quia dulce eſt illis deſiderare deum & loqui & audire et cogitare de illo quem multum amant. Hinc eſt quòd gaudent cū gaudentibus, flent cum flentibus, miſerentur miſeris, donant indigentibus, quia alios homines tanquam ſeipſos amant. Hinc eſt quod contemnunt diuitias: poteſtates uoluptates & honorari & laudari. Qui enim hæc amant ſæpe faciunt aliquid contra deum & contra proximū. Sic enim ex his duobus præceptis uniuerſa lex pendet & prophetę. Qui ergo uult illū amorē habere pfecte quo regnum cœlorum emitur, amet contemptum, paupertatē, laborē, ſubiectionem, ſicut ſancti uiri faciunt. Sic.n. qui ſe humiliat exaltabit. Breuiter hęc uobis chariſſime ſicut poſtulaſtis dixi, ſed in horum expoſitiōe

1.Cor.2. Matth.22. Luc.14.

pruden tia

prudentia ueſtra multo plura proferre poterit quàm dixi: Si tamē de plenitudine beatitudinis æternæ à me aliquid latius dictū ſanctitas ueſtra legere uoluerit in fine libelli mei q̃ pſologiō appellaē ubi de pleno gaudio tractaui, reperire hoc poterit. Valete & orate ꝓ me.

Beati Anſelmi, ad Henricum amicum ſuū, illum ut penſet in quantalibet mundi gloria fuerit: quis finis & quis in fine fructus, quod ue præmiū, & econtra quæ ſit expectatio mundi gloriam conculcantiū, exhortantis. Epiſtola. 111.

Domino fratri: amico Heinrico, frater Anſelmus abbas Becci: bonę uolun
Pſal.144. tatis perfectionem & affectum. Benedictus deus in donis ſuis & ſanctus in oĩbus operibus ſuis q̃ ueſtræ dilectioni tantū de noſtro deſiderio propter qđ luiſtis, conceſſit efficere: quē oramus ut quod deeſt adhuc de uoto noſtro & de ueſtra mercede dignēē perficere de qua re noſtrum conſiliū per fratres noſtros mando. De gratia & dilectione ducis de qua ſcripſiſtis mihi: multū gaudeo & pro ea deo & illi & uobis gratias ago. Quod etiam illi ꝑ literas facere cogito: cum nunc̃ ueſtri ſicut audiui conſtitutum eſſe, ad illum redibūt. Et quoniam neſcio ſi hoc neceſſe erit fieri antequam redeant: cū primū poteritis mandate mihi prænomen eius & nomina uxoris & filiorum eius. Solum.n.nomen eius teneo: qa Vitalis uocatur. Sed quā dulcis mihi ueſtra dilectio, ſic me ſibi ſua probitate conglutinauit: ut idē de uobis qđ de me deſiderat cor meum, unde eam ſpem magnam ex ueſtris ſermonibus concepi: non poteſt mens mea quieſcere donec ipſum deſideriū meum de uobis ſatietur. Quamuis igitur nullus ſermo ſufficiat mihi donec deus quod opto perficiat: pauca tamen, quia non neſcienti loquor, pro hoc ipſo amica familiaritate commemoro. Penſa igitur dulcis amice quantalibet mundi gloria potitus fueris, q̃s ſit finis & in fine quis fructus: quod præmium, & econtra quæ ſit expectatio mundi gloriam conculcantium. Si dicis non ſoli monachi ad ſalutem perueniunt, uerum eſt. Sed qui certius: qui altius, illi qui deum ſolum conantur amare: an illi qui amorem dei & amorem ſeculi uolunt copulare? Sed forſitā dicet aliquis: quia & in ordine monachorum eſt periculum. O homo q̃ hoc dicit: quare non conſiderat quid dicit? O rationalis natura. an eſt hoc rationabile conſilium, ut quia ubique eſt periculum ibi eligas manere ubi maius eſt periculum? Denique ſi ille qui ſolum deum nititur amare: ſeruat propoſitum uſque in finem certa eſt ſalus. Si uero ille qui mundum uult amare: non deſerit ſuum propoſitū ante finem, aut nulla aut dubia aut minor eſt ſalus. Et certe ſatis probat: quia nullatenus aut parum aliquod bonum diligit, quia illud ubi certius & melius cognoſcit, nō eligit. Sed multi dicunt: Grauius iraſcitur deus peccanti monacho quàm alio, quia de propoſito altiori cadit. Hoc uerum eſt quandiu cadit in peccato. Sed certe benignius & familiarius ſuſcipit deus monachum pœnitentem, ſi ad ſuum propoſitum redit, quàm non monachum qui ad idem propoſitum non uenit. Plus nanq; placet deo etiam poſt graue peccatum, cuius propoſitū eſt & ante & poſt quo maius habere non poteſt: quàm ille qui nec ante, nec poſt ſimile peccatum non uult proponere quo melius non poteſt. Si ergo & innocentibus & pœnitentibus melius eſt ad uitam monachicam uenire & redire quàm abſiſtere, quid moraris? Si prius de hac uita tolleris: damnum eſt irrecuperabile. Multa chariſſime de monachicæ uitæ altitudine & celſitudine, de quiete & iocunditate dicere poſſem ſi epiſtola modum non excederet. Feſtina ergo ad tantum bonum, quia nullo bono efficacius uenies ad ſummum bonum. Plures uidi promittentes & differentes, quos ita mors tulit, ut nec hoc ꝑficerēt, quo ſe impedie-

bant, nec hoc inciperent q̃d ꝓmittebãt. Q̃d ualde timeo de te, ſed auertat deus à te chariſſime. Vale & noli tardare.

Beati Anſelmi ad quandam dominam, eam ut conſilijs ſuis acquieſcat obſecrantis & ad habitum & propoſitum abiectum redeat ſi ſaluari uelit, admonentis. *Epiſtola* IIII.

Anſelmus dei ordinatione archiepiſcopus Cantuarienſis: Mundum non Chriſtum cõtemnere, & Chriſtũ plus quam mundum diligere. Libentiſſime ſi poſſem tecũ loquerer: ſoror uere mihi in deo dilecta, quia charitas qua omnem hominem uolo ſaluum fieri, & officium mihi iniunctum exigũt à me ut te fraterno & paterno affectu diligã, & per eandem dilectionem ſolicitudinem de ſalute animæ tuæ geram. Sed quoniam in nobis nõ euenit opportunitas colloquẽdi: incũbit mihi neceſſitas ſcribendi, quem animum de te habeam, et quid de te deſiderem. Obſecro igitur te ut non contemnas dilectionem, qua te propter deũ & honorẽ dei & ad ſalutem tuam diligo, neq; reijcias conſiliũ meum. Si enim mihi acquieſcere uolueris: certa eſto, q̃a ualde tibi in fine placebit, & erit ſuper te gaudium magnũ angelis dei. Si uero nolueris, ſcito: quia nimis tibi diſplicebit & inexcuſabilis eris in diſtricto iudicio dei. Audiui ſoror mea, quia diu portaſti habitum ſanctæ cõuerſationis. Quem quomodo reliqueris, quid'ue paſſa ſis, uel quid feceris, non latet, ſed multum apertum eſt. Conſidera igitur iam nunc chariſſima quantũ diſtent uiriles amplexus & carnalis delectatio ab amplexibus Chriſti, & à delectatione caſtitatis & cordis munditia. Amplexus quidem Chriſti dico non corporales, ſed quales ꝑ amorem & deſiderium eius inter bonã conſcientiam facit anima familiaris eius. Conſidera inquam, quæ ſit differentia inter has duas delectatiões: nõ loquor nunc de legitimo coniugio. Conſidera inquam, quanta ſit in ſpiritali delectatione munditia, quanta ſit in carnali immunditia, quid ſpiritalis promittat, & quid carnalis minetur, quanta ſit in ſpiritali ſpes, & quã delectabilis expectatio Chriſti: quanta etiam in hac uita ſecuritas & conſolatio, quantus ſit in carnali timor iudicij dei: quanta etiã in præſenti uita eſt confuſio. Cogita quale ſit Chriſtum ſponſum cœleſtis regni dotem promittentem cõtemnere, & hominem mortalem non niſi corruptionem & contemptibilia dantem & pollicentẽ, filio dei regi regum pręponere. Certe ille rex regum concupiuit ſpeciem tuam ut ſponſę legitimę. Qualiter autẽ ille quem ſcis carnis tuæ pulchritudinem appetiuerit ſoror mea: quomodo dicã, fœmina nobilis, quomodo dicam? Sponſa dei uirgo fueras electa, & deo habitu & conuerſatione aſſignata. Quid dicam mõ te eſſe filia mea, Deus ſcit. Nõ ita loquor ut gaudeã de confuſione tua, ſed ut gaudeat deus, & congaudeãt angeli de conuerſione & ſalubri pœnitentia tua. Quid ergo dicã? Si non dico, forſitã non aĩaduertis: ſi dico forſitã iraſceris. De electa & ſignata & ſponſa dei: quid facta es? Erubeſcat eſſe nobilitas tua quod erubeſcis audire, & ego propter nobilitatem tuã & dilectionem erubeſco dicere. Ecce filia chariſſima ſi hæc proponis in conſpectu tuo: quantus dolor debet eſſe i corde tuo de tãto & tã graui caſu tuo? Si.n. uehemẽter doles cõdolẽdo tibi ualde gaudeo: ſi uero non doles, nõ eſt unde gaudeã, ſed multo magis doleo. Nam ſi doles adhuc ſalutem tuam ſpero, ſi autem nõ doles quid niſi damnationem tuam expectare queo? Impoſſibile nanque eſt te ullo modo poſſe ſaluari, niſi ad habitum & propoſitum abiectum redieris. Quamuis enim ab epiſcopo ſacrata non fueris, nec coràm ipſo profeſſionẽ legeris: hoc ſolum tamen eſt manifeſta & quæ negari non poteſt profeſſio, q̃a publice & ſecrete habitum ſancti propoſiti portaſti, per quod omnibus te uidentibus deo dicatam te eſſe non mi

nus quã profeſſionem legendo affirmaſti. Nam antequam fieret iſta nunc uſitata monachici propoſiti profeſſio & ſacratio: multa milia utriuſq; ſexus hominum, ſolo habitu ſe ipſius eſſe propoſiti profitẽtia, celſitudinẽ & coronã cõſecuta ſunt. Et qui nunc habitum ſine hac profeſſione & ſacratione aſſumptum reñciebant: apoſtatæ iudicabantur. Inexcuſabilis ergo es ſi deſeris ſanctum propoſitum: quod diu habitu & conuerſatione profeſſa es, quãuis profeſſionem nunc uſitatam non legeris, & ab epiſcopo conſecrata non fueris. Certe filia chariſſima adhuc te expectat dñs & creator & redemptor tuus, rex ille q concupiuit ſpeciẽ tuã, ut eſſet legitimus ſponſus tuus, adhuc te expectat & reuocat ut ſis legitima ſponſa eius, & ſi nõ uirgo, ſaltẽ caſta. Scimus enim plures ſanctas mulieres quę poſt amiſſam uirginitatem plus placuerunt deo, & magis illi familiares fuerunt p pœnitentiã in caſtitate: quã plures aliæ quamuis ſanctæ in uirginitate. Redi ergo mulier Chriſtiana: redi ad cor tuũ, & cõſidera quem potius debeas diligere: cui potius adhærere: illi qui te ad tãtã honeſtatẽ elegit: eligẽdo uocauit, uocando habitu ſponſali ſibi aſſignauit, & adhuc quamuis contemptus & reiectus expectat & reuocat, an illi per quẽ ut mitius dicã in hoc, in quo te uides deiectam de tãta celſitudine cecidiſti: præſertim cũ ipſe te iam ſicut puto cõtemnat, aut ſine dubio contẽpturus & deſerturus ſit. Et utinam ſic uos inuicẽ contemnatis, ut uos deus non cõtemnat: ſic uos inuicẽ deſeratis, ut uos deus non deſerat: ſic uos inuicem reñciatis, ut uos deus à facie ſua non proñciat: ſic abinuicem conuertamini, ut ad deum conuertamini. Certe melius & ualde honorabilius eſt & illi & tibi ut ab illo ſis contempta quàm retenta: quia quandiu eris eius retenta, proculdubio ut de illo nunc taceam, tu eris dei contempta, & ſi cõtempta ab illo propter deum illum contempſeris utiq; nõ contempta ſed ſuſcepta & dilecta dei eris: uelut eius ſanguine proprio redempta. Intende filia cuius ſalutẽ deſidero: intẽde benignitatem eius qui contemptus à te: contemnentem reuocat, ut te in regalem ſuum thalamũ nõ terrenum, ſed cœleſtẽ introducat: intende & concute cor tuũ: dole uehementer caſum tuum. Reñce & conculca ſecularem habitum quem aſſumpſiſti & reſume habitum ſponſæ Chriſti quem proieciſti. Nullatenus enim te cognoſcet Chriſtus aut ſuſcipiet niſi in illo habitu quo te ſibi ſignauit, & quo te eius ſpõſam eſſe publice & ſecretò es teſtata. In hoc habitu redi tu ad benignitatẽ eius: ingere te oppottune in cõſpectu eius. Accuſa tu ipſa cõſcientiã tuã: laua lachrymis culpam tuã. Ora eum infatigabiliter, adhęre illi inſeparabiliter, miſericors eſt nõ te reñciet, ſed potius gaudens de reditu tuo, te benigne ſuſcipiet. Si hoc feceris gaudium erit de te in cœlo & in terra oĩbus ſanctis angelis & hominibus cognoſcentibus. Si uero hoc facere contẽpſeris: oẽs tibi aduerſi erunt, & ego & eccleſia dei faciemus quod de tali re faciendũ intelligimus, omnipotens deus uiſitet cor tuum, & infundat in te amorem ſuum filia chariſſima.

Beati Anſelmi ad Burgundium & Richerã eius uxorem ut ante oculos ſuos finem ſuum ponant hortantis. Epiſtola V.

Anſelmus ſeruus eccleſię Cãtuarienſis: ſuis chariſſimis: Burgundio & uxori eius Richeræ, ſalutem & benedictionem dei. Qualiter me habeam: nuncius ueſter melius poterit uobis uerbis oſtẽdere quàm ego ſcribere. Nihil autẽ tantum me delectat mandare uobis quantum ut curam habeatis de uobis. Exonerauit uos deus, abſtulit uobis omnẽ occaſionem amandi hoc ſeculum, & dedit uobis omnem opportunitatem amandi ſalutem ueſtram. Ponite quotidie ante oculos ueſtros finem ueſtrũ, cogitate intentiſſime cuius erunt,

& quid uobis proderũt quæ poſt uos remanebũt. Cogitate quo ibitis: quid uobiſcum portabitis, quid ibi quod præmiſſum ſit à uobis inuenietis. Certe non portabitis uobiſcum, nec inuenietis ibi aliud quàm merita ueſtra ſiue bona ſiue mala: uidete quæ merita præmiſiſtis. Si plura bona quàm mala gaudere poteſtis, quod nõ puto. Si plura mala quàm bona, multũ debetis timere, præſertim cum multũ neceſſe ſit homini uolenti ſaluari, habere multo plura bona merita quàm mala. Hęc cogitate, hæc inter uos die ac nocte in ſecreto & ĩ publico tractate, hæc ſint colloquia ueſtra inuicẽ. Domine mi, amica mea quid facimus, quid tardamus? propè eſt ultima dies noſtra. Quomodo expendimus uitam noſtrã? quomodo ſatisfacimus deo pro peccatis noſtris? Præparemus nos quaſi uideam' in proximo diem uocationis noſtræ, & ita aptemus nos ut ſecuri eamus ad iudicium, quia recepturi ſumus ſine dubio prout gerimus in hac uita, ſiue bonum ſiue malum. Deus iunxit nos in hac uita: faciamus ut ſimul nos iungat in æterna uita, & uideamus ibi prolem noſtram quã ſibi deus iam aſſumpſit, Hæc ſint ſtudia ueſtra, hæc ſolicitudo, hæc ſuſpiria ueſtra. Quod mando uobis per nuncium iſtum ne ueniatis ad me niſi à me mandatum fuerit per ſigillum meum, uobis dico domine & frater chariſſime Burgundi: ſuſcipite bono animo ſi me amatis. Omnipotẽs deus regat corda ueſtra & dirigat ad gaudia æterna. Amen.

Beati Anſelmi monachis in Ciſtrenſi cœnobio cõmanentibus, eoſdem ut abbati ſuo obediãt, atque pacem & concordiam in inuicem habeant admonentis.

Epiſtola. VI.

Anſelmus archiepiſcopus fratribus & filijs ſuis chariſſimis monachis in Ciſtrenſi cœnobio ſanctæ Vuerburgæ commanentibus, ſalutem & benedictionem dei & ſuam. Benedictus deus in donis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis: qui uos facit & numero *Pſal.144.* creſcere & augmento religionis proficere: quamuis enim de omnium ſeruorum dei profectu gaudeam, in uobis tamen aliquid habeo ſpeciale, cur de ueſtro lætari profectu debeam: quia per me deus congregationis ueſtræ dignatus eſt inſtituere principium & dare uobis primum abbatem, dominũ ſcilicet Richardum filium noſtrum chariſſimũ. Gratias igitur ago deo pro gratia ſua quam oſtendit in uobis & oro, ut ſicut eãdem gratia uos præuenire dignatus eſt: ita indeſinẽter ſubſequatur: quatenus nunquam uos de hoc ad quod uos prouexit ꝑmittat deficere, ſed ſemper ad meliora ꝓficere. Quod pro certo ipſe faciet ſi non negligentes fueritis bona ad quæ iam perueniſtis ſeruare. Cum enim dei ſit ſua gratia ſemꝑ nos præuenire: noſtrũ eſt quod accipimus eius auxilio ſtudioſe cuſtodire. Nam quamuis nec habere, nec ſeruare poſſimus aliquid niſi per illum, perdere tñ & deficere non eſt niſi ex noſtra neglig̃etia quæ ſepiſſime incipit à minimis, in quibus nos callidus hoſtis ſolet decipere, cum nobis perſuadet ea nõ magnipendere. Inde nanq; ſequitur illud damnũ execrabile quod legitur, Quia *Eccl.9.* qui modica deſpicit: paulatim decidit. Certiſſimum nanque eſt quod in multis eccleſiis experimento didicimus, quia in monaſterio ubi minima diſtricte cuſtodiuntur: ibi rigor monachorum inuiolabilis permanet: ibi pax inter fratres: & in capitulo proclamationes conquieſcunt. ubi uero minimi exceſſus negliguntur: ibi totus ordo paulatim diſſipatur & deſtruitur. Si ergo de uirtute in uirtutem, & de profectu ad profectum uultis aſcendere, ſemper timete in ſingulis minimis deum offendere. Non debetis conſiderare quã parua ſit res quam contra prohibitionem facitis, ſed quantum malum ſit inobedientia quam pro parua re incurritis. Sola enim obediẽtia potuit hominem

minen in paradiſo retinere. unde p inobedientiam eiectus eſt: neq; ad regnum cœlorum aliquis niſi per obedientiam perducitur. Pẽſate, quia ſi homo p unã ſolam inobedientiam in tantam miſeriam quam patimur in hoc mũdo proiectus eſt: quantum debeamus eã horrere & obedientię bonę ſtudere. In obedientia totus uigor bñ uiuẽdi conſtruitur: in eius negligentia deſtruitur. Abbati ergo ueſtro obedientiã non ſolum opere, ſed etiam in uolũtate p oĩa exhibete, & ad inuicem pacem & concordiam per mutuam dilectionem habete. Quam dilectionem ſic nutrire & ſeruare poteritis ſi unuſquiſq; nõ ut alius ſuam, ſed ut ipſe alterius uoluntatẽ faciat, ſtuduerit. Ocioſitatẽ quoq; ſicut rem inimicam animarum ueſtrarum à uobis excludite, & unuſquiſque conſideret: quia de ſingulis momentis uitæ noſtræ reddituri ſumus deo rationem. Cuicunque ergo deus dat aliquam gratiam: ad quamlibet utilitatẽ ea utatur inquantum habuerit opportunitatem. Qui.n.non utitur poteſtate bñ faciendi quam habet, in die iudicij quaſi non habens iudicabitur, & ab illo auferetẽ hoc ipſum quod habere uidetur: quia & præmio quod mereri potuit carebit & deinceps nullã alicuius boni operis poteſtatem in pœnis habebit, quaſi aũt alio dabitur quod ab illo auferetur: qñ illi qui bene operatur ſecundum donum quod accepit præmium augebitur, quia iuxta illum qui negligenter uixit eius exemplo à bono opere non defecit. Gratias ago uobis: quia pro me oratis, & oro ut ab hac charitate non deſiſtatis.

Beati Anſelmi ad Lauronem monachum nuper conuerſum, ut in monaſterio in quo profeſſus ſit, permaneat, & ibi totis uiribus cuſtodire mentis quietẽ ſtudeat, exhortantis.

Epiſtola VII.

Dilecto dilectus, amico amicus, frater fratri, Lauroni Anſelmus, temporalis uitæ ſanctitatem & æternæ felicitatem. Cũm meum & tuum chariſſime deſiderium quo nos inuicem deſideramus conſidero, unum eſt quod me de noſtra conſolabitur ſeparatione, quia in futura uita ęternam noſtram coniunctionem per diuinam ſpero clementiã. Nã certus ſum de mea: nec dubito de tua conſcientia: quamlibet.n.nos regionum diuerſitas diſtineat, de duabus tamen animabus noſtris charitas unam conficiat. Vnde fit ut animæ noſtræ & dilectione præſentes ſeſe amplectantur & conuerſatione abſentes ſeſe deſiderent. Sed conſummata huius uitæ peregrinatione, illo adiuuante, ad quem tẽdimus & in quo ſperamus in patria, ad quam ſuſpiramus quaſi diuerſis itineribus conueniemus. Vbi tanto uehementius deo annuente de inuicem congaudebimus, quanto nũc de nobis diuinam diſpoſitionem patientius tolerauimus. Interim tamen quoniã facere quod charitatem renouat & accendit, non eſt dei diſpoſitioni reniti, ſed obedire, debemus nos uel mutuis ſalutationibus cũ licet, reuiſere. Quod cũ hactenus in hac epiſtola me feciſſe poſſit ſufficere: aliquid tamẽ noſtræ admonitionis quam tibi ſemper dulcẽ fecit, nõ mea fatuitas, ſed tua charitas inſtante domino & communi noſtro amico Vrſione cogor ſubijcere. Nam etiam ſi nihil tibi dicere poſſim quod ignores: plus tamen hærebit memoriæ quod à dilecto dilectore dictum ſuſcipies. Ingreſſus es chariſſime, pfeſſus que Chriſti militiam: in qua non ſolum aperte obſiſtentis hoſtis uiolentia eſt propellenda, ſed & quaſi conſulentis aſtutia cauenda. Sæpe nanque dum tyronem Chriſti, uulnere malæ uoluntatis aperte maleuolus non ualet perimere: ſitientem eum poculo uenenoſæ rationis maleuole callidus tentat extinguere. Nam cum monachũ nequit obruere: uitæ quam profeſſus eſt odio, nititur eum conuerſationis in qua eſt ſubruere faſtidio. Et licet illi monachatũ propo-

ſitum tenendum quaſi concedat, tamen quia hoc ſub talibus aut īter tales: aut in eo loco ubi incepit illum ſtultum ni mis imprudentem'que nimis, multimo dis uerſutiis arguere non ceſſat, ut dum illi perſuadet incepto dei beneficio ingratum exiſtere, iuſto iudicio nec ad me liota proficiat, nec qđ accepit teneat, aut in eo inutiliter perſiſtat. Quippe dum inceſſanter laborioſis cogitationibus demutando, aut ſi mutari non ualet ſaltem deimprobando initio meditatur, nunquam ad finem perfectionis tē dere conatur. Nam quoniam illi fundamentum quod poſuit diſplicet, nullatenus illi ſtructuram bonæ uitæ ſuperædificare libet, unde fit ut quemadmodum arbuſtula ſi ſæpe transplantetur, aut nuper plantata in eodem loco crebra conuulſione inquietetur, nequaquā radicare ualens ariditatē cito attrahit: nec ad aliquam fructus fertilitatem ꝓuehit. Sic infelix monachus ſi ſæpius de loco ad locum proprio appetitu mutatur, aut in uno permanens: frequenter eius odio concutitur, nuſquam amoris ſtabilitus radicibus ad oē utile exercitium langueſcit, et nulla bonorum operum ubertate diteſcit. Cum'que ſe nequaquam ad bonum, ſed in malū proficere ſi forte hoc recogitat, perpendit: omnem ſuæ miſeriæ cauſam non ſuis, ſed aliorum moribus iniuſtus attēdit, atq; inde ſe magis ad odium eorum inter quos conuerſatur, infeliciter accendit. Quapropter quicunque cœnobitarum forte propoſitum aggreditur, expedit ei ut in quocunque monaſterio profeſſus fuit, niſi tale fuerit ut ibi malū inuitus facere cogatur, tota mentis intentione amoris nexibus ibi radicare ſtudeat, atq; aliorum mores aut loci conſuetudines ſi contra diuina præcepta non ſunt: etiam ſi inutiles uideanť: diiudicare refugiat. Gaudeat ſe iam tandem inueniſſe ubi ſe non inuitū, ſed uoluntarium tota uita manſurum omni tranſmigrandi ſolicitudine propulſa deliberet: ut quietus ad ſola piæ uitæ exercitia exquirēda ſedulo uacet, quod ſi ſibi uideť maiora quędam ac utiliora ſpirituali feruore appetere, quā illi præſentis monaſterii inſtitutionibus liceat: æſtimet aut ſe falli ſiue præferendo paria paribus, & minora maioribus, ſiue præſumendo ſe poſſe quod non poſſit: aut certe crēdat ſe non meruiſſe quod deſiderat. Quod ſi fallitur agat gratias diuinę miſericordię: quia ab errore ſuo defenditur, ne ſine emolumēto aut etiā cum iactura locum uel uitæ ordinem mutando inconſtantiæ leuitatisq; fruſtra crimen ſubeat, aut maiora uiribus ſuis experiendo fatigatus, deterius in priora: aut etiam peiora prioribus deficiat. Si autem uere meliora illis quæ in promptu ſunt nondum meritus optat, patienter toleret diuinum iudicium: quod ulli aliquid iniuſte non denegat: nec per impatientiam iudicem iuſtum exaſperans: mereatur quod non habeť nō accipere, & quod accepit amittere: aut quia nō amat inutiliter tenere. Seu uero miſericordiam, ſeu iudicium erga ſe in illis quæ non habet & optat perſentiat: lætus ex his quæ accepit largitati ſupernæ gratias dignas perſoluat. Et quia ad qualemcunque portum de procelloſis mundi turbinibus potuit pertingere: caueat in portus tranquillitatis uentum leuitatis & impatientiæ turbine inducere: quatenus mens: conſtantia & manſuetudine tuitantibus quieta & diuini timoris ſolicitudine, & amoris delectatione ſit uacua. Nam timor per ſolicitudinem cuſtodit: amor uero per delectationem perficit. Scio quia hæc maiorem aut ſcribēdi aut colloquendi exigant amplitudinem ut plenius intelligatur, quibus ſcilicet dolis antiquus ſerpens ignarum monachum in hoc genere tentationis illaqueet, & econtra quibus rationibus prudens monachus eius callidas perſuaſiones diſſoluat & annihilet. Sed quoniā iam breuitatem quam exigit epiſtola exceſ

ſi:& totum quod hinc dixi aut dicendū fuit,ad cuſtodiendam mentis quietem pertinet: huius breuis exhortatio epiſtolam noſtrā terminet. Nec putes chariſſime hæc me dicere: idcirco quod ſuſpicer te aliqua mentis inquietudine laborare, ſed quontā prædictus dominus Vrſio cogit me aliquam admonitionē tibi ſcribere: neſcio quid potius ſcribam uel moneam quā cauere hoc quod ſub ſpecie rectæ uoluntatis: ſcio nouitijs quibuſdam ſolere ſurripere. Quapropter amice mi & frater dilectiſſime,cōſuluit,monet,precatur te,tuus dilectus dilector totis cordis uiſceribus,ut totis uiribus quieti mentis ſtudeas ſine qua nulli licet callidi hoſtis inſidias circumſpicere,uel ſemitas uirtutum anguſtiſſimas proſpicere: Ad hanc uero monachus q in monaſterio conuerſatur pertingere nullatenus ualet:ſine cōſtantia & māſuetudine,quæ manſuetudo indiſſolubilis comes eſt patiētiæ,& niſi monaſterij ſui inſtituta quæ diuinis non prohibetur mādatis: etiam ſi rationē eorum non peruiderit ut religioſa ſtuduerit obſeruare. Vale, & oīpotens dominus perficiat greſſus tuos in ſemitis ſuis ut non moueantur ueſtigia tua ut in iuſtitia appareas in conſpectu dei:& ſatieris cum apparuerit gloria eius. Ora ut ego tecum: quia & ego oro ut tu mecum.

Beati Anſelmi,ad Abbatim Guilhelmum, eidem ad inquiſita de quodam comite excommunicato qui diuina celebrantibus ſe immiſcuerit, & de presbyteris incontinentibus quid agendum ſit reſpondentis.

Epiſtola VIII.

Domino & patri reuerendo abbati Guilhelmo,frater Anſelmus in hac uita diuturnam proſperitatem, in futura ęternam felicitatem. Ex quo ueſtra probitas mihi ſuam dignata eſt præbere notitiam,tantam eius concepi dilectionem:ut ſemper eius mihi dulcis ſit memoria. Quod expertus ſum non immerito fuiſſe: quoniam & uitam ueſtrām amore & reuerentia dignam agnoui exiſtere,& paternitatem ueſtrā nō ſine affectu dulcedinis erga paruitatē meā eſſe. Sæpe nanq; fratres à uobis uenientes me non ſolum ſanctitatis ueſtræ relatione ędificauerūt,ſed & dignationis ueſtræ ſalutatione honorauerunt. Quare licet quicquid eſt in me toto,minime poſſit tātis meritis reſpōdere, meū tū eſt quantū amoris & reuerentię poſſum exhibere. Sed hæc deo in nobis ſeruanda & agenda committens,ad ea de quibus meam paruitatem conſulere dignata eſt ueſtra prudentia,non præſumendo ſed obediendo,reſpondebo ſorte nō quod mihi ſufficiat: ſed quod mihi uidetur. Comes quidē ueſter qui excommunicatus uobis diuina celebrantibus ſe miſcet: mihi uidetur humiliter admonendus: ne contemnendo ſententiam eorum quibus deus affirmat ſe audiri cum audiuntur, & ſperni cum Luc.10. ſpernuntur, ſe ligare cum ligant, & ſoluere cum ſoluūt, aggrauet ſuper ſe dei iudicium à quo fugere nuſquā homo poteſt. Quare illi melius eſſe ut p ſalubrem humilitatem abſtineat ab his à quibus eum apoſtolica ſegregat ſentētia, quàm per præſumptionis contemptum ſe ingerat in illa quæ nunquam niſi per humilitatem quæſita proſunt, at ſemp inordinate præſumpta obſūt. Nec debere cum ullo ſuo cōmodo & grauiſſimo ſuo malo cogere uos, ut eū cum offendere nolitis: deum & apoſtolici authoritatem grauiter irritetis: ad quos pacandos illum adiutorē habere non poſſitis. Facilius quoque ac benignius apoſtolicum eius rationes ſuſcepturum ſi ſuam illum ſententiā cognouerit reueritam. Quòd ſi comes idem hanc admonitionem reſpuerit ſcitis: qa deus plus eſt timendus quàm homo: Quapropter aut ſecundū iam prolatā apoſtolicam ſententiam erga illū agendum: aut ipſum apoſtolicum ſiue aliquem uices eius gerentem de hoc ipſo denuo conſulendum exiſtimo. De presbyteris uero qui ſe aperte reproba li-

bidinis conuerſatione deo reprobabiles exhibēt omnino tenendū eſt quod apoſtolica prouidentia eccleſiaſtico iuſtoque rigore conſtituit. Nempe nullatenus conuenit ut ibi reuerenter aſtetur: ubi pertinaciter aperta & impudēti libidine fœtentes: dei & ſanctorum prohibitionem contemnendo ſacris altaribus deſeruiunt: immo non deſeruiunt ſed quantum ad ipſos commaculant. Non quo quis ea quæ tractant contemnenda, ſed tractantes execrandos exiſtimet: ut qui dei & angelorum præſentiam nō reuerentur, uel hominū deteſtatione repulſi: ſacra contaminare deſiſtant. Nec ullatenus oportet ut illi ſint conſortes de altari participantium qui per immunditiam ſe faciunt exortes altari deſeruentium. De lapſis autē ſacros ordines habētibus & ſpōtanea humilitate, ſecrete quibus debent cōfitētibus: nequaquā aſſerendū eſt quod eiſdem ordinibus amplius uti nullatenus poſſint, ſi per ſacrificium ſpē cōtribulati cordis que cōtriti & humiliati deum placantes ad uirtutum profectū ſtudioſe contenderint. Nam nec apud deum reprobatur officiū alicuius propter culpā quā ipſe ignoſcit, nec apud hoīes decoloratur ſacri ordinis dignitas propter pſonam cuius ipſi peccatū non cognoſcunt: quibus duabus cauſis carnalis lapſis prohibet ad ſacros
Pſal. 31. ordines acceſſum aut reditū. Sed quoniam fermè ſemper occultum eſt, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: quorum uero minime, tutius ſemper eſt conſcium ſibi criminis ab his quæ placitam perſonam expoſcunt per laudabilem humilitatē abſtinere, quàm per culpabilem ſecuritatem præſumere. Illud nanque ſemper poteſt Deo non improbante, hoc uero non debet niſi deo approbante. Qui autem huic ſententiæ quæ ad ſacri ordinis officium reditū poſt lapſum concedit: nequaquam aliqua ratione niſi authoritate fulciatur ſcripturarū, uult conſenſum attribuere. legat epiſtolam beati Calliſti papę directam uniuerſis epiſcopis per Galliam conſtitutis, & beati Gregorij ad Secundinum incluſum, ubi ipſi hanc ſentētiā ſic firmis & pene eiſdem rationibus & authoritatibus cōfirmant, ut nullatenus aliorum adprobatione indigeat. Sed quoniam idē beatus Gregorius idipſum in alijs ſuis quibuſdam epiſtolis ſtudioſe prohibet, ne ſibijpſi contrarius ſit, de apertis quidem prohibuiſſe, de occultis uero poſt condignam pœnitentiam conceſſiſſe intelligitur. Nam crimen quod à Deo imputatur nec ab hominibus eſſe putatur, non reprobat, nec decolorat, ut iam dixi: cum tñ in tali re cuique tutius ſit corā Deo plus timere quàm cōfidere. Prohiberi autem inuitum debere qui occultum crimen humili confeſſione ſponte & occulte detegit, minime exiſtimo, ne multis obruatur uia ſalubris confeſſionis, quin potius eligent penitus in mortem occultari quā hac occaſione in certitudinem uel in ſuſpitionem alicuius criminis adduci. Hoc enim illi cui confitentur, ſtatuitur ad peccatum, ſed confitentem abſque eius conſenſu ceſſare à ſui ordinis officio non cogit, ſed potius magni criminis reus eſſe uidetur ſi cogit: quia ſic & confitentem pœnitere confeſſionis, & plures nondū confitentes horrere confeſſionem compellit. Nam ſatis patet, quàm minus malum ſit cuilibet peccatori ad altare cum amore confeſſionis peractæ, & ſpe miſericordię humili mēte accedere quàm ſe cum odio confeſſionis & deſperatione ueniæ indurato corde deſiderio: aut etiam actu ingerere. Ille itaque cui confeſſio fit: nequaquam particeps æſtimandus eſt minoris culpæ in qua alium permittit non conſentiendo, ſed maiorem prudenter præcauendo: maioris uero poteſtatis author eſſe uidetur, ad quos multos impellit, & ſi non uolendo tamen inordinate plus quod minus quàm. quod

malus erat timendo. Sed manifeſtū eſt, quia illi qui humili contritione ſuperbam uerecundiam conculcando ſemet ipſos iudicantes huiuſmodi ceſſationi ſponte conſentiunt: multoties tutius miniſtrant permiſſi ſeu etiam iuſſi quā illi cū uerecundia humana inter deum & ſe iuſte iudicare refugiūt: licet is cui cōfitentur ualde piculoſius prohibeat iſtos inuitos, ut ſupra dictum eſt, quā illos ſpontaneos. Et cum utriſque neceſſarium ſit uel ad tempus abſtinere, puto quia illi qui non libenter ceſſant ad quod non bene properant, ſunt tantum relaxandi, hi uero qui ſponte abſtinent ad quod nō præſumunt etiā reuocandi. Nam in illis ſi reuocentur obedientiæ tegimine pręſumptio palliaẽ, in iſtis uero humilitas obedientiæ robore adiuuatur: quæ reuocatio nō indifferēter, ſed magna prælati confeſſionem ſuſcipientis diſcretione facienda eſt. Sæpe nanq; contingit ut quis non per immenſum criminis horrorem & ꝑ uim humilitatis humanā uerecundiam ſuperet, ſed per ſtultitiæ tenebras & impudentiæ duritiam fœditatem ſceleris & pudorem non ſentiat, & per negligentiam officium ſuū nō appetat. Qui autem huiuſmodi eſt: nunquam ad ſacrum officium aut uocandus aut reuocandus eſt, ſed cū pro ipſo pœnitente ſupplicat humilitas, ſuggerit cōtritio, intercedit uitæ mutatio, tunc nimirum ſi prælatus nō tam de meritis aliqbus quā de magna miſericordia, & de multitudine miſerationum dei illū confortans ad ſui uſum immutet officiū: quia non iā temere quàm prudēter egiſſe uideatur. Eſt enim ſæpe in huiuſmodi pręuenienda puſillanimitas, excludenda contemptus ſuſpicio, oſtendenda beneuolentia: exhibenda compaſſio. Hoc enim modo qui tales ſunt quanto benignius tanto efficacius ad perfectionem prouocantur, & tanto ſtrictius in bono propoſito ligantur. Potui plura de ſcriptis patrum his interſerere, ſed quia epiſtolarū breuitas quæ ſe iam nimis extendi reclamat, non cōſenſit: ſimpliciter quid de interrogatis ſentirem paternitati ueſtræ iuſſus expoſui. Omnipotens dominus uos & in his & in omnibus quæ uobis agēda ſunt: ſic in rectitudine ueritatis dirigat: ut pro eis ſeipſum uobis retribuat. Si pręſens eſſem coràm uobis & coràm ſancta congregatione ueſtra, de qua multa bona à multis concorditer audio, ſuppliciter mente totum corpus proſternerem, & ut me bonorum quæ deus operatur in ueſtro monaſterio in perpetuum participē in fraterna charitate concederetis, peterem. Sed quoniā ego hoc non poſſum, pręſumo non de meis meritis, ſed de ueſtra ſanctitate rogare ut uos hoc ꝓ me nō humiliato corpore, ſed benigna mēte ab eiſdē filijs ueſtris mihi petatis, & cū illis concedatis: Valete.

Beati Anſelmi: ad Falconem epiſcopum Beluacenſem, ſe apud ſuſpicantes eum concupiſcentia archiepiſcopatus detineri, excuſantis.

Epiſtola IX.

Dulciſſimo & dilectiſſimo dilectori epiſcopo Beluacenſi Falconi, frater Anſelmus: æterna dei protectione & conſolatione gaudere: Scio mi dulcis amice quātum dilectio ueſtra de illius quę ſuper omnes homines diligit inſeparata corporali amiſſione contriſtaretur niſi ſe ſapiēter diuinæ diſpoſitionis conſolatione conſolaretur. Sicut enim in cordibus diligentium ſeſe inuicem ſpes & opportunitas confruendi ſe nutrit quandā delectabilem dulcedinem: ita eiuſdem rei deſperatio ingerit moleſtam amaritudinē. De qua re ueſtra prudentia meam poteſt cognoſcere cōſcientiam. Sic enim agnoſco ueſtræ dilectionis erga me ſynceritatem ut ſim certus uos non ignorare meæ dilectionis erga uos, & erga eos quibus illam oſtendebam, & maxime erga monachos Beccēſes ueritatem. Nam nullus ſic cognoſcit amici ueri conſcientiam, ſicut ille qui uere gerit amicitiam. Cō-

ſiderate ergo, quæ poſſit eſſe in corde meo integra lætitia: quē tot amicorum me deſiderantium, & à me deſideratorum cōtriſtat irreparabiliter perdita in hac uita præſentia? Vnuſquiſq; eorū de me ſolius amiſſione corporali dolet, & anima mea de oībus, quia ab eorū præſentia inuita tā inopinate ſcinditur, dolet. Nam & ſi maior multitudo ſimilē exhibentiū dilectionē in Anglia me uideatur lætificare: nullatenus tamē tam longo tempore radicatam & nutritam priorem dilectionē de corde meo ualet eradicare. Vera enim charitas non minus diligit priores amicos interius, ēt ſi exterius pariter nequeat opari cū ad plures extēditur, ſicut nec à prioribus. Si ueri amici ſunt, minus timet diligi cū à pluribus diligitur. Et quidē ſi qua mihi conſolatio eſt multitudinis amicorū præſentia: ad angorē quē gero ad priorū abſentiā, illud utiq; efficere nequit, ut nō cōtriſter de illorū: qui quanto magis me diligūt, tanto magis cōtriſtanē de abſentia dilecti & dilectoris ſui triſtitia. Delectat me cū dulci amico meo ſcribo de charitatis ſynceritateq́; & de eius efficacia diu tractare, ſed qm̄ epiſtolaris breuitas hoc nō patitur: cū & aliud uelim dicere, neceſſe eſt me iā materiam mutare. Quidam, ut audiui, ſuſpicantur me archiepiſcopatus concupiſcentia ad quē dolens & timēs trahor, detineri. Quod ſiue ſuo errore, ſiue aliena perſuaſione faciant: parcat illis deus, qui uidet quia fallunē & peccāt. Non me excuſo apud ueſtrā fraternitatem mihi dilectiſſimā, quæ ex quo me cognouit familiariſſima & longa conuerſatione: meā indubitāter didicit & credidit de ſecularis honoris ambitiōe cōſcientiam. Quam tāto uerius cognouiſtis, quāto uos ſecurius & totam uitam ueſtram ſenſui meo iudicioq́; cōmiſiſtis. Sed apud eos me excuſo quicunq; hāc lecturi ſunt epiſtolā, ut ſciāt quid mihi dicat conſcientia mea corā deo & aliīs ignorantibus: cum opus erit, reſpondeant pro me: ſi nō propter me uel propter deū. Multum.n. nocet infirmis in eccleſia dei opinio alicuius uitīj: ſiue uera ſiue falſa ſit de aliquo homine, & maxime de eo qui ſic eſt in eccleſia catholica conſtitutus, ut et uerbo & exemplo uitæ aliīs debeat & poſſit prodeſſe. Sciant ergo omnes ſicut mea conſcientia mihi dicit coram deo quē inuocare teſtē mendacīj nefas eſſe ſcio: quia nō me rapit aut alligat ad archiepiſcopatum Anglorum cupiditas alicuius rei: quam ſeruus dei contemptor mundi contēnere debet: ſed timor dei me cogit pati: ut quāuis dolens & timens ab eccleſia dei trahar. Et qa mihi liceret ſeruata obedientia & charitate quas deo debeo & eccleſiæ eius matri meæ, propter eū potius & libentius eligerē ſub abbate & regulari diſciplina in monaſtica paupertate & humilitate eſſe: & obedire & ſeruire quàm regnare in hoc mūdo ſeculariter, aut dominari, aut archiepiſcopatum ſiue epiſcopatum poſſidere uel abbatiam, aut hominibus quibuslibet preeſſe ad animarum gubernationem, ſiue ad corporum ſuſtentationē in magna terrarū & rerum terrenarum poſſeſſione & opulentia. Quod ego ipſe non imputo mihi tantū ad uirtutem: quātum ad hoc, quia talem me ſcio tam parum utilem, parum fortē, parum ſtrenuum, parum prudentem, parum iuſtū, ut potius mihi congruat & expediat eligere ſubeſſe prælato ꝙ aliīs præeſſe, obedire quàm præcipere, ſeruire quàm dominari, miniſtrare quàm miniſtrari. Cogor hæc de me cōfiteri, ſed malo hæc in ſimplicitate mea, ut puto, ſine omni duplicitate de me dicere, quàm pati ut aliīj homines peccent in me: aut malum exemplum ſumant per ignorantiam & errorem ſuum de me. Qui mihi hæc de me cōfitenti credit, certus ſit quia hoc credendo non fallitur ſi mea me conſcientia corā deō non fallit, & qui non credit uerum eſt, quia ipſe falſō & temera

rie de me iudicando ſe fallit. Omnipo-
tens dominus faciat uos in hac uita &
in futura indeficiente ſua protectione
& conſolatione gaudere.

*Beati Anſelmi ad Goffridum Pariſienſem epiſco-
pum, illum ut clericos monachorum propoſitum ap-
petentes non impediat admonentis, ipſoſque in tali
propoſito liberos eſſe ab epiſcoporum oneribus aſtruen
tis: Epiſtola X.*

Domino & patri reuerendo epiſco-
po Pariſienſi Goffrido, frater Anſelmus
dei diſponentis omnia diſpoſitione ele
ctus archiepiſcopus Cantuarię: pręſen
tis uitę deo placitam ſanctitatem et fu-
turæ æternam felicitatem. Quãuis di-
uina diſpoſitio ualde longe à reuerẽtia
ueſtra meam ſeparat paruitatem: nulla
tñ longinquitas debet minuere meam
quam ueſtra multis modis meruit be-
nignitas fidelitatem. Quapropter ſiqd
de ueſtra celſitudine audio unde mihi
ſit congaudendũ, ſemper uolo congau-
dere, & ſiquid cognoſco quod ueſtram
dignitatem mutare deceat familiari fi-
ducia eam charitatiue & humiliter de-
beo cõmouere. Didici quod dñs Vua-
leramus chariſſimus noſter cãtor eccle
ſiæ ueſtræ, deo inſpirante habitum ſan
ctæ cõuerſationis ſtudioſe & intentiſſi
me petens in monaſterium ſancti Mar
tini de Campis eo gaudio quo debuit
ſit ſuſceptus & inde uiolenter à uobis,
& quemadmodũ nõ neceſſe fuerat ab-
ſtractus. De qua re quãuis ueſtra pru-
dentia meo conſilio nõ egeat cogunt tñ
fidelitas & dilectio, quas uobis & illi
debeo: mentem meam ut ueſtrę reuerẽ-
tiæ aliqd ſuggeram. Non loquor ſapien
tiori me quaſi docendo, ſed uelut ea q̃
melius me ſcit breuiter commemoran-
do. Mi pater ſi oĩa facienda ſunt cum
cõſilio: cuius magis quàm eius qui ad-
mirabilis conſiliarius, deus fortis dici
tur? Ipſe quippe conſulit ad perfectio-
nẽ nitentibus, ut oĩa relinquant & ſe ſe
quantur. Ipſe oĩa relinquentibus & ſe-
quentibus ſe promittit, quia ſedebunt
cum illo in iudicio iudicantes tribus
duodecim Iſrael. Ipſe eſt qui inuitat la-
borantes & oneratos amore & curis
ſecularibus, ut ad ſe ueniant & requie-
ſcant. Hoc conſilium magis in mona-
chico quã in aliq uitæ propoſito imple
ri ſancti patres intellexerunt. Beatus
nanq; Gregorius in lib. 14. regiſtri ſci-
tis, quid mandet Deſiderio epiſcopo de
quodã qui diuina inſpiratione cõpun-
ctus gratiam monachicę cõuerſationis
appetierat: quomodo ſcilicet hortetur
eundem epiſcopum, ut propoſitũ eius
nullo modo impediat, ſed magis eum
quantum ualet paſtorali admonitione
ſuccendat, ne feruor conceptus in eo te-
peſcat. nec ullatenus debere eum q mo
naſterij portum petijt: rurſus ſeculariũ
ꝑturbationibus implicari. In Toletano
concilio quarto legiſtis clericos mona
chorum propoſitum appetentes: quia
meliorẽ uitã ſequi cupiunt, liberos eſſe
debere ab epiſcopis ad monaſteriorum
ingreſſus. Pauca dixi de multis. Si er-
go dicere contra dominum & contra
tot ſanctos patres dicta domini ueraci
ter intelligentes peccatum eſt. Facere Hier. 15.
contra manibus nõ dicã quomodo, ſed
quo modo, ſcitis quid eſt. Siquis ſepa-
rat ꝓtioſum à uili, id eſt, aĩam à ſeculo,
tanquã os dei: ſcriptum eſt, erit. Ille cu-
ius os & manus retrahunt aĩam adhæ-
rentem poſt deum ad ſeculum, quid
erit? Abſit mi dñe: nolit deus ut ſuper
epiſcopum cadat quod dominus dicit:
Qui non colligit mecum, diſpergit, & Matth. 12.
qui non eſt mecum, contra me eſt. Hor-
rendum eſt enim etiam auditui, ut qđ
Chriſtus elegit de mundo: epiſcopus
religet in mũdo, ut quod Chriſtus tra-
hit ad portum de procellis & tempeſta
tibus mundi: hoc epiſcopus retrahat à
portu in naufragoſos turbines mundi
ut quod Chriſtus abſcondit in ouili à
multitudine inſidiantium luporũ: hoc
epiſcopus rapiat de ouili & exponat
multitudini luporum. Mi reuerẽde pa-
ter, ne ſit moleſtum prudentiæ ueſtræ
quia ſic loquor. Non.n.hoc dico, quia

uelim oſtendere quod huiuſmodi ſitis: ſed quia deſidero ut huiuſmodi non ſitis, Conſideret & retractet prudentia ueſtra quod fecit quod mutandum intelligat, non eã pudeat facere quod magis deceat. Non enim adeo mirandum, ſi ſubito motu de tam ſtrenui clerici amiſſione aliquid non præmeditate feciſtis, ſed hoc eſt ualde laudandum ſi mutatis quod mutandum intelligitis. Saluto dominos & amicos noſtros canonicos ueſtros: quos etſi ſingulos nõ cognoui, hos tamen diligere & omnibus ſeruire uolui. Quos omnes uobiſcum ſupplex precor, ut conſecrationẽ meam quæ in dominica qua cantatur: Populus Siõ: ordinata eſt deo annuente fieri: ſuis orationibus non meis meritis, ſed ſua charitate prȩueniant. Oĩpotens dominus ſic uos uſque in finẽ huius uitæ dirigat & cuſtodiat, ut poſt hanc uitam ȩternam beatitudinem uobis retribuat. Sigillũ hæc epiſtola non habet, quia & abbas iam non ſum, & archiepiſcopus nondum ſum, nec me delectat pingi quod non ſum.

Beati Anſelmi, ad Richardum quondam monachum, cum ut uotum promiſſum teneat, & in propoſito uoti quod aſſumpſerat immobilis permaneat admonentis.

Epiſtola XI.

Anſelmus dei gratia archiepiſcopus fratri & filio Richardo monacho, ſalutem & benedictionem. Audiui frater mi, quia antequam monachus fieres: in ægritudine uouiſti te iturum ad ſanctum Ægidium, & idcirco modo timidus & nimis ſolicitus es de uoto illo ſoluendo: ita ut requieſcere cor tuum nõ poſſit niſi ad ſanctum Ægidiũ iueris. De qua re non tantum debes credere tibi, quantũ abbati tuo cuius conſilio et ordinationi animam tuam commiſiſti, & alijs qui melius ſciunt te qđ magis placeat deo & magis proſit animæ tuæ. Quapropter conſulo tibi & præcipio, ut omnimodo dimittens intentionem præfati itineris, & ſolicitudinem uoti illius in propoſito quod aſſumpſiſti quietus & immobilis permaneas, & in quiete ad hoc quod propoſuiſti id ad obedientiam, ad pœnitentiam pro peccatis tuis, & ad alios bonos mores proficere ſtudeas. Certus enim eſſe debes, quia cum teipſum deo totum uouiſti & reddidiſti per monachicam profeſſionem, ſoluiſti omnia minora uota quarumlibet actionum quæ prius ſine iureiurando & fidei alligatione promiſiſti. Eſto ergo quietus & ſecurus, & ego te ea authoritate, quã per gratiam dei habeo ſuper te à uoto illo abſoluto. Vale.

Paſchalis papa ad beatum Anſelmum, ſe de eo quod inueſtituras eccleſiarum laicis indulſerit excuſantis. *Epiſtola* XII.

Paſchalis epiſcopus ſeruus ſeruorũ dei Anſelmo Cantuarienſi uenerabili fratri & coepiſcopo: ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Suauiſſimas dilectionis tuæ ſuſcepimus literas charitatis calamo ſcriptas. Neque enim aliud chartæ calamus indidit quàm quod de fonte charitatis intinxit. In his reuerentiam deuotionis tuæ complectimur, & perpendimus fidei tuæ robur & piæ ſolicitudinis inſtantiam: Exultamus: qa gratia dei tibi præſtante auxilium: te nec minæ concutiunt, nec promiſſa ſuſtollunt. Dolemus autem, quia cũ fratres noſtros epiſcopos legatos regis Anglorum benigne ſuſcepiſſemus quȩ nec diximus eis nec cogitauimus, redeuntes ad propria retulerunt. Audiuimus enim eos dixiſſe, qa ſi rex in alijs bene ageret, nos inueſtituras nec prohibere nec factas excommunicare, & qđ ideo nolebamus chartæ committere: ne ſub hac occaſione et cȩteri principes in nos inclamarent. Vnde Ieſum, qui renes et corda ſcrutatur, in animam noſtram teſtem inducimus: ſi ex quo huius ſanctæ ſedis curam cœpimus gerere, immane ſcelus uel deſcendit in mentem. Et hoc à nobis deus auertat ut eſt & non: ſurrependo nos inficiat, et aliud

habeamus ore promptũ & aliud cor-
de reconditum: cũ cõtra mendaces pro
Pſal.11. pheta imprecetur dicens: Diſperdat do
minus uniuerſa labia doloſa. Si uero
noſtro ſilentio pateremur eccleſiã fel-
le amaritudinis & ſpieratis radice pol-
lui, qua ratione poſſemus apud inter-
num iudicem excuſari, cum dominus
ſub ſpecie ſacerdotum dicat propheţ:
Ezec.3. Speculatorẽ dedi te domui Iſrael? Non
bene cuſtodit urbẽ qui in ſpecula poſi-
tus dum non obſiſtit: eam hoſtibus di
ripiendam exponit. Si ergo uirgam pa-
ſtoralitatis ſignum: ſi annulũ ſignacu-
lũ fidei tradit laica manus, qd in eccle-
ſia pontifices agunt? Eccleſiæ honor at
teritur, ſoluitur diſciplinæ uigor & oĩs
religio Chriſtiana cõculcatur: ſi quod
nouimus ſacerdotibus ſolis deberi: lai-
ca patiamur temeritate præſumi. Non
eſt laicoꝝ eccleſiam tradere: nec filioꝝ
matrem adulterio maculare. Iure ergo
priuãdus eſt patrimonio: qui matrem
polluit adulterio. Nec meretur eccleſia
ſticæ benedictionis conſortium, qui eã
2.Par.26. impia infeſtatione inſequitur. Laicoꝝ
Leu.10. enim eſt eccleſiam tueri: non tradere.
Quas quidem cum illicitum ſibi facer
dotiũ uendicaret, lepra percuſſus eſt.
Filij quoq; Aaron, quia alienũ ignem
impoſuerunt: ignẽ diuino conſumpti
ſunt. Alienum enim eſt ab eccleſia, & à
ſacris canonibus eſt inhibitũ, ne prin-
cipes & ſeculares uiri inueſtituras, nõ
ſolũ non dare, ſed nec electioni epiſco-
poꝝ audeant ſe uiolenter inſerere. In ſe
ptima quippe ſynodo ut noſtis, ſcri-
ptũ eſt. Sancta & uniuerſalis ſynodus
diffiniuit neminem laicorum principũ
uel potentum ſe ui ingerere electioni
uel promotioni epiſcoporum. Si ergo
filij Aaron, quia ignem alienum intule
runt, corporaliter puniti ſunt: iſti quia
laicis à quibus alienũ eſt eccleſiam ſu-
ſceperint ſpirituali gladio feriunt. Epi-
ſcopos autem qui ueritatem in menda
cium cõmutauerunt: ipſa ueritate quæ
deus eſt in medium introducta, à bea-
ti Petri gratia & noſtra ſocietate exclu
dimus, donec Romanæ eccleſiæ ſatisfa
ciant & reatus ſui pondus agnoſcant.
Quicunque uero intra prædictas indu 3.Re.13.
cias inueſtituras ſeu conſecrationem
acceperunt: à conſortio fratrum & or-
dinatos & ordinatores alienos habe-
mus nec eis ad excuſationem deceptio
ſufficit, quia & propheta ab alio pro-
pheta deceptus nec ideo mortem eua-
ſit. Rogamus interea charitatem tuam
nos tuis ſanctis precibus commenda-
ri, ut quanto propius ad deum paſſi-
bus uirtutum accedas, nobis orationũ
tuarum manus extendas. Omnipotens
deus qui te huius ſtadij inuitauit ad
curſum, fœlici conſummatione perdu
cat ad præmium.

Beati Anſelmi, ad Cunum amicum ſuum, illum de tribus ſuperbiæ modis informantis.

Epiſtola XIII.

Anſelmus ſeruus eccleſiæ Cantua-
rienſis: dilecto amico Cuno ſalutem.
Exigit charitas ueſtra ut de tribus il-
lis modis ſuperbię de quibus uobis lo
cutus ſum, duos qui à memoria uobis
exciderunt per epiſtolam noſtram cõ-
memorem. Tres quidem illos eſſe di-
xi: Vnum in æſtimatione, id eſt, quan-
do aliquis altius exiſtimat de ſe quam
debeat. Contra qnem dicitur: Noli al- Rom.11.
tum ſapere, ſed time. Et quem negat ſe
fuiſſe, qui dicit. Domine non eſt exal-
tatum cor meum, & quæ ſequuntur. Pſal.130.
Alius eſt in uoluntate: quando aliquis
altius ſe uult tractari aliquo modo
quã debeat. contra quem dicitur. Quo Ioan.5.
modo poteſtis credere qui gloriam quę Hier.17.
ritis ab inuicem? Et: Diem hominis
non deſideraui, tu ſcis. Alius eſt in opẽ
re. Contra quem dominus dicit. Cum Luc.14.
inuitatus fueris ad nuptias non diſ-
cumbas in primo loco. iſte eſt quãdo
homo ſeipſum tractat altius quàm de-
beat. Contra ſingulos iſtos modos
plura inueniuntur dicta in ſacra ſcri-
ptura ſi inquiratur. Contra omnes di- ibidem
citur. Qui ſe exaltat humiliabit. Et: Su- Iaco.4.

perbis deus reſiſtit: & multa alia. De his tribus quã ſingula quęq; ſola eſt: illa eſt leuior quæ in ſolo ope eſt: q̃a non fit niſi p ignorantiam, & tñ uitium eſt, quia corrigendum eſt. De alĳs duabus illa quæ eſt in ſola uoluntate: damnabilior eſt, quia ſcienter peccat. Illa uero quę eſt in ęſtimatione ſola: inſanabilior eſt, quia nõ ſe oſtẽdit & iuſta ſibi uidetur. Si ergo iſtæ tres ſuperbiæ ſingulæ cõſiderentur, tres ſimplices poſſunt dici ſupbiæ. Si uero binæ & binæ intelligantur, tres duplices inueniũtur. Si uero tres ſimul coniungantur, erit una triplex & ſic erunt ſeptem. Tres ſimplices, tres duplices, una triplex. Contra iſtas ſupbias ſunt mẽbra humilitatis, id eſt, ut humiliter quis ſentiat de ſe, & quantũ ad tractatum & conuerſationẽ aliorũ humiliter uelit de ſe: & ipſe humiliter tractet ſe. Pro ſingulis modis ſuperbiæ dicič homo ſuperbus, ſed pro ſingulis membris humilitatis uel pro duobus: niſi oĩa mẽbra ſimul ſint non dicitur homo humilis: ſicut uno membro languẽte dicitur homo ęger, ſanus autem nõ dicitur niſi ſanis oĩbus membris. Hæc breuiter commemoraui charitati ueſtræ. Quæ ſi prudentia ueſtra ſæpius tractauerit: plenius ea intelliget quàm hic dicta ſint. Valete & orate pro me: ut ſicut deus dedit mihi ſuperbiam & humilitatem intelligere, ſic mihi det illam cauere & iſtam acquirere. Salutate dominum & amicum noſtrũ reuerẽdum epiſcopum Attrabatenſem ex parte noſtra.

IN LIBRVM, QVI IMAGO *mundi dicitur, Prologus.*

A D inſtructionem multorum quibus deeſt copia librorum hic libellus editur: nomenq; eius imago mundi uel mappa dicitur, eò quòd diſpoſitio totius orbis in eo quaſi in ſpeculo io ſpiciatur. In quo etiam noſtræ amicitiæ pignus poſteris relinquitur. Nihil autem in eo pono niſi quod maiorum commendat authoritas.

LIBER PRIMVS QVI IMAGO *mundi dicitur, qui à quibuſdam beato Anſelmo, ab alĳs Honorio incluſo aſcribitur.*

De forma mundi. Cap. I.

MVndus itaque dicitur quaſi undique motus: Eſt enim in perpetuo motu. Huius figura eſt in modum pilæ, rotunda: ſed ad inſtar oui, elementis diſtincta. Ouum quippe exterius teſta undique ambitur, teſta albumen: albumine uitellum, uitello gutta pinguedinis includitur. Sic mundus undique cœlo ut teſta circundatur: cœlo uero purus ęther ut albumen, ætheri turbidus aër ut uitellum, aëri terra ut pinguedinis gutta includitur.

De creatione mundi. Cap. II.

Creatio uero mundi quinque modis ſcribitur. Primo quo ante ſecula corporalia uniuerſitas mundi in mente diuina concipitur, quæ conceptio archetypus dicitur mundus: unde ſcribitur: Quod factum eſt, in ipſo uita erat. Secundo: cum ad exemplar archetypi hic *Ioan.1.*
ſenſibilis mundus in materia uel forma creatur ſicut legitur. Qui manet in *Eccl.18.*
æternum creauit omnia ſimul. In materia, ut ex quatuor elementis crearentur omnia corporalia. In forma, ut ad ſimilitudinem angelorũ animæ eſſent rationales. Tertio, cum per ſpecies & formas ſex diebus hic mundus formatur, ſicut ſcribič: Sex diebus fecit deus opera ſua bona ualde. Quarto: cum *Gen.1.*
unum ab alio, utpote homo ab homine: pecus à pecude: arbor ab arbore: unumquodq; de ſemine ſui generis naſcitur, ſicut dicitur: Pater meus uſque modo operatur. Quinto, cum adhuc *Ioan.5.*
mundus innouabitur: ſicut ſcribitur. Ecce noua facio omnia. *Apoc.21.*

De quatuor elementis. Cap. III.

Elementa dicuntur quaſi hyles ligamenta: hyle autem eſt materia. Sunt au

tem quatuor elementa ex quibus conſtant oĩa: ſcilicet, ignis, aer, aqua, & terra, quæ in modũ circuli in ſe reuoluuntur: dum ignis in aerem, aer in aquam, aqua in terrã conuertitur. Rurſus terra in aquã, aqua in aerem, aer in ignem commutatur. Hæc ſingula ꝓprijs qualitatibus quaſi quibuſdam brachijs ſe inuicem tenent, & diſcordem ſui naturam concordi fœdere uiciſſim commiſcẽt. Nam terra arida & frigida, frigidæ aquæ connectitur. Aqua frigida & humida, humido aeri conſtringitur. Aer humidus & calidus, calido igni aſſociatur. Ignis calidus & aridus, aridę terræ copulatur. Ex his terra utputa grauiſſima, imũ: ignis utputa leuiſſimus, ſupremum obtinet locũ. Alia duo medium, quaſi quodam ſoliditatis uinculo: quorum aqua grauior, terræ proximum: aer leuior, igni proximũ poſſidet locum. Deputantur uero terrę gradientia, aquæ natantia, aeri uolantia: igni irradiantia.

De aſsimilatione quatuor elementorum cum quatuor temporibus, quatuor qualitatibus & quatuor humoribus & quatuor ætatibus.

Cap. IIII.

Aſſimilantur autem hęc quatuor elementa quatuor temporibus, quatuor qualitatibus, & quatuor humani corporis humoribus & quatuor ętatibus. Connectitur autem terra quæ eſt frigida & ſicca autumno qui eſt ſiccus ex præcedenti æſtate, & frigidus ex aduenientehyeme. Aqua frigida & humida hyemi. Hyems enim frigida & humida eſt. Aer calidus & humidus ueri. Ver autem eſt humidus ex pręcedente hyeme, calidus ex adueniente æſtate. Ignis calidus & ſiccus æſtati colligatur. Eſt enim calida & ſicca, ęſtas. Iiſdem qualitatibus eſt humanum corpus temperatum & inde homo microcoſmus, id eſt, minor mundus appellatur. Sãguis nanque qui eſt calidus & humidus, aeri & ueri comparatur, & hic uiget in infantia. Cholera rubea quę eſt calida & ſicca igni & æſtati colligatur, & hęc abundat in iuuentute. Melancholia eſt frigida & ſicca terræ & autumno adaptatur, et abundat in prouectioribus. Phlegma quod eſt frigidum et humidũ aquæ & hyemi connectitur, & hoc dominatᷣ in ſenibus. Sãguinei ſunt hilares: miſericordes, ridẽtes, loquaces, ſimplices, moderati, blandi, bonę mentis, corporis pleni. Cholerici ſunt macilẽti, uoraces, ueloces, audaces, cito mobiles ad iram & cito pacificantur, agiles, ingenioſi, acuti, ſubtiles & leues. Melancholici ſunt ſtabiles, graues, doloſi, tarde commouentur ad iram & tarde pacificantur, auari, inuidi, triſtes, ſomnolenti. Phlegmatici ſunt tardi, ſomnolenti, obliuioſi, corpore compoſiti, uigilantes, intra ſe cogitantes, minus audaces et cito ſeneſcentes. Sanguis dominatur ab hora noctis uſq; ad tertiam diei. Et Cholera rubea ab hora tertia diei uſq; ad nonam eiuſdem diei. Melancholia ab hora nona uſque ad tertiam noctis. Phlegma ab hora tertia noctis uſq; ad nonam eiuſdem. Sanguis habet reſpirationem ꝑ nares. Cholera rubea ꝑ aures: Melancholia per oculos: Phlegma ꝑ os. Sanguis dominatur in dextero latere ſub hepate: Cholera rubea ibidem: Melancholia in ſiniſtro latere ſub ſplene. Phlegmatis autem una pars eſt in capite & in ueſica uel in corde. Phlegma dominatur in pueris cum ſanguine uſq; ad annos quindecim. Inde cholera rubea uſq; ad annos uigintiquinq;. Deinde cholera nigra uſque ad annos quadragintaquinq; cũ maxima parte ſanguinis. Hinc uſq; ad ſummã ętatem dominatur phlegma ſicut in pueris. Et nota quod quando horum humorũ aliquis excreſcit: ea hora diei debet principaliter minui in qua regnat.

De proprietatibus cõplexionũ.

Quibus horis dominẽtur.

Quibus locis purgentur humores.

In quibus ætatibus regnẽt humores.

Quibus nominibus terra nominetur. Cap. V.

Poſtq; de quatuor elemẽtis dictum eſt generaliter, & de quatuor hoĩs humoribus, nunc quoq; aliquid de partibus dicamus; & primo de terra. De no

minatur terra ſeptē nominibus. Terra, tellus, humus, arida, ſicca, ſolum, ops. Terra à terendo dicitur: & totū elementum intelligitur. Tellus quaſi tollens fructus, quæ eſt frugibus apta uel uinetis, fructiferisq; arboribus conſita. Humus ab humore, quæ eſt paluſtris & inarabilis. Arida inaquoſa quę ſemper feruore ſolis aret, ut Libya. Sicca quæ aliqn̄ cōpluta cito exiccatur, ut Iudæa. Solum à ſoliditate, ut ſunt montana. Ops, ab opibus, ubi diuitię, ſcilicet aurum & gemmæ abundant, ut in India.

Quòd terra eſt rotunda, centrum mundi, & oceano clauditur. Cap. VI.

Terræ forma eſt rotunda, unde & orbis eſt dicta. Siquis enim in aëre poſitus deſuper eam inſpiceret, tota enormitas mōtium & concauitas uallium minus in ea appareret quàm digitus alicuius, ſi pilam prægrādem in manu teneret. Circuitus autem terræ, centum & octoginta milibus ſtadiorum menſuratur, quod duodecies mille milliaria, & quinquaginta duo computatur. Hoc centrum in medio mundo, ut punctus in medio circuli æqualiter collocatur, & nullis fulcris, ſed diuina potētia ſuſtentatur, ſicut legitur: Non timetis me, ait dominus, qui ſuſpendi terrā in nihilo? Fundata eſt enim ſuper ſtabilitatem ſuam, ſicut aliud elementum occupans ſuæ qualitatis metā. Hæc in circuitu oceano, ut lembo cingitur, ut ſcribitur: Abyſſus ſicut ueſtimentum
Pſalm.103. amictus eius. Interius meatibus aquarum, ut corpus uenis ſanguinis penetratur, quibus ariditas ipſius ubique irrigatur. Vnde ubicunque terra infoditur, aqua reperitur.

De quinque circulis, quibus terra diſtinguitur. Cap. VII.

Quinque autē zonis, id eſt circulis quinq;, terra diſtinguitur. Quorū duo extremi ſunt inhabitabiles algore: medius inhabitabilis calore, à quo ſol nūquam recedit, ad illos nunquā accedit. Medij duo habitabiles hinc ardore, inde frigore temperati. Verbi grā: ſi ignis in hyeme ſub diuo accenditur, quinq; lineas efficere ſcitur, unā in medio feruidam, duas circūgelidas, duas intra has temperatas. Qui ſi ut ſol circuiret, quinque nimirum circulos redderet. Ex his circulis primus ſeptētrionalis, ſecundus ſolſtitialis, tertius æqnoctialis, quartus brumalis, quintus auſtralis nominatur: ſed ſolus ſolſtitialis inhabitari à nobis noſcitur.

De diuiſione terræ habitabilis. Cap. VIII.

Igitur habitabilis zona quæ à nobis incolitur, in tres partes mediterraneo mari dirimitur: quarū una Aſia, altera Europa, tertia Aphrica dicit. Aſia eſt à ſeptentrione per orientem uſq; ad meridiem. Europa ab occidente uſq; ad ſeptentrionem. Aphrica à meridie uſque ad occidentem extenditur.

De Aſia. Cap. IX.

Aſia à regina eiuſdem nominis appellatur. Huius prima regio in oriente eſt paradiſus, locus uidelicet oī amœnitate conſpicuus, inadibilis hominibus: quia igneo muro uſq; ad cœlum eſt cinctus. In hoc eſt lignum uitæ, ſcilicet arbor, de cuius fructu qui comederit ſemper in uno ſtatu immortalis ꝑmanebit. In hoc etiam fons oritur, qui in quatuor flumina diuiditur. Quę quidem flumina infra paradiſum terra cōduntur, ſed in alijs regionibus lōge diffunduntur. Nam Phyſon, qui & Ganges in India de monte Orcobares naſcitur, & contra orientē fluens oceano excipitur. Geon, q & Nilus iuxta montem Atlantem ſurgens, mox à terra abſorbetur, per quam occulto meatu currens in littore rubri maris denuo funditur, Aethiopiam circūiens per Aegyptū labitur in ſeptem oſtia diuiſus, magnum mare iuxta Alexandriam ingreditur. Tigris autem & Euphrates in Armenia de monte Perchoatra funduntur, & contra meridiem uergentes mediterraneo mari immerguntur. Poſt paradiſum ſunt multa loca deſerta & in uia,

inuia, ob diuerſa ſerpētum & ferarum animalia.

De India. Ca. 10

Deinde eſt India ab Indo flumine dicta, quod ad ſeptentrionē de monte Caucaſo naſcitur, & ad meridiem curſum dirigens, à rubro mari excipitur. Hæc India ab occidente clauditur: & ob hoc indicus oceanus dicitur, ī quo eſt ſita Taprobane inſula decem ciuitatibꝰ inclyta. Hęc duas ęſtates & duas hyemes uno anno habet, & omni tempore uiret. In hac etiā ſunt Chryſa & Arguſa inſulæ, auro & argēto fœcūdæ: & ſemper floridę. Ibi inueniūtur bdellium & lapis onychinus. Bdellium eſt arbor aromatica colore nigra magnitudine oliuæ. Onyx eſt appellatus q̄d habet in ſe permiſtum candorem in ſimilitudinem unguis humani. Græci enim unguē dicunt onychon. Ibi ſunt et montes aurei, qui propter dracones & gryphes non poſſunt adiri. In India eſt mōs Caſpius, à quo caſpium mare uocat. Intra quē & mare, Gog & Magog ferociſſimæ gentes à magno Alexandro incluſę feruntur, quę humanis carnibus & crudis beſtijs ueſcuntur. India habet quadragintaquatuor regiones, populos multos, Garamātes, Orcuſas, Coatras, quorum ſyluę tangunt ęthera. In mōtanis Pygmeos duorum cubitorum homines, quibus bellum eſt contra grues, qui tertio anno pariunt, octauo ſeneſcunt. Apud hos creſcit piper, colore quidem albo, ſed cum ipſi ſerpentes qui ibi abundant, flamma fugati, nigrum colorem trahit de incendio. Itē habet macrobios, duodecim cubitorum homines, qui bellāt contra gryphes, qui corpora leonum, alas & ungulas pręferunt aquilarum. Item agroctas & brachmanas, qui ſe in ignem mittūt ultro, amore alterius uitæ. Sunt & alij qui parentes iam ſenio confectos mactant, & eorum carnes ad manducandum parant, iſq́ impius iudicatur, q̄ hoc facere abnegat. Sunt & alij qui piſces ita crudos edūt & ſalſum mare bibūt. Sunt ibi & quędam monſtra, quæ quidam hominibꝰ, quidam aſcribūt beſtijs, ut ſunt hi qui aduerſas habent plantas, & octonos in pedibus digitos, & alij qui habēt canina capita, & ungues aduncos, quibus eſt ueſtis pellis pecudum, & uox latratus canum. Ibi quędā etiā matres quæ ſemel pariunt, & canos partus edūt, qui in ſenectute nigreſcunt, & lōga noſtrę ætatis tēpora excedunt. Sunt alij qui quinquennes pariunt, ſed partus octauum annum non excedūt. Ibi ſunt & monoculi qui & arimaſpi, & cyclopes et ſciopodes, q̄ uno tantū ſul ti pede, auram curſu uincunt, & in terra poſiti umbram ſibi planta pedis erecta, faciunt. Sunt alij abſq; capite, quibus oculi ſunt in humeris, pro naſo & ore duo foramina in pectore, ſetas habent ut beſtiæ. Sunt & alij iuxta fontē Gāgis fluuij, q̄ ſolo odore cuiuſdā pomi uiuūt, qui ſi longius eunt, pomū ſecum ferunt: moriuntur. n. ſi prauū fœtorē trahunt. Sunt ibi ſerpentes tam uaſti, ut ceruos deuorent, & ipſum etiam oceanum tranſnatant. Ibi. n. eſt beſtia Leucotrota, cuius corpꝰ aſini, clunes ceruì, pectus & crura leonis, pedes eq, ingēs cornu biſulcum, uaſtus oris hiatus uſq; ad aures, in loco dentium os ſolidum, uox penè hominis. Item eſt alia beſtia Aele, cuius corpus eq, maxilla apri, cauda elephantis, cubitalia cornua habēs: quorum unum poſt tergum reflectit, cum alio pugnat, illo obtuſo aliud ad certamē uibrat, nigro colore horret in aqua & in terra ęqualiter ualet. Ibi ſunt fului tauri uerſis ſetis horridi, grāde caput, oris rictus, ab aure ad aurē patet. Hi etiā cornua uiciſſim ad pugnam producunt uel deponunt, omne telū miſſile duro tergo repellunt, qui ſi fuerint capti, nulla poſſunt arte domari. Ibi quoq; eſt Māticora beſtia facie homo, triplex ordo ī dentibus, corpore leo, cauda ſcorpio, ocu

lis glaucis,colore ſanguinra, uox ſibilus ſerpentũ,fingens diſcrimina uocũ, uelocior curſu ꝙ auis uolatu ,humanas carnes habẽs in uſu,Ibi ſunt ẽt boues tricornes,pedes quinos habentes, Ibi quoqꝫ Monoceros , cuius corpus eq,caput cerui,pedes elephãtis, cauda ſuis,unũ cornu habens in media fronte armatum,quatuor pedum longum, ſplẽdens & mire acutum. Hæc beſtia nimis ferox,diros habet mugitus, omne qđ obſtat,cornu tranſuerberat, capta põt perimi,non poteſt domari. In Gãge quoqꝫ ſunt anguillę trecẽtorum pedum lõgæ.Ibi etiã ſunt quidam uermes qui inſtar cancri,bina habent brachia,ſex cubitorum lõga, ꝗbus elephãtes corripiunt,& undis immergũt. Indicum quoqꝫ mare gignit teſtudines, de quarum teſtis capacia hoſpitia faciunt homines.India quoque magnetem lapidem gignit,qui ferrum rapit. Adamantem etiam qui non niſi hircino ſanguine frangi poteſt.

De Parthia. Cap. 11

Ab Indo flumine uſque ad Tigrim eſt Parthia trigintatribus regionibꝰ diſtẽta.Dicitur autem Parthia a Parthis uenientibus à Scythia. Eſt in ea regio Arachoſia ab oppido Arachoſa dicta. Eſt in ea etiam Aſſyria ab Aſſur filio Sem nominata ,qui eam primus incoluit.Eſt in ea quoqꝫ Media a Medo rege dicta,qui ciuitatem conſtruens Mediam nominauit, de qua & regio nomẽ aſſumpſit. In ea etiã ẽ Perſia a Perſeo rege dicta, ꝗ ciuitatem Perſepolim ædificauit,de qua et regio nomen accepit. In hac primũ orta eſt ars magica. Perſia lapidem pyriditem mittit,ꝗ manum premẽtis urit, & ſelinitem cuius candor cum luna creſcit & deficit.

De Meſopotamia. Cap. 11.

ATigri flumine uſque ad Euphratẽ eſt Meſopotamia a duobus fluuijs gręce dicta, quod in medio duum fluminum ſit cõſtituta.In hac eſt ciuitas Niniue,itinere trium dierum,a Nino rege conſtructa & nominata. In hac etiã regio Babylonia,a ciuitate Babylone nominata:hãc Nemroth gigas fundauit, ſed Semiramis regina reparauit. *De Babylone.* Cuiꝰ muri latitudo eſt quinquaginta cubitorum:altitudo ducentorum cubitorum, ambitus ciuitatis quadringentorum octoginta ſtadiorum . Centum portis ęreis eſt firmata,flumine Euphrate per medium eius currente irrigua: huius arx Babel quatuor milium paſſuum alta ſcribitur:in ea quoqꝫ eſt Chaldęa, in qua primũ inuenta eſt Aſtronomia: in ea & Arabia , quę etiã Saba dicitur, ἀπὸ τοῦ σεβεῖν, id eſt , ſacrificare,uel a fluuio Saba.In hac thus colligitur. Et in hac eſt mons Sinai,qui & Horeb,in quo lex a Moyſe ſcribitur.Iuxta quẽ urbs Madian fuit, in qua ſacerdos Iethro præfuit , in ea ſunt gentes multæ, Moabitę,Ammonitæ,Idumæi, Saraceni,Madianitę,& aliæ multæ.

De Syria. Cap. 13

Ab Euphrate uſqꝫ ad mare mediterraneum eſt Syria,a quodam Syro rege dicta,ĩ quo eſt Damaſcus a Damaſco Abrahę liberto cõſtructa & dicta . Ibi & Antiochia ab Antiocho rege cognominata,quæ olim Reblata uocata. Eſt in ea Comagena prouincia.Eſt et Phœnicia à phœnice aue,quę ſola in hac terra inuenitur , ſiue a Phœnice rege filio Agenoris dicta.In hac ſunt ciuitates Tyrus & Sidon ſitæ.In hac etiã mons Libanus, ad cuius radices oritur Iordanis fluuius . Eſt in ea etiam Palęſtina a ciuitate Palæſtim dicta ,quę nunc Aſcalon uocatur . Eſt in ea & Iudæa a Iuda filio Iacob : de cuius tribu reges erant nuncupati . Hæc etiam Chananæa a Chanaan filio Cham eſt dicta. In hac eſt Ieruſalem , quã Sem filius Noe conſtruens,Salem nominauit,ſed eam Iebus filius Chanaan inhabitauit . Vnde a Iebus & Salem dedit ei nomen rex Dauid Ieruſalem , quaſi *De Ieruſalẽ.* Iebuſſalem , quam Salomõ filius eius auro & argento & gemmis decorauit,

& Ieroſolymam quaſi Ieruſalemoniam appellauit. Quam a Babylonĳs ſubuerſã, Zorobabel reędificauit. Sed Romanus populus funditus deleuit. Hanc poſtmodum Helius Hadrianus imperator reparauit, & Heliam nominauit.

De Palæſtina. Cap. 14

Eſt etiam in Palæſtina regio Samaria a ciuitate Samaria dicta, quæ nunc eſt Sebaſta dicta: in hac eſt quoq; Galilęa regio in qua eſt Nazareth ciuitas, iuxta montem Thabor ſita, in hac eſt Pentapolis regio a quinq; ciuitatibus dicta, in qua olim fuit Sodoma & Gomorrha. In hac eſt mare mortuum, a quo Iordanis fluēta abſorbētur: in hac quoque, Saraceni a Sara dicti, qui & Agareni ab Agar. Idem iſmaelitæ ab Iſmael nūcupati: in hac & Nabathęi a Nabaioth filio Iſmael dicti, quorū gentes ſunt duodecim.

De Aegypti. Cap. 15

Hac ſuperius dictę regiones ab oriēte incipientes, recta linea ad mediterraneum mare extēdūtur, quibus uerſus auſtrum Aegyptus cōnectitur, in qua uigintiquatuor gētes eſſe feruntur: hęc in oriente a rubro mari ſurgit, terminū ſuum uerſus occidetem in Libya figit. Hæc prius Euxia, id eſt bona copia dicta, poſtea ab Aegyptio rege fratre Danai Aegyptus eſt uocata. Hæc fluuio Nilo undique cincta in modum deltæ literæ eſt formata, centum milibus uillarum inclyta. Hanc nubes non obſcurant, pluuię non irrigant, ſed Nilus inundans eam fœcundat. In hac eſt prouincia Thebaida a Thebis ciuitate cognominata, quam Cadmus Agenoris filiꝰ in Aegyptum ueniens ędificauit, & Thebas ſecundum illam quam in Bœotia conſtruxit nominauit, regioniſq; nomen ab illa mutuauit. In hac Mauriciꝰ principabaē, & ab hac Thebei dicuntur. Huic maxima adiacet ſolitudo, in qua olim conuerſabatur monachorum multitudo. Cambyſes rex Aegyptum ſuperãm, ciuitatē cōdidit, cui nomen Babylon indidit, quæ nūc caput regni illius exiſtit, in hac etiam uictor Alexander aliam ciuitatem ædificauit, quam ex ſuo nomine Alexandriam nuncupauit.

De Thebis.

De Caucaſo monte. Cap. 16

Suprafcriptis regionibus uerſus Aquilonem annectunē hæ regiones. Mons Caucaſus a caſpio mare oriētis attollitur, & per aquilonem uergens penè uſque ad Europā porrigitur. Hāc inhabitāt Amozones fœminæ, uidelicet ut uiri pręliātes. His cohabitāt Maſſagetæ & Colchi & Sarmatę. Seres eſt oppidū orientis, a quo eſt Serica regio, & gens & ueſtis dicta. Poſt hāc eſt Bactriana, a Bactrio amne uocata. Hāc ſequitē Albania a cādore populi dicta, eo quod ibi albo crine naſcātur. huic cōiūgitur Scythia & Bithynia, alias Hunia, quarū gentes ſunt quadraginta quatuor. Ibi ſunt Hyperborei mōtes. Huic coniungitur Hyrcania ab Hyrcania ſylua nominata, in qua ſunt aues, quarū pennę ſplendent ꝑ noctem: cui cōnectitur Armenia, in qua eſt mōs Ararath, ſuꝑ quē arca Noe poſt diluuiū requieuit, cuius uſq; hodie ibi ligna uidenē: huic copulatur Iberia, illi uero Capadocia a ciuitate eiuſdem nominis dicta. In hac equę a uento concipiunt, ſed fœtus non amplius triennio uiuunt.

De Amazonibus

De Aſia minore. Cap. 17

Aſia minor poſt hanc conſtituitur, quæ penè mari undiq; cingitur. In hac eſt Epheſus ciuitas, ab Amazonibus conſtructa. In qua requieuit Ioannes euangeliſta. Prima prouincia Aſiæ minoris eſt Bithynia appellata, in qua eſt ciuitas eiuſdem nominis prius Bebricia dicta, poſt Migdonia, poſtea a Bithyno rege & Bithynia appellata. In qua eſt ciuitas Nicæa, in qua magna ſynodus facta fuit. In hac etiam ciuitas Nicomedia a Nicomede rege cōſtructa & dicta. Bithynia quoque maior dicitur. Phrygia, in qua eſt ciuitas

De regionibus Aſia.

Smirna à Theſeo cõſtructa. Hãc ſequit Phrygia à filia Europe Phrygia appellata. Hęc & Dardania à Dardão Iouis filio dicta. Huic iũgitur Galatia à Gallis dicta, quos Bithynus rex ĩ auxiliũ euocauit & poſt uictoriã eis terrã diuiſit. Eſt in ea ciuitas eiuſdẽ nominis ab eodem cõſtructa. In hac eſt etiã ciuitas

D. Troia. Troia à Troo rege cõſtructa & nominata, Hęc & Ilion ab Ilo rege eſt dicta. Huius mœnia dicunt Pergama. Huic adiacent Licaonia & Caria, ubi fluit Hermus fluuius, aureis arenis famoſus. Inde eſt Lydia à Lydo rege fratre Tyrrheni appellata. In hac eſt ciuitas Thiathyra: deinde eſt Iſauria ab aura qua undiq; ſflatur, dicta. Poſt hãc eſt Cilicia à ciuitate eiuſdẽ nominis nuncupata, quã Cilix filius Agenoris conſtruxit, & ab illa nomẽ regio accepit. In hac eſt mõs Amanus, q & Taurus, in quo eſt & Tharſis ciuitas à Perſeo cõſtructa, Pauli apoſtoli inhabitatiõe glorioſa. Deinde eſt Lycia, Perſidia & Pãphilia. Exinde eſt Põtus regio multarum gentiũ, à qua & Ponticum mare appellat, in quo Ouidius & poſtea Clemens exilio relegantur.

De Europa. Cap. 18

Poſt decurſam Aſiam, transeamus ad Europam. Europa ab Europe rege, uel ab Europa Agenoris filia eſt nominata. In qua ĩprimis uerſus ſeptentrionẽ ſunt Ryphei montes, & Tanais fluuius a Thanai rege dictus, et mẹotides

De Scythia. paludes magno mari iuxta Theodoſiã urbẽ ſeiũgẽtes. A Tanai fluuio eſt Scythia inferior, quę uerſus meridiem uſq; ad Danubiũ porrigit. In hac ſunt iſtæ prouinciæ, Alania, Dathia, Gothia. A

De Germania ſuperiori. Danubio uſq; ad Alpes eſt Germania ſuperior quæ a germinando populos dicitur: uerſus occaſum Rheno, uerſus aquilonem Albia flumine terminatur. In hac eſt Sueuia regio a monte ſuaui dicta: Hæc & Alemania ab Alemanno lacu appellata: hæc & Retia dicta. In hac Danubius naſcit, & .60. præcipuis fluuijs augetur, & in ſeptem oſtia ut Nilus diuiſus põticũ mare ingreditur. Eſt in ea Noricus quæ & Bauaria, in qua eſt ciuitas Ratiſpona. Eſt & orientalis Frãcia, cui coniungitur Thuringia: quã ſeqtur Saxonia. Ab Albia fluuio eſt Germania inferior, quę uerſus aquilonem oceano excipitur. In hac eſt Dacia & Noruuegia. A Danubio immo & circa Danubium uerſus orientẽ uſque ad mediterraneum mare, eſt Meſia a meſſium prouentu dicta. deinde Pannonia inferior & Vngaria. Inde Thracia a Thyras filio Iaphet dicta. Hęc habet Hebrum flumen & urbem Cõſtãtinopolim a Conſtantino cõſtructam & dictam. A mediterraneo mari eſt Gręcia a rege Græco dicta, Cethim olĩ uocata, & uerſus auſtrum magno mari terminatur, qui ſinus illyricus uocatur. Eſt in ea prouincia Dalmatia a Dalam ciuitate uocata. Eſt et Epir9 a Pyrrho filio Achillis dicta. In Epiro eſt fons in quo faces accẽſæ extinguũtur, & iterum extinctæ accendũtur. Eſt & Chaonia a ciuitate eiuſdẽ nominis appellata, quam Helenus frater Hectoris ędificauit, et ob amorẽ fratris ſui Chaonis Chaoniã nominauit. Hæc & Moloſſia a ciuitate Moloſſa dicta, quam Moloſſus Pyrrhi filius cõſtruxit, & a nomine ſuo Moloſſam uocauit. Eſt & ibi Helladia ab Hellene rege filio Deucaliõis & Pyrrhę dicta, ipſa eſt & Attica ab Atti filia Gręci regis, ſiue ab Attico filio cuiuſdã qui quęſiuit indigena Gręcię, ipſa eſt & uera Gręcia. In hac ẽ ciuitas Athenę, a Cecrope rege cõſtructa. Ibi eſt Bœotia, a Bone dicta: quia Cadmus filius Agenoris illuc ueniẽs bouis ductu, eum dijs immolãs, Thebas cõſtruxit, & prouinciã Bœotiam nũcupauit. De hac Thebani dicunt: de alia: Thebei. Eadem prouincia dicitur & Aonia, a fonte Aone, muſis cõſecrato, ſiue a rege Aone. Ibi eſt Peloponneſus, a Pelope rege, & a ciuitate eiuſdẽ nominis appellata. Ibi & Teſſalia, a

rege

rege Theſſalo dicta. Ibi et Macedonia, à Macedõe rege appellata. Hęc et Emathia, ab Ematho rege uocata. In hac ē mõs Olympus, qui excedit nubes. In hac & Theſſalonica, à Theſſalo rege filio Gręci cõſtructa. Ibi ē & Achaia ab Acheo rege et ciuitate eius nominis dicta. In hac eſt Corinthus à Corintho filio Oreſtis dicta. Ibi & Arcadia, quę et Sitonia, à Sitione rege nũcupata. Arcadia asbeſtõ lapidē mittit, q ſemel accẽſus extingui non poterit. Deinde eſt Pãnonia ſuperior uſq; ad Appẽninum mõtē. Ad aquilonē Hiſtria ab Iſtro fluuio, q & Danubius nominatur.

De Italia. Italia olim magna Gręcia ē dicta, poſtea Saturnia à Saturno poſt Latiũ (eo q; Saturnus pulſus à Ioue ibi latuit) eſt dicta. Deinde Auſonia ab Auſone rege, tandē ab Italo rege Siculorũ Italia nominata: hęc ab alpib⁹ ſurgit, & in magno mari terminũ figit In hac eſt urbs

De Roma. Roma, à Romulo rege cõſtructa & ſic dicta. Antiqui ciuitates ſuas ſcdm̃ præcipuas feras formabãt ob ſignificationē. Vnde Roma formã leonis habet, q cęteris beſtijs quaſi rex præeſt. Huius caput eſt urbs à Romulo conſtructa. Latericia uero ædificia utrobiq; diſpoſita, unde & Lateranis dicitur. Brũduſiũ autē formã cerui, Carthago bouis, Troia equi figuram habuit. Eſt in Italia Tuſcia prouincia à ſacrificijs et thure uocata. Eſt et Cãpania, à ciuitate Capua dicta à Capi rege conſtructa. Ibi eſt & Apulia, eſt & Vmbria, inde dicta qđ imbribus tempore diluuij ſuperſuerit, in iugis Appẽnini mõtis ſita. Eſt & Hetruria, ab Hetruſco rege dicta. Hæc eſt & Tyrrhenia à Tyrrheno fratre Lydi dicta, q de Meonia uenit ad Italiam. eſt & Lõgobardia, à longis bardis uocata. Padus qui & Eridanus Italiæ fluuius, ab Appẽninis montibus oritur, ac mari immergitur. Venetia à Veneto rege prius Henetia dicta, poſtea Venetia.

De gallia. Gallia à candore populi dicitur. γάλα enim græce lac dicitur. Rhenus ab alpibus naſcitur, & contra aquilonē uergens ſinu oceani excipitur. A flumine Rheno eſt Gallia Belgica à ciuitate Belgis dicta. Hæc à monte Iouis ſurgit, & uerſus aquilonē Britanicum oceanum incidit. Hæc & Frãcia à Frãco rege dicta, qui de Troia cum Aenea ueniēs, Troiam iuxta Rhenũ cõdidit, & terram Franciam cognominauit. Hãc uerſus occidentē excipit. Lugdunẽſis Gallia, quę & comata ob longas comas eſt dicta. Quæ uerſus auſtrum habet Narbonenſem Galliam à ciuitate Narbone dicta, quæ & togata à longis ueſtib⁹ dicta eſt. Verſus occidētem Aquitaneã ab aquis Rhodano & Ligere dicta.

De Hiſpania. Inde eſt Hiſpania ab Hiſpano rege dicta, pri⁹ Iberia ab Ibero fluuio, quę & Hiſperia ab Heſpero rege dicta, hæc uerſus occaſum oceano terminat. Sunt in ea ſex prouinciæ Terracona, Carthago, Luſitania, Galitia, Betica, Tingiana, à proprijs ciuitatibus dictę. Cõtra Hiſpaniam uerſus occaſum ſunt in oceano hæ inſulæ Britania, Anglia, Hibernia, Athanatis, cuius terra quouis gẽtiũ portata, ſerpẽtes perimit, & inſulæ in qbus fit ſolſticiũ orchades uiginti tres. Scotia, Tile cuius arbores folia nunquã deponunt, & in qua ſex mẽſibus uidelicet ęſtiuis eſt cõtinuus dies, ſex Hibernis mẽſibus cõtinua nox. Vltra hanc uerſus aquilonē eſt mare congelatum & frigus perpetuum.

De Aphrica. Cap. XIX.

Europã perambulauimus ad Aphricam transmigremus. Aphrica ab Apher uno de poſteris Abrahę eſt dicta. Hæc in oriente Indi fluminis ſurgit, & per meridiem uergens in occidentem tendit. Huius prima prouincia eſt Libya, à regina eiuſdem nominis dicta. Hæc à Parethonia ciuitate, & à montibus Catabathmon ſumpſit initium, & in aris Philenorum finit. De hac Libycum mare dicitur. Inde eſt Cyrenaita à Cyrene ciuitate nominata, ſed à regina eiuſdem nominis conſtructa &

dicta. Hæc & Pentapolis à quinqꝫ ciuitatibus eſt dicta: ſcilicet Beronice, Arſinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene, à proprijs conditoribus ita dictę. Inde eſt Tripolis à tribus ciuitatibus dicta, quę ſunt Occaſia, Berete & Leptis magna. Poſt hanc Biſace à duabus urbibus dicta.i.à Drumento & Biſantio. Deinde eſt Ceuſis, in qua eſt magna Carthago à Didone quæ & Eliſſa conſtructa, & Carthada à Caritho oppido nominata, ſed à Romanis deleta et denuo rędificata Carthago eſt appellata. Huius muri latitudo fuit ſeptemdecim cubitoꝝ. Poſt hanc Getulia, inde eſt Numidia in qua regnauit Iugurtha. In hac eſt ciuitas Hyppone, ĩ qua fuit Auguſtinus epiſcopus. Inde eſt Mauritania à nigredine dicta: μαυρὸν enim gręce eſt nigrũ. In hac eſt prouincia Sitifenſis à Sitifi oppido: alia Cæſarienis à ciuitate Cæſaria dicta. Tertia Tingitana à Tingi ciuitate nũcupata. Verſus meridiẽ uero eſt Aethiopia ab Aethere dicta. Vna in oriẽte, in qua eſt urbs Saba, de qua fuit illa regina quæ in euãgelio cõmemoratur à dño. Altera in occidẽte, intra quas Garamantes ſunt à Garamma ciuitate dicti. Apud quos eſt fons tã frigidus diebus ut nõ bibatur, tam feruidus noctibus ut nõ tangatur. Quibus uerſus orientem cohabitãt Troglodite qui celeri curſu feras capiũt. Vltra Aethiopiã ſunt maxima loca deſerta ob ſolis ardorẽ, & diuerſi generis ſerpentia hominibus incognita. Deĩde eſt maximus oceanus, qui ſolis calore dicitur feruere, ut caccabus. In extremis finibus Aphricæ uerſus occidentẽ, eſt urbs Gades à Phœnicibus cõſtructa, de qua gaditanũ mare dicitur. In ipſo uero oceano eſt mõs altiſſimus Atlas, unde atlanticũ mare nominatur. Atlas autẽ rex erat Aphricæ frater Promethei, à quo mons nomen accepit, quia in eo reſidens aſtrologiam deſcripſit, unde & cœlum ſuſtinere dicitur.

De inſulis maris. Cap. XX.

Peragratis Aphricæ finibus, ad inſulas maris tendamus. Inſulę ſunt dictę, quaſi in Salo ſitæ. In mediterraneo mari eſt Cyprus inſula contra Syriam, à Cypro ciuitate dicta. Hæc & Paphus dicitur à ciuitate eiuſdẽ nominis. Creta à Creto rege dicta. Hæc & Centapolis à centum urbibus nũcupatur. Hæc ſita eſt cõtra Libycum mare, quod & Hadriaticum, ab Hadria ciuitate dicitͬ. Abidos eſt inſula in Helleſpõto in Europa. Helleſpontus ab Helle uirgine dicitur. Cous ĩſula Atticę. Cyclades dicũtur, eo quòd in rotundo ſint poſitæ, Κύκλος enim græce dicitur orbis. Sunt enim quinquaginta quatuor contra Aſiam poſitę. Harum prima Rhodos à ciuitate eiuſdem nominis dicta ad oriẽtem eſt poſita. In hac fuit olim æreus coloſſus ſeptuaginta cubitorum altus. Tenedos ad ſeptentrionem poſita, à ciuitate Tene, & eius conſtructore eiuſdem nominis eſt dicta. Carpathos ad meridiem ipſius contra Aegyptum poſita: unde carpathiũ mare & carpathię naues. Cytherea ad occaſum eſt ſita, à Cythero monte dicta, hęc et Porphiris dicitͬ. Delos in medio, Cycladũ ſita, à ciuitate eiuſdem nominis dicta. Hęc tẽpore diluuij ſub Ogygio facti primo cõparuit. Vnde & Delos nomen cepit, quia δῆλος manifeſtum ſonat. Hæc & Ortygia dicitͬ ab ortygometris, id eſt, coturnicibus, quę primũ ibi uiſę ſunt. Icaria inſula à puero Cretẽſi naufrago eſt dicta, à quo Icariũ mare dicitur. Naxos inſula Dionyſij, qui & Bacchus. Melos quæ eſt ſtoria rotunda inſula. Parõ à ciuitate eiuſdẽ nominis dicta, à Paro Iaſonis nepote cõſtructa. Hæc gignit candidiſſimum marmor quod parium dicitur, & ſardiũ lapidem. Cydõ eſt inſula in qua maſtix naſcitͬ. Samos inſula à Samo ciuitate dicta in ægeo mari eſt ſita. De hàc fuit ſibylla, & Pythagoras, & Iuno. In hac fictilia uaſa ſunt reperta. Sicilia à Siculo rege fratre

Itali dicta prius Sicania à Sicano re-
ge cognominata contra Italiam ſita.
Hæc & Trinacria à tribus montibus
acribus dicitur. In hac eſt mõs Aetna:
cuius ſulphurea æſtuãt incendia. In hu
ius freto eſt Scylla & Charibdis. In
hac olim etiã Cyclopes, in hac inuenta
eſt comœdia. Aeoliç inſulç ab Aeolo re
ge dictæ iuxta Siciliã poſitæ: hç & uul
caniæ quia incendio ſunt plenç. Sũt. n. *De Sardinia.*
nouẽ ſtechades inſulç, contra Maſſiliã
ſitæ. Sardinia à Sardo rege Herculis fi-
lio dicta, contra Numidiam ſita eſt. In
hac nec ſerpens, nec lupus gignitur. In
ea eſt ſoliſuga aĩal, ut aranea morſu ho
mines perimẽs. In ea eſt herba ſimilis
apiaſtro, quæ comedentibus rictus cõ
trahit, & quaſi ridentes interimit. In
hac ſunt fontes calidi infirmis medelã,
furibus inferentes cæcitatẽ. Corſica à
Corſa muliere dicta, contra Liguriam
ſita, quç primitus taurũ ſuum quæſitu
ra illuc uenit, & referens loci fertilita-
tem à Liguribus inhabitari cœpit. Hęc
& Cyrne à Cyrno Herculis filio eſt di
cta, quia ab eo eſt inhabitata. Ebuſus
inſula cõtra Hiſpaniã, hãc fugiunt ſer-
pentes. Ibi eſt colubraria plena angui-
bus. Ibi & Baleares inſulæ, ubi inuẽtæ
ſunt fundæ. Gorgones inſulæ ſunt in
oceano iuxta Atlantem, in his olim ha
bitauerũt Gorgones: iuxta has Heſpe-
ridum hortus, in his inſulis oues albi
uelleris abũdant, quæ ad purpurã op-
time ualent: unde fabuloſæ dicitur au-
ream lanam habuiſſe. Μῆλον enim dici
tur ouis. Vltra has fuit illa magna in-
ſula, quæ Platone ſcribente cũ populo
eſt ſubmerſa, quæ Aphricam & Euro-
pam ſua magnitudine uicit, ubi nunc
eſt concretum mare. Meroe inſula eſt
in Nilo flumine in capite Aethiopię, in
qua abſumitur umbra in ęſtate. In hac
eſt lignum hebenum. Iuxta hanc eſt ci
uitas Syene, in qua eſt puteus à philo-
ſophis factus ſexaginta cubitorum al-
tus, in cuius fundum ſplẽdet ſol recto
gradu in Iunio menſe. Eſt & quædam
oceani inſula dicta Perdita, amœnitate
& fertilitate omnium rerum præ cæ-
teris longe præſtantiſſima, hominibus
incognita, quæ aliquando caſu inuen-
ta, quæſita poſtea non eſt reperta: &
ideo dicitur Perdita. Ad hanc fertur
Brandanus ueniſſe.

De inferno ubi ſit. *Cap.* XXI.

Inſulas circumiuimus, nunc inferna
petamus. Infernus ideo dicitur, quia
inferius eſt poſitus. Sicut. n. terra eſt in
medio aere, ita eſt infernus in medio
terræ. Vnde & nouiſſima terra dicitur.
Eſt autem locus igne & ſulphure hor-
ridus, inferius dilatatus, ſuperius coã-
guſtatus. Hic lacus uel terra mortis di
citur, quia animæ illuc deſcẽdentes ue
raciter moriuntur. Hic & ſtagnũ ignis
dicitur, quia ut lapis mari, ita animæ il
luc immerguntur. Hic terra tenebroſa
uocaĩ, & fumo & nebula fœtoris ob-
ſcuratur. Hic terra obliuionis nũcupa
tur, quia ſicut ipſi obliti ſunt dei, ita eo
rũ obliuiſcitur miſereri deus. λήθη græ
ce, latine obliuio dicitur. Hic dicĩ tar-
tarus ab horrore & tremore, quia ibi
eſt fletus & ſtridor dentium. Hic & ge
henna, id eſt, terra ignis nominatur. γῆ
enim terra dicitur, cuius ignis compa-
ratiõe, noſter ignis umbra eſſe dicitur.
Huius profunditas & receſſus dicitur
erebus, draconibus & igneis uermib⁹
plenus. Huius os patens dicitur bara-
thrũ, quaſi atra uorago, uel ideo quod
graue punit. Hic & orcus dicitur, quia
eſt locus prorſus inſatiabilis. Hic &
acheronta, quia eſt ſine lætitia, Huius
loca fœtorẽ exhalãtia, dicuntur acherõ
ta, id eſt, ſpiracula ſubaudi immundos
ſpiritus emittentia. Hic etiã dicĩ Styx,
quod latine ſonat triſtitia. Phlegetõ eſt
fluuius infernalis ob uicinitatẽ ignis
& ſulphuris, fœtore & ardore horribi-
lis. Sunt & alia multa loca, ſiue in ter-
ris, ſiue in inſulis pœnalia, aut frigore,
aut uentis horrẽtia, aut igne & ſulphu
re iugiter feruentia.

De aqua. *Cap.* XXII.

Ignea inſerorum loca pſpeximus ad
refrigerium aquarum confugiamus.
Aqua quæ ſecundum elementum po-
nitur, ab æqualitate dicitur. Vnde &
æquor quod ſit planũ, hoc in mari col-
ligitur, in flumina diffunditur, ĩ fontes
diuiditur, p amnes connectitur, p ter-
ras diſſipatur, per aera attenuatur. To
tam terram cingit, oẽs regiones & pro
uincias diuidit. Huius immẽſa profun
ditas dicitur abyſſus, quaſi abeſt fun-
dus. Habet tamen fundũ quamuis ni-
mis profundum. Oceanus dicitur qua
ſi zonarum limbus. Quinq; enim zo-
nas mundi in modum limbi ambit. Ae
ſtus oceani, id eſt, acceſſus & receſſus
lunã ſequitur: cuius aſpiratione retro
trahit̃, & eius impulſu refundit̃. Quoti
die autẽ bis effluere & remeare dicitur
uel dicetur. Cũ luna creſcente creſcit,
& cũ decreſcente decreſcit. Cum luna
eſt in æquinoctio, maiores oceani flu-
ctus ſurgunt ob uicinitatem lunę, cum
in ſolſticio minores ob longinquitatẽ
eius, per decem & nouẽ annos à prin-
cipio motus & paribus incremẽtis, ut
luna reuertũtur. Antipoſtis uero, id eſt,
uorago in oceano, in exortu lunæ ma-
iori æſtu fluctus inuoluit & reuomit.
Hæc aũt uorago quę totas aquas & na
De a- ues abſorbet & reuomit, hinc fit abyſ-
byſſo. ſus. Eſt aũt in terra abyſſus pfundiſſi-
ma, de qua ſcribitur: Rupti ſunt fon-
Gen.7 tes abyſſi magnę. Iuxta hãc ſunt cauer
noſa loca & ſpeluncæ late patentes. In
his uenti de ſpiramine aquarum conci
piuntur, qui etiam ſpiritus procellarũ
dicũtur, & hi ſuo ſpiramine aquas ma
ris p patentes terrarũ cauernas intror
ſus in abyſſum attrahunt, & ea exun-
dante iterum magno impetu repellũt.
De ter De his uentis fit etiam terręmotus. Nã
ræmo- uenti concauis locis incluſi, dum erũ-
tu. pere geſtiunt, terribili tremore terram
cõcutiunt, eamq; tremere faciũt. Hinc
etiam fit terræ hiatus, dum loca caua
continuis aquis fragilia uentis cõcuſ-
ſa rumpuntur, & introrſus cadentia in
hiatum aperiũtur, de quibus multæ ci-
uitates deuoratæ leguntur. Hoc eſt aũt
in terra tremor quod in nubibus toni-
truum. Hoc hiatus quod ibi fulmen.
Fiunt autem cum terræmotu inũdatio
nes maris, eodem uidelicet ſpiritu infu
ſi, uel reſidenres ſinu recepti. Vnde tel-
lus Siciliæ, quę cauernoſa eſt & ſulphu
re ac bitumine ſtrata, uentis penè tota
& ignibus patet ſpiritu introrſus cum
igne concertante, multis ſæpe locis fu-
mum uel uaporẽ uel flamma eructat,
uel etiã uento acrius incumbente, are-
narum lapidumq; moles excitat. Inde *De Aet*
montis Aetnæ, ad exemplum gehennæ *na mõ*
igniũ tã diutinũ durat incendiũ, quòd *te.*
inſularum incolæ dicũt undis nutriri,
dum aquarũ concurſus ſpiritum in p-
fundum ſecum rapiens, tandiu ſuffo-
cat donec uenis terræ diffuſis fomenta
ignis accendat. Hic etiã ſcylĳ canes la- *De Scyl*
trare finguntur, dum procul nauigan- *la.*
tes undarũ tremore terrẽtur, quas ſor-
bente uoragine collidit ęſtus. Simili de
cauſa in alĳs etiam terris incendiũ ſur
git, & gehennã pręoſtendit. Sicut calor
de igne, ita frigus naſcitur de aqua. Vn
de extremæ partes oceani, rigido gelu
& ppetuo frigore horrent, quia calore
ſolis carent. Pars autẽ oceani quæ me-
diũ orbem diuidit: ideo iugiter calore *De a-*
feruet, qa ſolis iter ſup ſe habet. Ocea- *quis*
nus fluuiorũ occurſu non augetur, qa *dulcib.*
fluentia dulcia, partim ſalſis uadis con
ſumuntur uel uentis, aut uapore ſolis
arripiũtur, partim p occultos meatus *De a-*
in ſuos amnes reuertuntur. Oceanus *maris.*
idcirco perdurat ſalſus tot fluminibus
ac pluuĳs irrigatus: qa exhauſto à ſole
dulci tenuiq; liquore, quem facilius
ignea uis cõtrahit, amnis aſperior, craſ
ſiorq; relinquitur: ideo ſumma pars
maris unda eſt dulcior, profunda ama
rior. Lunæ autem alimentũ eſt in dul-
cibus aquis, ſolis uero in amaris. Ma- *De ma*
re rubrum de oceano exit, ſed rubeum *ri ru-*
calorẽ de terra trahit, quæ tota ſangui- *bro.*
neo colore rubet, ac uicina littora infi-

eſt. Mare dicitur quod ſit amarũ, hoc per uenas terræ occulto meatu diſcurrit, amaritudinem in terra deponit, dulce in fontibus erumpit, in ſeipſum iterum refluit, ut ſcribitur: *Eccle. 1* Ad locũ unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Oĩa flumina intrant in mare, & mare non redundat. Dicitur tamen ꝙ aquæ natura ſit duplex, ſcilicet ſalſa et dulcis. Salſa maris & grauior, dulcis fontium & fluminũ & leuior. Et cum legatur, ꝙ deus fontem in paradiſo ꝓduxerit, & in quatuor diuidens, totam terrã in quatuor mundi partibus rigare præceperit. Dicit̃ quod eruptio omnium, fontium uel fluuiorum dulcis aquæ de illo fonte, uel fluuijs illis decurrat, & in matricẽ abyſſum eiuſdem fontis refluat. Quæ licet uniuerſa maria influat, amaris tamen aquis non cõmiſcetur, ſed utputa leuis ſuper graues aquas labitur, & in occultum curſum ſuum reuertitur. Hinc eſt ꝙ mare non redundat, cum omnia flumina intrent illud, ſed & ſuprema maris unda non eſt adeo amara, ꝗ̃ ea quæ in imo eſt poſita. Quod fõtes in hyeme ſunt calidi, in æſtate autem frigidi, hęc cauſa eſt: In æſtate calor aeris repellit frigus in terrã, & inde fit aqua frigida, ĩ hyeme aũt frigus aeris pellit calorem in terram, et inde fit aqua calida. Et cum aqua omnis aut dulcis ſit aut ſalſa, uidendum eſt unde quædam erumpat calida uel putrida. *De locis ſulphureis* Sunt quidam ſpecus ſubterranei naturaliter ſulphure pleni, in his cũ uentus excipitur eius afflatu ſulphur accenditur, quod incendium etiã eructuant quædam loca, ut fit in Sicilia. Cum ergo aqua per hęc ignea loca currit, calorem & fœtorem inde trahit, & ſi prope hunc locum erumpit, flammiuoma ebullit. Si autem longius receſſerit, uix tepeſcit, deide penitus frigeſcit: Sunt alia loca ſerpentibus plena, quæ uicinam aquam inficiunt ueneno, quæ dum de terra exurgit, bibentes interfimit, ut fons quem Styx facit. Quod aqua maris mortui à uentis nõ mouetur, & in ſe nihil uiuere patitur, ſit ex fõtibus bituminis: quibus ædificata eſt *De mortuo mari.* turris Babel. Bituminis autem natura reſiſtit aquæ, quę nõ diuiditur, niſi mẽſtruo ſanguine. Piſces & aues ideo in *De piſcibus & auibus.* aquis cõmorãtur, quia de his facti legũtur. Quod aũt aues in aere uolant, & in terra habitãt, ideo fit: quia & aer eſt humidus ut aqua, & terra eſt aqua permiſta. Quod uero quędam aĩalia de terra creata in aquis poſſunt morari, ut ſunt crocodili & hippotami, hoc ideo fit: qa aqua eſt terrę ualde permiſta. Cũ in nocturna nauigatione æs ſcintillat, & ad remos tempeſtas ſe eriget, & cum delphini undis ſępe inſiliunt, quo illi ferũtur, inde uenti exurgũt, & cum nubes diſcuſſæ cœlum operiũt, de profundis emergimus, modo ſcriptoriam pennã in aera ſuſpendamus.

De aere. *Cap.* XXIII.

Aer eſt omne quod inani ſimile à terra uſq; ad Lunam conſpicitur, de quo & uitalis ſpiritus hauritur. Et quia eſt humidus: ideo in eo uolant aues, ut in aqua natant piſces. In hoc commorantur dæmones, cum tormentis diem iudicij præſtolantes, ex quo ſibi corpora aſſumunt, dum hominibus apparent. De hoc procreantur uenti. Ventus enim *De uentis.* eſt aer commotus & agitatus, & nihil aliud quàm aeris flatus. Qui in duodecim diuiditur, & quiſq; proprium uocabulum ſortitur. De quibus quatuor ſunt cardinales, alij illorum collaterales. Primus cardinalis Septentrio, qui & Aparctias, frigora faciens & nubes. Huius dexter Circius qui & Traſceas, faciens niues & grandines. Eius ſiniſter eſt Aquilo, qui & Boreas conſtringens nubes. Secundus cardinalis Subſolanus, qui & Apeliotes, temperatus. Cuius dexter Vulturnus qui & Cecias, cuncta deſiccans. Eius ſiniſter eſt Eurus nubes generans. Tertius cardinalis eſt Auſter, qui & Notus, humorem, calorem & fulmina gignens.

Huius dexter Euro Auſter, calidus.
Eius ſiniſter Euronotus. tẽperatus. Au
ſtrales uenti faciũt maiores tẽpeſtates
in mari, qa ex humido flãt. Quart⁹ car
dinalis eſt Zephyrus, q & Fauonius,
hyemẽ reſoluẽs, floreſq́ producẽs. Hu
ius dexter Aphricus: q & Libs, tempe
ſtatẽ & tonitrua generans & fulmina.
Eius ſiniſter chorus, q & Argeſtes, in
Oriẽte nubila, in India faciens ſerena.
Extra hos ſunt duo uẽti; Aura & Alta
De nu nus, Aura in terra, Altanus in pelago.
bibus. Vẽti ſuo ſpiramine aquas in aera tra-
hũt, quę conglobatæ in nubes dẽſant.
Dicuntur autẽ nubes, quaſi nymborũ
naues. Quibus dum uenti incluſi erũ-
pere nituntur, magno murmure cõcre
pant, & nubibus colliſis ignẽ terribilẽ
De toni excutiũt. Crepitus ergo nubium & uẽ
truis et torũ eſt tonitruus. Ignis inde excuſſus
fulmi- eſt fulgur, qui ignis ideo quæq; pene-
nibus. trat quæ tangit: quia & noſtro eſt ſub-
tilior, & magna ui uentorum impellitẽ.
Ab Aquilone fulgur, & ab Euro toni-
truus, ab Aphrico tẽpeſtas, ab Auſtro
De iri flatus æſtũ protẽdit. Arcus in aere qua
de. dricolor ex ſole & nubibus formatur,
dũ ſolis radius cauę nubi immiſſus, re
pulſa acie in ſolẽ reſtringitur, ſicut dũ
ſol in uas aqua plenum fulget, ſplẽdor
in tecto redditur. De cœlo igneum, de
aqua purpureũ, de aere hyacinthinũ,
de terra trahit colorem gramineũ. Im-
De im ber ex nubibus deſcendit. Dum.n. gut
bre. tulę in maiores guttas coeũt, aeris am
plius natura non ferente, nũc uẽto im-
pellente, nunc ſole diſſoluẽte ad terras
dilabũtur. Lẽta autẽ & iugis defluxio
pluuia, repentina & præceps nymbus
uel imber, uocatẽ. Quæ licet de amaris
aquis maris ſit hauſta, de ſolis igne de
cocta in aere dulceſcit, ut marina aqua
De grã humo infuſa dulcẽ saporẽ ſumit. Stillæ
dine. pluuię uentis & frigore conglaciatę in
De ni- aere coagulantur, & in lapillos grandi
ue. nis mutantur. Nix aquarum uapore,
necdũ denſato in guttas, ſed gelu pręci
piente formatur, quę in alto mari non
cadit. Ros de aere uenit, quando aquis *De ro-*
grauatus rigore noctis & Lunę ſplẽdo *re.*
re diſtillat. Si uehemẽtius eſt frigus no *De prui*
ctis, ros in pruinam uerſus candidior *na.*
gelu inalbeſcit. Nebula fit dum humi- *De ne*
dę exhalatiões uaporaliter in aera tra- *bula.*
huntur, uel radijs ſolis ad terram repel
lũtur. Fumus.n. aſcẽdit de aqua. Om- *De fu-*
ne nanq; corpus cõſtat ex quatuor ele- *mo.*
mentis. Lignum autẽ eſt corpus quod
igni iniectũ cum fuerit, ignis materies
quæ ei ineſt ardet. Terrę uero materies
uertitur in cinerẽ. Aeris & aquę mate-
ries p fumum euaneſcit in aerem. Ideo
autẽ eſt amarus, quia natura aquæ eſt
ſalſa, ſiue quia terræ permiſta. Quòd *De ſtel*
in noctibus uidentur ſtellæ cadere, nõ *lis quæ*
ſunt ſtellæ, ſed igniculi à flatu uentorũ *uiden-*
ab æthere in aerẽ tracti, & mox in ma- *tur ca-*
dido aere extincti. Peſtilentia naſcitẽ ex *dere.*
aeris ſiccitate, uel calore, uel tẽpeſtate *De pe-*
corrupta, qui ſpirando uel edendo per *ſtilẽtia*
ceptus, lucem morteḿq; generat. Hoc
totum quod diximus infra Lunam in
aere fit, ſuperius uero ſemper ſerenum
exiſtit. Aerem tranſuolauimus iam in
ætheris ignem conſcendamus.

De igne. *Cap.* XXIIII

Ignis qui quartum elemẽtũ conſcri
bitur, quaſi nõ gignẽs dicitur: à Luna
uſq; ad firmamẽtũ extẽditur. Is tantũ
eſt aere ſubtilior quantum aer aqua te
nuior, aqua terra rarior. Hic etiã æther
quaſi purus aer dicitur, & ſplẽdore per
petuo lętatur. De hoc angeli corpora
ſumũt, cum ad hoĩes miſſi ueniunt. In
hoc ſeptem ſtellæ ſingulis circulis con *De pla*
tra mundum feruntur, & ob uagũ cur *netis,*
ſum, planetæ, id eſt, erraticæ dicuntur.
Hę imẽſa celeritate firmamenti ab Ori
ente in Occidentem raptantur, tamen
naturali curſu contra mundum ire cõ
probantur, ſicut muſca ſi in rota molẽ
dini circumferetur, ipſa tamen proprio
motu contra reuolutionẽ eius ire uide
tur. Hæ nunc inferius, nunc ſuperius
propter obliquitatẽ ſigniferi uagãtes,
radijs aũt ſolis præpeditæ anomalę uel

retrogradę uel ſtationarię fiunt. Luna
ſicut eſt à diuinis omnibus ultima:ita
oíbus in noſtris terrenisq; oíbus pri-
ma. Luna eſt primus planetarũ & mi
De Luna. nima ſtellarũ. Sed ideo maior cęteris ui
deatur, qa proxima terrę in primo circu
lo fertur. Huius corpus eſt globoſum,
natura igneũ, ſed aqua pmiſtũ. Vnde
& ppriũ lumen nõ habet, ſed in mo
dũ ſpeculi à ſole illuminatur: & ideo
luna quaſi lucina.i.à luce nata nomi-
De macula Lunæ. natur. Quod aũt quaſi nubecula in ea
uidetur ex aqua natura credit. Dicitur
enim, ſi aqua permiſta nõ eſſet, terram
ut ſol illuſtraret, immo ob uicinitatem
maximo ardore uaſtaret: Globus nan-
que eius fundo eſt amplior. Licet ab al
titudine ſui circularis uideatur uix mo
dio maior. Luna lucet ea parte qua ſo-
li eſt oppoſita, ea autẽ parte eſt obſcu-
ra, qua à ſole eſt auerſa. A ſole uero lon
gius remota lucet tota: Non enim cre-
ſcit uel minuitur, ſed obiecto terræ, lu-
mine quod à ſole accipit uiduat. Hæc
licet quotidie uiolentia firmamenti ab
oriente in occidẽtem feratur, tamen cõ
tra mundum nitens, omnia zodiaci ſi-
gna 27. diebus peruagatur, circulũ au-
tem ſuum, in 19. annis perambulare aſ
firmatur. Luna quarta ſi rubeat quaſi
aurũ, uentos oſtendit, ſi in ſummo cor
niculo maculis nigreſcat, pluuidũ mẽ
ſis exordium, ſi in medio plenilunium
De Mercurio. ſerenum. Secundus planeta eſt Mercu
rius, qui & Stilbon, forma globoſus,
natura igneus, Lunã magnitudine uin
cens, lumen à Sole accipiens, ſigniferũ
trecẽtis trigintanouem diebus percur-
De Venere. rens. Tertius planeta eſt Venus, qui &
heſperus, Auroræ & Cephali filius, Lu
De Sole. cifer & Veſper, rotundus & igneus, cõ
tra mundum nitens ut Mercurius, ſi-
gniferum percurrens trecentis quadra
gintaocto diebus. Quartus planeta eſt
Sol, inde dictus quod ſolus luceat cæ-
teris ſtellis obſcuratis, uel quod ſit ſu
per omnia lucens, forma ſphęricus, na
tura igneus, magnitudie octies terram
uincens, omnibus ſtellis lumen præ-
bens: hic ab oriente in occidentem im-
petu firmamenti fertur, ſed cõtra mun
dum nitens per totum zodiacum tre-
centis ſexagintaquinq; diebus graditu:
circulum aũt ſuum uigintiocto annis
perambulare traditur. Huius pręſentia
diem, abſentia uero eius noctẽ efficit.
Sicut enim tota die ſuper terram, ſic to
ta nocte lucet ſub terra. Aquilonarem
partem cœli peragrans, facit nobis lon
gos dies & ęſtatẽ: Auſtralem uero per
currens, inducit nobis breues dies &
hyemẽ. Sol in ortu ſuo maculoſus, uel
ſub nube latẽs, pluuialem diem præſa
git. Si palleat tempeſtuoſum. Si conca-
uus uidetur: ita ut in medio fugiens ra
dios ad Auſtrum & Aquilonem emit
tat, tempeſtatem humidã & uentoſam.
Si pallidus in nigras nubes occidat,
Aquilonem uentum. Quintus planeta De
eſt Mars, q & pyrous, globoſus, igne Marte.
feruidus, percurrit ſigniferum duobus
annis. Sextus planeta eſt Iupiter qui et De Io-
phęnon, rotundus, temperatus, zodia- ue.
cum peragrans duodecim annis. Septi De Sa
mus planeta eſt Saturnus, qui & phae turno.
ton, ſphęricus, gelidus, contra mundũ,
ut inferiores regiones gradiens, ſignife
rum triginta annis percurrẽs. In exor-
tu Saturni, poſt trigita annos, qui ima
ginem de ære fuderit, loqui ut hominẽ
probat. Omnes autẽ poſt quingentos
& triginta duos annos circulos ſuos
peragunt, & eoſdem ut prius repetũt.
A terrę cẽtro abſides, id eſt, circuli pla-
netarũ altiſſimæ ſunt. Saturno in ſcor-
pione, Ioui in uirgine, Marti in leone,
Soli in geminis, Veneri in ſagittario,
Mercurio in capricorno, Lunæ in arie
te. Mediis omnibus partibus, & econ De co-
trario à terræ centro humillimæ atque loribus
proximę ſuus cuiq; color eſt. Saturno plane-
candidus, Ioui clarus, Marti igneus, tarum
Lucifero pallens, Heſpero refulgens.
Mercurio radians, Lunæ blandus, ſo-
li ardens. Mutant autem colores à pro
pinquis circulis. Nam frigidior in pal

lorem ardentior in ruborem, uentoſus in horrorem, acrior in obſcuritatem. Signifer, id eſt, circulus duodecim ſignorum diuiditur in duodecim partes per latum. Sub his feruntur ſeptē planetæ. Sol ſub medijs tantum duabus. Luna per totā latitudinem. Venus excedēs cum binis partibus. Mercurius ſub ſeptē partibus, duabus in medio, tribus ſupra, duabus infra. Mars ſub quatuor medijs. Iuppiter ſub media & ſupra eam duabus. Saturnus ſub duabus medijs, ut ſol. Hi ēt ſeptem orbes cum dulciſona harmonia uoluuntur, ac ſuauiſſimi cocētus eorū circuitione efficiuntur. Qui ſonus ideo ad noſtras aures non puenit, quia ultra aerem fit, & eius magnitudo noſtrū anguſtū auditum excedit. Nullus enim ſonus à nobis pcipitur, niſi qui in hoc aere efficitur. A terra autem uſq; firmamentū cœleſtis muſica menſuratur, ad cuius exemplar noſtra muſica inuenta affirmatur. In terra nanq; ſi, ſcilicet: In Luna A. In Mercurio B. In Venere C. In Sole D. In Marte E. In Ioue F. In Saturno G. In ſignifero ponitur, profecto menſura muſicæ inuenitur. Vnde à terra uſque ad firmamentum ſeptem toni numerantur. A terra enim uſque ad Lunā eſt tonus. A Luna uſq; ad Mercurium eſt ſemitonium. A Mercurio uſque ad Venerem ſemitoniū. Inde uſque ad ſolem tria ſemitonia. A ſole uſque ad Martem tonus. Inde uſque ad Iouem ſemitonium. Inde ad Saturnum ſemitonium. Inde ad ſigniferum tria ſemitonia, quæ ſimul iuncta ſeptē tonos efficiūt. Tonus autē habet quindecim milia. 600. 25. miliaria. Semitonium uero. 7. milia. d. ccc. 12. miliaria & ſemiſſem. Vnde & Philoſophi nouem muſas finxerūt, quia à terra uſque ad cœlum nouem conſonantias deprehenderunt: quas homini naturaliter inſitas inuenerunt. Sicut. n. hic mundus ſeptē tonis, & noſtra muſica uocibus ſeptē diſtinguitur; ſic compago noſtri corporis ſeptem modis cōiungitur, dum corpus quatuor elementis, aīa tribus uiribus copulatur, quæ muſica arte naturaliter reconciliantur: unde & homo microcoſmus, id eſt, minor mūdus dicitur, dum ſic conſono numero cœleſti muſicæ par cognoſcitur. A terra uſque ad Lunam ſunt 126. ſtadia, quæ ſunt qndecim milia. d. c. 25. miliaria. A Luna uſq; ad Mercuriū, ſeptem milia. d. ccc. 12. miliaria, & ſemiſſem. Inde ad Venerem tantū. Inde ad Solem uiginti tria milia. cccc. 36. miliaria. A Sole ad Martem, quindecim milia. d. c. 25. miliaria. Inde ad Iouem, ſeptem milia. d. cccc. 12. miliaria. Inde ad Saturnū tantum. Inde ad firmamentū, triginta tria milia. cccc. 36. miliaria, ſunt itaq; à terra uſque ad cœlum, centum milia, & nouem milia, & trecenta ſeptuaginta quinque miliaria.

De zodiaco. *De harmonia* *Diſtantia ſphærarum.*

De cælo. *Cap.* XXV.

Ignem per globos planetarum tranſcendimus, nūc cœleſtia penetremus. Cœlum dicitur quaſi caſa helios, id eſt domus ſolis, uel quaſi uas cœlatum, quia eſt ſtellis inſignitum. Eſt autē cœlum ſubtilis igneæq; naturæ rotundū, & à centro terræ æquis ſpatijs undique collectum. Vnde & conuexū medium que ubique cernitur, & inenarrabili celeritate quotidie circumagitur. Cœlū ſi ueſpere rubet, ſerenum diem, ſi mane tempeſtuoſum ſignificat. Duæ ſunt ianuæ cœli, oriens qua ſol exit, occidens qua ſol reuertitur. Climata, id eſt, plagæ cœli ſunt quatuor. Oriētalis ab ortu ſolſticiali ad brumalem. Auſtralis inde ad occaſum brumalē. Occidentalis exhinc uſq; ad ſolſtitialem. Septentrionalis ab occaſu ſolſtitiali uſque ad ortum eiuſdem. Oriens ab ortu ſolis. Occidens ab occaſu eius uocatur. Meridies quaſi media dies dicitur. Septētrio autem à ſeptem ſtellis appellatur. Trion dicitur bos quaſi teriō, inde Septentriones quaſi ſeptē teriones, id eſt, boues. Hæ plagæ græce dicuntur, anatolæ,

De climatibus.

tolæ, diſis, arctos, meſembria, de qbus nomen Adam qui eſt minor mundus cōponitur.

De firmamēto.

Superius cœlum firmamētū dicitur, eo ꝙ ſit inter medias aquas firmamentū. Hoc eſt forma ſphęricū, natura aquarū aqueū, ſtellis undique uerſim ornatum, ex aquis iſtar glaciei, immo cryſtalli ſolidatum: unde & firmamentū dicitur.

De polis.

In hoc ſunt duo poli, a poliendo dicti, Vnus Borealis, qui a nobis ſemper uidetur. Alter Auſtralis, qui nunquā a nobis cernitur, quia in deuexo orbe poſiti, terræ tumore impedimur. In his cœlum, ut rota in axe uoluitur. Cœlum eſt undique ſtellatū, ſed ideo in die non apparent ſtellæ: qa fulgore ſolis uictæ latent, ſicut ſol nube tectus nobis non lucet.

De ſtellis.

Stella quaſi ſtans luna dicitur, Stant enim ſtellę firmamēto infixæ & non cadūt, eo mira celeritate currente. Vna autem dicitur ſtella, ſed multæ ſtellæ ſimul aſtrū uel ſydus. Sydera dicuntur a conſidero, eò ꝙ nauigantes uel itinerantes ea cōſiderent. Sunt autem oēs ſtellæ rotundæ et ignæ, quarum diſpoſitio ſoli deo cognita eſt,

De forma ſtellarum.

Vnde: Qui ſtellas numerat, quarū quoꝗ nomina ſolus, Signa, poteſtates, curſus, loca, tēpora nouit. Sapientes uero mundi nomina aīalium uel hominum eis impoſuerunt, ut ab hominibus dignoſci poſſint.

De duodecim ſignis Zodiaci. Cap. 26.

In medio firmamēti ſunt duodecim ſigna ꝑ tranſuerſum diſpoſita, æqualiter per circuitum diſtincta. horum diſpoſitio græce dicitur zodiacus, latine ſignifer: eo ꝙ fert ſigna quæ animaliū habent nomina. Zodion enim græce, latine dicitur animal.

De Ariete.

Primum ſignum eſt Aries, conſtans ex pluribus ſtellis. Secundum fabulam is eſt q aureo uellere phryxum & hellen trans mare ad Colchos uexit, qui intra ſydera tranſlatus eſt. Pro ſigno autem ponitur, qa ſicut Aries tota ęſtate in dextero latere, ac tota hyeme in ſiniſtro cubat, ſic ſol ſub illo ſigno gradiens dextram cœli partem perambulat.

De Tauro.

Secundū eſt Taurus ob id quód Iupiter in raptu Europæ, in taurum eſt uerſus, & intra ſydera tranſlatus. Ob ſignificationem aūt quód ſol ſub illo ſigno poſitus radios ſuos, ut cornua fortius erexit, & terrā arabilem reddit.

De Geminis.

Tertium ſunt gemini, ſcilicet Caſtor & Pollux, filij Iouis, a Troia reuerſi, & intra ſydera tranſlati ſunt. Pro ſigno autē ponitur, quia ſub hoc ſigno duobus diebus amplius ꝙ ſub alijs moratur.

De cancro.

Quartū eſt Cancer, qui maximus Herculē percuſſit, dum hydram Lernę occidit, & ideo ſydera ꝑ meruit. Significat autem ꝙ ſicut Cancer retrocedit, ſic ſol ad illud ſignum, ueniens, curſum ſuū retroflectit.

De Leone.

Quintum eſt Leo, qui maximus ab Hercule occiſus, intra ſydera eſt tranſlatus. Deſignat autem quód ſicut Leo in anteriori parte calidę naturę, in poſteriori eſt frigidę, ita ſol in illo ſigno Auguſtū mēſem prius facit calidum, ac poſtremo tepidum.

De Virgine.

Sextū eſt Virgo, ſcilicet Erigone, filia Icari ſacerdotis intra aſtra rapta. Ob ſignū aūt ponitur, qa ſicut uirgo non parit, ſic September illius ſignum menſis nihil gignit.

De Libra.

Septimum eſt Libra, quem tenet Virgo, ſcilicet Aſtrea Aſtrei regis filia, ob æquitatem iuſtitia dicta & intra ſydera trāſlata. Merita hominum penſat, & in Libra Ioui repręſentat. Hæc pro ſuperiore Virgine ponitur. Signat autem quód ſol æquinoctiū faciat, cum ſub illo ſigno ambulat.

De Scorpione.

Octauum eſt Scorpio, qui maximus Orionem percuſſit, dum beſtias terrę occideret, & ob terræ gratiam aſtra meruit. Pro ſigno autem grandium ponitur quæ illo menſe, uidelicet Nouembre, in quibuſdam terris: crebrius fiunt.

De Sagittario.

Nonum eſt Sagittarius, qui & arcitenens, ſcilicet Alcon Cretenſis, qui Scorpionem qui filium ſuū rapuit, ſagittauit, nec filium tetigit: & ideo ſydera meruit. Deſignat autem crebros fulminum ictus, qui in Decembre contin

gunt in aliquibus locis. Quod in ferina mēbra deſinit, ſignificat ꝙ tunc ſol infera petat: Decimū eſt Capricornus qui Iouem paruulum a patre proiectū capra clam aluit, quam ipſe poſt intra ſydera tranſtulit. Eſt autem ſignificatio ꝙ ſicut capra alta petit, ita ſol tunc ad alta cœli conſcendit. Extrema eius pars deſinit in piſcem, deſignat finem illius menſis eſſe pluuialem. Vndecimum eſt Aquari⁹, ſcilicet et Ganymedes Troi regis filius, Iouis amaſius, ab ipſo ītra aſtra locatus, & pincerna deorum factus. Significat autē quod ſolutis niuibus undoſum eſt illud tēpus. Duodecimū eſt Piſcis, cū dīj Typhœū gigantem inſequentē fugerent in Aegyptū, Venus & Cupido filius eius uerſi in piſces latuerūt in aquis. Cumq́; homines diu piſces deuitarent, ne forte deos deuorarent, illi duo trāslati ſunt inter ſydera. Secundum alios dicitur, quia hoc tempore fit generatio & confricatio piſcium, quia tunc naturaliter coeunt potius quàm in alio tempore ſno genere coeūdi, deſignat uero illud tempus eſſe pluuiale.

De Capricorno. *De Aquario.* *De piſcibus.*

De hyadibus. Cap. 17

Sunt alię ſtellę quę dicūtur hyades, quaſi pluuiales ὕειν enim græce, latine pluuia dicitur. Vnde latine dicuntur ſuculæ a ſucco. Sunt quinque ſtellę in fronte tauri. Pleiades dicuntur quaſi plures. Pleion enim plura. Sunt nanq; ſeptem ſtellę in genu tauri. Fuerunt autem filiæ Atlātis regis & Pleione. A patre autem Atlātides. A matre Pleiades quaſi pluides, ab inſula Heſperides, Hę autē Vergiliæ dicūtur, quia uerno tempore oriuntur. Ex his una fuit Maia Mercurīj mater. A dextris zodiaci uerſus Aquilonem ſunt hæc ſigna, iuxta axē arcton, ſcilicet plauſtrum, quod ſydus etiā Septētrio, & Elice nominatur: cuius ſtellę maiores tradūtur. Fuit autem Caliſto Lycaōis regis filia a Ioue oppreſſa, ſed a Iunone in urſam uerſa: a Ioue uero intra aſtra rapta. Sequitur ſydus Bootes, id eſt cuſtos plauſtri, qđ & arctophylax. Erat autem Caliſto filius a Ioue inter ſydera poſitus. Deinde ē arcturus, ſcilicet minus plauſtrū, quod & cynoſura eſſe dicitur. Hæc autē a Ioue oppreſſa, a Iunone in urſam uerſa, a Ioue intra aſtra eſt tranſlata. Intra duo plauſtra eſt ſerpens pythō, quem maximū Apollo poſt diluuiū, Latonæ a Iunone immiſſum occidit, & ob inſigne intra ſydera tranſtulit. Iuxta eſt corona a Vulcāo facta, a Baccho uero Ariadne Minois & Paſiphae filia data, & intra aſtra locata. Inde eſt Herculis ſydus. Cum gigantes contra deos pugnarent, dīs in unam cœli partem uenientibus, cœlum ruere uoluit. Sed Hercules hoc cū Atlāte ſuſtinuit, ideo cœlum promeruit. Huic iuxta eſt Lyra a Mercurio inuenta. Prope hanc cygnus. Iupiter ob amorem Ledę reginæ in cygnum eſt uerſus, & intra ſydera tranſlatus. Huic coniungitur Cepheus rex & Caſſiopea uxor ei⁹. Cui aſſociatur Perſeus filius Iouis, & Danaes habēs iuxta ſe ſydus Andromedę uxoris eius filię Cephei regis. Quibus admiſcetur deltotō, quod & triāgulū, uidelicet & forma Aegypti: quia ſeruauit deus a facie Typhonis: iuxta quod locatur ſerpentarius, ſcilicet erichtonius, qui & auriga, qui primus aurigā iunxit, eo quod ſerpentinos pedes habuit. Vnde & gręce ophiulcus dicitur Ophis enim eſt ſerpēs. Huic iuxta ponitur pegaſus, ſcilicet equus alatus & cornutus, igneum halitum & ferreos habens pedes, a ſanguine Gorgonis creatus. Cui coniungitur Delphin, qui Neptuno Amphitriten in coniugium adduxit: & ideo ſydera promeruit. Deinde eſt aquila. Iupiter in aquilam uerſus, Ganymedem rapuit, & intra ſydera trāſtulit. Huic ſubeſt ſagitta ab Hercule Philocteti data, per quē expugnata eſt Troia. A ſiniſtris zodiaci uerſus auſtrum ſunt hæc ſigna.

De plauſtro. *De boote.* *De arcturo.*

De hydra. Cap. 18.

Hydra quæ habuit quinquaginta
capita,ab Hercule occiſa,& ob inſigne
intra ſydera tranſlata. Super hanc cra
ter in quo Taygetio , id eſt ſummus
deus in paſtam commiſcuit, de quo
aĩas fecit, de quo adhuc animæ letheũ
poculum bibunt cum corpora intro/
eunt. Super hanc autem coruus ab A-
polline dilectus,& intra aſtra raptus.
Inde eſt Orion,qui ab Vrina natus in-
tra ſydera eſt tranſlatus. Huius ſtellæ
ſi fulgẽt, ſerenũ,erit:ſi obſcurãtur tem-
peſtas. Iuxta hoc Procyon quod & an
ticanis dicitur, qui canis Orioris fert,
& ob inſigne meritum intra ſydera lo
catur.Huic cõnectitur canicula quæ ſi
rius dicitur,et ob hoc dies caniculares
dicũtur. Fuit autẽ canis Erigone filiæ
Icari ſacerdotis,quę dolens patrẽ neca
tum laqueo ſe ſuſpẽdit, dũ eum canis
ductu inuenit.Ambo autem ſunt intra
ſydera rapti. Deinde eſt lepus,q a Ga-
nymede agitatus,a Ioue i tra aſtra trãſ
latus eſt . Sequitur Eridanus fluuius,
qui & Padus.Erat autẽ Phaetõ Phœbi
filius , qui currum patris regere inſci⁹
mundum incendit,& ideo fulmine Io
uis in hoc flumine interẽt, q in Erida/
num mutatus intra ſydera trãſlatus.
Cui aſſociatur Cetus,quẽ Perſeus oc-
cidit,dũ Andromedã deuorare uoluit,
quem Iupiter ob inſigne filiẽ ĩtra aſtra
locauit.Iuxta hanc Centaurus ,ſcilicet
Chirõ magiſter Achillis,ob nimiã uir
tutem in cœlo eſt locatus . Sacrarium
autẽ, id eſt altare in quo dẽ iurauerũt,
cum Saturnus & Iupiter contra ſe pu-
gnauerunt. Inde eſt argo uidelicet pri-
ma nauis,apud Argos ciuitatẽ Atticæ
facta,& in cœlum tranſlata. Ad extre
mum eſt piſtrix ſiue chimęra , quę be-
ſtia,capite leo,media capra, draco fuit
cauda,a Bellerophonte occiſa,& intra
ſydera eſt tranſlata.Eſt & Canopus ſy
dus Aegypti præclarũ , quod à nobis
minime uidetur,ſicut nec a Troglodi-
tis iuxta Aegyptũ Septẽtrio .Ex his ſi-
gnis ſemper dimidia pars ſuper terrã,
dimidia eſt ſub terra.Et cœli pars quæ
ſub terra apparet,hemiſperiũ uocatur,
.i.dimidium cœlũ Lactea autẽ zona,
quia oẽs ſtellæ ſundunt in eam ſua lu-
mina:ideo eſt cãdida.Cometę ſunt ſtel *De cometis.*
læ flammis crinitæ in lactea zona con
tra Aquilonẽ apparentes , regni muta-
tionem , aut peſtilentiam, aut bellum
ęſtus ue portendẽtes . Cernuntur autẽ
ſeptuaginta diebus , ſi diutius octogin
ta.Sydera fabulis inuoluta, immo pol
luta ꝑluſtrauimus,altius ſcandentes,
aſtra matutina,ſolemq́ ſolis inſpicia-
mus.Supra firmamentũ ſunt aquę in- *De cœ*
ſtar nebulæ ſuſpenſę, quę cœlum in cir *lo aqueo.*
cuitu ambire tradũtur, unde & aqueũ *De cœ*
cœlũ dicitur.Supra quod eſt ſpirituale *lo em*
cœlum hominibus incognitũ, ubi eſt *pyreo.*
habitatio angelorũ, per nouẽ ordines
diſpoſitorum. In hoc eſt paradiſus pa
radiſorũ,in quo recipiuntur aĩę ſancto *De cœ*
rum. Hoc eſt cœlũ quod in principio *lo trini*
legitur cum terra creatum. Huic longe *tatis.*
ſupereminere dicitur cœlum cœlorũ,
in quo habitat rex angelorum.

De imagine mundi libri pri-
mi finis

LIBER SECVNDVS QVI DE
Imagine mundi inſcribitur

De mundo & eius partibus. Cap. 1.

P Riori libello globum
totius mũdi oculis cor
poris repręſentauim⁹,
ſequenti iam temp⁹ in
quo uoluit, oculis cor-
dis anteponamus, Ae-
uum eſt ante mundum , cum mundo,
poſt mundum, hoc ad ſolum deum ꝑ-
tinet,qui non fuit,non erit,ſed ſemper
eſt. Tempora ęterna ſub Aeuo ſunt,&
hęc ad archetypum mundum & ange
los pertinent , qui ante mundum eſſe
cœperunt,& cum mundo, & poſt mũ
dum erunt. Tempus autem mundi eſt
umbra Aeui , hoc cum mũdo incepit,
& cũ mundo deſinit, ueluti ſi funis ab

oriente in occidentem extenderetur, q quotidie plicando collectus tandẽ totus abſumeretur. Per hoc extenduntur ſecula, ſub hoc currunt uniuerſa ĩ hoc mundo poſita, hoc uniuſcuiuſq; uita menſuratur, hoc ſeries dierum et annorum terminatur. Tp̃s.n. à temperamẽto dr̃, & nihil aliud q̃ uiciſſitudo temporum intelligitur. Hoc quoq; in atomos, oſtenta, momẽta, partes, minuta, punctos, horas, quadrantes, dies, hebdomadas, mẽſes, uiciſſitudines, annos,
Atomus. cyclos, ætates, ſecula diuiditur. Atom⁹ dicitur inſecabile. Eſt.n. illud quod in ſole uolat. Eſt autẽ minimum tp̃is ſpatium, ſicut motio palpebræ oculi, q; et ictus oculi dicitur, & eſt trecenteſima
Oſtentum. 76. pars unius oſtenti. Oſtentum dicitur quod aliquid oſtendit aſpicientib⁹. Eſt autem. 60. pars unius horę, habens
Momentum. in ſe 366. atomos. Momentum eſt motus ſyderũ: unde & dr̃, & eſt. 40. pars horę continens oſtentum unum & di-
Partes midium. Partes à partitione zodiaci, q in 300. dies per ſingulos menſes partitur. Eſt autem 15. pars horæ habens in ſe duo momẽta, & duas partes momẽ-
Minutum. ti. Minutum eſt minus interuallum in horologio. Eſt autem 10. pars horę cõ-
Pũctus tinens partem unam & dimidiã. Punctus eſt paruus tranſcenſus puncti in horologio. Eſt autem quarta pars in ſole, aliquando quinta in luna horæ,
Hora. habens duo minuta & dimidium. Hora eſt terminus cuiuſq; rei. Eſt autẽ hora quandiu aqua ſtans à iactu lapidis mouetur, & eſt 12. pars diei, cõſtans ex quatuor punctis & decẽ minutis, partibus 15. momentis 61. oſtentis 60. atomis 22.d.40. Hora autẽ dicitur ſeries
Quadrans. uel umbra, & dicitur ab horologio. Quadrans eſt quarta pars diei, habens tres horas, naturalis autem diei ſex ho-
Dies. ras. Dies eſt ſeptima pars hebdomadę uulgaris, continens horas 12. naturalis autem 24. Dies autem dicitur à diſcernendo, eo q; lucem ac tenebras diſcernat. Eſt autem dies aer ſole illuſtratus. Cum.n. ſol eſt ſup terram, eſt hĩc dies, cum ſub terra, ibi eſt dies. Cum aquilonarem partem cœli circuit nobis in deuexo terræ poſitis, citius ſurgit, & tardius óccidit: & ideo longiores dies facit. Cum uero auſtralem perambulat, nobis tardius ſurgere, & citius occidere uidetur, quia tumor terræ mediæ quę rotunda eſt uiſui noſtro obĳcitur, & tunc quod nobis breuiores, illi autem parti longiſſimos facit.

De zodiaco. Cap. 2

Zodiacus nanq; ex 12. ſignis conſtans ab aquilone ĩ auſtrum porrect⁹, flexuoſo lapſu cingit cœlum. Sub quo ſol currens, mundum in 8. parallelos, id eſt, circulos diuidit, quib⁹ ſingulis diuerſum diem facit. Longitudo autẽ zodiaci, in 360. partes ſecatur. Latitudo eius, in 12. partitur. Partium uero ſectio nihil aliud eſt quã ſolis unius diei progreſſio. Vnumquodq; ergo ſignum per duas horas oritur, p duas óccidit, & in unoquoq; ſol triginta diebus immoratur. Qui dum flexuoſo draconis meatu, ſub ſignis zodiaci obliq mundum circuit, in octo circulos diuidit.
Primus circulus ab Iudia uerſus au- *De primo circulo.*
ſtrum p mare Rubrum & Aphricam ad columnas Herculis peruenit. Hercules.n. orbem pertranſiens, ibi colũnas fixit, ubi finẽ mundi eſſe putauit. In hoc ergo circulo æquinoctĳ die medio gnomon.i. radius horologĳ ſeptẽ pedum, quatuor pedum longam umbram reddit. Dies longiſſimus 14. horas æquinoctiales habet. Secundus ab
occaſu Indię per Medos uadit & Per- *De ſecũdo circulo.*
ſas. Arabiam, Syriam, Cyprum, Cretã, Lilybæum montem Siciliæ, & Septẽtrionalia Aphrice pertingit: umbilicus in ęquinoctio triginta quinq; pedum, umbram uigintitrium pedum longam reddit. Dies maxima 13. horarum, & quintam partem unius horæ. Tertius
oritur ab Indis Imaio proximis, et per *De tertio circulo.*
caſpias portas Taurum, Pamphiliam, Rhodũ, Cycladas, Syracuſas, Catinã,

& per

& per Gades tendit. Gnomones cun-
ctę umbram.38.unciarum faciunt. Lõ
giſſimi dies quatuordecim horę & di
De quarto circulo. midia, ac triginta unius horæ. Quar-
tus ab altero latere Imai ꝑ Epheſum,
mare Cycladum, ſeptentrionalia Sici
liç. Narbonẽſis Galliç, exortiua Aphri
cę maritima tendit ad occaſum. Gno-
mõ uigintiquinq; pedum facit umbrã
uiginti pedum. Lõgiſſimus dies habet
uigintiquatuor horas, & tertias duas
De quinto circulo. unius horę. Quinto articulo ab introi-
tu Caſpȷ̃ maris, cõtinẽtur Bactria, Ar-
menia, Macedonia, Tarentum, Tuſcũ
mare, Baleares, Hiſpania media. Gno-
mõ.7.pedum umbras.6.reddit. Maxi-
De sexto circulo. mus dies horarum.15. Sextus cõplecti-
tur Caſpias gentes, Caucaſum, Samo-
thraciã, Illyricos, Cãpaniã, Hetruriã,
Maſſiliã, Hiſpaniam, Terraconenſem,
Mediam & inde per Luſitaniam. Gno
monis pedes nouem umbrę.8. Lõgiſſi
mus dies horas quindecim, ac nonam
De septimo circulo. partẽ horę. Septimus ab altera Caſpȷ̃
maris ora incipit, & ꝑ Thraciç auerſa
Venetia, Cremonam, Rauẽnã, Tranſal
pinam Galliã, Pyreneum, Celtiberiã
uadit. Gnomonis.35.pedes, umbrę.36.
Ampliſſima dies horarũ quindecim,
De octauo circulo. quintarum partium horę trium. Octa
uus à Tanai ꝑ Mæotim lacum & Sar-
matas, Dacos, partemq́; Germãię Gal
lias ingreditur. Lõgiſſimus dies hora-
rũ ſexdecim, Gnomõ ut ſupra. Extra
De quatuor circulis solis. hos facit ſol quatuor circulos, duos in
auſtro, & duos in aquilone. Vnum in
auſtro ꝑ inſulam Merone & Ptolemai
dam, Rubri maris urbem, ubi longiſſi
mus dies duodecim horarum, dimidia
hora amplior. Alterum ꝑ Syenem ur-
bem Aegypti, qui eſt horarũ.13. Vnum
in aquilone ꝑ hyperboreos montes &
Britaniam horarum.17. Alter Scythi-
cum à riphæis iugis in Tilem, in quo
ſex menſibus eſt dies, ſex alȷ̃s nox. Ad
huc in alȷ̃s terrarum locis uariat ſol
umbram. Nam umbilici qui gnomon
dicitur umbram in Aegypto æquino-
ctiali die, meridie paulo plus ꝙ̃ gno-
monis dimidiam menſuram efficit. In
Roma quarta pars gnomõis deeſt um
bra. In Aconia ſupereſt.35. In Venetia
ȷ̃ſdem horis umbra gnomoni par fit:
In Syene ſolſtitiali die mediæ nulla fit
umbra: ibi'que puteus à philoſophis
ad hoc ipſum factus totus interius il-
luminatur: in meridie ſunt populi Fi-
ſcȷ̃ dicti, qui umbram ex utroque late
re mittunt. In India ſuper flumen Hi-
paſiĩ ſolſtitiali die umbra abſumitur.
Apud Trogloditas.45.diebus ante ſol
ſticium, & totidem poſt ea umbra pe-
nitus abſumitur, & his.90.diebus um
bra in meridie iacitur: in Meroe inſula
Nili, bis in anno abſumitur umbra
cum ſol eſt in.12.parte Tauri, & in.14.
Leonis In India ſunt loca aſcia dicta,
ibi non ſunt umbræ, & ſeptentrio ibi
non uidetur. Orizõ eſt quantum aſpe
ctus cuiuſque in circuitu circumſcri-
bit, & cœlum undique terræ immine-
re putat: quod in lato mari melius di-
gnoſci poteſt, ubi nullum obſtaculũ
ſe præbet. Extenditur autem orizon in
ſpatium longitudinis.360. ſtadiorum.
Centum enim &.80. ſtadia non exce-
dit acies cuiuſque uidentis: ſed uiſus
cum ad hoc ſpatium uenerit, defici-
ens in rotunditatem recuruatur, hic
numerus geminatus in ante & retro
orizontem efficit.

De diuiſione diei, & nominibus eiuſdem.
Cap. III.

Dies uulgaris habet tres diuiſiões,
mane, meridiem, ſupremum: mane ab
ortu ſolis uſque ad quartam horam,
dictum à mano quod eſt bonum. Ni-
hil enim melius luce, uel à manibus,
id eſt dȷ̃s infernalibus, qui diem to-
ta nocte incluſam, mane emittunt.
Meridies quaſi media dies, & dicitur
à mera, id eſt, pura dies. Supremum
eſt ab hora nona, uſque ad ſolis occa-
ſum, & dicitur inde quod ſuprimat ſo
lis curſum. Hebræi, Chaldæi & Perſæ
à mane diem inchoantes, in mane fi-

niunt. Aegyptij ab occaſu uſque ad occaſum Romani à medio noctis uſq; in medium. Vmbri & Athenienſes, à meridie uſq; ad meridiē. Chriſtiani, à ueſpera uſque ad ueſperam. Sic autē Hebræi nominant dies. Vna ſabbati uel ſabbatorū, uel prima ſabbati, ſecunda ſabbati, tertia ſabbati, quarta ſabbati, quinta ſabbati, ſexta ſabbati, ſabbatū. Pagani uerò ſic: Dies Solis, dies Lunæ, dies Martis, dies Mercurij, dies Iouis, dies Veneris, dies Saturni. Sed cū hæc nomina à planetis habeāt, uidēdū cur nō eundē ordinē ſeruēt. Sed hæc cauſa eſt. Dies naturalis diuiditur in. 24. horas, ex q̄bus ſi unicuique planetę p circuitū ter una hora tribuatur, expenſis oibus, cui planetæ prima iterum obuenerit, huic & nomē diei aſcribiť. Chriſtiani autem ſic dies nominant. Dies Dominica. 2. feria. 3. feria. 4. feria. 5. feria. 6. feria Sabbatum.

De nocte & eius ſeptem tēporibus. Cap. IIII.

Nox dicitur à nocēdo, eò quòd noceat oculis. Eſt autē nox ſolis abſentia umbra terrę. Fit autē umbra à corpore & luce. Dum. n. lux ſolis eſt ſub terra, corpus terræ umbrā ſupius parit, quæ uſq; ad lunam ptingit: dicitur aūt umbra quaſi obradium, ſolis ſcilicet. Vbi lux par eſt corpori, ibi par eſt umbra: ubi lux maior eſt corpore, ibi umbra deficit. Vbi lux eſt corpore exilior, ibi umbra in infinitū creſcit. Cum ſol auſtralem cœli partē pluſtrat, nobis noctem prolongat, cū uero Aquilonē, nobis eā breuiat. Cū luna umbrā noctis īcidit, à luce deficit, & hic defectus eclipſis dicitur. Sol uero obiectu lunæ eclipſim patitur, dū uidelicet luna ſub ſole in eadē linea graditur. Habet āt nox ſeptem tēpora, uidelicet crepuſculum, ueſperum, cōticinium, intēpeſtum, gallicinium, matutinum, diluculum. Crepuſculum eſt dubia lux, creperum. n. dicitur dubium, eſt autē inter tenebras & lucem. Veſperum à ſtella quę ueſper uocatur. Conticinium eſt cum oīa conticent & tacent. Intempeſtum, media nox cum non eſt tempus operādi. Gallicinium, cum galli cantant: matutinum cum mane aurora aduentat: diluculū incipiens diei lux.

De ſeptem tēporibus noctis.

De hebdomada. Cap. V.

Hebdomada eſt quarta pars lunaris mēſis. Dicitur autē græce, à ſeptenario numero. Hebda. n. dicitur ſeptē, latine autem dicitur ſeptimana, quia ſeptem manes, id eſt, ſeptē dies. Hæc habet ſeptē ſpecies, Prima eſt hebdomada diuina, in qua deus cuncta ſex diebus condidit, & in ſeptimo requieuit. Secunda eſt in qua hic mundus uoluitur, in qua nos exemplo dei ſex dieb⁹ operamur, & ī ſeptima requieſcimus. Tertia eſt ſeptē hebdomadæ inſimul, poſt quas pētecoſte celebratur, in quo lex Iudæis, ſcilicet Chriſtianis datur. Quarta eſt ſeptem mēſium, poſt quos feſtiuitas tabernaculorum ſeruabatur. Quinta eſt ſeptē annorum, poſt quos annus remiſſionis agebatur, in quo populus ab opere ceſſare iubebať. Sexta eſt ſepties ſeptem annorum, poſt quos annus iubileus feriabatur. Septima eſt ſeptuagies ſeptem annorū, poſt quos Chriſtus naſci à Daniele immo ab angelo promittebatur.

De menſibus & eorū nominibus. Cap. VI.

Menſis eſt. 12. pars anni, dicitur aūt à mēſura, uel à mene quod eſt luna. Lunaris autem menſis. 29. diebus, & 12. horis impletur. Solaris uero. 30. dieb⁹, ac 10. ſemis horis. Lunaris menſis eſt à noua luna, uſq; ad nouā lunā. Luna autē peruolat zodiacum 29. diebus & 12. horis. Bis 12. ſunt 24. q̄d eſt integer dies, hic quia non pōt diuidi uni menſi aſcribitur. Inde eſt q̄ unus menſis habet 30. alter 29. ſecundum lunā. Solaris mēſis eſt unius ſigni progreſſio. Sol in uno quoque ſigno moratur 30. diebus & dimidio qui dimidius in duobus ſignis efficit integrum diem, hic quia nō pōt in duo partiri uni mēſi aſcribitur, & ideo habet menſis unus 30. alter 29.

De menſibus Hebraeorum.

Hebræi authore Moyſe, ſic menſes nominãt incipientes ab Aprili, in quo Paſcha celebratur. Niſan apud nos Aprilis, Iar Maius, Siuam Iunius, Thamul Iulius, Dabet Auguſtus, Elul September. Teſſeri October, Maceruam Nouember, Casleu December, Thebet Ianuarius, Sabath Februarius, Adar Martius.

De menſibus Aegyptiorum.

Aegyptĳ uero Abraã authore, menſes à Septembri cõputant, ſicq́ eos uocant, Thoat apud nos September: Faophi, October, Athir: Nouẽber: Coeach, December: Tibri, Ianuarius: Mechir, Februarius. Femenoth, Martius: Farmuti, Aprilis: Pacho. Maius: Paudi Iunius, Ephiſi Iulius: Meſori Auguſtus.

De menſibus Græcorum.

Græci aũt Phoroneo authore, à Decembri menſes inchoant. Quos ſic appellant Apuleos apud nos Decẽber, Edimos Ianuarius, Pitios Februarius, Biſtos Martius, Xãticos Aprilis, Arthemeſios Maius, Deſcos Iuniꝰ, Panemos, Iulius, Loos Auguſtus, Gorpicos Septẽber, Hiperbereos October, Dyos Nouẽber.

De menſibus Romanorum.

Romulus Romãis decem menſes ordinauit: quorum primũ Martiũ à Marte q in mẽſe hoc in Phrygia natus eſt, nominauit, cuius ſe filiũ falſò prædicauit: decimum uero Decẽbrẽ nominauit. Numa uero Põpilius duos: Ianuarium. ſ. & Februariũ adiecit: ſunt aũt menſes Romanorũ ab idolis, à rebus, à Regibꝰ, à nũeris dicti. Primus Ianuarius dr̃ à Iano deo principĳ eo quod hic menſis eſt principiũ anni, dr̃ etiã à ianua eo quod ꝑ eũ intret annus, ſecũdus eſt Februarius à Februo, .i. Plutone deo infernali: cui hoc menſe ſacrificabant, dum ciuitatẽ in honore eius luminibus luſtrabant, dr̃ etiam à febre. i. à frigore, qa frigidum eſt illud tp̃s. Tertius, Martius à Marte deo belli, patre Romuli authoris Romanæ gẽtis. cui Marti milites hoc menſe ſacrificabant, dr̃ etiã à maribus, eo quod cuncta aĩantia tunc mares deſiderãt. Quartus Aprilis ab aphroditi uel à frili .i. Venere dea amoris: cui cõſecratus hic menſis, dr̃ etiã Aprilis quaſi Apilis eo quòd aperiat terram in flores. Quintus Maiꝰ a maio. i. a ioue: quaſi a maieſtate: ſiue a Maia matre Mercurĳ: cui mercatores hoc menſe ſacrificabant, dicitur etiam a maioribus. ſ. principibus Romanorum, qui hoc menſe Ioui immolabant. Sextus eſt Iunius a Iunone dea regni dictus: cui erat conſecratus, dr̃ etiã a iunioribus qui armis Romã defendebant & regni faſtigium a Iunone affectabãt. Septimus eſt Iulius a Iulio Cæſare, qui in hoc mẽſe imperator creatus, & in hoc in deum relatus eſt. Hic prius Quintilis dicebat̃, eo quòd quintus eſſet à Martio, q primus erat cõſtitutus à Romulo. Octauus, Auguſtus ab Auguſto Cęſare qui in hoc mẽſe uictor extitit, ideoq́ deitatem promeruit, hic prius Sextilis eſt dictus, eo ꝙ ſextus a primo, id eſt, Martio eſſet. Nonus Septembris quaſi ſeptimus imber. Decimus, October quaſi octauus imber. Vndecimus eſt Nouẽber quaſi nonus imber. Duodecimus mẽſis eſt Decẽber quaſi decimus imber. Sunt. n. hi menſes pluuiales, & ideo a numero & imbre nomen habent.

De Calendis, nonis & idibus. Cap. VIII.

Calendæ à καλῶ uerbo quod eſt uoco dicuntur, Pontifex nanque nouam lunã regi nunciare debuit: poſt cuius ſacrificium καλῶ quinquies uel ſexies clamauit. Per hoc quoque ſignum populum in curiam ob hoc calabre dictã ad ſacrificium conuocauit, & ab hoc uerbo καλῶ primam diem menſis Calendas uocari placuit. Inde poſt nouẽ dies uulgus de rure conuocatum in urbem Romam cõuenit, & ibi feriarum ſeruandarum cita à rege uel pontifice accepit, & inde Nonæ dicuntur, dicuntur etiam à nũdinis, id eſt, mercimonĳs quæ uel in urbem deferebant uel ibidẽ emebant. Idus dicũtur quæ menſes diuidunt: ab iduare quod eſt diuidere. Dicuntur etiam ad idea quod eſt ſpecies: quia Luna plenam ſui ſpeciem in

medio menſe mõſtrat. Hebręi & Græci & Ægyptij: nec Calendas, nec Nonas, nec Idus obſeruant, ſed tñ dies à noua Luna ad nouam lunam cõputant.

De quatuor partibus anni. Cap. IX.

Viciſſitudo in quatuor tempora anni diuiditur & unumquodque tribus menſibus diſtinguitur. Dicta autem uiciſſitudo, quia uices mutat in mundo. *De uere.* Ver eſt quarta pars anni, conſtans tribus menſibus, dr autem à uernando: quia tunc prata uirent, ſyluę frondent, hoc eſt humidum & calidũ, & in hoc fit æquinoctiũ. *De æſtate.* Æſtas eſt quarta pars anni, conſtans tribus menſibus, & dr ab ęſtu. i. calore, hæc eſt calida & ſicca, hæc & meſſis uocatur, & in hac ſolſtitium celebratur. *De autumno.* Autũnus eſt quarta pars anni: habens tres menſes, & dicitur ab auſũno. i. colligo. ſ. fructus terræ. Hic eſt frigidus & ſiccus, hic etiam uindemia nominatur & in hoc ęquinoctium libra æquatur. *De hyeme* Hyems eſt quarta pars anni, & tribus menſibus pficitur & à rigore uel ſterilitate dr. Eſt autem frigida & humida, & in hac agitur ſolſtitialis dies. Hæc autem uiciſſitudo in noſtris tantum partibus agitur. In India uero ubi ſunt alij ortus ſyderum ſunt binæ in anno æſtates: binę meſſes, in medio hyems placida. In Ægypto quoque noſtra media hyeme campus herbis & floribus, ſylua frondibus ueſtitur: quæq; arbor pomis onuſtatur.

De anno & eius acceptionibus ac de quadrante. Cap. X.

Annus dicitur ab innouando eo qđ cuncta tranſeuntia ĩnouat, dr etiam annus quaſi annulus eo q; in ſe reuoluitur ut circulus, annus autem multimodis accipitur. Primo Lunaris annus qnquefarie dr. Primus lunaris annus, eſt cum luna oĩa ſigna zodiaci peruolat, qui. 27. diebus & horis. 8. conſtat. Secundus duobus diebus &. 4. horis prolixior: poſt quos luna à ſole reaccẽditur, qui proprie menſis nominatur. Tertius dicitur cõmunis qui. 12. mẽſibus. i. 364. diebus expletur. Quartus q embolimalis dicitur. i. ſuperaugmentum: qui. 13. menſibus. i. diebus. 384. diebus conficitur. Qui uterq; ab Hebræis à paſchali menſe incipit ibiq; finit. A Ianuario autem à Romanis Luna inchoatur ibiq; terminatur. Quintus eſt lunaris ſiue decemnouenalis, cum luna poſt. 19. annos ad eaſdem recurrit ætates. Sextus eſt ſolaris: cũ ſol omnia zodiaci ſigna perluſtrat: qui. 365. diebus &. 6. horis conſtat. Septimus Biſſextilis dum quarto anno biſſextus inſeritur, & uno die lõgior priore cognoſcitur. Octauus eſt iterum ſolaris: cum ſol poſt. 28. annos circulum concurrentium complet. Nonus eſt Mercurij, qui. 339 diebus cõpletur. Decimus eſt Veneris qui. 348. diebus cõpletur. Vndecimus eſt Martis qui duobus ſolaribus annis cõſtat. Duodecimus eſt Iouis: qui 12. conſtat annis. Tertiuſdecimus Saturni q. 30. annis explef. Quartuſdecimus, quocatur magnus annus qui. d. 32. annis reuoluitur. Extra hos ſunt duo legales anni. Vnus qui dr annus remiſſiõis habens curricula annorum. 7. alter iubileus. 50. annoꝝ. Annũ ciuilem. i. ſolarem Hebræi ab æquinoctio uerno, gręci à ſolſtitio: ægyptij ab autumno, Romani à bruma incipiunt. Apud Indos unus mẽſis. Apud Aegyptios uero olim erat annus quatuor mẽſium. Apud acarnanas. 6. menſium. Apud latinos. 12 mẽſium. Apud quoſdam unumquodq; tẽpus anni. ſ. uer. & alia, p anno cõputabatur. Vnde & Plato ponit. 9. annoꝝ, Tullius. 15. annoꝝ. annus ſolaris ut in horoſcopo horologij inueſtigatum eſt. 365 diebus quadrãte pficitur. *De quadrante.* Quadrans autem eſt quarta pars diei. ſ. 6. horæ ĩ quatuor autem annis. 4 quadrantes. 24. horas conficiunt quod eſt integer dies. Hic ergo dies ĩ. 4. anno. 6. Calẽd. Martij intercalatur. & Biſſextus nominatur. Hunc Iulius Cæſar interpoſuit & totius cõputi errorem p hunc correxit, hunc ęgyptij & græci

græci in fine anni ſupponũt. Romani ãt in februario, eo ꝙ breuior cęteris eſt, interſerũt. Ideo aũt non poſt finẽ menſis, ſed infra menſem, qa olim ibi integer mẽſis intercalabatur, ideo uero nõ ante.6.Calend. Martij, quia.6.Calẽd. Martij magno tripudio ciuitatẽ luſtrabant, & nihil eis incipere ante tranſactam feſtiuitatem licebat.

De Cyclis. Cap. XI.

Cyclus indictionalis ab Octobre incipiens.15.annis. Cyclus Biſſextilis 4.annis impletur. Cyclus decemnouenalis à paſchali Luna inchoans.19.annis impletur. Cyclus lunaris à Ianuario incipiens.19. annis impletur. Cyclus ſolaris à Martio incipiens.28.annis. Cyclus magnus.d.triginta duob⁹ annis perficitur.

De Olympiade. Cap. XII.

Olympias aũt quatuor anni. Apud Elydẽ ciuitatẽ Gręcię eſt inſtitutũ poſt 4.annos ad Olympum montem cõuenire, & ibi palæſtriales ludos exercere & inde dicuntur Olympiades.

De luſtris & indictionibus. Cap. XIII.

Luſtrum ſunt quinq; anni. Romanis.n.ab oĩbus gẽtibus ſoluebatur tributum. Quinq; annis ęs.5.argentum. 5.aurum. Et poſt quinquennium ſemper ad Romã ueniebant & luſtrabant urbem, & ideo unumquodq; quinquẽnium luſtrum dicitur. Omnes autem ſimul indictiones ab indicendo dicuntur: quia ſemper poſt.15. annos ad primum cenſum, id eſt, ęs redibatur.

De ætate. Cap. XIIII.

Ætas uel generatio eſt uita cuiuſq; hominis uel.100 anni. Eſt ẽt ætas cum nullus ſuperfuerit qui nunc uiuit. Sũt quoq; ſex ætates hominis. Prima infantia ad.7.annos: ſecunda pueritia ad 14.annos. Tertia adoleſcẽtia ad.21.annos. Quarta iuuentus ad.50. annos. Quinta ſenectus ad.70. annos. Sexta decrepitas uſq; ad.100.annũ, uel uſq; ad mortem. Sunt nihilominus ſex ætates mundi: Prima ab Adã ad Noe. Secũda à Noe uſq; ad Abrahã. Tertia ab Abrahã ad Dauid. Quarta à Dauid uſque ad trãſmigrationẽ Babylõis. Quinta inde ad Chriſtum. Sexta uſq; in finem mũdi. Seculũ ſunt mille anni. Dicitur autem ſeculum: quia ſe ſequitur. Inde ſeculũ ſeculi. Seculum tp̃s gratiæ, ſeculum tẽpus legis. Inde & ſecula ſeculorũ. Secula tempora Chriſtianorũ: ſeculorum Iudæorum & paganorum. Eſt etiã ſeculũ ſeculi regnum cœlorũ, qđ ſequitur iſtud ſeculum, ſicut ſcribitur. Beati qui habitant in domo tua domine, in ſecula ſeculorum laudabũt te.

De decemnouenali Cyclo & eius diuiſione. Cap. XV.

Decemnouenalis Cyclus dicit̃ quaſi decem & nouem annorum Cyclus. Per tot.n.annos peragit Luna curſum ſuum nitens contra firmamentum. Diuiditur autẽ in duo, id eſt, in duodecim communes, & ſex emboliſmales annos. Communes dicũtur cũ duo æquales.12. menſium à lunariũ paſcha uſq; ad aliud paſcha concurrunt. Emboliſmus qui ſupercreſcẽs dicitur: eſt is qđ paſcha ad aliud paſcha.13.mẽſes, id eſt 13.nouas Lunas habet. Hoc totũ ideo fit: quia paſcha ante æquinoctium & ante.14. lunã Aprilis q apud Hæbreos primus eſt: agi non licet. Diuiditur adhuc in duo: in ogdoadem & endecadẽ. Ogdoas ſunt octo anni Endecas. 11. Duo enim communes ſemper præcedunt tertium emboliſmum. In octauo autem loco præcedit unus communis emboliſmum. Hic numerus Ogdoas appellatur. Deinde iterum ſemper duo communes præeunt tertium emboliſmum. In.14.loco unus annus tantum præcedit emboliſmum, & hic numerus endecas uocatur.

De Cyclo ſolari. Cap. XVI.

Solaris autẽ Cyclus. 28.annis peragitur propter ſeptem Biſſextos. Oportet enim ut Biſſextus ſingulos dies ſeptimanæ tangat, & ſic per eoſdem recurrat. Septies autem. 4. fiunt. 20. &

8. Biſſextus.n.in quarto tantum anno interponit. Lunarē curſum ſic in articulis adiunctis unguibus cōputabis. A radice pollicis lęuę manus incipe, & ꝑ ſingulos articulos & ungues numera: & i fine minimi digiti.19.annos habebis. Solarē aūt ſic in articulis utriuſque manus, abſq; unguibus computabis. A minimo digito lęuæ manus inchoa, & ꝑ tranſuerſum in.4.digitis, numera in.4.ſempꝫ Biſſextū nota, in altera ſimiliter manu, & habebis. 24. annos: deinde in utroq; pollice binos annos, q̄ prioribus iuncti reddunt.28.annos. Geminus āt ē ſolaris curſus. Vnꝰ quo quotidie ab oriente in occidētem firmamentum ſequit. Alter quo contra firmamentum nitens. 28. annis graditur. His Cyclis duobus conficitur magnus annus Nā uicies & octies.19.uel decies & nouies.28. ſunt.d.30.duo anni: poſt quos oēs planetæ & oēs ſtellæ ad primū punctū, unde digreſſi ſunt: recurrunt, & ꝑ eaſdem lineas ut prius redeunt. Luna nanq; quodlibet zodiaci ſignū: duobus diebus &.6.horis ac biſſe unius horæ luſtrat oīa ſigna.27.diebus, &.8.horis ꝑuolat. Mercurius autē quodq; ſignum.28.diebus, &.6.horis totum zodiacum. 327. diebus peruolat. Venus uero quodlibet ſignū 28. diebus et.5.horis, totū ſigniferum.348. diebus circumit. Sol.30.diebus ac.10. horis & ſemiſſe ſingula ſigna luſtrat: omnem zodiacum ambitum.345. diebus &.6.horis tranſuolat. Mars quodque ſignum.60.diebus.21.horis, oīa ſigna duobus annis perlabitur. Iouis ſtella ſingulis ſignis unū annū immoratur. oīa enim ſigna.12.annis peruagatur. Saturnus in unoquoq; ſigno duos annos, &.182.dies, &.15 horas.1.dimidium annum immoratur, totū autem ſigniferi circulum.30 annis propter nimiam altitudinem contra cœlum: ſicut alij currens perlabitur. Cyclos Euſebius Cęſarienſis primus inſtituit: poſtea Theophilus Alexandrinus epiſcopus rogatu Leonis papæ lucidius expoſuit: deinde Dionyſius abbas Romę ut hodie habetur, ſcripto protulit.

De æquinoctijs & ſolſtitijs. Cap. XVII.

Aequinoctia & ſolſtitia faciūt.4.zodiaci ſigna in modū crucis æquali ſpatio locata. Nam ſignum arietis in quo ſol eſt creatus in Oriente eſt poſitum: quod facit uernale æquinoctium, libra in qua luna eſt condita, eſt in occidente huic oppoſita, & facit autumnale ęquinoctium. Cācer aūt uerſus aquilonem tenet cœlum ubi eſt altiſſimum & facit æſtiuale ſolſtitium. Capricornus uero uerſus auſtrum premit cœlū ubi eſt humilimum, et facit hyemale ſolſtitium. Aequinoctium dr̄ ab æqua & nocte: Gręce uero Iſemeria ab ęqua & die quaſi æqui dies. Vernale ęquinoctium nō.8.ſed.12.Calend. Aprilis habendū, lex et euangelium clamat, ut horologij manifeſte inſpectio ꝓbat. Secundū.n. legem nō licuit paſcha ante ęquinoctiū celebrari. Qui autē euangelium diligēter legerit: dominum non.8.ſed.10.Calend. April. paſſum uidebit. Si ergo.8. Calend. aprilis eſt æquinoctium: tunc dominus contra legem paſcha ante ęquinoctium celebrauit, qui legem non ſoluere ſed implere uenit. Sed & Iudæi cōtra patrium morem geſſerunt: quia paſcha in inconuenienti termino egerūt. Veruntamen cum horum neutrum fuerit: tranſacto.12. Calend. April. æquinoctio: dn̄s ſolito more paſcha cum Iudęis.11. Calēd. April. celebrauit paſchali die quod erat.10. Calend. ſuo ſanguine nos redemit. 8. Calend. reſurrexit. Autumnale quoque ęquinoctium non 8.ſed.12.Calend. Octobris habendum demonſtrat horologium. Solſtitiū non ideo dicitur quod ſolſtet: ſed quod altius cœlum ſcandere non ualens retro gradū flectat. Aeſtiuale ſolſtitiū non.8. ſed.12.Calēd. Iulij horoſcopus habendum clamat horologij, quod noctem breuiſſimā, diem facit longiſſimum: cū ſol ſcanderit cancri ſignum. Hyemale

quoque ſolſtitiū : non.8.ſed.12.Calēd. Ianuarij habendum. Eadem ratione ꝓbatur cum ſol in capricorno poſitus, breuiſſimum diem & longiſſimam habere noctem non ignoratur.

De ſaltu Lunæ. Cap. XVIII.

Luna à ſole recedens poſt. 29. dies, & horas.12.cum iterum conſequitur, ſed hora.12.nōdum peracta à ſole reaccenditur. Reſtant enim ex hora.12.per ſingulos menſes quatuor momenta & uncia unius momenti, & unus atom⁹. Hæc per ſingulos menſes augmenta poſt.19. annum integrum diem perficiunt. Qui dies numero lunæ ſubtrahi turdum prima pro.30.cōputatur, iſq́; ſaltus lunę nominať, ideo aūt in.19.anno, et in Iulio mēſe fit ſaltus lunę: qā & hoc facit mater aſtronomiæ Aegypt⁹.

De minutijs. Cap. XIX.

Nam hic ſæpius minutię ponuntur, quę forſitan à pleriſq; minus ſciuntur. Sciendum quod uncia eſt. 12. pars cuiuſq; rei in.12.diuiſę. Semis uel ſemiſſe dimidia pars cuiuſq; rei in duo diuiſæ. Biſſe duæ partes alicuius rei ī tria partitæ, tertia ſublata: quælibet autē pars illarum trium dicitur triens. Rei enim cuiuslibet in quatuor diuiſæ partes: quarta pars dicitur quadrans: reliquæ tres dodrans.

De regularibus feriarum & concurrentium.
Cap. XX.

Regulares feriales et concurrentes, à Martio ſumunt initium, à quo olim Romani habuerunt anni principiū. A Romanis enim ſunt inuēti. Regulares dicuntur inde qđ calculatores regant. Concurrentes uero inde quod regularibus concurrant. Regulares tale exordium habent. Solaris annus.365.dieb⁹ peragitur: ſol autem per ſingula.12.ſigna.30.diebus immoratur. Duodecies ergo.30.uel tricies.12.ſunt. 360. Quinque remanētes, hi ſunt regulares Martij: in cæteris autem menſibus ſic oriuntur. Præcedentis menſis dies cum regularibus in ſeptē æquas partes partitæ: quod remanet: da ſequenti menſi pro regularibus. uerbi gratia: Martius habet dies.31. & quinque regulares quod ſunt ſepties quinque, & remanet unus, hoc erit regularis Aprilis: ſic in cęteris. Concurrentes autem habent hoc exordiū. Solaris annus habet hebdomadas 52. & unum diē. hic unus dies erit primo anno ſolaris cycli concurrens: qa concurrit cum regularibus ad inueniēdam feriam in Calend. menſiū, ſingulis annis adde unum uſq; ad ſeptē. Quarto anno Biſſextus pro concurrente accipitur: ideo.5.anno una cōcurrens tranſilitur. Biſſextili anno uerte in Ianuario & Februario, Biſſexto pro concurrente: in reliquis mēſibus concurrunt. Primus annus in creatione mundi fuit ſine cōcurrente, quota feria fuerit in.19.Calend. Aprilis uel.6.Calend. Martij: tot erūt concurrentes illo anno. Cōiunge cōcurrentes regularibus: ſi infra.7.fuerint: talis erit feria in Calend. cuiuſque menſis. Si ſeptem exceſſerint.7.ſublatis quod remanet erit feria. hi enim regulares atq; concurrentes ſeptenarium numerum non excedunt.

De regularibus & epactis. Cap. XXI.

Regulares lunæ epactę à Septembri initiū ſumunt quem Aegyptij ponunt anni principiū. Ab ipſis.n.ſunt inuenti. Hi regulares ſimile habent exordiū: ut ſu piores, & ideo Septēber habet quinque. In reliqis menſibus ſic inueniunť. Præcedentis menſis dies, cū regularib⁹ ſume: ſi triceſimam habet lunā.30.tolle, qđ remanet tribue menſi ſequenti ꝓ regulari. Si uero.29.his ſublatis quod remanet erunt regulares. Epactæ uero ſic oriūtur: annus ſolaris.365.dies. Lunaris aūt.354. Qui numerus ab.11.diebus ſupatur. hi.11. epactæ.i adiectiones nominanť, quia ſingulis annis regularibus menſiū ad inueniēdam lunā adijciuntur. Singulis ergo annis adijce.11. ſi infra.30.fuerit numerus ipſe erūt epactæ præſentis anni: ſi ultra 30.tolle.30. quod remanet erunt epactæ. uerbi gra- *De epactis*

tia. Primo ãnno.11.ſecundo iterum.11. erunt.22. tertio iterum.11. erunt.33. ſublatis.30.erunt.3.epactę. Sic deinde,regulares adde epactis ſi infra.30. fuerit numerus,talis erit luna in Calend.mẽſiũ. Si ultra:tolle.30. quot remanẽt tot erit luna. Primus ergo annus decẽnouenalis habet.30.epactas: ſed ideo dicitur quod nullas habeat: quia in ſingulis menſibus.30. rejciuntur, & luna ſolaris regularibus inuenitur. Quota luna fuerit in.11.Calẽd.Aprilis:tales erũt epactæ anni illius.

Quot horis luna luceat, & in quo ſigno ſit luna.

Cap. XXII.

Luna prima lucet.4.pũctis. Secũda 8. Tertia.12.& ſic uſq; ad plenilunium quotidie.4.puncti adjciuntur. In decreſcendo ſimiliter quotidie quatuor auferũtur. In plenilunio tota nocte lucet:cum eſt triginta nihil: In lunari cõputo.5.pũcti faciunt unam horam, de unaquaq; ergo die.4. pũctis acceptis, & quinq; unicuique horæ diſtributis: quot horis luna in nocte luceat citius uidebis. Notandum quod ligna in decreſcẽte luna uel poſt Iulium & auguſtũ mẽſem præciſa,a uermibus,termetibus & carie manebunt illęſa. Aetatẽ quancunque lunæ quater multiplica, hũcq; numerum ter ducito & quot in ſumma repereris:tot partibus zodiaci lunam a ſole noueris diſtare, & ſolem poſt totidẽ dies ad eundẽ locum uenturum. Sol cuilibet ſigno.30.dieb⁹ immoratur. Vide ergo in quo ſigno ſit, & quot dies adhuc in eo moraturus erit: tot ex predicta ſumma eidẽ ſigno tribue:reliquos quę de eadem ſumma ſuperfuerint,ſequentibus ſignis per.30.diſpertias.& cui ſigno defuerint.30.in eo eſſe lunam noueris.

Ad inueniendum annum domini: Epactas, annũ ſolarem, concurrentes, Biſſextum, Cyclum lunarem, Annum nouenalis Cycli, & claues terminorum.

Cap. XXIII.

Ad inueniendum annum dñi,ordines indictorum ab incarnatione eius, qui ſunt.80.p quos multiplica:addens 12.qa tres indictiones annũ natiuitatis Chriſti præceſſerant, & fiũt mille.120. his adde indictionẽ præſentis anni, & habebis annum domini. Ad inueniendam indictionem,trãſactos annos domini cum indictionibus tribus quæ eius natiuitatem præceſſerant: per.15. partire: quot remanſerint, tot eſt indictio, ſi nihil remãſerit, quindecim erit. *Indictio nes* Ad inueniendas epactas: annos dñi p 19.diuide,quod remanſerit p.11.multiplica ſi infra.30 fuerint:epacta illi⁹ anni erit. Si ultra.30. ablatis quod remanet pro epactis habebis. Quãdo natus eſt dominus.11.epactę erant. *Epacta.* Ad inueniendum ſolarem annũ: annis domini adde.8 quia tot anni ſolaris Cycli eius natiuitatem pręceſſerant: Hãc ſummã per.20.et.8.diuide,quot remanent,tot erit. Si nihil remanet.28.eſt. *Solaris annus.* Ad iuenien das cõcurrentes, annos domini ſume, & propter numerum Biſſexti quartã partem totius numeri eis adde.4.regulares adde, quia tot concurrentes eius natiuitatẽ pręceſſerant. Hũc totum numerum per.7. diuide & quot ſupſunt illius anni concurrentes erunt. Si nihil ſeptem exiſtũt. *Concurrẽtes* Ad inueniẽdũ Biſſextũ: annos domini per.4. diuide, quot remanſerint, tot eſt annus à Biſſexto. Si nihil remãſerit:Biſſextus erit. *Biſſextus.* Similiter ſolarẽ Cyclum ſublato anno p.4. diuide, qui remanet annus à Biſſexto eſt. *Cyclus ſolaris.* Ad inueniẽdum lunæ Cyclũ: de annis dñi duobus ſublatis,qui eo nato de eo dẽ Cyclo reſtabant. Decẽ & ſeptem.n. pręceſſerant,cęteros per.19.diuide,qui ſuperfuerint anni lunaris Cycli erunt, ſi nihil remanſerit.19.erunt. *Cyclus lunaris.* hic proprie eſt Romanorum, ſicut decemnouenalis Hebręorum. Et ſicut per iſtum paſcha, ita per illum cognoſcitur quæ eſt lunaris aſcenſio. Ad inueniendum decemnouenalis Cycli annũ, annis domini ſemper unum adjce: quia ſecundo eius anno natus eſt dominus,ac p. 19.diuide quę remãſerint inſtãs annus *Cyclus decemnouenalis.*

erit, ſi nihil remanſerit, 19. erit. Annos ab initio mundi muta in. 15. Calend. April. qa ibi eſt primus dies ſeculi. Annos domini muta i. 8. Calend. Ianuarij. Cyclum ſolarē ibidē. Cyclum decemnouenalē in noua luna Aprilis. Cōcurrentes in Calēd. Martij. Epactas in Calend. Septembris. Indictiones in. 8. Calēd. Octobris. Ad claues terminorum inuenīēdas: ſume annos decemnouenalis Cycli & ſeptem dies hebdomadę, q ſimul iuncti fiunt uiginti ſex, & hæc eſt prima clauis. Secūdo uero anno iunge, decem & nouem, cū prima claue fiūt, quadraginta quinq; tolle trigīta, remanēt quindeci: & hæc eſt ſcđa clauis. Sic fac p ſingulos annos uſq; ad. 19. annū. In. 19. anno iunge decem & octo ꝑpter ſaltū Lunæ & ſic inuenies primā. Hic autem memor eſto ut cum numerus ſupradictus 40. excreuerit, triginta recīſis, remanens eſt clauis.

De clauibus terminorum.

De termino paſchali. Cap. XXIIII.

Termin⁹ paſchalis. 14. luna eſt Aprilis & paſcha Iudęorꝫ. Ergo poſt uernale æquinoctium, ubicunq; luna. 14. occurrerit: ibi abſq; dubio terminus paſchalis erit, & in ſequenti dominica paſcha noſtrum conſtabit. Si terminus in dominica obuenerit: in ſequenti dominica paſcha celebrandum erit. Hūc terminum per uerſus. Nonæ Aprilis: ſed & feriam eius facillime poteris reperire. Termini autē à duodecimo Calend. April. uſq; ad. 8. Cal. Martij ſunt regrēdi. Quos etiā ſic inuenire poteris. Terminum præcedētis anni pone in primo articulo pollicis lęuę manus, & ſic per ſingulos articulos unguesq; digitorum eiuſdē manus dies terminorꝫ cōputa: qui iterum ad primū articulum occurrit, terminus erit. Vel aliter. A termino cuiuſque anni inchoa, & retro uſq; ad 12. literā calcula, & habebis terminum ſequentis anni ſi communis eſt annus, ſi autem emboliſmus eſt, in ante computa uſque ad. 20. literam, & habebis terminum: Verbi gratia: A termino primi anni: q eſt in Nonis April. retro numera, & in. 12. litera quæ eſt. 8. Calend. April. terminum ſcđi anni qui eſt communis, habebis. Ab hinc uſq; in. 20. literam in antea, quæ eſt Idus Aprilis cōputa, & terminū tertij anni: q eſt emboliſm⁹ habebis. Aliter: à radice pollicis inchoa & per ſingulos articulos trium digitorum calcula, & in quarto digito habebis terminū. Verbi gratia, primo anno dic. Nonæ Aprilis. Scđo nonas. Tertio nonas. Quarto nonas. Calend. April. Secundo Calend. Tertio Calēd. Quarto Calēd. Quinto Cal. Sexto Calend. Septimo Calend. & Octauo Calend. occurit terminus.

De regularibus eiuſdem termini. Cap. XXV.

Regulares eiuſdem termini ſic inuenies. Calend. April. pro prima feria pone, & ſic uſq; ad terminum eiuſdem anni dies numera. quota feria erit terminus: tot erunt regulares: uerbi gratia, Calend. April. da dominicæ, & nonis April. obuenient quinque feriæ: quinque ergo erunt regulares: ſic in cęteris: Vel aliter: Quotus eſt annus nouenalis Cycli: tot dies terminorum à nonis April. in antea cōputa, & terminū habebis: uerbi gratia, Calēd. April. da dominicæ, & nonis April. obueniēt qnq; feriæ: quinq; ergo erūt regulares: ſic in cæteris. Porrò, ſi terminus ante Calēd. retro calcula: ſi poſt Calēd. in antea cōputa. Poſt. 6. Idus Ianuarij ubicūq;. 10. Luna occurrerit: terminus. 80. erit quē ſic repies. Quot dieb⁹ paſchalis terminus à Calēd. April. ſiue retro ſiue ī ante abeſt: tot diebus ſeptuageſimalis terminus à. 5. Cal. Februarij uel in an̄, uel retro erit. Poſt. 8. Idus Martij ubi luna, ſcđa obuenerit: terminus quadrageſimæ erit, quē à. 12. Calēd. Martij ad iſtar paſchalis diſtare comperies. Biſſextili anno ſeptuageſimā, à. 4. Calēd. Februarij: quadrageſimā ab. 11. Calend. Martij require. 80. omni Biſſextili anno 40. tunc tantummodo cū terminus ante Biſſextum aduenerit. Termin⁹ rogatio

num eſt.20.luna Maij. Hunc require à nonis Maij: ut ſupra. Terminus pentecoſtes eſt.4.luna Iunij. Hunc uero à.13. Calend. Iunij: require per oia ut ſupra. Ad inueſtigandas ferias terminorum, concurrentes præſentis anni regularibus iunge: ſi infra ſeptem fuerit numerus: talis erit feria. Si ultra ſublatis.7.quod remanet: feria erit. A.5. Calend. decẽbris uſque ad.3.nonas.eiuſdem: ubicunque dominica occurrerit, aduentus dñi erit.

De embolismis. *Cap.* XXVI.

Primus embolismus.4.nonas decembris: luna prima in ſecundo anno decemnouenalis Cycli. Secundus embolismus.4.nonas Septembris 5.anno. Tertius embolismus.3.nonas Martij in ſeptimo anno. Eodem anno.3.Calend. Maij erit luna.26.& in Calend. Iulij.29.epactis mentientibus. Quartus embolismus.3.nonas Ianuarij in 10.anno. Eodem anno erit luna.28.in Calendis Martij: epactis mentientib9: niſi ſit Biſſextus. Quintus embolismus.4.nonas nouembris in.13.anno. Sextus embolismus.4.nonas auguſti in decimo ſexto anno. Septimus embolismus.3.nonas Martij in decimonono anno. Eodem anno luna erit.28.in Calend. Maij, &.3.in Calend. auguſti contra epactas: lunæ ſaltu facto in Iulio. Quod ſi tertio nonas Martij embolismi lunatio negligitur: in.19.anno terminus paſchalis.15.Calend. Maij: illo anno non erit.

De diebus ægyptiacis. *Cap.* XXVII.

Dies ægyptiaci ideo dicuntur: quia ab Aegyptijs ſunt inuẽti. Et quia Aegyptus dicitur tenebræ: ipſi tenebroſi inde nominantur eo quod incautos ad tenebras mortis perducere affirmantur. Per deſcriptum uolubile tempus ſic uoluitur uolubilis mundus. Sed nos temporis uolubilitatem iam poſtponamus: & ad ſtabilitatem æui mente ſagaci tendamus.

Libri ſecundi: de Imagine mundi finis.

INVOCATIO MATRIS VIRginis Mariæ ſimul & filij eius.

Sancta et inter ſanctos poſt deum ſingulariter ſancta Maria mater admirabilis uirginitatis, uirgo amabilis fœcunditatis: quæ filiũ altiſſimi genuiſti: quæ perdito humano generi ſaluatorem peperiſti. O mater ſalutis. O templum pietatis & miſericordiæ, tibi ſe conatur præſentare miſerabilis aĩa mea, morbis uitiorum languida: uulneribus facinorum ſciſſa: ulceribus flagitiorum putrida, tibi nititur quantum moribunda ualet ſupplicare, ut potentibus tuis meritis & pijs tuis digneris precibus eam ſanare. Sic etenim pia dña alienata eſt à ſe immanitate ſtuporis: ut uix ſenſum habeat enormis languoris, ſic ſordibus & fœtore fœdatur: ut timeat ne ab ipſa miſericors uultus tuos auertatur: ſic tabeſcit deſperando reſpectus tui cõuerſionem, ut etiam iam obmuteſcat ad orationem. Heu pudor ſordentis iniquitatis i præſentia nitentis ſanctitatis. Heu confuſio immundæ conſcientiæ in conſpectu fulgentis munditiæ. O tu benedicta ſup mulieres quæ angelos uincis puritate: ſanctos ſuperas pietate. Anhelat moribundus ſpiritus meus ad tãtæ benignitatis reſpectum, ſed, erubeſcit ad tanti nitoris cõſpectum. Horreo domina parere tibi in immũdicijs & horrorib9 meis: ne tu horreas me pro eis, & non poſſum (uæ mihi) uideri ſine eis. Eadem enim peccata mea ó dña cognoſci à te cupiunt ꝓpter curationem: parere fugiunt propter execrationem: non ſanantur ſine confeſſione, nec producuntur ſine confuſione. Si celantur ſunt inſanabilia: ſi uidentur ſunt deteſtabilia: urunt me dolore, terrent me timore. O tu illa pie potens & potenter pia Maria, de qua fons eſt ortus miſericordiæ, ne contineas precor tam ue-

ram miſercordiā ubi tam ueram agnoſcis miſeriam. Sana ergo clementiſſima infirmitatem, & delebis quę te offendit fœditatem. Aufer benigniſſimā languorem, & non ſenties quem horres fœtorem. Sana animā ſerui tui peccatoris, per uirtutem benedicti fructus uentris tui: qui ſedet in dextera oīpotentis patris ſui. Nunquid iſta domina mea mater ſpei meæ? Nunquid tu obliuiſceris odio mei quod mundo tam miſericorditer eſt intimatum: tā fœliciter diuulgatum, tam amanter amplexatum? Ille bonus filius hominis uenit perditum ſponte ſaluare, & mater dei poterit perditum clamantem non curare? Bonus ille filius hominis uenit uocare ad pœnitentiam peccantem, & mater dei non contemnet precantem in pœnitētia. Sed etſi pariter ambo offenſi eſtis: non'ne & ambo clementes eſtis? Fugiat ergo reus iuſti dei, ad piam matrem miſericordis dei: refugiatq́; reus offenſæ matris ad pium filium benignę matris. Ingerat ſe reus utriuſq; inter utrunq;, inĳciat ſe inter pium filium & matrem. Pie domine parce ſeruo matris tuę, pia domina parce ſeruo filĳ tui, q me inĳcio inter duas tam immenſas pietates, non incidam inter duas tam potētes ſeueritates. Bone fili, bona mater non ſit mihi fruſtra quod confiteor de uobis hanc ueritatem. Non erubeſcam quod ſpero in uobis hanc pietatem. Dic mundi iudex cui parcis, dic mundi reconciliatrix quem reconciliabis, ſi tu domine damnas, & tu domina auerteris homunculum bona ueſtra cum amore mala ſua cum mœrore confitentem.

Ex geſtis Anſelmi colliguntur forma & mores beatæ Mariæ & eius unici filĳ Ieſu.

Maria dei genitrix didicit Hæbraicas literas adhuc patre eius Ioachim uiuente: Erat docilis, amans doctrinā, & circa ſacram ſcripturam perſeuerabat. Opus uero manuum eius erat lanæ, lini & ſerici. Erat itaq; locus diſtinctus in domo domini, ſcilicet in tēplo, propè læuam altari, Ibi ſtabant uirgines ſolę et diuino officio peracto, ibant omnes ad propria. Maria uero perſeuerabat & cuſtodiebat altare & templū: ſacerdotibus miniſtrans. Mos ſuus erat modicę loquelæ, expeditę obedientiæ, mundæ proximationis: ſine audacia, ſine riſu, ſine turbatione, ſine ira, benigne ſalutans, eloquentiam eius homines mirabātur. Fuſcos habebat oculos, rectos aſpectus, nigra ſupercilia, mediocrem naſum: uultus eius lōgus: longæ manus, longi digiti: mediocris ſtaturæ, perſeuerans in orationibus, ferens pannum proprĳ coloris, lectioni, ieiunĳs & labori manuum & omni bonę uirtuoſæq́; operationi ſe dederat. Quæ cum aſſumpta erat in cœlum: fuit.82.annorum. Qui ſic computati ſunt: ſeptem annis educata cum parentibus, & ſeptem annos cum dimidio miniſtrabat in templo domini: in domo Ioſeph ſex mēſes: in quartodecimo anno annunciatur ei gaudium totius ſeculi & in.15.anno peperit Chriſtum, et cum eo.33. annis in præſenti uita: poſt aſcenſionem domini fuit ipſa in domo Ioannis euangeliſtæ.24.annos: qui ſimul computati ſunt.82.anni. Sed filius eius unigenitus erat homo magnæ uirtutis nominatus Ieſus Chriſtus: qui à gentibus dicebatur propheta ueritatis: quem eius diſcipuli uocauerunt filium dei: ſuſcitauit mortuos: & ſanauit omnes languores: homo quidem procērus, mediocris & ſpectabilis, uultum habuit uenerabilem: quem intuentes poſſunt & diligere et formidare. Capillos habuit coloris nucis auellanæ præ maturæ, & planos ferè uſq; ad aures, ab auribus uero circinnos criſpos aliquantulum cœruliores & fulgentiores ab humeris uentilantes: diſcrimen habuit in medio iuxta morem Nazareorum, frontem planam & ſereniſſimam cum facie ſine ruga & macula aliqua quam rubor moderatus uenuſtat, naſi & oris nulla prorſus reprehenſio. Bar-

bam habuit copioſam & impuberem ſed in medio biſurcatam: Aſpectum habuit ſimplicem & maturum: oculis glaucis uarijs & claris exiſtentib9. In increpatione terribilis, in admonitione blandus & amabilis, hilaris, ſeruata grauitate. Qui nunquam uiſus eſt ridere: flere autem ſæpe. In ſtatura corporis propagatus: rectas manus habuit, & brachia uiſu delectabilia. In colloquio grauis, rectus & modeſtus, ſpecioſus inter filios hominum.

OPVSCVLORVM BEATI ANSELMI FINIS.

EIVSDEM DIVI ANSELMI IN ALIQVOT EVANGELII Explanationes, ſiue (ut uocant) Lectiones, nunc primum in lucem edita.

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Matthaeum.
CAP. XIIII.

IN *illo tempore: Iuſsit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, & praecedere eum trans fretũ, donec dimitteret turbas.*
In hac lectione iuxta myſticã intelligẽtiã, ſũmatim deſcribit eccleſiæ ſtatus, ab aduentu ſaluatoris uſq; in finẽ ſeculi. Iuſſit.n. dñs diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, qñ apoſtolis eorumq́; ſequacibus, gubernandam cõmiſit eccleſiã. Et ita præcedere trans fretum.i. tendere ad portũ cœleſtis patriæ, priuſquã ipſe ex toto migret ab hoc mundo. Nã cum ſuis electis & ꝑpter ſuos electos, eſt ipſe ſemꝑ hic uſq; ad conſummationẽ ſeculi: et pręcedunt illũ tranſmundanũ pelagus, qui quotidie hinc tranſeũt ad terram uiuentium. Cum.n. ſuos illuc oẽs præmiſerit, tunc relinquẽs multitudines reproboꝝ, nec ad conuerſionem eas ulterius monẽs, ſed perditioni deſerens migrabit hinc ut cũ ſolis electis ſuis in regno ſit, unde ſubiungitur: Donec dimitteret turbas. Nam in fine ſeculi turbas iniquorum dimittet, ut à diabolo iam in ſempiternã damnationẽ rapiantẽ. *Et dimiſſa turba, aſcendit in montẽ ſolus orare.* Turbas quidẽ gentiũ uſq; ad finẽ mũdi nõ dimittet, ſed turbam Iudaicæ
Eſa. 5. b. plebis tũc dimiſit, qñ ſecundũ Eſaiam mandauit nubibus ſuis ne ſuꝑ infructuoſam uineam pluerent.i. apoſtolis iuſſit ne Iudęis ultra pędicarẽt, ſed ad
Mons cœlum. gentes pergerẽt. Sic ergo turbam illam dimiſit, & in mõtem.i. in apicem regni cœleſtis aſcendit, de quo dictum fuerat.
Pſalm. 23. Quis aſcendet in mõtem dñi, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Mõs.n. altitudo eſt, & quid altius cœlo? illuc aſcẽdit dñs. Et aſcendit ſolus: quia nemo Ioan. 3. b.
aſcendit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo, filius hoĩs qui eſt in cœlo. Quamuis & in fine cũ uenerit & omnes nos membra ſua collegerit ac leuauerit in cœlũ, etiã tunc ſolus aſcendet, quia caput cum corpore ſuo unus eſt Chriſt9. Nunc autem ſolum caput aſcendit, mediator dei & hoĩum homo Chriſtus Ie- 1. Tim. 2. b
ſus. Et aſcendit orare, quia iuit ad pa- Rom. 8. g.
trem pro nobis interpellare. Non.n. in Heb. 9. f.
manu facta ſancta introiuit exemplaria uerorum ſed ĩ ipſum cœlum, ut appareat nunc uultui dei pro nobis. *Veſpere autem facto: ſolus erat ibi.* Veſper ꝓpinquitatem finis ſeculi deſignat, de qua & Ioannes ait, filioli nouiſſima hora eſt.
Veſpere igitur facto, ſolus erat ibi: qa 1. Ioã. 2. c.
appropinquante mundi termino, ſolus Veſper
in ſancta ſanctorum ut uerus pontifex mundi
intrauit, ibiq́; eſt ad dexteram dei & in Rom. 8. g.
terpellat pro nobis. Veruntamen dum ille orat in excelſo, nauicula turbatur fluctibus in ꝓfundo. Nam quia inſurgunt fluctus, poteſt iſta nauicula turbari, ſed quia Chriſtus orat, non poteſt mergi. *Nauicula autem, in medio maris iactaba-* Eccleſia
tur fluctibus: Erat enim eis contrarius uentus. Na- turbari,
uicula quippe eſt eccleſia, mare ſeculũ, non mergi
fluctus maris tumores ſeculi & tribu- poteſt.
lationes mundi, ſeu tentationum impe- Vẽtus con
tus elati. Ventus cõtrarius, ſpũs dęmo- trarius.
niorũ quo ſeculi poteſtates aduerſus eccleſiã ſunt concitatę & mundus contra ſanctos frequenter commotus & quo uitia uel iniquitates ſemper ſuggeruntur. Nauis igitur in medio maris iactabatur fluctibus, dum Ieſus in mõtis cacumine moraretur; quia ex quo ſaluator in cœlũ aſcendit, ſancta eccleſia magnis tribulationibus in hoc mũdo agitata eſt, & uarĳs ꝑſecutionũ turbinibus pulſata, ac diuerſis maloꝝ hominum prauitatibus uexata, uitĳſq; multimode tentata. Erat enim ei cõtrarius uentus, quia flatus malignorum ſpirituum ei ſemper aduerſatur ut ad

portum ſalutis perueniat, obruere eam nititur fluctibus aduerſitatum ſeculi, omnes quas ualet contrarietates ei cõmouens. *Quarta autem uigilia noctis uenit ad eos ambulans ſupra mare*. Cum nox duodecim horas habeat, & quatuor militares uigilias, tribus horis unicuiq; uigiliæ deputatis, quarta uigilia noctis extremitas eſt noctis. Nox uero tenebras tribulationum et errorum ac uitiorum & pericula tentationum deſignat. In quarta ergo uigilia noctis, hoc eſt in extremitate perſecutionis quæ diu ſub paganis regibus efferbuerat, uel circa finem cuiuslibet grauioris aduerſitatis, uenit Ieſus ad ſuos. Et uenit ambulans ſupra mare, id eſt, calcans omnes tribulationum fluctus, et omnes tumores mũdi ſub pedibus habens, omneſq; celſitudines ſeculi premens. Quid.n. maris nomine, niſi in bonorum neceſæuiens, mundi huius amaritudo deſignatur? Super fluctus ergo maris dominus ambulat, quia cum ſe procellæ perſequutionis erigunt, miraculorum eius obſtupefactione franguntur, Qui enim tumores humanæ ueſaniæ mitigat, quaſi erectas in cumulo undas calcat. Nam cum morem ſuum gentilitas deſtrui nouæ conuerſationis prædicatione conſpiceret: cum mundi huius diuites elationi ſuæ contraire facta pauperum: cum ſapientes ſeculi aduerſari ſibi imperitiorum uerba penſarent, in perſecutionis tempeſtatem tumuerunt. Sed qui uerborum aduerſitate commoti ad perſecutionis procellas inſiliunt, ſignorum, ut diximus admiratione temperantur. Tot ergo in his fluctib⁹ dominus greſſus poſuit, quot ſuperbis perſecutoribus miracula oſtendit. *Et uidentes eum ſupra mare ambulantem, turbati ſunt dicentes*, quia phantaſma eſt, & præ timore clamauerunt. Ieſus tranſit calcans fluctus, & tamẽ tantæ ſunt tribulationes, ut etiam ipſi qui crediderunt in Ieſum & conantur perſeuerare uſque in finem, plerunque turbentur & expaueſcant ne deficiant. Chriſto inquam, fluctus calcante, id eſt, ſeculi ambitiones & altitudines deprimente, expaueſcunt Chriſtiani. Merito igitur domino in fluctibus ambulante timuerunt diſcipuli, quia Chriſtiani quamuis habentes ſpem in futuro ſeculo, quando uident deprimi altitudinem huius ſeculi, nõnunquam turbantur de contritione rerum humanarum, nec à deo fieri hanc arbitrantur, ſed ab hoſte. Turbati ſunt ergo dicentes quia phantaſma eſt, quoniam dum conſiderant mundi gloriam ſterni & ſecularium elationum altitudines deijci, mundanoſq; fluctus calcari, plerunq; turbantur de mundi percuſſionibus, quia nondum intelligunt deum iſta facere, ſed putant ſpiritum huius mũdi phantaſticum, id eſt, ſubdolum Satanam talia in mundo gerere, & præ timore clamant turbati ad dominum. Sed poſtmodum diligentius attendentes, aperiunt euangelium, aperiunt ſcripturas diuinas & inueniunt ibi iſta omnia prædicta, & animaduertunt quia non inanis et umbratilis ipſe ſpiritus qui uerum eſſe perdidit, ſed uerus dominus facit hæc, & deprimit celſitudines ſeculi, ut ab humilibus glorificetur. Vnde & apte ſubditur. *Statimq; Ieſus locutus eſt eis dicens, Habete fiduciam: Ego ſum, nolite timere.* Aut.n. p internã aſpirationẽ, aut p ſcripturas, aut p pdicatores loquitur ſuis talia. Nolite inqt, diffidere, ſed fiduciã habete, nolite expaueſcere, ſed impauidi eſtote, quia ego ſum qui iſta prædixi: & nunc ea facio pro ueſtris utilitatibus & ideo neceſſe eſt, ut fiant. Ego ſum qui non mutor & cuius uerba nõ tranſeunt, ſed permanent & rebus explentur, qui & ad Moyſen dixi: ego ſum qui ſum, ac præcepi ei ſic dicens filijs Iſrael: qui eſt, miſit me ad uos. Res enim quælibet, ſi mutabilis eſt, non uere eſt. Non eſt enim ibi uerum eſſe, ubi eſt & non eſſe. Nam quicquid mutari poteſt, mutatum, non eſt quod erat. Ac

Noctis uigiliæ. *Nox quid ſignificat.* *Quid mare.* *Quid ambulare ſuper fluctus & infra.* *De Petro.* *Greſſus domini.* *Quot modis loquitur deus.* *Num.23.* *Exod.3.*

in ueritate quæ manet, mutatio nõ eſt, nec præteritum aut futurum, ſed ſolũ præſens & hoc incorruptibiliter quod in creatura non eſt. Diſcute enim rerũ mutationes, et inuenies, fuit, & erit. Cogita deum, & inuenies, eſt ubi fuit, & erit, eſſe nõ poſſit. Recte ergo Chriſtus qui eſt æterna, & incommutabilis ueritas, dicit ſuis inter mundanas tribulationes fluctuantibus, ego ſum, nolite timere. *Reſpondens autem Petrus, dixit, Domine ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni.* Petrus ordinem prędicatorum deſignat, aquæ uero non ſolum tribulationes, ſed & populos ſignificant. Si, inquit, tu es, ſi tu incommutabilis permanes: iube, quia iuſſio tua eſt uirtus efficiens, iube me ſuper aquas, id eſt, ſuper fluctus mundanarum tribulationum & ſuper populos, uenire ad te, ut & ego tibi incommutabili adhęrens, fiam incõmutabilis participatione firmitatis tuæ. Vadit enim ſuper tribulationes qui non ſuperatur aut mergitur ab eis, ſed calcat & ſuperat eas, ſicut legimus, quia ſub Stephano facta eſt illa tribulatio, in qua ipſe pro Chriſto primus animam ſuam poſuit. Sed & ſuper populos uadit ad Chriſtum, qui regendo multitudines fidelium tendit ad regnum cœlorum. *Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquas, ut ueniret ad Ieſum.* Hoc completum eſt et completur, dum ſancti prædicatores ad exteras gentes mittuntur. Petrus enim de nauicula deſcendit quoties quilibet ſanctus doctor de gremio matris eccleſiæ ubi fuerat educatus, pia condeſcenſione perrexit ad illos qui foris erant, ut eis uiam ſalutis oſtenderet. Et ambulauit ſuper aquas, dum & tribulationes ſuperando calcaret, & multitudines hominum Chriſto credere faciens ſibi ſubderet. Ambulauit inquam non ſtetit, quia ſemper ea quæ retro ſunt longius fugiens, ad ea quæ ante ſe magis ac magis ſe promouit, & quotidianis uirtutum incrementis profecit. Et hæc omnia egit ut ueniret ad Ieſum qui eſt ſaluator & ueritas incommutabilis, quatinus eum apprehendens & ei inhærens, ueram teneret in eo ſalutem & incommutabilitatem. *Videns uero uentum ualidum, timuit, & cum cœpiſſet mergi, clamauit dicens. Domine ſaluum me fac.* Validus uentus, uehemens conatus dæmonum eſt ad excitanda corda hominũ, uelut aquas maris in inquietudinem perſecutionis fidelium, uel ad ſuadendum fortiter malum. Qui ſcilicet uentus flabit tunc ualidus, quando ſatanas in ſuis uiribus, extremo tempore cõtra iuſtos relaxabitur. Quod in hac ſententia nunc deſignari uidetur, quia Petrus qui eſt ordo prædicantium uidens uentum ualidum timuiſſe refertur. Quis enim uel perfectorum non timebit: quando ſub Antichriſto immanis illa perſecutio ubiq; feruebit? Timens autem, incipiet aliquantulum mergi, quia propter horrorem atrocitatis ſuppliciorũ quæ ſanctis inferentur, & propter admirationem fallacium ſignorum quę per ſequaces Antichriſti fient, aliquantulum in corde ſuo fluctuans, ab inferiori parte animæ ſentiet aliquid quo niſi Chriſti dextera leuauerit, facile totus demergi poſſit. Sed quia electus erit, ad Chriſtum clamabit domine ſaluum me fac, & ſic eo ſubueniente erigetur. Erit. n. tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio creaturæ uſq; modo, neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro. Sed propter electos, breuiabuntur dies illi. Vnde & hic apte ſubditur, *& continuo Ieſus, extendens manum apprehendit eum, & ait illi, Modicæ fidei, quare dubitaſti?* Cito enim ſaluator unicuique ſuorum extendet manum ſalutaris auxilij, quia non patietur eos tentari ſupra id quod ferre poterunt. Et quemlibet eorum uelociter apprehendet, id eſt, quadam ui diuini adiutorij aſſumens tenebit & eripiet. Modicæ, inquit, fidei, quare dubitaſti? Cuius fides in illa tribulatione nõ titubabit, quan-

Creaturæ non uere ſunt.

Petrus quid ſignificat.

Aquis quid ſignificatur.

Actuum. 7. & 8.

Quid de naui deſcẽdere.

Ventus ualidus.

Mat. 24. b

1. Co. 10. c

Martyres ſub Antichriſto ſigna non faciẽt, ſed tortores.

do martyr qui pro Chriſto ſanguinem ſuum fundet, nihil ſignorum facere poterit, & ante ipſius oculos tortor ipſius ſigna faciet. Penſemus ergo, quæ erit humanæ mentis illa tentatio. Cuius enim tunc uirtus non ab ipſo cogitationum fundo quatiatur, quãdo qui flagris cruciat, miraculis coruſcat. Tanta quippe tunc contra iuſtos Antichriſtus & miniſtri eius iniquitate & dolo effrænantur, ut etiam electorum corda non modico pauore feriantur. Vnde ſcriptum eſt: Ita ut in errorem inducantur ſi fieri poteſt, etiam electi. (*Mat. 24. b*) Quod uidelicet dicitur non quia electi caſuri ſint, ſed quia magnis terroribus uelut caſuri, ſint trepidaturi. Notandũ etiam, quia hæc fluctuum commotio, & Petri titubatio uel merſionis inchoatio, etiam noſtro tempore iuxta ſpiritualem ſenſum quotidie agitur. (*Senſus ſpiritualis.*) Vnicuique enim, ſua cupiditas eſt tempeſtas. Amas deum, ambulas ſuper mare, ſub pedibus tuis eſt ſeculi tumor. Amas ſeculum, abſorbet te. Amatores enim ſuos uotare nouit non portare. Sed cum fluctuat cupiditate cor tuum, ut uincas tuam cupiditatem, inuoca Chriſti diuinitatem. Putas enim tunc uentum eſſe contrarium, quãdo huius ſeculi ſurgit aduerſitas, & non etiam quando blanditur proſperitas. Nam quando bella, quando tumultus, quãdo fames, quando peſtilentia, quando cuiq; hominum etiam ſingulorum euenit priuata calamitas, tunc putatur uentus aduerſus, & ibi putatur inuocandus deus. (*Felicitas ſeculi non eſt uentus contrarius.*) Quando autem temporali felicitate ſeculum arridet: quaſi non eſt uentus contrarius. Noli hinc interrogare temporis tranquillitatem: ſed interroga tuam cupiditatem. Vide ſi tranquillitas eſt in te, uide ſi non te ſubuertat uentus interior. Magnæ enim uirtutis eſt cum felicitate luctari, ne illiciat, ne corrumpat, ne ſubuertat illa felicitas. Diſce calcare ſeculum, memento fidere in Chriſto. Et ſi motus eſt pes tuus, ſi titubas, ſi aliqua non ſuperas, ſi mergi incipis, exclama ad Ieſum, dñe ſaluum me fac. In Petro itaq; communis omnium noſtrum cõſideranda conditio eſt, ut ſi nos in aliquo tentationum uentus conatur ſubuertere uel unda ſubmergere, clamemus ad Chriſtum. Porriget ille manũ, & eruet de profundo. *Et cum aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit uentus.* In die nouiſſimo aſcendet in nauem eccleſiæ: quia tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuę, quę ſedes non inconuenienter intelligitur eccleſia. (*Mat. 17. a*) Nam qui per fidem & bonam, operationem nunc ſemper inhabitat eccleſiam, ipſe tunc per ſuæ gloriæ manifeſtationem ingredietur eccleſiã. Et tũc ceſſabit uentus: quia dæmones ulterius non habebunt poteſtatem, flammas tẽtationum uel commotiones tribulationum emittere contra eam. Tunc enim placata ei erunt omnia, & quieta. *Qui autem in nauicula erant, uenerunt & adorauerunt eum dicentes: Vere filius dei es.* Qui in eccleſia fideliter inter procellas tentationũ permanſerunt, ueniente Chriſto ad iudicium accedent gaudentes ad eum, & cum ipſo regnum eius intrantes adorabunt eum ac perpetualiter laudantes filium Dei ueraciter hunc eſſe clamabunt. Tunc enim fiet, quod de electis à morte reſuſcitatis dicitur. Veniet omnis caro, ut adoret corãm facie mea, dicit dominus. (*Eſa. 66. g*) Et item: Beati qui habitãt in domo tua, in ſecula ſeculorum laudabunt te. (*Pſalm. 83.*) Nam quem corde crederũnt ad iuſtitiam, ore autem confeſſi ſunt ad ſalutem, (*Rom. 10. b*) hunc corde uidebunt ad uitam & ore laudabunt ad gloriã, contemplantes qualiter à patre ſit ineffabiliter genitus, cum quo uiuit & regnat in unitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Lectio ſancti euangelij ſecundum Lucam,

CAPVT II.

In illo tempore, ibant parentes eius per omnes annos in Hieruſalem, in die ſolenni paſchæ. Et cum factus eſſet annorum. xii. aſcendentibus illis Hieroſolymam

mam ſecundum conſuetudinem dies feſti conſummatisq; diebus, cum redirent remanſit puer Ieſus in Hieruſalem, & non cognouerunt parentes eius.

Religioſi parentes Saluatoris iuxta pręceptum legis per ſingulos annos ibant in Hieruſalem, ut legem audirent, ſacrificijs participarent, ſolennitatibus intereſſent, & eius adhuc umbræ ſeruiebant cuius ueritatem iam tenebant. Significabant autem Iudæos, ex quibus carnem dominus aſſumpſit, & qui ueteris obſeruantię ritum iugiter cuſtodiebãt.

Ieſus annorum.12.

Ipſe uero myſtice duodecim annorum factus eſt, quando ei prædicatio ad hoc uſque profecit, ut duodecim Apoſtolis cõmitteretur, qui per eam quatuor orbis partibus notitiã ſummæ trinitatis intimarent: quia duodecim ſunt ter quatuor. Et tunc parentes eius ſecundum conſuetudinem diei feſti aſcenderunt Hieroſolymam, quia Iudæi ſecundũ morem feſtiuæ exultationis quam agũt qui ad Deum conuertuntur, promoti ſunt ad ſpiritualem ſenſum & uenerunt per fidem ad eccleſiam. Tandemq́ conſummatis diebus et completa ſolẽnitate, cum redirent, remãſit puer Ieſus in Hieruſalem. Tunc enim Iudæorum ſolennitates completæ ſunt, quãdo Saluatore noſtro à mortuis reſurgente, uetera tranſierunt & facta ſunt omnia noua. Et tũc incredulis Iudæorum ad ea quę retro ſunt redeũtibus, remãſit puer Ieſus in Hieruſalem, quæ uiſio pacis interpretatur & eccleſiam deſignat. Vnde & dicitur: Factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Hoc autem parentes eius. i. ſynagoga & Iudæorum populus non cognouerunt, *ſed cum in comitatu eſſe æſtimantes uenerunt iter diei* per quod intelligitur tempus quo poſt reſurrectionem eius nondum ſe cognoſcebant errare. Cęci enim ſecum adhuc eum eſſe putabant quem iam occiderat, & dicentem audierãt: ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. & in pſalmis, ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. *Requirẽtes autẽ eum inter cognatos & notos, & non inuenientes, regreſſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum.* Hoc tunc ſpiritualiter completum eſt, quando poſt Chriſti paſſionem quidam Iudæorum corde compũcti uenerunt ad Apoſtolos. hoc enim fuit quærere Chriſtum & redire in Hieruſalem, & dixerunt: quid faciemus uiri fratres? Quib⁹ ait btũs Petrus: Pœnitentiam agite et baptizetũ unuſquiſq; ueſtrum. Hos igitur & cæteros qui tunc temporis crediderunt, ſignificabant parentes Ieſu, quoniã ſicut illi ignoranter eum perdiderãt, ita & iſti ignoranter eum occiderãt. Si enim cognouiſſent, nunquam dominum gloriæ crucifixiſſent. *Et factum eſt poſt triduum, inuenerunt illum in templo ſedentem in medio doctorum, audientem illos & interrogantem.* Poſt triduum in templo Ieſus inuenitur, quia poſt reſurrectionem quę die tertia facta eſt ab his eum qui q̃runt in eccleſia reperitur. Ante triduum enim non inueniebatur, quia non Deus, ſed homo tantum ab hominibus putabatur. Sed ubi inuenitur? In templo, in eccleſia, in conuentu fidelium, in medio doctorum, in cœtu prædicatorum. Ibi reperitur audiens eos et interrogans. Audire noſtrum eſt, ſono aliũ de uenienti aurem aliò poſitam commodare. Ac contra, Deo cui nihil extra eſt, audire ꝓprie eſt, ſurgẽtia ſub; ſemetipſo deſideria noſtra percipere. Tribus autem modis nos interrogare conſueuit cum aut flagelli diſtrictione percutit et quanta nobis inſit uel deſit patiẽtia oſten

Iudæorum feſta completa. *2. Cor.5.d* *Pſal.75* *Parentes Chriſti.* *Matt.21.d* *Pſal.54.b* *Redire in Hieruſalẽ.* *Actu.2.f* *Audire noſtrum & audire dei.* *Tribus modis interrogat Deus.*

dit,aut quædam quæ nolumus præ
cipit & noſtram nobis obedie͂tiam,
uel inobedientiam patefacit,aut ali-
qua nobis occulta aperit & aliqua
abſcondit,& menſuram nobis no-
ſtræ humilitatis innoteſcit. Et hoc
tertio modo, magis doctores inter-
rogat. *Stupebant autem omnes qui eum au-
diebant,ſuper prudentia & reſponſis eius.* Qui
cunque cordis aure eum adhuc au-
diunt ſtupent ad eius prudentiam ſi
Iob.42.b cut et beatus Iob qui inter homines
ſapienter locutus fuerat,ſed auditis
Dei ſermonibus ſe dixit inſipienter
Iob.42. a locutum. Reſponſa quoque eius,
ſunt ſtupenda, Reſpondere enim il-
Reſponde-re Dei. lius eſt,eum qui ſe humiliter neſcie͂-
tem cognouerit occultis inſpiratio-
nibus erudire. Reſpondet enim ex
magiſterio aſpirationis, & mentem
Iob.13.d humilium mirabiliter docet. Reſpo͂
det,ſicut & alibi dictum eſt ei: Vo-
ca me & reſpondebo tibi, aut certe
loquar & tu reſponde mihi. Voca-
Vocare dei re enim Dei eſt, nos amando & di-
Reſponde- gendo reſpicere. Reſpondere autem
re noſtrum noſtrum eſt, amori illius bonis ope
& loqui. ribus parêre. Loquimur etiam,cum
eius faciem per deſiderium poſtula-
mus. Et ipſe reſpo͂det loquentibus,
cum nobis ſe amātibus apparet. Se-
quitur. *Et uidentes,admirati ſunt.* Admira
ti ſunt parentes eius,cum eū in tem
plo in medio doctorum ſedere uidiſ
ſent. Admirantur uſque hodie Iudęi
quicunq; ad eccleſiam ueniūt & ad
fidem cōuertuntur, dum ibi meſſiā,
id eſt,Chriſtum uident, quem in ſy
nagoga & inter cognatos & notos,
nulla eorum expoſitione uidere uel in-
telligere potuerunt. *Et dixit mater eius ad
illum. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus
et ego dolentes quærebamus te.* Diximus per
matrem domini ſynagogam ſignifi-
cari,de qua dominus ſecundum car
nem originem duxit. Hac autē quo-
cunq; tpe ad eccleſiam ueniēs ibiq;
ueritatem intelligēs,ſuam ignoran-
tiam & Chriſti abſentiā admiratur.
& admirando dicit: Fili quid feciſti
nobis ſic? cur nos reliquiſti & ad gē
tium eccleſiam pertranſiſti? Ecce pa
ter tuus, populus iudaicus & ego,
dolentes quęrebamus te. Hoc eſt.n.
quod apoſtolus ait. Teſtimonium il Rom.10.a
lis perhibeo, quia zelum dei habēt,
ſed non ſecundum ſcientiam. Quę-
runt Ieſum & non inueniunt, quia
nondū ad templum & eccleſiā per-
uenerunt, *& ait ad illos. Quid eſt,quod me
quærebatis, Neſciebatis, quia in his quæ patris
mei ſunt oportet me eſſe?* Quid eſt inquit,
q me in conuentu infideliū quęreba
tis & extra eccleſiam eē putabatis?
Hic enim hic me quærat, qui quære
re uult. An neſciebatis qa in his quę
patris mei ſunt & inter illos qui pa
tris mei uolūtatem faciunt, oportet
me eſſe? *Et ipſi nō intellexerunt uerbum quod
locutus eſt ad illos.* Non intellexerunt,qa
cor cæcatum habebāt & in eccleſia
gentium eſſe Chriſtum nō agnoſce-
bant,quoniam cæcitas ex parte con
tigit in Iſrael, donec plenitudo gētiū
intraret & ſic omnis Iſrael ſaluus fie
ret. Nam quia in extremo tēpore ſal Rom.11.d
uator ad reliquias Iſrael reuertetur,
apte ſubiungitur. *Et deſcendit cum eis, &* Saluator
uenit Nazareth. et erat ſubditus illis. Deſcen- ad reliqui
dit.n.nouiſſime cum Hebræis,& ue as Iſrael
nit Nazareth ubi nutritus fuerat,qa reuertetur
cum his qui de circūciſione credide
rant, ſe miſericorditer inclinauit ad
plebem Iſraeliticam. Quod tamen
adhuc eſt futurum,licet narremus il
lud quaſi præteritum. Et erat ſubdi- 1. Cor.4.f
tus illis,ſicut & de ſpiritu ſancto di
cit Apoſtolus quia ſpiritus prophe
tarum prophetis ſubiectus eſt,ut ſci
licet uoluntatem eorum faceret, nec
eorū arbitrio repugnaret. Hoc enim
modo, ſicut ſpiritus prophetarum

prophetis ſubiectus eſt,ſic ſapientia prædicantium prædicantibus ſubiecta eſt. Sapientia uero prędicantium uel magiſtrorū Chriſtus eſt. *Et mater eius conſeruabat omnia uerba hac, in corde ſuo.* pia plebs circunciſionis, ſedulo corde retinebat uel potius retinebit uerba myſteriorum Chriſti, *& Ieſus proficiebat ſapientia, atate et gratia, apud Deum & homines.* Ieſus proficiebat, quia ſermo prædicationis eius creſcebat. Proficiebat ſapientia, quoniam maior ſapientia reperiebatur ſemper in eius doctrina. Proficiebat & ætate, quoniam animæ proficientis ętas maturior iugiter inueniebatur in eius ſermone. Proficiebat & gratia, quoniā maiorem ſuis gratiam quotidiano profectu dabat. Non enim ſibi, ſed ſuis, profectus iſte fiebat Apud Deū & homines ita proficiebat, quia & ad Dei gloriam et ad hominum ſalutem hæc gerebātur, & magis ac magis innoteſcebant angelis qui ſunt apud Deum, et hominibus ad exemplum. Vnde laus & honor ſit eidem pio Saluatori cū patre & ſpiritu ſancto, per infinita ſecula. Amen.

Secundum Lucam CAP. III. D

In illo tempore, Factum eſt cum baptizaretur omnis populus & Ieſu baptizato & orante, apertum eſt cœlum.

Baptizauit Ioannes uniuerſum populum ad ſe uenientem, quia ſi ſolum dominum baptizaſſet, non deeſſent qui putarent ſanctius fuiſſe baptiſmum Ioannis quàm Chriſti, quaſi baptiſmo Ioannis ſolus Chriſtus meruiſſet baptizari, baptiſmo autem Chriſti genus humanum. Si enim ſolus Chriſtus baptiſmo Ioannis eſſet baptizatus, dicerent homines. Qualem baptiſmum habuit Ioannes? Magnum baptiſmum habuit, ineffabile ſacramentum. Videte: quia ſolus Chriſtus meruit baptizari baptiſmo Ioānis. Atque ita maior uideretur baptiſmus ſerui, quàm baptiſmus domini. Baptizati ſunt igitur & alij baptiſmo Ioannis ne melior baptiſmus Ioannis uideretur quàm Chriſti. Baptizatus eſt autem Dominus, ut Domino ſuſcipiente baptiſmum ſerui, non dedignarentur alij ſerui ſuſcipere baptiſmum domini. Baptizatus eſt dominus non ipſe aquis mundari, ſed ipſas mundare cupiens aquas, quæ ablutæ per carnem eius, peccati utique neſciam, baptiſmi ius aſſumerent, & quòd tot ſub lege baptiſmata nequiuerant contra præuaricationis malum uim regeneratiuæ ſanctificationis conciperet. Vnde bene euangeliſta cum baptizatum diceret omnem populum, nihil magni addidit, ſed Ieſu baptizato & orāte apertum mox cœlum eſſe perhibuit.

Quia dum corporis humilitate Saluator undas fluminis ſubijt, diuinitatis ſuę potentia nobis cœli ianuas aperuit. Et dum carnem innoxiam frigentibus aquis tingeret, oppoſitum quondam noxijs ignitum portæ paradiſi gladium extinxit. Nam tota naturæ humanæ maſſa in primis parentibus eiecta de paradiſo fuerat, & ex illo tempore clauſa illi erat cœleſtis ianua. Sed huius naturæ particeps fieri clementer dignatus eſt Dominus, & per hanc totius humani generis cauſam, ut uerus aduocatus perorare. Hinc eſt, quòd nunc baptizatus, mox cœpit orare. Nam ſicut pro nobis eſt baptizatus, ſic & pro nobis orauit, quia noſter eſt pontifex, ac pro nobis humanitati ſuæ cœlum quod ut diximus toti maſſæ generis humani clauſum erat, aperuit, & per eam

cunctis hominibus qui membra eius effecti fuerint. Sequitur. *Et deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum.* Recte ſpiritus ſanctus in ſpecie corporali deſcendit, quia filius aſſumēdo corporis ueritatem, iam deſcenderat. Recte & ſicut columba in eum ſpiritus deſcendit, ut eius manſuetudinem nobis intimaret. Ipſe enim, iudex eſt generis humani. Sed quis eius ferret iuſtitiam, ſi prius quàm nos per manſuetudinem colligeret, culpas noſtras per zelum rectitudinis examinare uoluiſſet? Homo ergo pro hominibus factus, mitem ſe hominibus præbuit. Noluit peccatores ferire, ſed colligere. Prius uoluit manſuete corrigere, ut haberet quos poſt modum in iudicio ſaluaret. In columba ergo apparere ſuper eum debuit ſpiritus, qui non uenerat ut peccata per zelum iam percuteret, ſed adhuc per manſuetudinem tolleraret. Non enim propterea tunc ſpiritus ſanctus in eum deſcendit, ut ipſe tunc primo ſpiritum ſanctum acciperet, qui ſemper ab exordio ſuæ conceptionis ſpiritu ſancto plenus permanſerat. Sequitur: *Et uox de cælo facta eſt, tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi.* Hanc uocem corporaliter ſonantem, per angelicam creaturam pater emiſit.

Cur in columba ſpecie ſpiritus ſanctus ſuper Chriſtum deſcēdit.

Tu inquit, es filius meus. Non autem ipſum filium qui ſemper nouit omnia, ſed Ioannem & cæteros qui aderant hac uoce docebat, quis eſſet quem filium Ioſeph putabant.

Matth. 3. d

Vnde Matthæus hac uoce patris dicere maluit, hic eſt filius meus. Quod igitur ait, tale eſt. Tu es filius meus, ex ſubſtantia mea naturaliter æqualis genitus, & idcirco dilectus, utpote unigenitus. In te complacui mihi, hoc eſt, ſimul de omnibus quę in te ſunt, uel quæ egiſti placui mihi, quia nihil in te unquam inueni niſi quod ſemper placet mihi, & propterea gratum mihi eſt quia te humanaui. In illis autem mihi quodammodo diſplicui, de quibus humano more quondam locutus ſum, pœnitet me feciſſe eos. *Gene. 6. b* Quod autem de capite diximus, referendum eſt ad membra uel ad corpus. Nam Ieſu baptizato & orante apertum eſt cœlum, quia cum quilibet electorum eius baptizatus eſt, & non ocio uacat, ſed deuotis precibus occupatur, & iter uirtutum arripit, tunc ei porta regni cœleſtis panditur. Et deſcendit ſpiritus ſanctus in ipſum, quia in eum qui baptizatus eſt & orat, uenit almus ſpiritus, corporali ſpecie, ut deſignet firmitatem donationis ſuæ. Sicut columba, ut innocentiam & ſimplicitatem ſe talibus afferre demonſtret. Et uox de cœlo facta eſt, tu es filius meus: quia tunc primum quiſque eſt filius Dei, cum de baptiſmo aſcendit. Et dilectus meus per præuenientem gratiam meam, qui prius eras odibilis in malitia tua. In te complacui mihi, quia nunc mihi totum placet quod in te geſſi, cum huc uſque diſplicuiſſet quicquid ipſe geſſeras. In eo autem quod pater in uoce ſonat, & ſpiritus ſanctus in columba deſcendit, filiuſque baptizatus in homine, trinitas euidenter declaratur, in cuius nomine, & fide unuſquiſque noſtrum baptizatur. Sequitur: *Et ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta, ut putabatur filius Ioſeph.* Ieſus annorum triginta baptizatur, & tunc demum incipit ſigna facere & euan

quæ ætate aſſumen dũ doctoris et ſacerdotis officium. gelium prædicare,legitimum uidelicet et maturũ tempus ætatis oſtēdens his qui omnem ętatem uel ad ſacerdotium uel ad magiſterium putant opportunam. Nam & Ioſeph in typum huius noſtri Saluatoris triginta annorũ erat, quando regni gubernacula ſuſcepit, atq; Dauid tricenarius regnare cœpit, & Ezechiel eiuſdem ætatis erat quando uaticinium ichoauit. Talem igitur ætatem exemplo Chriſti debent habere qui ſacerdotes fiunt uel doctores, aut aliquem huiuſmodi primatum accipiunt. Poteſt uero tricenalis ætas baptizati Saluatoris, etiam noſtri baptiſmatis intimare myſterium propter fidem ſcilicet ſanctæ trinitatis & operationem decalogi legis. Tres enim decadæ quę ſunt in tricenario, fidem & operationem eorum quibus prodeſt baptiſmus inſinuant. fidem in ternario. & operationem in denario numero. Has enim tres decadas, habere eos qui baptizantur præcipiebat dominus, cũ
Matt. 28.e diceret: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia quæcunque mandaui uobis. Vt putabatur, inqt, filius Ioſeph. Hoc propter illos dictum eſt, qui cum reuera carnaliter genitum ex carne Ioſeph putabant, & quia per Ioſeph qui propinquus erat uirginis Mariæ deſcribenda fuerat genealogia ipſius Mariæ quæ de ſpiritu ſancto Chriſtum cōcepit, quoniam non eſt conſuetudinis ſcripturarum genealogias texere per fœminas. Ob hoc etiam per Ioſeph cōgrue deſcribitur genealogia Chriſti, quia de eius coniuge licet ſemper uirgine, natus eſt. Cum autem Ioſeph no
Matt. 1.b minatus eſſet: ſubiunctum eſt, *Qui fuit Heli, qui fuit Matath, qui fuit Leui &c.* Matthæus uero deſcendens, ſic ait. Mathan autem genuit Iacob, Iacob autem genuit Ioſeph uirum Marię. Quid eſt, quo'd duos patres, id eſt, Heli & Iacob, habuiſſe uidetur Ioſeph? Cuius quęſtionis difficultas, ita ſoluitur. Mathan & Matath, de una eademq; uxore eſt a nomine, ſingulos filios procrearunt, Quia Mathan qui per Salomonem deſcēdit, uxorem eam primus acceperat, & relicto uno filio Iacob nomine, defunctus eſt. Poſt cuius obitũ Matath qui per Natan genus ducebat, cum eſſet ex eadem tribu, ſed non ex eodem genere, accepit eam uxorem, genuitque ex ea filium nomine Heli. Per quod ex diuerſo patrum genere efficiuntur Iacob & Heli uterini fratres. Quorum aliter, id eſt, Iacob fratris Heli ſine liberis defuncti uxorem ex mandato legis accipiens, genuit Ioſeph, natura quidem germinis ſuum filiũ, propter quod & ſcribitur: Iacob autem genuit Ioſeph. *Matt. 1* Secundum uero legis præceptum Heli efficitur filius, cuius Iacob quia frater erat uxorem ad ſuſcitandum fratri ſemen acceperat. Et per hoc rata inuenitur atq; integra generatio, & ea quam Matthæus refert dicens Iacob autem genuit Ioſeph, & ea quam Lucas deſignat dicens, ut putabatur filius Ioſeph, qui fuit Heli. *Matt. 1 b* Qui & ipſe ſubſonante eadem diſtinctione Heli eſſe filius putabatur, qui ſcilicet Heli fuerat filius Mathat. Quoniam euāgeliſta legalem hanc ſucceſſionem quæ uelut adoptione quadam erga defunctos conſtat, magis quàm germinis ueritate, competenti ſatis per hoc deſignauit indicio, obſeruans ne omnino in huiuſcemodi ſucceſſionibus genuiſſe aliquem nominaret. Nec mireris ſi Lucas a Dauid uſq; ad Chriſtum plures ſucceſſiones & Matthæus pauciores, hoc eſt iſte quadraginta tres, & ille uiginti octo poſuit, cum per alias perſonas generatio ſit decurſa. Poteſt enim fieri ut alij longæuam tranſegerint uitam, alterius uero generationis uiri in matura ætate deceſſerint, cum uideamus complures ſenes cum ſuis nepotibus uiuere, alios autē uiros ſtatim filijs obire ſuſceptis. Lucas nō ſi-

cut Matthæus ab initio euangelij ſui, ſed a baptiſmo Chriſti generationes narrat nec deſcendendo, ſed aſcendendo, tanquam ſacerdotem in expiandis Peccatis magis aſſignãs, ubi eum uox de cœlo declarauit, ubi teſtimonium Ioannes ipſe perhibuit dicens, ecce qui tollit peccata mundi. Aſcendendo autem tranſit, & ab Abraham peruenit ad Deum, cui mundati & expiati recõciliamur. Merito & adoptionis originem ipſe ſuſcepit, quia per adoptionem efficimur filij Dei credendo in filium Dei. Satis autem demonſtrauit, non ſe ideo dixiſſe Ioſeph filium Heli quod de illo genuit, ſed quod illi fuerit adoptatus, cum & ipſum Adam filium Dei dixit, cum ſit factus a Deo, ſed per gratiam quam poſtea peccando amiſit, tanquam filius in paradiſo cõſtitutus ſit. Qui tamen creditur per Chriſtum accepta remiſſione culparum, inter filios adoptionis computatus. Quapropter in generationibus Matthæi ſignificatur noſtrorum ſuſceptio peccatorũ a Chriſto domino: in generationibus autem Lucæ deſignatur noſtrorꝫ abolitio peccatorꝫ a Chriſto domino. Ideo ille eas deſcendens enarrat, iſte aſcendens. Remiſſis enim peccatis aſcendimus & ad dñum reuertimur a quo p Adã peccantes receſſimus et huc delapſi ſumus. Nã quod dicit Apoſtolus miſit Deus filium ſuũ in ſimilitudinem carnis peccati, hęc eſt ſuſceptio peccatorꝫ. Quod autem addit, ut de peccato damnaret peccatum in carne, hæc eſt expiatio peccatorum. Proinde Matthæus a Dauid per Salomonem deſcendit, in cuius matre ille peccauit, Lucas uero ad ipſum Dauid per Natham aſcendit, per cuius nominis prophetam Deus peccatum illius expiauit. Ignoramus autem uel parũ nouimus, qui uel cuius meriti fuerint uiri quos Lucas poſuit a Ioſeph uſqꝫ ad Zorobabel & a Salathiel uſque ad Natham, filium Dauid præterqꝫ quod

Ioan. 1. d

de genere Dauid eos fuiſſe non dubitamus. Ait autem inter cætera, Qui fuit Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri. Quod & Matthæus ita retulit: Iechonias genuit Salathiel, Salathiel aũt genuit Zorobabel, Zorobabel aũt genuit Eliud. Ecce iuxta duos euangeliſtas & Salathiel habuiſſe uidẽr duos pr̃es .i. Iechoniã et Neri. Sed aliquid tale, & de his duob⁹ intelligi debet, quale ſuperius dictum eſt de binis patribus Ioſeph. Nam apud Hebręos generationum nomina, nunc ſecundum naturam, nunc ſecũdum legem computantur. Secundum naturam, cũ ex ſeminis ueritate deſcendũt, ſecundum legem, cum quis filius alio generante ſubſtituitur, ſub nomine fratris defuncti ſine liberis. Nã & ille defunctus, non falſo dicitur pater filij huiuſmodi. Alter ergo duorum patrum Salathiel intelligitur ſecundum carnẽ, alter ſecundum legem uel ſecundum adoptionem. Frequẽs enim erat apud Iudæos, adoptandi cõſuetudo, & non incõgrue dicit̃ qs eum genuiſſe quem adoptauit, quia uidelicet beneficio illum genuit. Hoc etiam qđ iuxta duos euangeliſtas Salathiel eſt pater Zorobabel, niſi prædictę rationes occurrerent diſſonare uidereť a uerbis dierum ubi ſcriptum eſt, quia filij Iechonię fuerunt Salathiel & Fadaia, & de Fadaia orti ſunt Zorobabel & Semei. Sed Zorobabel ſecundum naturam ortus ex Fadaia, intelligiť ſecundum legem appellari filius Salathiel. Nam ipſe Zorobabel erat primogenitus, & primogenitus nomine fratris defũcti iuſſus eſt uocari. Potuit etiã fieri Salathiel Zorobabelem filium Fadaie fratris ſui adoptaret in filiũ, ſicut legimus qđ Mardochæus Eſther filiam fratris ſui adoptauit in filiã. Item Zorobabel oſtenditur hic habuiſſe filios Heliud & Reſa, cum in ſeptem filijs quos ſecũdum uerba dierum genuit nullus ita uocatus ſit, niſi forte aliqui eorũ binis no-

1. Paralip. 3. c

Eſther. 2. b

1.Para minibus uſi fuerint. Hoc enim ſepe cõ
lip.3.c tingebat. Aut ſi hoc non fuit, conſtat pro certo quia uel ſecundum legis prę ceptum uel ſecundum adoptionis beneficium hi duo fuerunt eius filij. Rurſum inter alia dicit: Qui fuit Sale, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad. Nomen autem & generatio huius Cainã iuxta hebraicum in Geneſi non inuenitur, ſed Arphaxad Sale filiũ nullo in
Gene.11.b terpoſito genuiſſe refert. Sic enim legimus. Porro Arphaxad uixit triginta quinq; annis, & genuit Sale. Sed euangeliſta ſumpſit hanc generationem de ſeptuaginta interpretum editione, ubi ſcriptum eſt, quòd Arphaxad .cxxxv. annorum genuerit Cainam, & ipſe Cainam cum .cxxx. eſſet annorum genue
ſeptuagin' ta trans latores rit Sale. Nemo autem fidelium putet hoc in loco ſeptuaginta trãſlatores erraſſe, ſed credat indubitãter eos quod uerum eſſe nouerant poſuiſſe, & quod Moyſes minus dixerat ſuppleſſe. Neq; enim ſpiritus ſanctus hoc in euangelio poſuiſſet, niſi uerũ oĩno eſſet. Nam ipſi ſeptuaginta ſeniores a tempore Moyſi magiſterium in ſynagoga tenebant, & de ſpiritu Moyſi acceperant ac legem ex ipſius Moyſi traditione didicerant, ideoq; ſi quid ibi pretermiſſum eſſet et ſuppleri poſſet uel aliter ĩterpretari nouerant. Moyſes uero propter aliquam cauſam quæ Deo nota eſt tranſilijt generationem Cainam & partem annorum qui ſub eo & ſub eius patre fluxerunt. Fortaſſe enim cum ſecũdam ætatem deſcriberet, uoluit a diluuio uſq; ad Abraham decem ſolũmodo generationes ponere, & ideo generationẽ unã prætermiſit. Nam & Matthæus a Da
Matt.1.b uid uſq; ad tranſmigrationem Babylonis quatuordecim generationes ponere uolens, prætermiſit tres ubi ait: Ioram autem genuit Oziam. Sicut ergo Ioram, tribus in medio poſitis genuiſſe dicitur Oziã: ſic & Arphaxad uno Cainam ĩterpoſito dicit genuiſſe Sale. Quod autem pars annorum in ſcripturis ſanctis aliquando ponatur, & pars omittatur, oſtendit liber regum dicens, Fi *1.Reg.13.a*
lius unius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet, duobus autem annis regnauit ſuper Iſrael. Nunquid enim unum tantũmodo ætatis annũ habebat, q ab humero & ſurſum altior cunctis erat? Et nunquid duobus ſolũmodo annis regnauit, qui tam longo tempore regnum tenuit? Sicut igitur pars annorum Saul eſt prætermiſſa, ſic & pars annorum Arphaxad & Cainam. Itaq; ueridicus eſt & Moyſes & noſter euangeliſta cum ſeptuaginta ſenioribus. Item qui fuit, inquit, Enoch. Et pulchre generationum ordo a baptizato Dei filio uſq; ad Deum patrem aſcendens, ſeptuageſimo gradu Enoch habet, q dilata morte trãſlatus eſt in paradiſum, ut ſignificet eos qui in gratia adoptionis filiorum ex aqua & ſpiritu ſancto regenerant, interim poſt abſolutionẽ corporis, ęternam ſuſcipiendo in requiẽ. ſeptuagenarius quippe numerus, propter ſeptimam ſabbati, ad requiem eorum ſignificandum, qui iuuante Chriſti gr̃a decalogum legis impleuerunt, aptiſſime cõgruit, & in tempore reſurrectionis indemutabili Dei ſapientiæ contemplandę per ſecula mõſtret eſſe iungendos. Ad ultimũ uero dicit. Qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Quia Chriſtus iuſtitiæ ſuæ prĩſq; nos, expiatos ab omni peccato purgatoſq; coniungit, ut fiat quod ait Apoſtolus, Qui autem adhæret domino, unus ſpi *1.Cor.6.d*
ritus eſt. propterea in hoc numero generationũ, & ipſe Chriſtus a quo incipit enumeratio, & Deus ad quem per *Septua*
uenit, connumerant, & fit numerus ſe *genarij nu*
ptuaginta ſeptem, quo ſignificatur om *meri ſigni*
nium prorſus remiſſio & abolitio pec *ficatio.*
catorum: quam etiam ipſe dominus per huius numeri myſterium euidenter expreſſit dicens, remittendum eſſe peccata non ſolum ſepties, ſed etiam uſque ſeptuagies ſepties. Nec fruſtra iſte nu *Matt.18.*
merus ad peccatorum omnium perti

net mundationem, ſi diligentius inquiratur. Cōſtat enim ex undenario & ſeptenario: quia uel undecies ſeptem, uel ſepties undecim, faciunt ſeptuaginta ſeptem. Vndenarius uero tranſgreſſionem denarij ſignificat. Denarius quippe tanquam iuſtitiæ numerus, in decem præceptis legis oſtenditur. Porrò peccatum eſt legis tranſgreſſio, et utiq; tranſgreſſio denarij numeri, congruenter undenario figuratur. Vnde & uela cilicina iubenť in tabernaculo undecim fieri. Quis autem dubitet ad peccati ſignificationem, cilicium pertinere? Ac per hoc quia uniuerſum tempus ſeptenario dierum numero uoluiť, conuenienter undenario ſepties multiplicato, ad numerum ſeptuageſimum & ſeptimum cuncta peccata quæ temporaliter geruný perueniunt. In quo numero etiam fit plena remiſſio peccatorum, expiante nos carne ſacerdotis noſtri, a quo nunc iſte numerus incipit, & recōciliante nos Deo, ad quem nūc iſte numerus peruenit, per ſpiritū ſanctum, qui in colūbæ ſpecie in hoc baptiſmo ubi numerus ipſe commemorať apparuit. At ſi in denario perfectio beatitudinis ſignificať, unde eſt etiam illud quod omnes cōducti ad uineam denario remunerantur, quod fit cum ſeptenaria creatura, ideſt, homo interior & exterior trinitati quæ Deus eſt, adiungitur, manifeſtum eſt quod trāſgreſſio denarij peccatum ſignificat, per ſuperbiam plus aliqd habere cupientis & integritatem pfectionemq; amittentis, Vndenarius autem idro ſepties ducitur, ut motu hominis fieri ſignificetur ipſa tranſgreſſio. Ternario enim numero incorporea pars hominis deſignatur, ubi Deum toto corde & tota anima & tota mente diligere iubetur. Quaternario autem corpus exprimitur, ppter eius q̄tuor principalia membra, uel ppter quatuor elemēta quib9 conſtat. Et ex his compoſitus homo, apte deſignatur ſeptenario. Motus autem in numeris non exprimitur, cum dicimus unum, duo, tria, quatuor & c. ſed cum dicimus ſemel, bis, ter, quater, Ideoq; non ſeptem & undecim, ſed ſepties undecim ſignificatur tranſgreſſio, quæ motu facta hominis peccātis, hoc eſt, perfectionis ſuæ ſtabilitatem tranſgredientis cupiditate amplius aliquid habendi. Itaque quia in ſeptuageſimo ſeptimo numero deſignať, & primi hominis & cæterorum qui ex eo prodierunt, tranſgreſſio, apte Deus ſeptuageſima & ſeptima generatiōe uenit, aboliturus omnia peccata ſuorum fidelium. Omnes enim qui more Chriſtiano accedunt ad lauacrum continentur in myſterio ſeptuaginta & ſeptem generationum, & ideo remiſsionem peccatorum conſequuntur ab eo qui tot generationes mundans in hoc numero remiſſionem culparum conſtituit, & in fine tot generationum uenit tollere peccata mūdi. Non ſolum enim eos qui in nouo teſtamento baptizantur purificat, ſed & illos qui ab exordio mundi in eum uenturum recte crediderant. Vnde ſurſum redeundo numerat euangeliſta ſanctas has generationes, ut oſtēdat & ad omnes eas pertingere purgatoriam & reconciliatricem Chriſti gratiam, omnesq; qui nūc baptiſmi ſacramentum recte ſeruant ad Deum redire. Nam gratia diuinæ incarnationis & purificationis in omnes retro generationes aſcendit, ut intelligamus nullum tempus unquam ſine electis Chriſti tranſiſſe, qui per eū ab originali culpa ſunt liberati. Propter quod & ipſe Adam, quem Dei ſapientia, quę Chriſtus eſt, eduxit, ut ſcriptum eſt, à delicto ſuo, in fine relationis generationum, filius Dei per hanc Chriſti gratiam oſtendiť. Ac inde pater Deus, Chriſtum Deum & hominem recipit, & per hūc omnes qui mēbra ſunt eius. Deinde nomina patrum retro ſic interpretari ſtudeamus, ut aſcenſum in his atque prouectum ſem-

Vndenarius numerus. Denarius numerus.

Vela templi cilicina ad peccatum pertinent.

Matt. 20.a

ternarius numerus. deute. 6.a Quaternarius.

Septuageſima & ſeptima ætate uenit Chriſtus.

Cur ad ſcendat. Lucas numerando.

Sapi. 10.a

per intelligamus, ac ſeriem genealogię ipſorum ueluti ſcalam uſq; ad Deum, per quam & omnes baptizati gradatim aſcendere debeant. Hæc.n.genealogia, quæ a Ieſu baptizato ad Deum tendit, uidetur nobis eſſe ſcala illa, de qua legimus: quia Iacob lapidem ſupponens capiti ſuo dormiuit, et uidit in (Gene. 28.c) ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum, angelos quoq; dei aſcendens & deſcendentes per eam, & dominum innixum ſcalæ. Lapis.n.capiti ſuppoſitus, & uelut fundamentum ſcalæ factus Chriſtus eſt, qui ſeipſum humiliauit ut omnes ſuos exaltaret, qui ſicut fundamentũ omnes portat, & a nullo portatur. Et per hanc genealogię ſcalam, alij aſcẽdunt & alij deſcendunt: aſcendũt qui proficiunt, deſcendunt qui deficiunt. Angeli aũt.i.nuntij dei uocatur, quia Chriſtum loquuntur. Quiſquis igitur in Chriſto baptizatus eſt, apertum eſt ei cœlum, & deus deſuper paratus eſt eum ſuſcipere, ſed ille per gradus ſcalæ quæ a baptiſmo uſq; ad deum porrecta eſt, debet aſcẽdere: quia et ſicut Salomon ait, ſemita uitę ſuper eruditum, qua.ſ. eruditus ipſe tendat in cœlum. Nam & populus Iſrael tranſito mari rubro non ſtetit, ſed poſtea lõgis itineribus ac laboribus ad terram promiſſionis peruenit. Sic & qui baptizatus eſt, non ſit piger ſed per uiam mandatorum dei tendat ad cœleſtem patriam ſibi promiſſam, & per gradus ſcalæ generationis conetur aſcendere, ſi ad deũ qui in ſummitate eius eſt, deſiderat peruenire. Hęc autem genealogię ſcala uia eſt ad cœlum & ad deum ducens, quã quo uerius quiſq; aſcendit eo potentius illuc peruenit. Alius enim alio fortius eam ſcandit, & alius adhuc fortiꝰ uel ꝑfectius, ſicut unicuiq; diuinitus eſt datum. Væ autem illi qui nullum eius gradum aſcenderit, quia in iſimis remanebit. Vniamus igitur ad hos gradus, interpretando patrum nomina. Humilimus omnium inuenitur *Ieſus*, utpote fundamentum uniuerſorꝝ, interpretatur ſaluator, quia ipſe ſolus humanum genus ſaluat, & non eſt in alio aliquo ſalus. Neq;.n.eſt aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus, in quo (Acto 4.c) oporteat nos ſaluos fieri. Huius itaq; ſalutis per baptiſmum quiſq; fieri particeps inchoat. Sed ſi uult non amittere quod gratis accepit, oportet ut in eo creſcere ſtudeat per proprium laborẽ ſanctæ actiõis. Vñ mox *Ioſeph* ponitur, qui augmẽtum interpretatur: quia ille augmentum grãæ poſt baptiſmum conſequitur, qui ad bene agendum piger non fuerit. Inde ſequitur *Eli*, qui aſcendens dicitur, ut aſcenſum ꝓficientis de uirtute in uirtutem ſignificet. Deinde eſt *Matath*, qui donum interpretatur: qꝛ qui uirtutum gradibus ad alta nititur, maioris adhuc gratiæ donum cõſequitur. Et inde ſequit̃ *Leui*, qui aſſumptus dicitur: quia deus illum ſibi aſſumpſit ad iugem famulatum ſuũ, confirmans in aſſiduitate bonorum operũ. Sequitur & *Melchi*, qui rex meus interpretat̃, quia ſæpe cõtingit ut, qui iam talis eſt, rector eccleſiæ efficiatur. Sed & *Iamne* ſequitur, qui præparatus dicitur: quia talis uir ad omne bonum opus eſt iam paratus. *Ioſeph* quoq; ſubiungitur, qui ſicut ſupra dictum eſt, augmentum interpretatur: quia proficit ſemper & religionis augmentum capit. Necnon & *Mathatias*, qui donum Dei dicitur: quia donum diuinæ gratiæ nouis adhuc in eum beneficijs infunditur. Et *Amos*, qui honorans uel fortis, uel populum auellens interpretatur: quia deum honorat bene uiuendo, & fortis eſt, ad aduerſa toleranda, & doctrinis ac exemplis ſuis ab amore mundi cor auellit populi. Sed & *Nahum* qui conſolator uel conſolatio dicitur, quia illos qui temporalia contempſerunt, promiſſione æternorum conſolatur. *Eſeli* quoq; qui uicinus meus dicitur: (al. Heſli.) quia uicinus ei fit, quem conſolatione demulcet. Et *Nagge*

qui ſolennitas interpretatur: quia ipſe
ſolennitas lætitiæ fit ei quem cõſolaſ.
Atq; *Matath uel Manat*, qui requieſcens di
citur: quia requieſcit iam in ſecreto di
uinæ contemplationis ſequeſtratus à
labore ſecularis cupiditatis, uel ĩ eo re
quiem habet, quem ſuam conſolatio-
nem accepiſſe uidet, & in tribulationi-
bus pro Chriſto iã gloriari. Sed & *Ma-
thatias*, qui donum Dei ſicut pręmiſim⁹
dicitur: quia maius adhuc donum ſu-
pernæ gratiæ percipit, propter ſupradi
cta bona quę ſic ager ſtuduit. Neq;.n.
de antiquis patribus, quorum nomi-
na interpretamur iſta dicimus: licet &
de ipſis fortaſſe poſſint intelligi, ſed po
tius de uno quolibet iuſto uiro, quem
per hos uirtutum gradus a baptiſmo
aſcẽdentem ad deum deſcribimus. Nã
per hos aſcendit electorum eccleſia, de
Pſal. 47. a qua dicitur: Deus in gradibus eius co
gnoſcetur, cum ſuſcipiet eam. Per hos
etiam ſanctus Iob aſcendebat; dicens,
Iob. 31. d Per ſingulos gradus meos pronuncia
bo illũ: Ad ordinem ergo graduũ re-
uertamur, ut & cæteros uideamus. Nã
Semei, ſequitur, qui audiens interpretaſ,
ut auditum obedientiæ in ſancto uiro
deſignet. Sequitur & *Ioſeph*, qui ſicut iã
bis dictum eſt augmentum interpreta
tur: quia [illegible]nuum augmentum ſemper
iuſtus adipiſci ſtudet. Sed & *Iuda* ſequi
tur, qui confeſſio uel laudatio dicitur.
quia confeſſionem laudis ſemper deo
reddit. Et *Ioanna* qui dicitur cui eſt gra
tia uel dominus gratia eius, quoniam
multa ineſt ei gratia, & ipſa gratia do
minus eſt, ut domino deo in ſe manen
te gratioſus ſit. Et *Reſa*, qui caput eius
interpretatur: quia dominus qui eſt
gratia eius, ipſe eſt & caput eius.
Talis enim dignus eſt habere Chri-
ſtum caput. Sequitur & *Zorobabel*, qui
interpretatur ortus in Babylone, uel
ipſe magiſter Babylonis: quia talis
uir inter iniquos primo naſcitur, &
poſtmodum docet eos quomodo poſ-
ſint ad ſalutem pertingere. Et. *Salathiel*,
cuius ĩterpretatio eſt, petitio mea deus,
quia iſte iam nil niſi deũ appetit, ſciẽs
quia nihil ad beatitudinẽ ſibi, niſi de⁹
ſufficit. Et. *Neri*, ꝙ dicitur lucerna mea
quia talis deo poteſt dicere, Lucerna
pedibus meis uerbum tuũ, uel nos de
illo: quia lucerna eius eſt agnus. Et *Mel* Pſal. 118.
chi, qui rex meus interpretatur atque Apoca.
ſubauditur a ſuperioribus deus, ut iſte 19. g
dicat rex meus deus. Talis.n. non ui-
tium aliquod, ſed ſolum deum habet
regem. Vel eccleſia de illo poteſt dicere
Neri & Melchi. i. lucerna mea & rex
meus. quia ipſe eũ illuminat & regit.
Sequitur & Addaí, qui robuſtus inter
pretatur. quia uir iſte cordis robore eſt
prævalidus. *Et Coſam uel Cuſam*, qui dici
tur Æthiopia eorum: quia illis qui te-
nebras putant lucem & lucẽ tenebras
uidetur huiuſmodi uir nigredo eorũ,
qua multi teneбreſcant, quoniam mul
tos illuminat. Vel Æthiopia eorum. i.
denigratio eorum dicitur, quia compa
ratiõe luminis doctrinæ & ſanctitatis
ſuæ, nigredine uitiorum & errorum o-
pertos eſſe eos declarat. *Elmodath* quoq; al. Hel
ſequitur qui dei menſura dicitur: quia madam;
iſte tam regulariter & moderate ſemp
agit, ut menſuram regulæ diuinitus ſi-
bi datę non excedat. Et *Her*, qui uigi-
lans interpretatur: quoniam iuxta prę
ceptum euangeliĩ ſemper uigilat. Atq;
Ieſus qui ſalutaris uel ſaluator dicitur,
quia ſalutem multorũ uerbis et exem
plis operatur. Nam qui conuerti fece-
rit peccatorem ab errore uiæ ſuę, ſalua Iacob. 5. d
bit animam eius a morte. Sequitur &
Eliezer, qui dei auxilium, uel deus me⁹
adiutor interpretatur: quia ipſe multis
fit dei auxilium, & multos p̃ eũ deus
adiuuat: Atq; *Iorim*, qui dicitur domi
nus exaltans, uel eſt exaltans: quia per
eum dominus exaltat, & ipſe quos ua
let exaltare non ceſſat, dum eos ab infi
mis cupiditatibus eleuat, dicens: quæ Coloſ. 3. a
ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt
in dextera Dei ſedens. Sed & *Matath*, ꝙ
donum interpretatur: quia in eo redũ-

dat donum gratiæ cœleſtis, & eum de⁹ multis in ſalutem dedit. *Leui* quoq; q dicitur aſſumptus, deus. n. illũ aſſumpſit. i. ſibi ſpecialius ſeruientem & cõſtanter perſeuerãtem fecit. Sequitur & *Simeon*, qui dicitur exauditio: quia talis uir eſt exauditio precis multorum eſ fuſę cora'm domino pro doctore ſaluti fero. Interpretatur etiã Simeon audiẽs triſtitiam: quia pie cõpatiens audit triſtitiam luctus pœnitentiũ. *Iuda* quoq; ſequitur, qui confitens dicitur: quia cõfeſſionem laudis Deo magis ac magis ſemp eo amplius reddit, quo amplius in uirtutib⁹ proficit. Vnde & *Ioſeph* ſub ditur, qui augmẽtum interpretatur, ut augmentum meritorum quotidiano ꝓfectu deſignet in eo fieri. Sequit & *Eliachim*, qui dei reſurrectio dicitur. Ipſe. n. fit multorum cordibus reſurrectio diuinę gratiæ quę per peccatum in eis ceciderat. Et *Males*, qui laudans interpre- al. Melcha
al. Mẽna. tatur, laudat. n. ſemper dominum. Sed & *Eaum*, qui oculus eorum dicitur: qa talis uir prouidet alĳs, Et *Mathatha*, qui donum eius. i. donum Dei interpreat: quia ipſe eſt donum Dei, uel in eo eſt donum Dei. Atq; *Nathan*, qui dicitur de dit uel dantis: quia prædictum Dei do num dedit ipſe Deus, & illud donum eſt eius dantis. Vel ipſe uir dei dedit cęteris donum dei quod acceperat. Hinc ſequitur & *Dauid*, qui interpretatur manu fortis uel deſiderabilis: quia in ope re fortis eſt, & merito ſuæ ſanctitatis deſideratur a multis. *Ieſſe* quoq;, qui dicitur inſulæ libamen: quia ipſe quaſi quoddam ſacrificĳ libamẽ offert Deo, ab eccleſia quæ uelut inſula tunditur undiq; fluctibus ſeculi nec mouetur. Necnon & *Obed*, qui ſeruiens interpretat: quia Deo ſeruit in conſcientia pura: Atq; *Booz*, qui dicitur in fortitudine: qa in fortitudine magnaminitatis Deo ſeruit ex deuotione charitatis. Et *Salmon*, qui dicitur dependens ſiue perfectio: quia eleuatus a terrenis, quantum ualet cœleſtibus adhæret, & pro

poſſe ꝑfectus eſt. Sed et *Nabaſſon*, q ſerpẽtinus interpretat: qa ſerpẽtis aſtutiã hẽt & ſerpẽtem ęreum quẽ Moyſes in eremo ſuſpendit, hoc eſt, Chriſtum imitatur. *Aminadab* quoque, qui dicitur populus meus ſpõtaneus: quia idem uir iuſtus fit populus dei ſpontaneus atque uoluntarius, dum per prædicationem facit multum fructum in multiplicatione fidelium uoluntarie deo ſacrificã tium, Nec non & *Aran*, qui dicitur ex- Eſaia. 2. d
celſus qua completum eſt in eo propheticum illud: Suſtollam te ſuper alti Iere. 1. b
tudines terrę, uel conſtitui te ſuper gẽtes & ſuper regna. *Eſrom* quoque ſequitur, qui ſagittam uidens interpretatur: quia quo excelſius in arce mentis reſi det, eo liberius iacula tentationum hoſtis antiqui præuidet. Et *Phares* qui diuiſio uel diſſipans dicitur: quia ſagittas inimici quas præuidet diuidit ac diſſipat. Sed & *Iudas*, qui confitens uel glorificans interpretatur: quia confitetur humiliter ſiquid adhuc ei humanum acciderit, uel confeſſionem gloriæ deo reddit. Necnon & *Iacob* qui ſupplantator dicitur: quia ſupplantat uitia in ſe uel in alĳs. Solent enim & poſt multa uirtutum exercita, pulſare mẽtem aliqus uitiorum contamina. Sequitur & *Iſaac*, qui riſus uel gaudium dicitur: qa de ſupplantatis uitĳs lætatur. Et *Abraham*, qui interpretatur pater uidens populum: quia talis multorum fit pater ſpiritalium filiorum ſuorum uidet ingentem populum, ac uirtutum quas genuit exercitum. His quas deſcribimus uirtutum gradibus, & quas oſtẽdunt interpretationes iſtorũ nominũ, uir iuſtus quotide proficiendo fit ſuper cœlo uicinior, & his in cœlum aſcẽ ſionem ſuam ædificat, ac cantica graduum cantans aſcẽſiones in corde ſuo Pſal. 83
diſponit, & de uirtute in uirtutem aſſidue proficit, ut tandem in Sion deum deorum uidere poſſit. Vnde & ultra Abraham adhuc euangeliſta patres referens aſcendendo tranſit, uſq; ad

ipſum deum peruenit, ut ei uirum ſanctum per hanc graduum ſcalam aſcendentem ad ultimum iungat. Nam poſt Abraham qui pater uidens populum dicitur, eſt ſuperius *Thare*, qui paſtura uel paſcens interpretatur, ut ſignificet illum eos pabulo uerbi nutrire quos ſpiritualiter genuit. Et inde ſequitur *Nachor*, cuius interpretatio eſt requieſcens luce uel obſecratio nouiſſima: q̃a hoc ſolum uir iſte quærit, ut requieſcat & placeat corã Deo in lumine uiuentiũ, & ꝓ nouiſſimis obſecrat. Atq; Serug, qui perfectus dicitur, ut perfectionem uirtutum adeptus eſſe monſtretur. (al. Sarueh.) Sed & *Ragau ſiue Reu*, qui dicitur ægrotãs uel paſcens, ſiue paſtio: quia ægre fert moras uitæ præſentis, & corporale robur in eo ſpiritaliũ uirtutum exercitijs emarcuit, oueſq; dominicas paſcit. Nec non & *Phaleg*, qui diuidẽs uel diuiſit interpretatur: quia ſubtiliter diſcernẽs inter uirtutes & uitia, ſeparauit pretioſum a uili. Et *Heber*, qui trãſitor dicitur: quia non fixit mentem in amore præſentis ſeculi, ſed ad futurum ſeculum deſiderijs & profectibus aſſidue tẽdit. Sed & *Sale*, qui pax interpretatur: quia iam extinctis uitijs magna pace delectatur in uirtutum actionibus. Atq; *Cainam*, qui dicitur poſſeſſio eorum: q̃a iſte iam a bonis, hoc eſt, a uirtutibus poſſidetur, nec ullum in eo uitium aliquid dominationis habet. Et *Arphaxad*, qui ſanans depopulationem interpretatur, quia uirtutum deuaſtationem quas hoſtis antiquus ĩ multis læſit, ac barbarice deſtruxit, ipſe ſanat & reparat. Necnon & *Sem* cuius interpretatio eſt, nom uel nominatus, quia q̃ talib⁹ ſtudet, clarum ac celebre nomen poſſidet. Sed & *Noe*, qui requies uel requieſcit interpretatur, quoniam dauitico labor̃ debellatis uitiorum cuneis, requieſcit in pace Salomonis. Poſt hæc ſequitur *Lamech*, cuius interpretatio eſt humiliatus uel precuſſus, ſiue percutiens, et eum ſignificare uidetur, qui poſt diuti na uirtutum exercitia peruenit ad martyrij gloriam, & humiliatus ac percuſſus ſupplicijs hoſtem ſuum ſpiritaliter grauius percutit. Et apte ſubditur *Mathuſale*, qui interpretatur mortuus eſt & interrogauit uel mortis emiſſio, quia talis quiſq; pro iuſtitia mortuus exemplo uel memoria ſuæ mortis interrogat, & conuenit ſingulorum conſcientias, (al. Iareth.) utrum iuſtitiam & uitã perennem diligant, an ſolis tẽporalibus delectentur, & mortem a ſe funditus emiſit, ut iam nullatenus a morte lædi uel tangi ualeat, ſed in perpetuum uiuat. Pulcre & *Enoch*, adijcitur qui dedicatio dicitur, quia taliter conſummatus, in illius ſeculi fœlicitate dedicatur. Et *Iared*, qui deſcendens uel roborans interpretatur, quoniam pia condeſcenſione (al. Iareth) de ſupernis ĩclinatur ad nos, ut noſtram infirmitatẽ roboret. Atq; *Mallalee*, cuius interpretatio eſt laudans deum, quia diuinis laudib⁹ in excelſis uacat. Necnon & *Cainan*, qui dicitur poſſeſſio eorum, quoniam pater & filius & ſpiritus ſanctus, qui ſunt unus Deus, poſſident illum in cœleſtibus. Et *Enos*, qui uiolentus interpretatur, quoniam uiolentia nimiæ uirtutis ſuę regnum cœlorum rapuit, quod a diebus Ioannis Baptiſtę uim patitur & uiolenti diripiũt illud. (Matt. 11.b) Atq; *Seth* cuius interpretatio eſt poſitus uel poſitio, quia nunc in regno illo ſupnæ beatitudinis a quo diu exulauerat eſt poſitus. Interpretatur etiã ſemen uel reſurrectio: quia ſeminatum eſt corpus eius animale, ſed ſurget idẽ corp⁹ ipſius ſpiritale. Ad ultimum in ſuperiori ponitur *Adam*, qui interpretatur homo: quia his profectuum gradibus fidelis quilibet promotus, & corporis etiam reſurrectione inno atus, (1 Cor. 15.f) ſummam perfectionem illam cõſequitur quam homo uel habuit, uel habere poteſt, ut tunc perfectus ſit homo & idoneus iam inſeparabiliter adhærere Deo, Vnde & in ſummo cacumine ſuper omnia *Deus* ipſe ponitur, uſq; ad

quem gradus ſcalæ generationis deſcri buntur, ibiq́ finiuntur: quia ibi finis eſt noſtræ pfectionis uſq ad quem ten dimus, ut in ipſo ſine fine quieſcam⁹. Ibi.n.eſt ſufficientia bonorum omnium: quia tūc Deus eſt omnia in omnibus, ut nulli ſit opus ultra quicq quærere. Locus autem præmiſſus quem de mar tyre nunc interpretari ſumus, intelligi poteſt & de eo pfecto qui non per mar tyrij paſſionē ex hac luce migrat, neq enim omnes perfecti ferro perimūtur. Nam Lamech interpretať humilis uel humiliatus. Matuſalē uero mortuus eſt,& interrogauit. Enoch autem dedi catio & Iareth deſcendens. Soletq́ fre quenter euenire, ut qui diu laudabili bus uirtutum operibus inſudauit, ina nis gloriæ typo moueatur, ut exterius gloriari de uirtutibus incipiat. Et ideo nunc iſte poſt tot laudabiliter acta di citur humilis. quia quāto magnus eſt humiliat ſe in omnibus,& ab omni ui tio iactantiæ uel ſuperbiæ ſit alienus. Et qui ſeculi gloriam ſic abiecit, mor tuū ſe mundo eſſe comprobauit. Exem ploq́ talis ſuæ mortis cæteros interro gat, quis eorum ſic mundo mori appe tat. Et hinc ſeqtur dedicatio: quia iam per contemplationem in ſupernis dedi catur. Et inde fit deſcēdens, quia ut cæ teros ad ea quæ ſurſum cōtemplari ſo litus eſt eleuet, ad eorum ima pie de ſcendit, iuxta illud Apoſtoli, Siue men
2. Cor. 5.c te excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus, uobis. Duo nomina quæ ſequuntur.i. Malaleel, cuius īterpretatio ſonat lau dans deum,& Cainan, qui dicitur poſ ſeſſio eorum, indicāt myſtice quid aga tur in illa contemplationis dedicatio ne,& ad proximos deſcēſione, quia ui delicet ibi Deum laudat,& hic poſſide tur ab illis quorum utilitatibus ſeruit. Sequitur & Enos, cuius interpretatio eſt deſperatus, quia ſpem in temporali bus & caducis habere contempſit, iu
Iob.7.c xta illud beati Iob, Deſperaui nequaq̃ ultra iam uiuam. Mortuus.n. mundo non habet iam ſpem in eo. Deinde ue nit Seth, qui dicitur poſitio uel reſurre ctio: quia tunc ponit corpus quod in fine reſurget. Et tunc erit perfectus ho mo, reformatus in antiquum & melio rem ſtatum, ſicut conſequens inſinuat Adam, qui interpretatur homo,& pri mus fuit cōditus, ſicq́ iam ſociabitur Deo, ut ei perpetualiter inhærēs uiuat in ipſo. Ob hoc.n. ſe Dei filius miſeri corditer humiliauit, ut uſq ad hāc cel ſitudinem ſuos qui lapſi fuerāt exalta ret,& ex gradibus generationum per quos ceciderant, fecit eis gradus uirtu tum per quos aſcenderēt. Quos.ſ. gra dus in nominibus patrum, ut oſtēſum eſt deſignatos, unuſquiſq proficientiū iuxta modum ſuum aſcendit,& aliqd de ſingulis uirtutibus aſſequitur, ſed tanto fortius & glorioſius ad deū per uenit, quanto uerius ac pfectius in his profecerit, tantoq́ rurſum tardius ac difficilius ad eum pertingit, quanto re miſſius ac negligētius in his egerit. Poſ ſet autem de unoquoq gradu uel no mine prolixa fieri locutio, ſed cauēdū erat faſtidium,& relinquēdum eis qui ſciūt ex paucis multa dicere, unde poſ ſent & ipſi tractare. Nam & multas ip ſorum nominū interpretationes quas ſimiliter proferre quiuiſſemus prætermiſim⁹, multaſq́ alias adhuc eſſe qua rum notitiam necdum attigimus non dubitamus, quæ ſuos habent myſti cos ſenſus. Et ideo nihil pfectionis in obſeruatione iuſtitię conſequi poſſunt homines Dei, quod in hac genealogiæ ſcala figuraliter non ſit expreſſum. Sed et brauium ad quod per eam tendunt, ipſe deus ſurſū in fine poſitus eſt. Prin cipium uero profectus uel aſcenſionis huius de qua tractatum eſt, dn̄s in ſe ipſo ſtatim nobis īdicauit, de quo ſub iunctum eſt. Ieſus autem plenus ſpiri tu ſancto, regreſſus eſt ab Iordane. Nō autem dicitur afflatus ſpiritu ſancto, ſed plenus, quia in ipſo habitat omnis Coloſ.
plenitudo diuinitatis corporaľr. non 2.b

enim ad menſuram dat Deus ſpiritum
Ioã.3.d ioſi, uidelicet Chriſto. Nam cęteris ſan
ctis dat eum ad mẽſuram, huic autem
immenſurabiliter, id eſt, totum ipſum
immenſum ſpiritum. Neque nunc pri-
mum impletus eſt ſpiritu ſancto, ſed
ex quo cœpit in utero uirginis cõcipi,
ſemper in eo totus manſit ſpiritus ſan
ctus. Sed idcirco nunc illo plenus fuiſ
ſe dicitur, qa nunc cœpit operibus de-
clarare plenitudinem eius in ſe mane-
re. Et ſic regreſſus eſt ab Iordane, qa re
gnũ principis mundi aggreſſus eſt de-
ſtruere à baptiſmo, regnumq́ ſuum in
orbe nouum conſtruere. Nam & quili
bet fidelis eius accepto in baptiſmate
ſpiritu ſancto regreditur ab Iordane,
cum à lauacro rediens, aduerſum ſecu
li uitia, in quibus ante conuerſabaẽ pu
gnam inchoat. Ab Iordane.n.regrediẽ,
qui à baptiſmo ad certamen contra re
lictas mundi tentationes properat, ut
his deuictis coronam uitæ mereaẽ per
ipſum mediatorem Dei & hominum,
qui cũ patre & ſpiritu ſancto uiuit &
regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Secundum Lucam Cap. 11. D

In illo tempore, Poſtquam impleti ſunt dies pur gationis eius ſecundum legem Moyſi, tulerunt illum in Hieruſalem ut ſiſterent eum domino, ſicut ſcriptũ eſt in lege domini, quia omne maſculinũ adaperiens uuluam, ſanctum domino uocabitur.

Præclaram huius diei feſtiuitatem ce
lebrantes, gratulemur ſuper beneficijs
in ea nobis diuinitus conceſſis. Nam
neque uirgo quæ de ſancto ſpiritu con
cipere digna fuit, neq; filius quem ita
genuit purgatione indiguit, ſed in eo-
rum purgatiõe noſtram purgationem
Deus præparauit ac præfigurauit, qui
multis ſordibus ĩfecti, multimoda pur
gatione indigemus. Quæ igitur de do-
mino nunc hiſtorialiter in euangelica
lectione narrantur, de nobis ſpirituali
ter intelligantur: quia ſi membra uel
corpus eius ſumus, ipſe in nobis eſt,
& quæ de nobis fiunt, de illo fieri re-
cte dicuntur. Nam & corpus Chriſti
quod eſt eccleſia, uocaẽ Chriſtus apo-
ſtolo dicente: Sicut corpus unum eſt, 1. Cor.
et membra habet multa, omnia autem 12.b
membra corporis, cũ ſint multa unũ
corpus ſunt, ita & Chriſtus. Vnde pa-
tet quia ſimul uniuerſi fideles cum ca-
pite ſuo, ſunt Chriſtus. Qđ & ex mul
tis alijs ſcripturarum locis, probari po
teſt. Cũ ergo de Chriſti purgatione lo-
quimur, ad illam eius partẽ quę purga
tione indiget referamus, id eſt, ad cor-
pus. Itaq; uel ad corpus, uel ad quodli
bet membrum eius myſtice referatur,
quod nunc hiſtorialiter de capite legi-
tur: quia poſtq̃ impleti ſunt dies pur-
gationis eius ſcđm legem Moyſi, tule- *Dies*
runt illum in Hierl̃m ut ſiſterent eũ do *purga-*
mino. Dies.n. purgationis populi fide *tionis*
liũ uel eccleſiæ.i.corporis Chriſti im- *quoti-*
plentur quidẽ quotidie dum unuſqſq; *die im*
eorum magis ac magis purgari atque *plẽtur.*
mundari iugiter ſatagit, ſed impleti nõ
erunt ex toto niſi in fine ſeculi. Finis ta
men ſeculi eſt unicuique hora obitus
ſui, & qui mundatus à peccatis oĩbus
in obitu ſuo repertus fuerit, ĩpleti ſunt *Qua*
dies purgationis eius ſcđm legẽ Moy *drage-*
ſi. Nam quadraginta diebus ſcđm le- *narij*
gem fiebat iſta purgatio, & quadrage- *nume-*
narius numerus, uel ſpatium quod eſt *ri ſigni*
uſque ad finem ſeculi, uel tempus uitæ *ficatio.*
uniuſcuiuſq; noſtrum ſignificat. Exple
to igitur tali quadragenario, ĩpleti erũt
dies purgatiõis uel eccleſię uel cuius li
bet iuſtorum. Ita.n. lex loquiẽ: Mulier *Leuiti.*
ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculũ, *12.a*
ĩmunda erit ſeptem diebus, iuxta dies
ſeparationis menſtruæ, & die octauo
circuncidetur infantulus. Ipſa uero tri
ginta tribus diebus manebit in ſangui
ne purificationis ſuæ Omne ſanctũ nõ
tanget, nec ingredietur ſanctuariũ, do-
nec impleantur dies purgationis eius.
Et quæ eſt iſta mulier, niſi electorũ ec-
cleſia uel prædicatorum perſona? Hæc
enim ſuſcepto uerbi Dei ſemine parit
ex eo maſculum.i. per prædicationem
ſpiritualiter gignit fortem & nouũ po

pulum electorū. Dies quadraginta pur
gationis eius qui diuiduntur in ſeptem,
& triginta tres ſi ſeparatim exponantur,
poſſunt ob confirmationem bis idip-
ſum ſignificare, quod coniuncti ſemel
ſignificant. Nam iſta mater cū ſua pro
le eſt īmunda ſeptem diebus: quoniam
ſancta eccleſia uel prædicantium perſo
na, cum his quos in fide genuit, nō eſt
abſq; aliqua ſorde peccati, toto tempo
Roma. re præſentis uitæ quod ſeptem diebus
7.d agitur. Videt.n. aliam legem in mēbris
ſuis repugnantem legi mentis ſuæ. Et
inde manet īmunda, iuxta dies ſepara-
tionis menſtruæ: quia ſicut mēſtrua ſe
paratur à conuentu mundorum in die
bus īmūditię ſuę, ſic et iſta ſeparatur à cō
uētu angelorū in dieb⁹ mortalitatis ſuę.
Menſtrua.n. aliena carne nō tangitur,
ſed fluxu īmunditiæ ſuæ polluitur, &
ſignificat animam quæ nō actu, ſed co
gitatu ſordido latenter inquinatur. Sic
& ſanctorum eccleſia uel electa anima
dum in carne peccati uiuit, quāuis nō
opere, tamen cogitatione peccati mul-
toties ſordidatur, & ideo beatorum ſo
cietate angelorum adhuc indigna iudi
catur. Octauus autem dies in quo cir-
cunciditur infantulus, dies eſt baptiſ-
matis in quo Neophytus quiſq; exuitur
labe primæ generationis, & aſcendens
de lauacro fit particeps reſurrectionis
Chriſti, quæ die octauo mundum illu
ſtrauit. Nam propterea diem octauum
quo paruulus circunciditur non ad tē
pus externæ reſurrectionis omniū, ſed
ad reſurrectionem Chriſti.i. ad baptiſ-
mum cuiuslibet noſtri retulimus, q̄a
ipſe paruulus poſtq; erat circunciſus
non ingrediebatur ſanctuariū niſi im-
pletis diebus triginta tribus, ſicut &
unuſquiſq; noſtrū licet ſit baptizatus
non tamen ſupernæ beatitudinis tem-
plum ingredi ualet, niſi decurſo morta
lis uitæ ſpatio qđ per dies triginta tres
deſignatur. Totus.n. hic numerus ex
ternarijs conſtat, & fidei tempus ſigni-
ficat. Cum filio igitur circūciſo manet

triginta tribus diebus, mater in ſangui
ne purificationis ſuæ, quia cum quoli
bet electo baptizato ſancta mater ec-
cleſia, quandiu per fidem ambulat &
non per ſpeciem, nō poteſt ex toto mū
dari à ſanguine purificationis ſuæ.i. à
peccato quo ſe iugiter purgare ſtudet,
et ad pfectum nequit dum adhuc mor
tale corpus gerit. Vnde Pſalmiſta, Nō Pſalm.
iuſtificabitur in cōſpectu tuo oīs uiuēs. 142.a
Et Salomon, Nō eſt homo iuſtus in ter
ra, qui faciat bonum & non peccet. Et
diſcipulus ille quem diligebat Ieſus: Si 1. Ioā.
dixerimus quia peccatum non habe- 1.d
mus, nos ipſos ſeducim⁹, & ueritas in
nobis non eſt. Sed & Iacobus, In mul- Iac.3 a
tis offendimus omnes. Cōſtat ergo q̄a
omnes qui in carne peccati uiuūt, pec-
cati ſordem ad purum exuere non poſ
ſunt. Vñ adhuc de eccleſia matre ſub- Leuit.
ditur: quia omne ſanctum non tanget, 12.a
illud uidelicet perfectiſſimæ puritatis
quod habent angeli, nec ingredietur ſan-
ctuarium, ſubauditur patriæ cœleſtis,
donec īpleantur dies purgationis eius.i.
donec peractū ſit ei tempus uitæ mor-
talis, in quo purgatur aſſidue ſed perfe
ctionem purgationis in eo nō aſſequi-
tur. Tanta quippe eſt, & tam perſeue-
rans inquinatio quam īmundus ſpiri-
tus humano generi per Euam infudit,
ut ex toto purgari nequeat, niſi cū ui-
ta mortalis aut ſeculi terminus adue-
nerit. Sed ſicut per Euam uenit inqui-
natio, ſic per Mariam reuertitur emun Per ma
datio. Tunc autem erit purgationis & riā emū
emundationis perfectio, cū iuſti in re- datio.
ſurrectione triumphātes dixerint, Vbi Oſee
eſt mors cōtētio tua? Vbi eſt mors acu 13.d
leus tuus? Aculeus enim mortis, pecca &1.
tum eſt. Talibus itaq; modis implentur Corin.
dies purgationis populi Dei, ſcđm le- 15.g
gem Moyſi. Sed cuius dies purgatio-
nis ſic impleti fuerint, deferent eum an
geli in ſupernam Hieruſalem, ut ſiſtāt
eum domino manſurum ibi perēniter
coràm eo. Et hoc fiet ſicut ſcriptum eſt
in lege domini; q̄a omne maſculinum

adaperiens uuluam, ſanctum domino
Rom. uocabitur. Scimus.n.quia lex ſpirita-
7.c.i lis eſt, & ſpiritaliter loquens, ſpiritalẽ
uuluam ſignificat et ſpiritalẽ maſculũ.
Maſcu Hic nãq; maſculus eſt fortis ac nonus
les ſpi- electorum Chriſtianorũ populus, uel
ritua- unuſquiſq; eorum. Et quoniam eccle-
lis & ſia ſcdm Eſaiam diu ſterilis fuerat, iſte
uulua. populus ex ea ſpiritaliter naſcens, ape
Eſaiæ. ruit uuluam, eius.i.genitale ſecretum
54.a ipſius, unde nemo taliter antea natus
fuerat. Omne uero ſignificat uniuerſa-
litatem quod hic ponitur cum dicitur
omne maſculinum: quia populus iſte
catholicus eſt, & omnes electos in ſe
continet. Hic ergo ſpiritalem eccleſiæ
uuluam, ſicut diximus aperiens, uoca
bitur ſanctus domino.i.uocabulũ &
laudẽ ſanctitatis in regno ſupernæ bea
titudinis obtinebit, ut in omni ſancti-
tate beatis ęquatus angelis perenniter
aſſiſtat conſpectui gloriæ creatoris. Et
ideo Chriſtus dominus & ſanctiſſima
ipſius genitrix purgationẽ legis obſer
uauit, ut omnes quos membra ſua no
uerat futuros, ita purificaret ut ad hãc
gloriam peruenire dignos faceret. Ipſe
enim, ut & ſupra dictum eſt, aut uirgo
mater eius purgatione non eguit: quia
ſpiritus ſanctus eam ab initio iam pu
rificauerat, & ille tam mũdam in eius
utero carnẽ ſibi creauit, ut per eam ef-
ficiat ſuorum carnem ita mundam ut
ſunt angeli, ſed & animam ibi tam ſan
ctam aſſumpſit, ut per eam reddat ani
mabus omnium ſuorum illam ſancti-
tatem quæ manet in angelis. Sed quo-
niam ipſe in ſuis eſt, qđ agitur de ſuis
ut & præmiſſum eſt dicit̃ agi de ipſo,
quia ipſi ſunt corpus eius. De quo.ſ.
corpore, ſubiungitur. *Et ut darent hoſtiam*
ſecundum quod dictum eſt in lege domini, par tur-
turum, aut duos pullos columbarum. Nam tule-
runt eam in Hieruſalem, ut ſiſterent eũ
Leuiti. domino ſicut diſſeruimus, & ut darẽt
12.b hoſtiam pro eo, iuxta id quod dictum
Turtur eſt in lege domini, par turturum.i.pa-
rem caſtitatẽ corporis & animæ eius,

aut duos pullos columbarũ.i.carnis
& cordis eius patiẽtiam. Turtur enim Colum
caſtiſſima auis eſt, & uiuo ac mortuo ba.
ſocio indiſſolubilẽ fidem conſeruans:
columba uero felle & amaritudine ca
ret. Ideoq; par turturum deſignat caſti
tatem interioris et exterioris hominis,
ac duo columbarum pulli, patientiam
foris oſtẽſam & intus in mẽte ſeruatã.
Offerũt igitur angeli hoſtiam ſcdm le
gem.i.par turturum, uel duos pullos
columbarum, pro ſanctorum populo
uel pro quolibet electo quem exhibẽt
Deo, cum merita caſtitatis eius quam
corpore & corde ſeruauit, aut patien-
tiæ quam intus & foris cuſtodiuit, re-
pręſentant domino. Caſtitas uero ma-
gis ad cõfeſſores, & patiẽtia plus per- Oẽs ele
tinere uidetur ad martyres. Et qa nul- cti aut
lus electorum eſt, qui aut in ordine cõ cõfeſſo
feſſorum, aut in ordine martyrum nõ res aut
computetur: ideo ad hoſtiam populi marty-
Dei ſufficit par turturum, aut duo pul res.
li columbarum. Per pullos enim co- Pulli
lumbarum potius quàm per colũbas colum-
hoc loco patiẽtia deſignatur: quia qui barũ.
ſicut oportet patientiam cuſtodiũt, hi
apud ſe paruuli & infirmi ſunt, & ma
iores imitando iugiter creſcũt. Totum
ergo ſimul populum electorum com-
pleta generali reſurrectione deferẽt an-
geli gaudentes in ſupernam Hieruſalẽ,
cum hoſtijs bonorum operum, ut ſi-
ſtant eum domino, & ab aſcenſione re
demptoris non ceſſauerunt eum in ſin
gulis qui migrant illuc deferre, quãdo
impleti ſunt dies purgationis cuiuſq;.
Et ecce homo erat in Hieruſalẽ, cui nomen Symeon.
Et homo iſte iuſtus & timoratus, expectans conſola
tionem Iſrael, & ſpiritus ſanctus erat in eo. Et re-
ſponſum acceperat à ſpiritu ſancto, non uiſurum ſe
mortem, niſi prius uideret Chriſtum domini. Et ue-
nit in ſpiritu, in templum. Homo iſte ſanctũ
Iſraeliticæ gentis populũ deſignat, qui
aduentum redemptoris diutius expe-
ctauit, & ab eo de miſerijs exilij huius
liberari ſperauit. Vnde & Symeon uo-
catur, quod eſt audiẽs triſtitiam: quia
populus

populus ille fidelis triſtitiam expul
ſionis ſuę de paradiſo,& amiſſionis
æternalrũ bonoꝝ per ſcripturas au-
dire conſueuerat:ideoq; ſup his con
ſolationem diuinitus ſibi uenturam
expectabat. Alia īterpretatio. Symeo
nis eſt exauditio: quia populus He-
bræoꝝ exaudire ſolebat Deũ iuben
tem, ut Deus eum exaudiret oran-
tem. nõ enim eſt nunc ſermo, niſi de
Symeõ homo dictus. electa parte eius. Propter qđ & ho-
mo dicitᷣ, qa uti ratione nouerat, in
cognitione diuinoꝝ et in exqſitione
euaſionis huius miſeriæ. Et hic erat
in Hierl'm, hoc eſt in ciuitate magni
regis per quam iurare phibemur, in
Hieruſalē. ciuitate Dei quę eſt eccleſia. Hierl'm
enim, & ſupernę beatitudinis regnũ
ut ſupra diximus ſignificat, & eccle
ſiam iuſtoꝝ adhuc in terris peregri
nantium. In hac ergo Hieruſalē hoc
eſt in numero fideliũ erat iandiu po
pulus Hebręoꝝ, quãdo puer ad tem
plum portabaᵗ, hoc eſt, in exordijs
apoſtolicæ pdicationis quando per
Chriſtum patefacto cœloꝝ ingreſſu
nouellus Chriſtianorũ populus in
ſuis qui de hoc ſeculo migrabãt de-
ferebaᵗ iam illuc per angelos. Nam
electus ille Hebręorum ppl's tandiu
pſeuerauit, donec grã noui teſtamen
ti per nouos doctores ubiq; pdicari
cœpiſſet, et multi credentiũ patriam
æternæ felicitatis tranſitu beato in-
trarent. Et homo iſte per quem my-
ſtice populus ille ſanctus intelligiᵗ,
iuſtus erat, quia idem populus Deo
ſeruiens quæ Dei erant, Deo redde-
bat. Iuſtitia enim dat unicuique qđ
ſuum eſt, & Dei eſt humana natura,
ut eius uolũtati deſeruiat. Ideoq; i
ſte agit omnis homo qui obtempe-
rat Deo. Et timoratus erat ipe popu
lus, quia uel timore legis, uel timo-
re charitatis, Deum metuebat. Sed
et conſolationem Iſrael expectabat,
quia ſolicitus præſtolabatur inter
preſſuras huius exilij, quãdo popu-
lum ſuũ dominus aduentu ſuo con
ſolari dignaretur. Nam & ſpiritus
ſanctus erat in eo, qa iuſtificari per *Per legem nõ erat iuſtificatio.*
legem nõ ualuiſſet, niſi occulta ſan-
cti ſpiritus gratia per Chriſti fidem
eum iuſtificaſſet. Et reſponſum ac-
ceperat à ſpiritu ſancto, non uiſurũ
ſe mortem, niſi prius uideret Chri-
ſtum domini, quia hoc eius deſide-
rijs & orationibus cœleſtis inſpira-
tio reuelauerat, quod in fide uictu-
rus eſſet, nec mortem perfidiæ ſubi-
turus, donec uideret in carne pręſen
tem Deum à Deo præ ſuis participi
bus unctum, qui participationem
ipſam & in uocabulo demonſtra-
rent, ut à Chriſto Chriſtiani uoca-
rentur. Et uenit in ſpiritu in templũ,
quia quò omnes iuſti poſt reſurre-
ctionem in ſuis corporibus uenturi
ſunt, illuc ipſe ſpiritu per cõtempla
tionem & propheticã uiſionem fre-
quenter uenit, intrans ſcilicet in ſan
ctuarium Dei & intelligens in no-
uiſſima. *Et cum inducerent puerum Ieſum pa
rentes eius, ut facerent ſecundum cõſuetudinē le
gis pro eo, & ipſe accepit eum in ulnas ſuas, &
benedixit Deum & dixit: Nunc dimittis ſeruum
tuum domine, ſecundum uerbum tuum in pa
ce: Quia uiderunt oculi mei ſalutare tuum. Qđ
paraſti, ante faciem omnium populorum. Lumen
ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ
Iſrael.* Puerum Ieſum iuxta quod ſu
perius tractatum eſt, intelligere de
bemus in nouo credentium popu
lo: quoniam eccleſia eſt corpus eiꝰ,
& omnes ſancti membra ipſius.
Ideóque quod de capite narratur, de
corpore uel membris nunc intelli
gatur. Ad hoc enim ſpectat, et quod *Matt. 25. d*
ipſe dicturus eſt. Quod uni ex mini
mis meis feciſtis, mihi feciſtis. Itaq;
puer Ieſus ſic nunc accipiatur, ac ſi
diceretur nouellus Chriſtianoꝝ po
pulus. Sed qui ſunt parentes eius ni
ſi angeli? Nam & ipſi quandam ſpi
ritalis conſanguinitatis parentelam
ſe demonſtrant habere nobiſcum,

ubi nos fratres ſuos in Apocalypſi uocant, dicendo: Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri. Hi ergo parentes inducunt noſtrum puerum, ſicut & ſuperius declaratum eſt in cœleſtis ſanctuarij templum, uel in obitu ſingulorum, uel in reſurrectione omniũ. Et hoc, ut faciant ſecundum cõſuetudinem legis pro eo: quia ritu legis, expleta purgatione præſentant eum domino cum bonorum oblationibus meritorũ. Vel iſti parentes intelligi poſſunt ſancti prædicatores. Qui quoniam in Petro claues regni cœlorum acceperunt, aperiunt illud nouo fidelium populo, & in templum eiuſdem regni cœleſtis eum inducunt, dum abſoluunt eum & benedicunt, atque rogant ut hinc migrans illuc ſuſcipiatur. Et hoc agũt ut ritum legis expleant, quia taliter eum ſuis orationibus in illud beatitudinis ſanctuarium inducunt, ut ſicut lex decreuerat expletis in fine diebus purgationis, ſiſtant eum domino cum oblatione meritorꝫ eius. Poteſt etiam puer iſte qui in templũ inducitur, illos nunc ſignificare qui ad fidem uenientes in eccleſiam inducuntur. Nam & hanc inductionem ſic agunt ſancti patres, ut conſuetudinem legis obſeruent: quia expleta in baptiſmo purgatione introducunt eos ad ſanctum altare conſecrandos uictima diuinæ euchatiſtiæ. Itaqꝫ dum à ſuis parentibus, id eſt, ab angelis uel à prædicatoribus tempore fulgentis Euangelij nouellus fideliũ populus, quaſi puer cœpiſſet in ſuis qui de hac luce migrabant, ſicut diſſeruimus in ſupernæ ſanctitatis ac beatitudinis templum induci, uel in his qui ad fidem ueniebant in eccleſiam adduci, accepit eũ & ipſe Symeon in ulnas ſuas, hoc eſt, & ipſe religioſus Hebræorum populus ulnis charitatis amplexus eſt eum ſicut dilectiſſimum. Amplexio quippe charitatem, & ulnæ fortia deſignant opera: ideóque in ulnas ſuſcipere, eſt robuſtis operibus dilectionis amplecti. Taliter ergo ſuſcepit eum in ulnas ſuas, hoc eſt, in brachia portans eum in fortibus magnæ charitatis operibus, & benedixit deum, qui ſibi præſentem oſtenderat nouæ gratiæ populum, ingredientem iugiter regni cœleſtis habitaculum, & ait: Nũc, id eſt, poſt datam gratiam, dimittis domine ſeruum tuum in pace, id eſt, relaxas de ergaſtulo pręſentis exilij me, qui ſub legis ſeruitute premebar, ut iam ad cœleſtis habitationis patriam in pace tranſeam, ligato per Chriſti tropheum mortis principe, ſecundum uerbum quod mihi dixeras de aduentu gratiæ. Quia ecce iam uel in ſe uel in ſuis, uiderunt oculi mei ſalutare tuum, id eſt, Ieſum tuum qui ſalutaris ſiue Saluator interpretatur, & qui miſſus eſt à te mundum ſaluare. Quod ſcilicet ſalutare, paraſti ante faciem omnium populorũ, ut ab omnibus populis qui ſunt in orbe uideri facias oculis fidei Saluatorem mundi. Paraſti, inquam, eum lumen ad reuelationem gentiũ, ut ſplendore claritatis eius fugentur tenebræ, quibus uelabantur corda gẽtilium ne illuſtrarentur diuina cognitione & gloriam plebis tuæ Iſrael, ut ipſe ſit gloria plebis Iſraeliticæ credentis quæ ſemper tua fuit. Magna enim gloria eſt Hebræis credentibus, quòd ex eorũ genere carnem aſſumpſerit Deus. Qui et gentes per fidem ſuam illuminauit, dicẽs: Ego lux in mundum ueni, ut omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat. Vnde pulcher eccleſiæ mos inoleuit, ut fideles in hac celebritate cereos ſiue candelas offerant. Nam quia Chriſtus hodie in templo eſt obla-

Apoc. 12.c Vlnæ ſignificatio. Ioan. 12.g

tus, ipſi myſtica oblatione ſua hoc ipſum repręſentant, dum ſingulis recurrentibus annis ad domũ Dei cereos in hac die portant. Cereus *Cereus* enim uel candela, Chriſtum ſignificat. *Chriſtus.* Et quia unuſquiſq; deuotus ad hanc ſolennitatem ueniens, Chriſtum lumen uerum affert in pectore, ideo conuenienter cereum præ- *In cereo tria.* ſentat in oblatione. In cereo quippe tria offerũtur, cera, lychnus & flamma: cera quam apis uirgo confecit, ſignificat Chriſti carnem quam uirgo Maria genuit, interior autem lychnus animam, flamma uero ſuperior diuinitatem. Nec inueniri aliquid in creatura poteſt, quo congruentius ſignificaretur Chriſtus. Sed & hoc auget decus feſtiuitatis huius, quod ad eam prout decuit uerſa eſt gloria magnæ proceſsionis illius, quam in iſto menſe qui Februarius, id eſt, purgatorius dicitur, agere ſolebant Romani ueteres, anno quinto ciuitatem luſtrantes, id eſt, circumeuntes, & ut putabant à peccatis, quę per quinquennium illud commiſerant purgãtes. Luſtrare enim, & circuire ſignificat & purgare. Et hęc noſtra feſtiuitas eſt purgationis, ideoque competenter ad eam tranſlata eſt proceſsio purgationis, quamuis longe diſsimiliter fiat à nobis quàm fiebat ab Ethnicis. Et lectio igitur euangelica & feſtiuitas & tempus eius, purgationẽ ſignificat, ut per hęc omnia nos qui purgatione indigemus, purgari mereamur, cooperante Chriſti gratia, cui cum patre & ſpiritu ſancto omnis honor & gloria, & antequam mundus eſſet & nunc & in omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Lectio ſancti euangelij ſecundum Ioannem. Cap. X. B

In illo tempore. Dixit dominus Ieſus: Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis.

Quia plerique libẽpſis non attendẽtes, nec ſua uitia conſiderantes, gaudent in huius lectionis tractatulo, qui uel audire lacerationem uitæ paſtorum eccleſiæ, nos aliam eius fecimus expoſitiũculam quæ nos ad intima noſtra reuocet, ut nullus mordere uitam præpoſitorum quã Chriſtus per ſeipſum diſcuſſurus eſt audeat, ſed magis unuſquiſq; talis eſſe ſtudeat, qualem approbando lectio demonſtrat, & mala quæ reprehendit caueat. Loquitur autem dominus *Ioan. 9. g* phariſæis, qui ſe cæcos non eſſe iactabant, & in eorũ typo cæcitatem omnium pſeudo religioſorum denotat. Ea uero quæ loquitur, ſic nunc intelligamus, ut non ad ipſum caput, ſed ad aliquod eius membrum referantur. Nam ſæpiſſime in ſcripturis uerba domini primo ad ipſum dominum referuntur, & deinde ad eccleſiam quę eſt corpus eius, uel ad aliquem electorum qui eſt membrum eius, uelut cum dicit: Iudica domine *Pſal. 34. a* nocentes me, expugna impugnantes me. & his ſimilia. Nunc igitur iſta quæ loquitur, ſic intelligi uolumus, tanquam ſi ea quis ſanctorum eius loqueretur. Ait enim: Ego ſum paſtor bonus. Et unuſquiſq; noſtrum debet eſſe paſtor, non qualiſcunq;, ſed bonus: quia gregem ouium, id eſt, mũdarum, & innoxiarum cogitationũ atq; uirtutum habet, quem paſcuis ſcripturarũ paſcens nutriat, & quẽ uelut de eo rationem redditurus domino cuſtodiat. Talium ouium ido- *1. Re. 16. c* neus paſtor erat ſctũs Dauid, quando in regem unctus eſt, ut qui bene ſuos mores & ſeipſum regere nouerat, rector aliorum fieret. Taliũ ouium ſctũs Iob ſeptem millia poſſidebat: *Iob. 1. a* quia perfecte uirtutibus ſeptiformis gratiæ ditatus erat. Sunt uero nonnulli, qui bona quæ faciũt, nequaquam ſenſibus & regulis eloquiorum Dei paſcũt, ſed iuxta quod eis rectum ui-

detur nutriunt. Et hi profecto boni paſtores non ſunt: quia greges actionum ſuarum nõ bene paſcunt, cum ſcriptum ſit, diſcite bene facere.

Eſaie. 1. c

Bonus uero paſtor animam ſuam ponit pro ouibus ſuis: quia præſentem uitam ſuam quæ appellatione animæ deſignatur, in afflictionibus ponit, hoc eſt, ſpontanea uoluntate cruciat, pro utilitate ſpiritualiũ ſuarum uirtutum & bonarum actionum. *Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, uidet lupum uenientem, & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit, & diſpergit oues.* Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus. Dictum erat de eo qui laudabiliter agit, dicitur & de illo qui ſegniter uiuit, dictum inquam fuerat de paſtore, qui non recuſat pro ouibus animam ponere, dicitur & de mercenario qui non audet lupo reſiſtere.

Mercenarius paſtor

Nam mercenarius eſt, qui pro mercede temporalium rerum agit bona, qui non gratis Deum colit, qui pro his quæ religioſe uidetur operari, quærit in hoc ſeculo præmium uel laudis uel muneris. Et iſte non eſt paſtor, quia oues actionum ſuarum non paſcit ſcripturarum paſcuis, ut eo modo uel ſtudio quo ſacra eloquia docent agat illas. Cuius non ſunt oues propriæ: quia uirtutes quas in ſeipſo cuſtodire uidet ab eo ſunt alienæ, dum eas ob tranſitoriam retributionem ſeruat, & non quaſi proprias amat. Hic ergo qui in ꝓſperis ſic agebat, audiamus in aduerſis quid faciat. Videt lupum uenientem, & dimittit oues: quia uel in homine peruerſo, uel in tribulationum procella ſurgẽte, ſentit adeſſe beſtiam quæ bonorũ operũ oues quærit deuorare, id eſt, diabolum, qui tentationibus aduerſitatum nititur ouile uirtutũ extinguere. Et qui prius ideo bona faciebat, ut mercedes pro his in præſenti reciperet, nunc autem pro ipſis imminere ſibi aduerſa conſiderat, dimittit oues, relinquit uirtutes quas ſeruabat, deſerit bona quæ faciebat, ne pro ipſis mala ſuſtineat & fugit, hoc eſt, aduerſitati ſe ſubducit. Non enim tam loco quàm operum immutatione fugit. Et lupus rapit, quoniam diabolus ea meritorum bona quæ uidebatur habere tollit. Et diſpergit oues, quia diſſipat eius actiones, ut omnia quæ iam fecerit, ſint incompoſita & incongrua & diſſidentia. *Mercenarius autem* non reſiſtit lupo, gregem ſuum ita deuoranti ſed *fugit*, quia ille qui uirtutum aut religioſarum actionum ouile non propter ipſas uirtutes, ſed propter lucra temporalia ſeruabat, recedit ab earum tutela, & relinquit eas in ore deuoratoris, ne periculum ſentiat aduerſitatis. Qui propterea ſic fugit, *quia mercenarius eſt*, id eſt, quia uirtutum opera propter emolumentorũ carnalium mercedes ſeruare conſueuerat, *& non pertinet ad eum de ouibus*; quia nõ ſunt eius uirtutes uel actiones quas cuſtodit, ſed lucra quę pro his appetit, nec earum perditio mentem eius dolore tangit, quia nõ eas, ſed mercedes diligit. Hucuſque ſermo diuinus pueriltatem eorum qui ficto corde ſicut phariſæi bona gerunt, ſub unius typo denotauit, & poſt hæc denuo puritatem eorum qui perfecto corde bona faciunt deſcribere incipit, dum uoce cuiuslibet talium dicit: *Ego ſum paſtor bonus.* Acſi dicat: Ego bene paſco, et germana ſolicitudine cuſtodiens nutrio, oues bonarum cogitationum atque uirtutum mihi diuinitus traditarũ. *Et cognoſco oues meas*, id eſt, non negligo, ſed diligo meas uirtutes, *& cognoſcunt me meæ*, id eſt, uelut dilecto mihi adhærent, nec à me uel in aduerſis ſeparantur. Eum nanque cognoſcũt uirtutes, qui non fit eis incognitus

per aliquas uitiorum perpetratio-
nes, *Sicut nouit me pater, & ego agnoſco pa-
trem*, qiua ſicut cœleſtis ille pater di-
lexit me propter me. i. propter meã
ſalutem & non propter aliud, ita &
ego diligo eum propter eũ, & non pro
pter aliud. Nam nec ille aliud quæ-
ſiuit pro hac dilectione niſi me, nec
ego aliud quæro pro hac dilectione
niſi illum. Hinc eſt, quòd in epiſto-
1.Ioã.4.d la ſua Ioannes ait: Quia ſicut ille eſt,
ita & nos ſumus in hoc mundo. Si-
cut enim non æqualitatem nunc ſi-
gnificat, ſed ſimilitudinem: quia non
loquimur de redẽptore, qui ſecun
dum diuinitatem æqualis eſt patri,
ſed de redempto qui membrum eſt
redemptoris. Qui ſcilicet redemptus,
ſubiungit: *Et animam meam pono pro oui-
bus meis* Id eſt, temporalem uitam hu
milio in laboribus & expendo, ut
oues uirtutum & actionum mea-
rum non amittam, ſed multiplicem
& foueam. Quia uero poſt actiuę ui
tæ labores, iuſtus ad contemplati-
uæ ſuauitatem proficere ſolet, apte
ſubijcit. *Et alias oues habeo, quæ non ſunt ex
hoc ouili*. Id eſt uirtus theoricæ dul
cedinis, quę non ſunt ex grege uir-
tutum practicæ exercitationis. Alias
enim uirtutes habet iuſtus in acti-
ua uita, & alias in contemplatiua,
Et illas, inquit, quæ ſunt contempla-
tionis, *oportet me adducere* ad ima meæ
poſſibilitatis, ut in conuerſatione
mea ſociem illas his quæ ſunt actio-
nis. *Et uocem meam audient*, quia ſermo-
nem uoluntatis meæ facient, hoc eſt,
nutum cordis mei ſequentur. Nam
& cor habet ſuam uocem, ſuamq́ʒ
locutionem. Et *fiet unum ouile* de uirtu-
tibus utriuſqʒ uitæ, *& unus paſtor* fiet
utrarumqʒ, meus ſcilicet animus, qui
in utrarumqʒ cuſtodia ſit ſolicitus.
Hæc itaque ſiquis diligenter attendat,
& utrum ipſe ſic agerit uel non ege-
rit inſpiciat, deſiſtet lacerare uitam
paſtorum eccleſiæ.

*Lectio ſancti euangelij ſecundum
Lucam. Cap. XIIII. D.*

*In illo tempore: Dixit dominus Ieſus. Homo
quidam fecit cœnam magnam, & uocauit mul-
tos. Et miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inui-
tatis ut uenirent: quia iam parata ſunt omnia.*

Homo iſte eſt mediator Dei & ho-
minum, homo Chriſtus Ieſus. Ma- 1.Tim.2.b
gna eius cœna eſt, noua ſpiritualis
ſcientia, quam ad ultimum per ſe &
per Apoſtolos, ac per expoſitores ſcri
pturarum nobis copioſe dignatus
eſt dare, ut animas noſtras ſpiritua-
libus delitijs ſanaret. Addit & ali-
ud ferculum, dum mentes noſtras *Triplex*
amore ſuo delectabiliter paſcit. Ad- *ferculum*
dit & tertium. dum nobis ſuæ diui- *cœnæ do-*
nitatis uiſionem inter angelos peren- *minicæ.*
niter tribuit. Hæc eſt eius cœna quam
ſuis parauit, & ad quam multos uo-
cauit, Iudæos ſcilicet & Gentiles de
toto orbe, ſed primo Iudæos, deinde
Gentiles. Hæc enim cœna per conui
uium illud deſignata eſt, quod Aſſue
rus tertio anno regni ſui fecit opti-
matibus & amicis ſuis, ac dehinc ad
illud omnem populum qui in ſuis
tep[illegible]tus eſt inuitauit. Nam Aſſue-
rus myſtice Chriſtus eſt, tertius an-
nus, tertium tempus eſt. Primum
enim tempus fuit ante legem, ſecun-
dum ſub lege, tertium ſub gratia. In
hoc rex regum, exhibuit conuiuium
ſuum, Optimates & amici ſunt apo-
ſtoli, & qui de Iudæis primo credi-
derunt. Populus de tota urbe inui-
tatus eſt, multitudo gentium de toto
orbe uocata: qm̃ ciuitas uel mundum
uel gentilitatem deſignat. Miſit itaqʒ
dominus iſte ſeruum ſuum hora cœnę
dicere inuitatis ut uenirent: quia iam
parata ſunt omnia. Seruus eſt ordo
prædicatorum. Hora cœnę, extrema
ætas ſeculi, de qua beatus Ioannes
loquitur: Filioli, nouiſſima hora eſt. 1.Ioã.2.e
Hæc enim hora eſt, ſpacium tempo-
ris ab aduentu domini uſqʒ ad finem
ſeculi, in quo ſcientia ſpiritalis eſt re-

uelata, & gratia ſancti ſpiritus effuſa & regna cœlorum aperta. Ideóq; dicitur, quia iam parata ſunt omnia. Nihil enim reſtat, niſi ut quiſque dignum ſe præparet & ueniat, & his omnibus perfruatur. Tunc autem primo ſeruum ſuum dominus miſit ut inuitatos uocaret, quando ſuis diſcipulis ait: In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, ſed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael. Iſraelitas enim iam inuitauerant ad hanc cœnam, & patriarchæ & Moyſes & prophetæ. Illi autem, nec tunc nec modo uoluerunt uenire, *ſed cœperunt omnes ſimul excuſare. Primus dixit. Villam emi, & neceſſe habeo exire & uidere illam. Rogo te habe me excuſatum.* Iſte primus gerit perſonam potentum ſeculi, qui uillas & caſtella ſibi uendicātes ut ſuper cæteros poteſtatem exerceant, & honorabiliores atque ditiores ſint cæteris. Et hi ſua intima deſerentes exeunt animo foras ad exteriores curas, & quibuſdam neceſſitatum uinculis retinentur, ne ad interiora redeant, ſed uillas & poſſeſſiones ſuas ſemper uideāt & de his cogitent, ac in his delectabiliter teneantur, ideóque cœnam Dei negligant. Talibus autem ſiquando prædicatores perſuadeant meliora, promittunt ſe facturos quod eis præcipitur, ſed impedimenta obÿciunt, excuſationem opponuntur, et ut ipſi pcis Deum precentur exorant. Hoc autem quid eſt aliud dicere, niſi rogo te habe me excuſatum? Et multi tales erant in Iudæa quando dominus hæc loquebatur; ſed hi qui nunc ſunt Iudæi, quia uillas non poſſunt, pecunias acquirunt. *Et alter dixit. Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te habe me excuſatum.* Iſte ſignificat illos Iudæorum, qui magis dediti ſunt carnali ſtudio legis. Quinque enim iuga boum, quinque ſunt libri Moyſi, deprimentes graui ſeruitute illos qui ſub ſe carnaliter ſunt poſiti. Hos autem libros Iudæi emerunt; quia pro his circuncíſi ſunt, pro his decimas & primitias & ſacrificia offerunt. Hos tamen nondum probatos habent, quia nondum eos intelligunt. Si enim eos intellexiſſent, nullam excuſationem prætendiſſent, ſed ad cœnam iam ueniſſent. Sed quia eos non intelligunt, dum eos uenerari ſe ſimulant, ſuam iuſtitiam quærentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti. *Et alius dixit: Vxorem duxi, et ideo non poſſum uenire.* Per hunc deſignantur illi qui ſe luxuriæ carniſque uoluptatibus per omnia ſubÿciunt. Qui excuſari non quærunt, quia ſolam hanc uitam diligentes, aliam paruipendunt. In his autem tribus qui uenire ad cœnam noluerunt, deſignati ſunt omnes qui ad eam uenire negligunt. Et in horum typo, Iudæi cœnam hanc adire noluerunt. *Et reuerſus ſeruus, nunciauit hæc domino ſuo.* Vnde Eſaias: Domine quis credidit auditui noſtro? *Tunc iratus paterfamilias, dixit ſeruo ſuo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc.* Iudæis uenire nolentibus, iratus eſt dominus, quia non ultra per ſuos prædicatores monuit eos ut conuerterentur, ſed ex toto reliquit eos in ſua malitia, mandans nubibus ne ſuper infructuoſam uineam pluerent, id eſt, præcipiens Apoſtolis ne Iudæis prædicarent. Magna enim ira Dei eſt, peccatores ad pœnitentiam non uocare, ſed in peccatis uſque ad mortem relinquere. Sic iratus eſt Iudæis ad cœnam uenire & credere nolentibus, & gentes intuitu miſericordiæ reſpexit. Vnde ipſis Iudæis Paulus & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei, ſed quia repuliſtis illud & indignos uos iudicaſtis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ciuitas autem hoc

Matth.10.a

Rom.10.a

Eſa.53.a

Eſaia.5.b

Magna dei ira.

Actu.13.g

lo loco gentilitas intelligitur, muris diſputationum & argumentorum atque poteſtatum ſecularium munita. Vnde & per Pſalmiſtam dominus ait: Quis deducet me uſque in ciuitatem munitam? Quis deducet uſque in Idumæam? Chriſtum enim ad peccatores ducit, qui eum peccatoribus prædicat. Qui quia rarus eſt, ideo dominus ait, quis deducet me? Meſſis enim multa, operarij autem pauci. Ciuitas uero ſicut diximus eſt gentilitas, & ipſa eſt Idumæa, id eſt, terrena. Plateas autem & uicos ciuitatis, latitudines & anguſtias gentilitatis intelligamus. Ait itaque prædicatorum ordini: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduc huc. Ac ſi diceret: Feſtinanter ad exteras nationes perge, & quos ibi uel amplitudine poſſeſſionum dilatatos, uel anguſtia facultatum arctatos repereris, ad uitam introducere non moreris. Pauperes enim ac debiles, & cæci, & claudi erant Gentiles, quia nec legis diuitias, nec uirtutum fortitudinem qua reſiſtere poſſent diabolo, nec ſcientiæ lumen, uel illuminatos cordis oculos habebāt, nec in uia iuſtitiæ rectis pedibus incedebant. Qui tamen inuitati ad conuiuium Chriſti, diuites ſpiritaliter & fortes facti ſunt, & interius illuminati iam in uia Dei non errant, ſed recto tramite grapiuntur. *Et ait ſeruus: Domine, factum eſt ut imperaſti, & adhuc locus eſt.* Vocauimus, inquit, iuxta præceptum tuum Iudæos & Gentiles, & adhuc locus eſt ubi ſuſcipiantur qui uenire uoluerint. Iſte locus tunc complebitur, quando ſeculum hoc criminabitur. Adhuc enim quotidie mittuntur ſerui, adhuc ad cœnam ueniunt fideles, alijs per baptiſmum, alijs per pœnitentiam feſtinantibus. *Ait namque dominus ſeruo. Exi in uias & ſepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea.* Iam enim neque uiæ, neque ſepes, neque locus ullus, ſiue peruius, ſiue ſeptus, ſiue manifeſtus, ſiue abditus relictus eſt, ad quem ſerui Chriſti ſcrutandum non peruenerint. Qui igitur huic cœnæ defuerunt aut deſunt, non ſeruorum negligentiæ, ſed ſuæ hoc inobedientiæ deputent. Hæc autem tertia inuitatio, magis ad noſtrum tempus pertinet in quo crebreſcunt aduerſitates ſeculi, & ob hoc in ea dicitur compelle intrare. Aliquando enim nos mundus retraxit a Deo, ſed nunc tot tantiſque malis plenus eſt, ut ipſe nos iam mittat ad Deum. Vnde & ſcriptum eſt de aquis diluuij. Vehementer inundauerunt, & leuauerunt arcam in ſublime a terra. Quid enim per aquas niſi tribulationes, & quid per arcam niſi eccleſia figuratur? Aquis ergo inundantibus leuatur arca in ſublime a terra: quoniam aduerſis irruentibus ſeparatur a terrenis cupiditatibus eccleſia uel fidelis anima, & cœlo fit proxima. Sunt enim nonnulli qui in hoc mundo proſperra quærunt, ſed aduerſa reperiunt, & apprehendere temporalem gloriam conantur & nequeunt, & quo magis uoluptates & opes uel honores appetunt, eo punctiones & ærumnas & abiectiones ſentiunt. Hos igitur aduerſa compellunt, ut ad Dei cœnam ueniant. Sed quia in ipſis aduerſis mens eorum ſtupore ſic obduruit, ut intelligere nequeat mala quæ patitur, dum prædicator eis mala ſeculi, quibus affliguntur declarat, & quadam ui rationum & adhortationum cogit eos ut cœleſtia bona appetant, agit quod dictum eſt, compelle intrare. Sic que numerus electorum perficitur, & ſuperna domus impletur. De illis autem qui uenire contempſerant, ſubditur: Di-

Pſal. 59. b

Luc. 10. a

Gene. 7.

Arca ecclesia.

eo uobis, quòd nemo uirorum illorum qui uocati ſunt, guſtabit cœnam meam. Nemo eorum qui uocati ſunt & uenire noluerunt, guſtabit internæ dulcedinis cœnam, nemo eorum ſimul cum ſanctis ad æterni conuiuij epulas intrabit. Vnde & per prophetam illis dominus ait: Ecce ſerui mei comedent, & uos eſurietis. Ecce ſerui mei bibent, & uos ſitietis. Ecce ſerui mei lætabuntur, & uos confundemini. Ecce ſerui mei laudabunt præ exultatione cordis, & uos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione ſpiritus ululabitis. Sed & in euangelio loquitur ipſe dominus: Qui uenit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet unquam. Simili ſenſu dictum eſt, & in Exodo: Viderunt Deum Iſrael, et comederunt ac biberunt. Quæ omnia nos uel terrere debent, uel accedere. Terrere ne contingat eſurire & dolere cum reprobis, accendere ut mereamur epulari & gaudere cum electis. Quicunque enim huic conuiuio defuerit, tabeſcet in æternum fame & miſeria, & omnium bonorum inopia. Et quicunque interfuerit, ſatiabitur perenniter omnium bonorum plenitudine immenſa. Nam eſca iuſtorum eſt, præſens uultus Dei, qui dum ſine defectu cernitur, ſine fine mens cibo uitæ ſatiatur. Vnde & dictum eſt: Iuſti epulentur & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Ibi de æternitatis ſocietate lætantur, qui que iam laqueos uoluptuoſæ temporalitatis euaſerunt. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi ſocietas ſupernorum ciuium. Ibi dulcis ſolennitas a peregrinationis huius triſti labore redeuntium. Feſtinemus igitur hoc intrare conuiuium, ubi cum electorum omnium ſocietate feſtiuis gaudijs perpetim exultemus eo largiente, qui uiuit et regnat deus î ſecula ſeculorum, Amen.

Iſa. 50. c · *Ioan. 6. d* · *Exo. 24. c* · *Eſca iuſtorum.* · *Pſal. 67. a*

Lectio ſancti euangelij ſecundum Luca. Cap. XVI A

In illo tempore: Dixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hāc Homo quidā erat diues, qui habebat uillicum, & hic diffamatus eſt apud illum, quaſi diſsipaſſet bona ipſius, &c.

Hæc ſacra lectio ſub figura uillici prius diſſipantis bona domini ſui, & poſtea de bonis ipſis ut ab eo laudaretur, prudenter agentis, oſtendit prauitatem & correctionem cuiuslibet præpoſiti eccleſiæ, qui in principijs quidem non ſolum in ſe, ſed & in ſubiectis diſciplinam ac religionem debilitat, poſtea uero tam ſe quàm ſubditos nobiliter emendat. Homo, inquit, erat diues, &c. Homo enim iſte, intelligitur mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus. Qui & diues eſt, utpote creator & dominus omnium. Villicus autem, a uillæ cuſtodia nomen accepit, eum ſignificans cuius officium eſt in cuſtodia & regimine eccleſiæ uigilare., ſicut ſcriptum eſt: Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit eam. Villicus ergo gubernatorem eccleſiæ deſignat. Sed plerunque contingit, ut is qui eccleſiam ad gubernandum ſuſcepit, terrenis commodis inhians lucra ſpiritalia negligat, ac male uiuendo prauis exemplis religionem in ſubiectis deſtruat. Sed talis quiſque diffamatur apud dominum ſuum, quaſi diſsipator bonorum eius: quoniam ab angelis coram Deo recitantur opera ipſius, per quæ diſciplinam in eis quos ad regendum ſuſceperat, mala ſe de exempla præbēdo diſsipat. Annunciant enim Deo angeli noſtra opera cuncta, nec non & orationes, non ut ipſe diſcat quæ neſciebat, nihil enim eſt quod ignoret: ſed quia neceſſe habet rationalis creatura obtemperans Deo temporales cauſas ad æternam ueritatem referre, ſiue petendo quid erga ſe uel erga nos fiat, ſiue conſulendo quid

1. Timo. 2. b. · *Pſal. 126. a* · *Angeli cur noſtra opera Deo deferant.*

ſaciat: Qui pius mentis affectus eſt, ut ipſa conſtruatur, non ut deus inſtruatur. Nam & hæc quædam conteſtatio eſt rationalis creaturæ, quòd non ſibi ipſa ſit bonum quo beata fiat, ſed illud incommutabile: cuius participatione etiam ſapiens efficitur, Hoc itaq; modo diffamatus eſt apud. dominum iſte uillicius. *Quem uocauit dominus, ut ei rationem redderet*, quia ipſe in nouiſſimo per ſemetipſum facta præpoſitorum examinat, qui quotidie per præpoſitos actiones ſubditorum iudicat. Vocauit eum, quia per ægritudinis moleſtiam ad mortem hunc urgens, prſentari ſibi per angelos fecit, *eiq; dixitq;. Quid hoc audio de te?* ſcilicet, quia de meis bonis non mea lucra quæris, ſed tua, & quibus prodeſſe debueras obes? *Redde rationem, uilicationis tuæ, Iam enim* poſt, mortem *non poteris uillicare. Conſiderans autem uillicus tanta ſe* diſtrictionis anguſtia coarctari, *cœpit huiuſmodi cogitationes* anxius in corde ſuo uoluere. *Quid faciam, quia dominus meus aufert à me uillicationem?* id eſt, a prælatione quam habui in eccleſia, uelut indignum me per mortem deponit? *Fodere* iam poſt hanc uitam *non ualeo*, id eſt, terram cordis mei ligone compunctionis & exercitio diſciplinæ innouare, ut ſemen uerbi ſuſcipiens ſegetem bonorum operum proferat. *Mendicare erubeſco*, id eſt, cibum uitæ quem hîc non præparaui confundor in illo ſeculo quærere, ſicut ille piger qui iuxta Salomonem propter frigus arare noluit, ideoq; mendicabit æſtate & non dabitur ei. Videns uero temporis ſpatium adhuc ſibi aliquod ad emendationem indulgeri, accepto iam rationabili conſilio ſubiunxit: *Scio quid faciam*, id eſt, excogitaui quid facere debeam, *ut cum amotus fuero a uillicatione recipiant me*, & cohabitatorem habere dignentur electi Dei qui nunc in mea ſunt uillicatione, *in domos ſuas*, id eſt, in manſiones æternas quæ illis diuinitus ſunt paratæ. In his ergo cogitationibus dimiſſus ac ſoſpitati redditus, quod mente conceperat opere cœpit implere, conuocans debitores domini ſui, hoc eſt mortales omnes quoſcunque potuit ad auditum ſuæ prædicationis accerſens. Nam omnis homo, debitor Dei eſt. Cúm que ſint debitores innumerabiles, quo tantum referuntur: quia omnis hic chriſtianorum populus in duas partes diuiditur, peccatorum uidelicet atque iuſtorum. Primus enim debitor illa pars eſt fidelium, quæ peccatis adhuc & uitĳs ſeruit, quoniam peccata proprie ſolent uocari debita, uelut cum oramus, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Qui ſcilicet debitor centum cados olei ſe debere fatetur, quia ut indulgentiam mereatur menſuras ac quantitates uitiorum ſuorum eccleſiaſtico uillico confitetur. Centenarius enim numerus, perfectionem deſignat: Cadi uero menſuras peccatorum. Oleum autem fauorem eorundem peccatorum, quando quis ſibĳpſi placet in uitĳs ſuis uel alios peccantes male dulci adulatione demulcet. De cuiuſmodi oleo dicitur: Oleum autem peccatoris, non impinguet caput meum. Impinguat enim caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem fauor adulantis. Quia ergo fauor & laudatio uitiorum quæ nùnc olei nomine deſignatur, maxime damnabilis eſt, idcirco debitor iſte medullas culparum ſuarum confitens, centum cados olei ſe debere teſtatur, intelligens multas ualde eſſe menſuras male dulcis fauoris quo placebat ſibi in nequitĳs ſuis & aliorum uitia mulcebar. Huic itaque iubet uillicus, ut accepta cautione, id eſt, recepta & refra-

Vocatio Dei.

Prou. 20. a

Matt. 6. b

Pſal. 140. b.

bus dignum ſe illa reſurrectione & electorum ſocietate demonſtrat. Hæc ſunt itaque in quibus prudens uillicus tam ſe quam habitatores uillæ ſuæ, id eſt, filios eccleſiæ quam regebat, corrigere & meliorare ſtuduit, pro quibus & laudari a domino meruit. Et nos ergo laudemus eum qui diuino laudatur iudicio, nec eum in aliquo priuſquam correctus eſt, audeamus reprehendere, ut hæc putemus in his quæ erga debitores egit domino fraudem feciſſe: ſed potius credamus eum in his lucra domini ſui prudenti conſilio quæſiſſe & eius uoluntatem impleſſe. Qui tantum adhuc iniquitatis uillicus appellatur, quia prius uillicatum ſuum inique tractabat, ſicut & Matthæus quia publicanus fuerat, etiam in Apoſtolorum catalogo publicanus dicitur. Sed in his omnibus eſt maxime prædicanda pijſſimi iudicis noſtri miſericordia, qui cum hunc antea uocaſſet, & iuſto iudicio damnare potuiſſet, maluit eum indulto rurſus uiuendi ſpatio a morte reuocare, ut poſtmodum hunc emendatum poſſet inter amicos computare. Compleuit enim quod locutus fuerat, quia nolo mortem peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat. (Ezec. 18. e. Eiuſdem 33. c.) ad hoc autem quod dixerat uillicum iniquitatis prudenter feciſſe, ſubiungit ſententiam in qua ſignificat multos ſimilia facere. Quia filij, inquit, huius ſeculi, prudentiores filijs lucis in generatione ſua ſunt. (Filij ſeculi. Filij lucis.) Filij enim ſeculi uocantur, qui ſecularem uitam ducunt. Filij autem lucis iuſti dicuntur. Sed ſunt aliqui iuſti, qui licet iuſte uiuant & ab illicitis ſe contineant, magna tamen bona nunquam operantur. Et ſunt alij qui prius ſeculariter & criminoſe uixerunt, ſed poſtmodum redeuntes ad cor ſuum, quia ſe illicita egiſſe conſiderant (Luc. 4. 19. b) ex ipſo ſuo dolore compuncti inardeſcunt ad amorem dei, ſeſeq; in magnis uirtutibus exercent. Cuncta etiam difficilia ſancti certaminis appetunt: omnia mundi blandimenta derelinquunt. Flagrant deſiderio, ad cœleſtem patriam anhelant. Et quia ſe erraſſe a Deo conſpiciunt, damna præcedentia lucris ſequentibus recompenſant. Iſti ergo in generatione ſua, id eſt, in tempore ſuo quo præſentem uitam tranſcurrunt, prudentiores ſunt illis filijs lucis, qui a luce matre nunquam recedunt, ſed tamen opera lucis remiſſius agunt, & ad patriam æternæ lucis anxie non anhelant. Poſt ſententiam uero, ſubijcit dominus exhortationem, ut qui male prius egerunt exemplo uillici conuertantur ad bonum, & clementer agere ſtudeant. Ac ſi dicat: Iſte quidem uillicus qui antea uillicatum ſuum male tractauerat, poſt de bonis eiuſdem uillicatus, erga ſubditos ſpiritalia beneficia clementer operatus eſt, pro quibus & ſupernæ felicitatis habitacula cum electis intrare meruit, & ego quoque uobis dico & ſuadeo, qui mammonam, id eſt, diuitias habetis iniquitatis, id eſt, quas per iniquitatem adquiſiſtis et inique diſpenſaſtis hactenus, uel poſſediſtis, iam bene diſpenſando eas ſanctis qui indigentiam patiuntur, facite eos uobis inde amicos, ut cum defeceritis, id eſt, cum obieritis recipiant uos libenter ſecum in æterna habitacula, id eſt, in perpetuas manſiones ubi perenniter cum eis gaudeatis; quoniam qui recipit iuſtum in nomine iuſti mercedem iuſti accipiet. Quidam uero ſententiam iſtam male intelligentes, (Matt. 10. d.) rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant ſe facere quod præceptum eſt. Dicunt enim, Rapere res alienas, mammonam iniquitatis eſt. Erogare aliquid in

de maxime egentibus ſanctis, hoc eſt facere amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iſte corrigendus eſt. Non ex rapinis & uſuris uel fraudibus, adquirere debemus, unde eleemoſynas faciamus, ſed ſi contigerit nos ante conuerſionem noſtram, talibus modis opes adquiſiſſe, iam poſt conuerſionem rapinas & fraudes non facimus, ſed tamen ex opibus large tribuamus. Sic enim Zacheus feciſſe laudatur, qui princeps erat publicanorum & diuitijs abundabat, ſed recepto in domum ſuam Chriſto medietatem earum pauperibus dedit, & cuicunque fecerat fraudem ex alia medietate quadruplum reddidit. Sicut ergo uillicus dicitur iniquitatis, etiam poſt correctionem ſuam quia uillicatum inique prius tractauerat, ita diuitiæ quas ante conuerſionem quis inique conquiſiuit ſiue poſſedit aut diſpenſauit, etiam poſt conuerſionem eius uocantur diuitiæ iniquitatis. Sed ſicut uillicus ex eodem uillicatu poſtquam correctus eſt adquiſiuit amicos: ita quiſque de ſuis facultatibus quamuis antea ex licitis & illicitis adquiſiſſet eas, amicos ſibi facere ſtudeat, ita duntaxat ut nihil ultra per iniquitatem adquirat. Tota itaque lectio iſta correctionem & emendationem docet & hortatur, ut quicunque male uiuebat & res quas diſpenſandas ſuſceperat peruerſe tractabat, mutet ſuos mores & mala præcedentia bonis ſequentibus uincat & deleat. poſſunt tamen omnes diuitiæ ſeculi diuitiæ iniquitatis appellari, quia cum a' Deo pro omnibus ſint creatæ, has ſibi nonnulli quamuis iuſto labore iniqua tamen cupiditate congregant, & quas nulli tribuunt, has indigentibus quodammodo tollunt, dum eas in uſum eorum uenire non ſinunt. Licet ergo iuſtis ut dictum eſt, laboribus adquiſitæ uel in patrimonio a' relegioſis parentibus acceptæ; tamen diuitiæ iniquitatis ſunt, quia iniquum eſt, id eſt, ab æquitatis regula diſcordans, ut alius diuitijs ſuperabundet, alius autem egeat. De quibuſcunque igitur diuitijs ſeculi fiant eleemoſynæ, de diuitijs iniquitatis fiunt. Itaque non iam inique, ſed iuſte conquiramus diuitias ex quibus iuſtas faciendo eleemoſynas, ſanctos pauperes adquiramus nobis amicos, ut ipſi nos ſecum recipere dignentur in æterna tabernacula: per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat Deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Lectio ſancti euangelij ſecundũ Matthæum. Cap. XVII. A

In illo tempore: poſt dies ſex aſſumpſit dominus Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius, et duxit illos in montem excelſum ſeorſum.

Quia ſaluator noſter electos ſuos per huius uitę labores ad illam quę laborem neſcit uitam futuræ beatitudinis introducere diſpoſuit, modo per euangelium ſuum ſudores certaminũ temporalium, modo palmã pręmiorũ deſcribit ęternorum, ut ſcilicet auditis agonum neceſſitatibus meminerint ſibi requiem in hac uita non eſſe petendam, audita rurſum dulcedine futuræ beatitudinis, leuius ferãt mala trãſeuntia quæ bonis ſperauerunt remunerãda perpetuis. Cum enim ſuas ſuorũq; paſſiones paulo ſuperius pręnunciaſſet ait: Filius enim hominis uenturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis: et tunc reddet unicuique ſecundum opus eius. Vbi poterant diſcipuli, in ſuis cogitationibus dicere: Occiſionem & mortem nunc dicis eſſe uenturam, quod autem promittis aſ futurum te in gloria patris cum angelorum miniſterijs & poteſtate iudicis, hoc in tempora longa differetur. Matt. 16, d

Præuidens

Prǫuidens igitur occultorum cogni tor quid poſſent obijcere, prǫſentem timorem præſenti compenſauit præ mio. Subiunxit enim: Amen dico uo bis, ſunt quidam de hîc ſtantibus q non guſtabunt mortē, donec uideāt filium hominis uenientem in regno ſuo. Ac ſi diceret: Qualis uenturus eſt in fine, talis ob īcredulitatem ue ſtram præſenti tempore demonſtra bitur, uiuētibus his qui hic aſſiſtūt. Nam quia incertum eſt oībus tem pus uniuerſalis iudicij, incertaq́ ſin gulis hora ſui exitus, & poterat lon ga uideri præſens afflictio neſcienti bus quando requies promiſſa ueni ret: uoluit pius magiſter aliquib⁹ di ſcipulorum ſuorum adhuc in terra degentibus ęternę promiſſionis gau dia præmonſtrare, quatinus & ipſi qui uidiſſent & omnes gaudire poſ ſent, leuius aduerſa præſentia tolera rent, reducto ſæpius ad mentem fu turæ retributionis munere quod ex pectarēt. Sunt inq̄t, aliqui de hic ſtā tes, qui non guſtabunt mortem, do nec uideant filium hominis uenien tem in regno ſuo. Veniētem quippe in regno ſuo uiderūt eum diſcipuli ſui, qui in ea claritate uiderūt fulgen tem in mōte, in qua peracto iudicio ab omnibus ſanctis in regno ſuo ui debitur. Sequitur enim in euāgelica narratione, id de quo loq uolumus: Et poſt dies ſex, aſſumpſit Ieſus Pe trum et Iacobum et Ioannē fratrem eius & duxit illos in montem excel ſum ſeorſum. Quod poſt dies ſex ex quo promiſit diſcipulis claritatem ſuæ uiſionis dominus oſtēdit, ſigni ficat ſanctos in die iudicij regnū per cepturos, quod eis promiſit qui non mentitur Deus ante tempora ſecula ria. Tempora quippe ſecularia, ſex ætatibus conſtant. Quibus comple tis, audiens à domino: Venite bene dicti patris mei, poſſidete paratum uobis regnum à conſtitutione mun di. Poſſunt etiam ſex dies promiſſæ dominicæ uiſionis & gloriæ, perfe ctionem bonorum operum deſigna re: ſine quibus ad contemplandam cōditoris ſui maieſtatem quiſq nō ualet puenire. Quia enim dominus ſex diebus rerum creaturam forma uit, & ſeptima requieuit ab operib⁹ ſuis, recte p ſex dies opera bona qui bus ad requiem puenire debeamus exprimuntur: Et quia quid deum ui dere & ad gloriam beatę reſurrectio nis pertingere cōcupiſcit, debet age re bona quæ nouit: recte poſt dies ſex gloriam ſui regni quam ſpopon dit diſcipulis ſaluator oſtendit. Lu cas tamen ſic ſcripſit. Factum eſt au tem poſt hæc uerba fere dies octo, et aſſumpſit Petrum & Ioannem & Ia cobum, & aſcendit in montē ut ora ret. Secūdum quem Lucam octaua die dominus promiſſam futurę bea titudinis gloriā diſcipulis ideo ma nifeſtauit, ut oſtēſa cœleſtis uitę dul cedine cunctorum qui hanc audire poſſent corda refoueret, & octona rio dierum numero uerum gaudiū tempore reſurrectionis doceret eſſe uenturum. Nam & ipſe octaua die hoc eſt poſt ſextam ſabbati qua cru cem aſcēdit, ac ſeptimā ſabbati qua in ſepulchro quieuit, à mortuis re ſurrexit, & nos poſt ſex huius ſecu li ętates in quibus pro domino labo res toleram⁹ ac ſeptimam ſabbatiſ mi animarum quę interim in alia ui ta geritur, octaua profecto ætate re ſurgemus. Nā quod Matthæus uel etiā Marcus dominum poſt ſex dies trāſfiguratum dicit, nec ordine tem poris nec ratione myſterij diſcrepat à Luca qui octo dies ponit. Quia Matthæus narrat medios tantum dies, unde & abſolute poſt ſex dies factum commemorat, hic autem pri mum quo hæc dominus promiſit, & ultimum quo ſua promiſſa com pleuit adiungit, ideoq́ temperatius

Matt. 16. a

Tit. 1. a

Matt. 25. a

Sex dierū ſignifica tio.

Luca. 9. d

loquens ferè dies octo ponit. Et in
ratione myſtica, ille poſt ſex mundi
ætates ſanctis ab omni labore quie-
ſcendum, hic autem octauo tempo-
re deſignat eſſe reſurgendum. Tres
autem diſcipulos dominus aſſum-
pſit quibus glorificationem ſuam
oſtenderet: uel quia qui nunc fidem
Trium diſcipulorũ qui tranſfigurationi adfuerunt myſtica ſignificatio. ſanctæ trinitatis in charitate operan
tem ſeruant integram, tunc de eius
reuelata uiſione perenniter lætãtur,
uel quia tres ſunt ordines fideliũ in
eccleſia qui ſoli ad hanc uiſionem p
uenire mereantur, uidelicet præpoſi
ti & continentes atq; cõiugati. Quiſ
quis enim in aliquo trium iſtorum
graduum inuentus non fuerit, ad
gaudium uiſionis huius nõ pertine-
bit. Petrus nãq; propter primatum
ſuum prælatos eccleſię deſignat, Ioã
Luca. 9. d nes autem qui permanſiſſe uirgo p-
hibetur cœlibes ac mundi contem-
ptores præmonſtrat, Iacobus uero
qui ſupplantator dicitur coniu-
gatos, & mundo licite utentes ſi-
gnificat. His ergo tribus diſcipulis
per quos uniuerſi deſignatur ele-
cti, dominus gloriam ſuam oſtenſu
rus, in montem eos ducit excelſum,
ut doceat omnes qui hanc uidere de
ſiderãt, nõ in infimis iacere uolupta
tib9, nõ illecebris ſeruire carnalib9:
nõ terrenis adhęrere cupiditatibus,
ſed æternorum amore ad ſuperna
ſemper erigi, & angelicæ munditiæ
pietatis & pacis & dilectionis & bo
nitatis & iuſtitię uitam quantũ mor
talibus, poſſibile eſt ſemper imitari
Philip 3. d debere, iuxta illud apoſtoli: Noſtra-
autem conuerſatio, in cœlis eſt. Vn-
de etiam ſaluatorẽ expectamus do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum,
qui reformabit corpus humilitatis
noſtræ, configuratum corpori clari
tatis ſuæ. Oſtenſurus gloriam ſuæ
maieſtatis, in montẽ diſcipulos du-
cit, ut diſcant ipſi, diſcãt omnes qui
hanc uidere ſitiunt, non eam ſibi in
huius ſeculi profundo, ſed in regno
ſupernę beatitudinis eſſe quęrendã,
& ſtudeant fieri digni aſcendere in
montem domini & ſtare in loco ſan
cto eius, & bene euangeliſta cum di
xiſſet quia duxit illos in montẽ ex-
celſum, addidit ſeorſum, quia iuſti
& nunc cum prauorum uicinia pre
muntur, animo tamen toto ac men
tis intentione & operum executio-
ne ſeparati ſunt ab illis, & in futuro
prorſus etiam corpore & loco ſegre
gabuntur ab eis, quando abſcondet
eos dominus in abdito uultus ſui à
conturbatione hominum & prote-
get in tabernaculo ſuo. Qui iuxta
Lucam aſcendit in montem oratu-
rus & ſic transformandus, quia in
cœli ſecretam altitudinem ut uerus
pontifex aſcẽdit pro ſuis interpella
turus ſuamq; gloriam eis ibi mani-
feſtaturus, et oſtẽderet, quia qui bea
tam reſurrectionem expectant, & re
gem in decore ſuo uidere deſiderãt,
mente in excelſis habitare ac conti-
nuis precibus inſiſtere debeant. Se-
quitur. *Et transfiguratus eſt ante eos. Et re-
ſplenduit facies eius ſicut ſol, ueſtimenta autem
eius facta ſunt alba ſicut nix.* Lucas uero *Luca. 9. d.*
dicit: & facta eſt dum oraret ſpecies
uultus eius altera, & ueſtitus eius
albus refulgens. Transfiguratus au
tem dominus ante diſcipulos, & in
altera ſpecie uultus apparens, non
formã humani corporis amiſit, ſed
ſuam ſuorumq; glorificationem prę
monſtrauit. Facta eſt enim ſpecies
uultus eius altera, ideſt, alterius glo
riæ, quando reſplẽduit ſicut Sol. Cu
ius ſcilicet ſplendoris & gloriæ cla
ritas, ad naturam ſuſceptæ humani
tatis ſpecialiter pertinebat. Nam il-
lam ipſius diuinitatis ineffabilem
& inacceſsibilem uiſionem, qua in
ęternã uitam beatis' mundo corde
ſeruatur, nullo modo diſcipuli mor
tali adhuc carne circundati poterãt
intueri. In hac ergo trãsfiguratione

dominus & ſui corporis gloriã qua per reſurrectionem erat illuſtradum præmonſtrauit, & electorum omnium quantæ claritatis poſt reſurrectionem futura ſint corpora præmonuit. Nam & de illis, aliâs ait: Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol, in regno patris eorum. Et hic in exemplum futuræ clarificationis ipſius, reſplenduit facies eius ſicut ſol. Non quia domini & ſanctorum eius, æqualis poſſit eſſe claritas & gloria, ſed quia nihil ſole clarius uidere nouim⁹, nõ ſolum domini, ſed & ſanctorũ in reſurrectione gloria ſolis aſpectui cõparatur, q͂a clarius ſole aliq͂d unde exemplum daretur hominibus, minime potuit inueniri. Poſſumus etiã per faciem eius ĩtelligere, præſentem & manifeſtam cognitionem humanitatis ipſius, replenduit ergo ſicut ſol facies eius, quia in illo supernæ beatitudinis regno, ſanctis omnibus ita reſplendebit unico ac ſingulari ſpẽdore clariſſima etiam humanitatis eius contemplatio, ſicut ſol unica & ſingulari claritate ſuperat oĩa quæ corporeis oculis lucida uidentur. Viſtimenta autem eius quæ ſicut nix albedine refulſere, nõ incõgrue ſancti eius figur, intelligun tur apoſtolo dicente. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis. Quæ ſcilicet ueſtimẽta, ipſo inter homines in terris conuerſante deſpecta aliorumq́ſ ſimilia uidebantur, ſed eo montem petente nouo cãdore refulſere, quia ſicut Ioannes loquitur, nũc quidem filij Dei ſumus ſed nondum apparuit quid erimus: ſcimus autem quia cũ apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam uidemus eũ ſicuti eſt. Vnde bene Marcus de eiſdem ueſtimentis ait, q͂a facta ſunt ſplendentia candidaq́ nimis uelut nix qualia fullo ſuper terram nõ poteſt candida facere. Quia quod omnibus patet, nemo eſt, qui ſine corruptione & dolore uiuere poſſit ſuper terram, nemo eſt qui ſine attactu alicuius peccati uiuere queat ſuper terram. Sed q͂d fullo, id eſt, doctor animarũ ſiue mundator aliquis ſui corporis eximius, ſuper terram non poteſt, dominus faciet in cœlo, emundans eccleſiam, ueſtem uidelicet ſuã ab omni inquinamẽto carnis & ſpiritus, inſuper & æterna carnis & ſpiritus beatitudine ac luce reficiẽs. Et *ecce apparuit illis Moyſes & Helias, cum eo loquentes.* Lucas hæc plenius expoſuit, & ecce duo uiri loquebantur cum illo. Erant autem Moyſes & Helias uiſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius quem completurus erat in Hieruſalẽ. Moyſes & Helias qui locuti ſunt in monte cum domino, & dicebant exceſſum eius quem completurus erat in Hieruſalem, id eſt, paſſionem ac reſurrectionem eius, oracula legis ac prophetarum deſignant, quæ in domino completa & nunc doctis quibuſque patent & in futuro manifeſtius patebunt electis omnibus. Qui bene uiſi in maieſtate dicuntur, quia tunc apertius uidebitur, quanta ueritatis dignitate, omnis diuinorum eloquiorum nõ ſolum ſenſus, ſed & ſermo fuerit prolatus. Poſſumus exceſſum eius intelligere ſpecialiter, exaltationem humanitatis eius qua exceſſit omnia, ſicut docet apoſtolus dicẽs de patre: Vt ſciatis quæ ſit ſupereminens magnitudo uirtutis eius, quã operatur, in Chriſto, ſuſcitãs illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cœleſtibus, ſupra omnem principatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed & in futuro, et omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Hic eſt exceſſus mediatoris Dei & hominum hominis Ieſu Chriſti. Quem exceſſum, licet patet opera-

Matth. 13. f · *Gala. 3. d* · *1. Ioã. 3. a* · *Marc. 9. a* · *Fullo eſt doctor.* · *Epheſ. 1. d*

tus ſit, ipſe tamen ſecundum diuinitatis potentiam, nihilominus opera tus eſt atq; compleuit. Quęcunque enim pater fecerit, hęc & filius ſimiliter facit. Et cōpleuit illū in ſuperna Hierusalem, ubi ſemper uidetur pax Dei quæ exuperat omnem ſenſum. Sed & in ſanctis ſuis magnum exceſſum complebit, quādo poſt iudicium eos uſq; ad celſitudinem paternæ uiſionis eleuabit. Hunc itaq; exceſſum capitis et membrorum in ciuitate magni regis complendum Moyſes & Helias dicebāt, quia gloriam exaltationis Chriſti et eccleſię, prædixerunt iugiter lex et prophetę. Subiūgit autem hoc loco Lucas ſolus, & dicit: Petrus uero et qui cum illo erant, grauati erant ſomno, & uigilantes uiderūt maieſtatem eius, & duos uiros qui ſtabant cum illo. Nam iſte ſolus qui octaui diei mentionem pręmiſit, nunc ſpeciem reſurrectionis deſcribit. Nam in Petro & ſocijs eius, ut ſupra dictum eſt, omnes deſignantur electi. Qui grauantur ſomno, dum corpora eorum in tumulis uſque ad finem ſeculi dormiunt. Sed in die reſurrectionis euigilabunt, & ad uidendam perperuo gloriam maieſtatis eius ſublimabunt. Sed & duos uiros ſtātes cum eo uidebuntur, id eſt, ueritatem ſenſus legis & prophetarum qui, iſtam clarificationem prænunciauerunt. Vel ſomno erant grauati: quia ſplendor incomprehenſibilis diuinitatis, premit quodam uelut graui pondere ſenſus corporis noſtri. Et euigilātes uiderunt maieſtatem eius, quia qui ſomnum corporis à ſuo corde excutiunt & mente uigiles fiunt, ad lucem ſupernæ uiſionis eleuantur. *reſpondens autem Petrus, dixit ad Ieſum Domine, bonum eſt nos hic eſſe. Si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyſi unum, & Heliæ unum*, & hæc etiam Lucas cum de duobus uiris loqueretur, ſic ait: Et factum eſt, cum diſcenderet ab illo, ait Petrus ad Ieſum, p̄ceptor bonum eſt, nos hic eſſe, & faciamus tria tabernacula, unū tibi, & unum Moyſi, & unum Heliæ, neſciens q̄d diceret. Diſceſſio Moyſi & Heliæ à Chriſto, ſecundum illud intelligenda eſt quod ait Apoſtolus, quia cum uenerit quod p̄fectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Recedet enim doctrina legis & prophetarū, ubi manifeſtatio diuinę uiſionis ſanctis apparuerit. Petrus uero ad ea quæ cernebat reſpōdit: bonum eſt, nos hic eſſe, uiroſq; iam diſcedentes cupiebat ibi retinere noua tabernaculorum conſtructione. Nam quia quo amplius quiſque uitæ cœleſtis dulcedinem deguſtat, eo amplius faſtidit omnia quæ placebant in infimis, merito ipſo uiſa domini & ſanctorum eius maieſtate, repente cuncta quæ nouerat terrena obliuiſcitur, & ſolis his quæ uidebat delectatur adhęrere, ibi'que cum Ieſu optat habitare ubi manifeſtata eius gloria lætatur dicens: Domine bonum eſt nos hic eſſe. Quia re uera ſolum hominis bonum eſt, intrare in gaudium domini ſui, & huic contemplādo in ęternum aſſiſtere. Vnde merito nihil unquam ueri boni habuiſſe putandus eſt, cui reatu ſuo exigēte contingit nunquam ſui faciem uidere creatoris. Quo'd ſi beatus Petrus glorificatam Chriſti humanitatem contemplatus tanto afficit̄ gaudio ut nullatenus ab eius intuitu uelit ſecerni, quid putamus eſſe beatitudinis, qui diuinitatis eius altitudinem uidere meruerint, & ſi cum duobus tantum ſanctis Moyſe ſcilicet & Helia, transfiguratam in monte hominis Chriſti ſpeciem uidere, bonum maximum duxit, qui ſermo explicare & quis ſenſus ualet comprehendere, quanta ſint gaudia iuſtorum, cum acceſſerint ad Sion montem

Ioan. 5. d

Phil 4. b

Luca. 9. d

1. Cor. 13. d

Hebr.12.f montem & ad ciuitatem dei uiuentis Ieruſalem cœleſtem, & multorum milium angelorum frequentiā ipſumq́ ciuitatis eiuſdem artificem & conditorem deum non per ſpecu-
1.Cor.13.d lum & in ænigmate ſicut nūc, ſed facie ad faciem conſpexerint. Tamen beatus Petrus, in eo q̄d cœleſti conuerſationi tabernacula facienda putauit, neſciebat quid diceret. In illa namque cœleſtis uitæ gloria, domus neceſſaria non erit, ubi diuinæ contēplationis luce omnia pacificāte, aura aduerſitatis alicuius timēda nulla remanebit, teſtante apoſtolo Ioanne qui eiuſdem ſupernę ciuitatis claritatem deſcribens, ait inter alia & templum non uidi in ea, dominus
21.f. enim omnipotens templum illius ē, & agnus. Neſciebat ergo quid diceret, qui mente exceſſerat, quia in domo patris quæ in cœlis eſt domus manu facta neceſſaria nō ſit. Neſciebat quid diceret, qui Chriſtum in illa claritate ſemper ibi retinere uolēs non cogitabat quia ſaluari mundus niſi morte Chriſti nō poterat. Neſciebat quid diceret, qui oblitus eſt, regnum ſanctis à domino non alicubi terrarum, ſed in cœlis eſſe promiſſū, nec recordatus eſt ſe ſuoſq́ coapoſtolos mortali adhuc carne circumſeptos, immortalis uitæ ſtatum ſubire non poſſe. *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce uox de nube dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.* Lucas etiam ita. Hæc autem illo loquente: facta
Luc.9. eſt nubes & obumbrauit eos, & timuerunt, intrantibus illis in nubē, et uox facta de nube, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, ipſum audite.

Quia Petrus tabernacula facere quęrebat: obtectu lucidæ nubis eſt admonitus, in illa uitę cœleſtis habitatione domos non fore neceſſarias, ubi omnia dominus æterna ſuæ lucis obumbratione protegit, qui lucem habitat inacceſſibilē. Hęc enim 1.Ti.6.c. nubes, lucida quæ nunc ſuper diſcipulos facta eſt, & obumbrauit eos, eſt illa lux inacceſſibilis in qua deꝰ habitat. Quę inacceſſibilis ē uiribꝰ noſtris, ſed acceditur ad eam muneribus diuinis. Moyſes enim acceſſit Exo.20.d. ad caliginem in qua erat deus. Nam illa caligo & iſta nubes atque illa lux, idem ſunt. Quia & omnis etiā corporea lux quæ præ nimietate claritatis non poteſt aſpici, recte caligo & inacceſſibilis dici poteſt, ſicut & oculorum noſtrorum reuerberatio probat in aſpectu ſolis. De hac Exo.40.d nube & luce, dictū eſt in exodo myſtice, Operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria domini impleuit illud, nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia & maieſtate domini coruſcāte. De hac ſimiliter & in tertio regū 3.Reg.8.b libro ſcriptum eſt. Nebula impleuit domum domini, & non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter nebulā: impleuerat.n. gloria domini, dominum dn̄i. Tunc ait Salomō Dominus dixit, ut habitaret in nebula. De hac & uenerandus pater Dionyſius ait, ſicut & alibi meminimus, Diuina caligo eſt inacceſſibile lumē in quo habitare deus dicit, & inuiſibili eo exiſtente propter ſuper eminātem claritatem, et inacceſſibili eodem per ſuperexcellentiam ſuper eſſentialis luminum manationis. In hoc fit omnis deū ſcire & uidere dignus, eum non uidēdo neque cognoſcendo, uere ſuper uiſionem et cognitionē factus. Hoc ipſum cognoſcēs, quia poſt omnia eſt ſenſibilia & intelligibilia, & prophetiæ uidens, mirabilis facta eſt ſciētia tua ex me, cō- Pſal.138.a fortata eſt & non potero ad eā. His beati Dionyſii tā ponderoſis nubis, conſonat & Dauid dicens de domino: Caligo ſub pedibus eius, & a- Pſal.17.b. ſcendit ſuper Cherubim & uolauit,

uolauit ſuper pennas uentorũ. Et poſuit tenebras latibulũ ſuum. Caligo nanq; eſt ei ſub pedibus, quia nõ ea claritate ab inferioribus cernitur, q̃ in ſuperioribus dominatur. Aſcẽdit.n. ſuper Cherubim & uolauit. Cherubim quippe, plenitudo ſciẽtiæ dicitur. Proinde ſuper plenitudinẽ ſcientiæ aſcẽdiſſe perhibetur & uolaſſe, quia maieſtatis eius celſitudinem ſcientia nulla comprehendit. Volauit ergo, quia longe in altũ ab intellectu noſtro ſe rapuit. Volauit ſuper pennas uentorum, quia ſcientiam tranſcendit animarum, & poſuit tenebras latibulum ſuum, quia dum caligine noſtræ infirmitatis obſcuramur, per ignorantiam noſtram nobis abſconditur, ne à nobis modo in æterna & intima claritate uideatur. Poſuit tenebras latibulum ſuum, quia in eius cognitione caligat acies mentis uniuerſæ rationalis creaturæ, parumq; uidet eſſe quicquid de eo ualet agnoſcere ad cõparationem eorum quæ de ipſo ſe ſentit ignorare. Nubes & caligo in circuitu eius, quia latet in quadam obſcuritate incomprehenſibilitatis ſuæ, nec agnoſci põt à creatura niſi quantum uult reuelare. In hanc itaq; nubem intrantes apoſtoli timuerunt, quia quicunq; ad dei contemplationem ſic proficiunt, ut cũ in huiuſmodi nube obſcuritatis arcanorum eius uideãt, cũ magno metu reuerentię id faciunt. Vnde & Seraphim qui eũ primi cognoſcunt, faciem eius & pedes uelant, & medijs alis uolant, ut intelligamus quia & tam ſublimis ordo beatiſſimorũ ſpirituum timidus eſt circa celſiora & profundiora diuinarum uiſionũ, & mediocriter ad deificas ſcientias attollitur. De prędicta uero nube uenit uox patris, dicẽs de Chriſto, hic eſt filius meus, quia de immenſa obſcuritate diuinæ incõprehenſibilitatis, pcedit ad nos alta notitia generationis ſempiterni filij dei, in qua nec genitor eſt genito prior, nec genitus genitore poſterior, quia conſtat & patrem ſempiterne genuiſſe et filiũ ſempiterne natum eſſe. Sed cuius fulgorẽ mentis acies nondũ capit, generationem eius quis enarrabit? Quia uero reſplẽdentem filij hominis faciem apoſtoli cernere deſiderabant, affuit pater in uoce, docens eundem eſſe filiũ ſuum dilectum, ut diſcerent ab humanitatis eius gloria quam uidebant, ad diuinitatis ipſius quæ æqualis & cõſubſtantialis eſt illi contemplandam ſuſpirare præſentiam. Quod autẽ ait de filio, in quo mihi bene cõplacui, hoc eſt, quod idem filius alibi teſtatur: Qui me miſit, mecum eſt: & non reliquit me ſolum, quia ego quæ placita ſunt ei facio ſemper. Nã quando de hominibus dixit, pœnitet me feciſſe eos, quaſi ſibimetipſi diſplicuit in peccatoribus quos creauerat. In ſolo autem unigenito ſibi complacuit: quia hunc inter homines hominem creaſſe eum non pœnituit omnimodo, in quo peccatum nullũ inuenit propter quod ſe reprehenderet, quaſi per pœnitentiam, ſed plenitudinem totius ſanctitatis quæ ſibi ualde cõplacuit, et quod adiunxit ipſum audite, admonuit eum eſſe de quo ſupradictus Moyſes populum cui legem dedit pręmonebat, quia prophetam uobis ſuſcitabit dominus deus ueſter de fratribus ueſtris tanquam me, ipſum audietis iuxta oïa quæcunq; locutus fuerit uobis. Neque. n. Moyſen & Eliam, id eſt, legem & prophetias audiri uetat, ſed omnibus his auditionem filij qui legem & prophetas uenit adimplere præferendam inſinuat, cunctisq; ueteris inſtrumenti typis & ænigmatibus lucem euangelicæ ueritatis anteponendam intimat. Sequitur ſolus Matthęus, dicens: *Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam & timuerunt ualde.*

A creatura non cognoſcitur deus niſi quãtũ uult ſe reuelare.

Ioan. 8. d — *Gene. 6. b* — *Deut. 18. c. & d*

Humana fragilitas, conſpectum ma
ioris gloriæ ferre nõ ſuſtinet, totoq́
animo ac corpore contremiſcens ad
terram decidit. Omneſq́ ſancti cum
in dei uiſione proficiunt, quanto ma
gis diuinitatis interna conſpiciunt,
tanto magis ſe nihil eſſe cognoſcent.
Audita ergo dei uoce: Petrus et ſocij
eius in faciem ſuam ceciderunt, quia
quamuis homo ad intelligẽda ſubli
mia leuetur, ex cõtemplatione tamẽ
maieſtatis dei infirmitatem ſuæ con
ditionis intelligit. Et quaſi ſtatũ nõ
habet, qui ſe ante dei oculos eſſe pul
uerem & cinerem uidet. Audierunt
enim uocem patris, quia ex eius re
uelatione cognouerunt filium ei pr
Dei deſcri- ſus æqualem, omnia tenentem, cũa
ptio. implentem, omnia circumplectentẽ,
omnia ſuperexcedentem, oĩa ſuſtinẽ
tem, ubiq; totum, incircunſcriptum,
& incomprehenſibilem, et ceciderũt
in faciem, quia tanto apud ſe in ſuis
cogitationibus cõſternati ſunt, quã
to eis illud altum erat quod audie
bant. Ac naturam & excellentiam
unigeniti dei cogitantes expauerũt,
& uilia de ſe ſenſerunt in eo quod
comprehendebant, dum ſupernis in
tenderent quæ ab eis comprehendi
Ezech. 1 non poterant. Hinc & Ezechiel de
pennatis animalibus, ait: Cum fieret
uox ſuper firmamentum quod erat
ſuper caput eorum, ſtabant & ſub
mittebant alas ſuas. Animalia nan
Firmamen- que ſanctos deſignant. Et firmamen
tum. ti nomine, exprimitur incarnatus
unigenitus, per hoc quod in eo natu
ra noſtra ad æternitatem firmata eſt.
Fit ergo uox ſuper firmamentum, cũ
pater de Chriſto dicit, hic eſt filius
meus dilectus in quo mihi bene cõ
Alæ ſancto- placui. Et tũc animalia ſtãt alas que
rum. ſubmittunt, quia ſancti intentamen
te ſupernis intendunt & uirtutes ſu
as humiliant. Stant enim quando eũ
qui ſuper caput, id eſt, ſuper mentes
eorum eſt, intenta contemplatione
conſiderant, & alas demittunt, quia
ſuæ uirtutes eis uileſcunt, dum alta
ſupernæ incomprehẽſibilitatis aſpi
ciunt. Sed & in eo quod dicitur, hic
eſt filius in quo mihi bene compla
cui, alas ſubmittunt, quia in eius in
nocentia & ſanctitate uident, in quã
tis ipſi quotidie delinquant et quam
parum de perfectione ſanctitatis ha
beant, & omnem de ſuis uiribus
præſumptionem deponunt. Se
quitur adhuc Matthæus, dicens:
*Et acceßit Ieſus & tetigit eos, dixitq́; eis: Surgi
te & nolite timere.* Ad diſcipulos in in
firmitatis ſuæ confuſione iacentes,
acceſſit per gratiam & tetigit eos p
uirtutem, iuſſitq́ ut ad opera fortia
ſurgerent, et timorem quem charitas
eijcit, abijcerent. Acceſſit & tetigit. *Quãdo tã-*
quia illuminauit & adiuuit. Accedit *git deus*
ſed non tangit, quandoquidem per *creaturam*
eius gratiam illuminamur, ſed exi *ſuam.*
gentibus noſtris meritis non adiu
uamur. Plerũq; enim uidemus quæ
agenda ſunt, ſed hæc opere non uale
mus implere. Nitimur & infirma
mur. Mentis iudicium rectitudinẽ
conſpicit, ſed ad hanc operis fortitu
do ſuccumbit. Quia nimirum iã de
pœna peccati eſt, ut ex dono quidem
poſſit bonum conſpici, ſed tamẽ ab
eo quod conſpicitur contingat p me
ritum repelli. Sed ad proſtratos acceſ
ſit dominus eoſq́ tetigit & ut ſurge
rent imperauit, quia cum nos in
firmitatem noſtram ſubtiliter agno
ſcentes humiliter iacemus, tunc uir
tute ſpiritus ſancti tangimur & ad
robuſta opera ſurgere præcipimur
quæ non per timorem, ſed per cha
ritatem faciamus. Sequitur Matthæ
us: *Leuantes autem oculos ſuos, neminem ui
derunt niſi ſolum Ieſum.* Quod & Lucas
dum de patris uoce loqueretur, ſic
ait: Et dum fieret uox, inuentus eſt
Ieſus ſolus. Vox patris facta eſt de
nube dicens, hic eſt filius meus, &
dũ illa fieret euanuerunt ſerui & in-

uentus eſt Ieſus ſolus, ut indubitanter agnoſceremus: quia ſolus Ieſus eſt naturalis & unicus dei filius, nō Moyſes aut Helias. Qui igiť in conſideratione ſuæ infirmitatis oculos mentis dum iacerent, defixerāt, ipſi ſurgentes leuauerunt eoſdem ſpiritales oculos ad altiora diuinæ contemplationis. Et tunc neminem uiderūt niſi ſolum Ieſum: quia nullus eſt in gloria dei patris niſi dominus Ieſus Chriſtus, et ad eius cōparationē nullus ſanctorū eſt aliquid, ceſſant'que uocēs legis & prophetarū ubi pater uoce propria declarat unigenitum ſuū. *Et deſcendentibus illis de monte, præcepit Ieſus dicens: Nemini dixeritis uiſionem, donec filius hominis à mortuis reſurgat.* Lucas autē obſeruantiā huius præcepti refert dicens: Et ipſi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquā ex his quæ uiderant. Dñs uero uiſionē oſtenſæ ſuæ maieſtatis ad tempus taceri iuſſit, ne ſi palàm uulgaretur in populos, aut diſpenſationem paſſionis illius idem populi principibus repugnando impedirēt & ſic humanæ ſalutis effectus qui per ſanguinē eius erat uenturus retardaretur: aut certe hi qui eandē uiſionē audientes credidiſſent uiſo crucis opprobrio ſcandalizarentur. Opportunius aūt cōpleta paſſione ac reſurrectione & aſcenſione eius in cœlum, repletisq́ ſpiritu ſancto apoſtolis, pdicata eſt, quatinus oēs qui ſacramentis eius initiari uoluiſſent, nō ſolum effectū reſurrectionis credere, ſed etiam modum reſurrectionis eiuſdem ab his qui uiderant potuiſſent ediſcere, nec non & æternitatem diuinæ natiuitatis quam à patre audierant cunctis pariter credendam et amandam ipſi prædicarent. His uero de lectiōe euāgelica dictis, addendum uidetur: qa ſicut in ea Moyſes & Helias legem & prophetiam, ſic dominus Ieſus euangelium deſignare poteſt, & tamen ſi ea quæ ſunt in lectione potuerint alicubi minus aperte de uerbo euangelicæ prædicationis intelligi, referenda ſunt ad uerbum quod caro factum eſt & habitauit in nobis.

Ait ergo: Sunt quidam de hic ſtanti- Matt. 16. d
bus, qui non guſtabunt mortem, donec uideant filium hominis uenientē in regno ſuo. Filius hominis non abſurde intelligitur euangelicus ſermo, quia mediator dei & hominum homo Chriſtus Ieſus eū genuit hoc eſt ex ſe protulit. Qui ſcilicet ſermo uidetur in regno ſuo, dū clarus et potens apparet, ut & p claritatem illuminet mentes audientiū & per potētiam uirtutis ſancti ſpiritus eas corroboret quatinus ab eis & intelligatur & opere cōpleatur. Nec guſtant mortē donec eum talem uideāt, qui prius quā mortis debitū ſoluant, ad magnā eius prouehuntur intelligentiā & magna eū uirtute operū adimplent. Nec omnibus Chriſto aſſiſtētibus, hoc eſt in fide Chriſti manētibus, id promiſſum eſt & datū, ſed quibuſdam. Huic autem ſententiæ uerborū domini, ſubdit euāgeliſta, & poſt dies ſex, aſſumpſit Ieſus Petrū & Iacobū, & Ioannem, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum. Vel factū eſt poſt hæc uerba ferè dies octo, & aſſumpſit Petrū & Ioannē & Iacobū, & aſcendit in montem ut oraret. Ieſus uero .i. ſaluator & ſalutaris ē ſermo euāgelicus, de quo dř, ſu- Iacob. 1. c.
ſcipite inſitū uerbū quod poteſt ſal- 1. Cor. 15. a
uare animas ueſtras, & notum uobis facio euangeliū quod prædicaui uobis, qđ & accepiſtis in quo & ſtatis, p quod & ſaluamini. Hic ergo ſalutaris & ſaluator ſermo gratiā in ſe ſancti ſpiritus continens, aſſumpſit Petrum qui dicitur agnoſcens, & Ioannem cuius interpretatio ſonat in quo eſt gratia, & Iacobum qui interpretatur ſupplantator, & aſſumpſit eos poteſt dies ſex uel octo. Nā

quia

q̃a ſex diebus opera mũdi ſunt creata, per ſex dies mundum & eius opera intelligimus, & quia octauo die facta eſt reſurrectio, p̃ octo dies gratia reſurrectionis exprimitur. Qui ergo ſupra mundum aſcenderint, & huius ſeculi opera tranſcēderint, ac futuræ reſurrectionis: immortalem fructum bona conſcientia expectauerint, hi poterunt à uerbo euangelij in montem ſublimis intelligentiæ duci & ſeorſum ut à tumultu terrenarum cogitationum ſint remoti, ibiq́ claritatem ipſius uerbi in glorioſum aſpectum transformati uidere. In quem ſcilicet montem aſcēdit orare, quia ipſum gratiæ uerbum dum coram oculis noſtrę mentis in altum celſioris & clarioris intelligentiæ progreditur, interpellat quodammodo pro nobis, quoniam ſpiritales nos facit & deo commendabiles. Aſcendamus ergo cum uerbo in montem: ut in ſpecie & pulcritudine ſua nobis appareat, & proſpere procedat & regnet. Nã iuxta modum noſtræ capacitatis, uerbum ipſum nobis & minuitur & creſcit, & niſi celſioris prudentiæ cacumen aſcendamus, nõ nobis apparet ſapiētia, non nobis apparet myſteriorum cognitio, non nobis apparet quanta ſit gloria, quantus decor in euangelico uerbo, ſed quędam uilitas & contēptibilitas nobis ĩ eo uidetur. Trãſfiguratus eſt ante eos, inquit, & facta eſt ſpecies uultus eius altera, q̃a ipſe Dei ſermo in aliam ſpeciem admirandæ pulcritudinis transformatur in oculis eorum quos aſſumit, id eſt, docet & in montem ſublimis intelligentiæ ducit, quam uidetur eis quos in infimo ſenſu deorſum relinquit. *Et facies eius ſicut Sol reſplenduit,* id eſt, nitor aſpectu pulcritudinis eius incomparabili ac ſingulari claritate refulſit. Nihil enim fuit in eius comparatione, eloquia ſecularis doctrinę. Veſtimenta uero eius facta ſunt alba ſicut nix, & ueſtitus eius albus refulgēs. Veſtimenta uerbi, dicta ſunt ſcripturarũ, & in oculis alta petentium, albeſcunt ut nix & refulgent ſermones diuinarum lectionum. *Veſtimēta Chriſti* Cum autem nix ciciderit, aues cœli non habent ubi inhabitēt, & lætior ſolito tritici prouetus exuberat. Cui rei uerba ſcripturarũ apte cõparantur, quæ de cœlo miſſa ſunt in terram, & ieiuna noſtrorum pectorum arua fœcũdauerunt, ac ſpiritibus aerijs tanquam auibus ĩmundis locum non reliquerunt. *Scriptura ſancta niui cõparata.* *Et ecce apparuit illis Moyſes, & Helias, cum eo loquentes,* Vel ecce duo uiri loquebantur cum illo, erant autem Moyſes & Elias uiſi in maieſtate, & dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem. Moyſes & Elias apparuerunt in monte cum domino loquentes cum eo, quia lex & prophetæ in alto celſioris intelligentiæ cernuntur cum euangelio, ac cõcordãt in dictis ſuis cum eo. Sed & in maieſtate cum eo uiſi ſunt: quia ſapientibus & ſpiritalibus effulgent cum illo in gloria diuinæ excellentiæ, & dicebant exceſſum eius quem completurus erat in Ieruſalem: quia prænũciauerunt futuram celſitudinem ipſius euangelici ſermonis, quo ſcilicet dignitate & potentia foret exceſſurus omnia in urbe pacis æternæ, ac manſurus abſq; fine. Hinc & pſalmiſta cecinit: In æternum domine, *Pſal. 118.* uerbum tuum permanet in cœlo. Dominus quoq; dixit: Cœlum & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. Petrus uero & qui cum *Luc. 21. f* illo erant, grauati erant ſomno: quia corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitãtem, ac uelut ſomno quodã corporis pi- *Sapi. 9. d.* grum reddit. & euigilantes uiderunt maieſtatē eius, & duos uiros qui ſta

bant cum eo, quia cum mens fortiter eluctata torporem negligentiæ & ſomnum imperitiæ ſuperauerit, poteſt uidere maieſtatem ſenſuum ſacri eloquij, et legem ac prophetiam perſiſtentes cum uerbo gratiæ euangelij. Aliter, Petrus et ſocij eius, erant ſomno grauati. Somno grauantur ſancti, dum ab actione terrena & ab amore temporalium rerum quieſcunt, & ab appetitu uiſibilium mētis oculos claudunt. Qui idcirco non ſimpliciter dormire, ſed ſomno grauari dicuntur, quia non ſine pondere laboris agitur huiuſmodi dormitio. Sancti enim uiri qui à mundi operibus non torpore ſed uirtute ſopiuntur, laborioſius dormiunt quā uigilare potuerunt, quia in eo quòd actiones huius ſeculi deferentes ſuperant, robuſto conflictu quotidie contra ſemetipſos pugnant, ne mens per negligentiam torpeat, & ne concupiſcentia carnis aduerſus eam, in aliquo præualeat, & ne ipſi à bono opere & à cœleſti deſiderio pigri fiant. Et euigilantes, inquit, uiderunt maieſtatem eius, quia qui exterioribus, ut dictum eſt, obdormiunt & interioribus euigilant, interna myſteriorum penetrant. Hinc eſt quòd ſponſa dicit: Ego dormio & cor meum uigilat. Ac ſi dicat: Dum exteriores ſenſus ab huius uitæ ſolicitudinibus ſopio, uacante mente uiuacius interna cognoſco. Agit enim talis anima, ut huius mūdi inquietam concupiſcentiam à ſe penitus eijciat & terrenarum cogitationum ſtrepitum deferat, ac per quietis ſtudium uirtutibus intenta uigilans dormit. Neq; enim ad contemplanda interna perducitur, niſi ab his quæ exterius implicant, ſtudioſe ſubtrahatur. Itaque qui ſomno grauabantur euigilauerunt: ac maieſtatem eius uiderunt: quia qui ab huius mundi curis obdormiunt & ſupernis ſtudijs euigilant, maieſtatem ſacri eloquij contemplātur & ſpiritales uiſiones aſpiciunt. Domine, inquit Petrus, bonum eſt nos hic eſſe, id eſt, in contemplatione maieſtatis euangelici ſermonis immorari, & legē ſimul ac prophetias in claritate ſpiritalis intelligentiæ contueri. Quem ſcilicet ſermonem, uocabat dominum & præceptorem: quia præceptis eius ex charitate ſeruire paratus erat, & eius doctrinis erudiri uolebat. Sed in eo quod tria tabernacula facere tribus quæſiuit, neſciebat quid diceret: cum unum ſit tabernaculum euangelij in quo lex & prophetæ morantur. Nam & uſque nunc imperitiæ notatur, quiſquis euangelio & legi ac prophetis tria tabernacula facere cupit, cum hæc ab inuicem nullatenus ualeant ſeparari, unum habentia tabernaculum, id eſt, eccleſiam Dei. Sequitur: *Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce uox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Quia imprudenter tribus quaſi paribus ac diuiſis tria tabernacula offerebat, uenit nubes lucida, id eſt, myſteriorum incomprehenſibilitas qua & ſplendet & obumbrat, quia & mentem illuminat oſtenſione diuinorum & ex toto Deum non manifeſtat, ſed de eo plura tegit quàm reuelat. Venit, inquam, huiuſmodi nubes lucida, & obumbrauit mentes eorum obſcura luce ſua. In quam intrantes, timuerunt, propter incomprehenſibilia Dei iudicia, & propter cętera quę in ſcripturis mente nequiuerunt cōprehendere. Et de tanta myſteriorum incomprehenſibilitate, uenit uox Dei dicentis de ſermone euangelij, quia hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Proceſſit enim ex Deo & poſt Deum

Somnus ſanctorum.

Sancti laborioſius dormiunt quàm uigilant.

Cātico. 5. a

Vnū euangelij tabernaculum, In quo lex & prophetæ morantur.

Nubes lucida.

incarnatum datus eſt idem gratiæ ſermo omnem'que perfectionem iuſtitiæ quam mortales capere poſſunt continet, & omne Dei beneplacitum declarat. Propter quod & de eo dicit, in quo mihi bene complacui. Quod nequaquam de ueteri teſtamento dici potuit. Vnde & apo-
Hebr.7.c. ſtolus ait: Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem eius & inutilitatem. nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio uero fit melioris ſpei per
Hebr.8.b. quam proximamus ad Deum. Et item: Nam ſi illud prius culpa uacaſſet, non utique ſecundi locus inquireretur. Et ideo teſtamentum uetus quod datum eſt per ſeruum, retinet in ſe utilitatem ſeruitutis, nouũ uero quod datum eſt per filium poſſidet honorem filiationis, de quo dicitur hic eſt filius meus dilectus, & additur de eo, ipſum audite, quia quicquid lex iuſtitiæ & prophetæ promulgauerunt, in eo cõtinetur & multo amplius. Ait enim dominus ibi: Omnia quæcunque uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis, hæc eſt enim lex & prophetæ.
Matt.7.b. Et de maiore iuſtitia quæ eſt in nouo, quàm in ueteri: Audiſtis, inquit, quia dictum eſt antiquis, non periu-
Matt.5.f. rabis, reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico uobis
Matt.5.g. non iurare omnino. Item'que Audiſtis quia dictum eſt, diliges amicũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, diligite inimicos ueſtros, bene facite his qui oderunt uos, & alia multa huiuſmodi. Quia ergo nouum teſtamentum continet omnia quę uetus iuſſerat & alia multa adhuc ſacratiora, ideo ſolum nouum iubemur audire id eſt, pręceptis eius obedire. Sequitur: *Et audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam & timuerunt ualde.* Quia uidelicet nos audita diuini ſermonis excellentia quæ in nouo teſtamento eſt, cadimus in faciem, id eſt, humiliamur & erubiſcimus, quòd non ut decuit eum honorauimus obediendo illi reuerenter in omnibus, ideoq; nimis timemus ne ob id damnemur. Et acceſſit Ieſus & tetigit eos, dixitq; eis, ſurgite, nolite timere. Quia nimirum ipſe ſermo euãgelicus nobis per cognitionem noſtri reatus in pœnitentia iacentibus fit quodammodo propinquior, ac tangit nos manu ſententiarum ſuarum, & ad bene operandum ſurgere præcipit, ac de cætero timorem excutit. Cur enim iam timeat, qui ex pœnitentia erigitur ad fortia uirtutum opera? Nam & perfecta charitas, foras mittit timorem. Leuantes 1.Ioã.4.d
autem oculos ſuos, neminem uiderunt niſi ſolum Ieſum. Leuatis ſpiritalibus oculis ad alta ſublimioris intelligentię non uiderunt niſi Ieſum, id eſt, nouum teſtamentum. Ablata enim nube, & euaneſcentibus Moyſe & Elia, Chriſtus ſolus cernitur, quia legis & prophetarum umbra diſcendẽte uerum lumen, coruſcante gratia euangelij ſplẽdet. Vbi enim legis & prophetiæ umbra recedit quæ ſuo uelamine mentes hominũ tegebat, utraq; reperitur in euangelio. Nam cum tres eſſent, unus eſt factus. Tres in principio uiſi ſunt, unus in fine. Quia lex & prophetia & euangelium quando ſecundum literæ ſuperficiem attenduntur, tres uidentur, quando ſecundum interiorem ſenſum inſpiciuntur, unus apparet. Lex enim & prophetiæ, iuxta ſpiritalem intellectum, nihil aliud ſunt quã doctrina euangelica. Hinc iam de monte deſcendentibus, id eſt, de altitudine ſublimioris intelligentiæ & contemplationis ad ima communis conuerſationis redeuntibus præcipitur, uiſionem hanc nulli dicere, niſi poſt Domini reſurrectionem

Lex, prophetia & euangeliũ unum ſunt licet tria ſ ſuperficie uiſa.

Nemini enim narranda eſt claritas ſacri eloquij quæ ſapientibus in alto contemplarionis oſtenſa eſt, niſi qui Chriſtum reſurrexiſſe iam credidit, quia nec ipſe niſi poſt reſurrectionis ſuæ triumphum diſcipulis, ut ſcripturas intelligerent ſenſum aperuit: Vnde & apoſtolus, hãc ſpecioſę claritatis gloriam qua diuin⁹ ſermo interi⁹ refulget, quibuſdam celabat dicẽs: Nihil me iudicaui ſcire inter uos, niſi Ieſum Chriſtum & hunc crucifixum. Alijs uero iã prouectis aperiebat, de qbus ait. Sapiẽtiam autem loquimur, ĩter pfectos. Minoribus enim minora prædicari debẽt et maioribus maiora: ut unuſquiſque iuxta modum capacitatis ſuæ doceatur. Eis ergo qui magnũ ſenſum habent & in nouitate uitæ ambulant, dicẽda eſt celſa uiſio clarificationis diuini ſermonis. Vnde & nunc ſicut & ſuperius poteſt ipſe ſermo filius hominis ĩtelligi. Qui ſcilicet ſermo, quaſi perimitur & uelut inter mortuos computatur, ab illis qui grauiter in eum peccant, et quaſi non ſit, eum tranſgredi & cõculcare non uerentur. Quibus dũ tales ſunt dicere non debemus eiuſdem diuini ſermõis clarificationẽ, ne ſanctum canibus & margaritas porcis dediſſe culpemur. Sed ſi idẽ ſermo reſurrexit in eis per pœnitentiam ipſorum & uitæ meliorationẽ tunc iã dici poteſt eis uiſio claritatis eius, quæ rurſum apparet ad alta tendentibus. Sed hac lectionem prout cœlitus nobis datum eſt expoſuimus & eius myſteria patefecimus, quatinus omnes qui hęc agnouerunt, adiuuante domino ſic uiuere ſtudeant & ſupernis intẽdant, ut de his quæ dicta ſunt gaudere & in pręſenti ſeculo mereanť et in futuro per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrũ, qui cum patre & ſpũ ſancto uiuit & regnat deus, ante omnia ſecula & nũc, & in omnia ſecula, Amen.

1.Cor.2.b *Ibidem.* *Matth.7.b*

In omnibus requiem quæſiui & in hereditate eius morabor.

Sapientia nunc loquitur, quam apoſtolus Chriſtũ eſſe teſtať, dicens Chriſtũ dei uirtutem & dei ſapientiã. Sapientia ergo quę Chriſtus eſt, .i. incarnata dei ſapiẽtia dicit: In omnibus requiẽ quęſiui. Poſt laborem uero, requies ſolet quæri. Dominus autem in ſe quidem quietus & incõmutabilis eſt, ſed tamen laborare ſe teſtatur, cũ duras hominũ prauitates tolerat, dicens cuilibet taliũ: Prębuiſti mihi laborem in iniquitatib⁹ tuis. Sed & dum apparuit in mortali carne: laborauit ex noſtra infirmitate. Ideo poſt reſurectionem ſuam in omnibus quæſiuerit requiẽ, ut in omnium fide & bona actiõe requieſceret. Nam in quibus omnibus requiem quæſiuerit, docet præmittendo: In omni terra ſteti, & in omni populo & in omni gente primatum habui, et omnium excellentium & ſublimiũ corda, uirtute calcaui. Mox que ſubiungit, & in his omnibus requiem quæſiui. In omnibus ergo populis & gentibus totius orbis, et in cunctis regibus ac principibus quorum ſibi corda tandem ſubegit, requiem quæſiuit. Inuenit autem in his requiem, qui peccare deſierũt, et ſancte ac iuſte uiuunt. Qui in eo qđ in omnibus populis & nationibus atq; ſublimibus, idest, in ſublimitate dignitatum poſitis, requiem ſe dicit quæſiſſe, ſignificat, in unaquaq; ſub cœlo gente multos palàm cerni qui peruerſe uiuant, & paucos, uelut grana ſub paleis, inueniri qui bene agant. Hoc enim quæritur, quod latet nec habetur. Sed & in quolibet ad uiam prædeſtinato, quærit Chriſtus ſibi requiem, dum adhuc peccãtem eum expectat, & uel præceptis ſeu monitis & miraculis & proſperis & aduerſis, ipſum conuertere &

Eccl.24.a. *1.Cor.1.d.* *Eſa.43.d* *In iuſtis requies domini*

talem facere ſtudet, ut in eo requie-
ſcere poſſit. Negat autem illi in ſe re-
quiem: qui non uult à malis operi-
bus & deſideriis ceſſare, ut in ſe lo-
cum quietis deo queat præbere, &
in hæreditate, inquit, eius morabor.
Eius reſpicit & ad requiē, & ad hoc
quod ſupra dixerat, ego ex ore altiſ-
ſimi prodij, ut intelligatur hæc hære
ditas & requiei & altiſſimi uidelicet
electorum multitudo quos ipſe altiſ
ſimus ad uidendam ſuæ celſitudinis
gloriam eleuatos in ſuperno regno
poſſidebit, ſicq́ perpetualiter requie
ſcere faciet. Ait itaque: In hæreditate
eius morabor: Ac ſi dicat: In omni-
bus quidem quæſiui requiem, licet
non in omnibus perſeuerātem eam
inuenerim, ſed in his q̄ præſciti ſunt
hæreditas dei, morabor. i. perſeuerā-
ter & non ad horam manebo. In il-
lis enim non moratur dei ſapientia,
qui ad tempus credunt & in tempo
re tentationis recedūt. Sed in eis mo
ratur, quos in bonitate facit uſq; in
finem perſeuerare. Hinc eſt quod de-
quolibet talium dicit: Veniemus
Ioan. 14. c & manſionem apud eum faciemus:
Tunc præcepit & dixit mihi creator omnium,
& qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo,
& dixit mihi: In Iacob inhabita & in Iſrael
hæreditare, & in electis meis mitte radices. tūc,
inquit, cū ego requiem in omnibus
quærerem, ille qui creauit omnes &
ius habet in omnibus ac neminem
uult perire, præcepit mihi q̄d in his
agerem, & qui me quoque pro eorū
ſalute creauit ſecundum humanita-
tem, ipſe requieuit in tabernaculo
meo. Creatū ſe dicit: quia homo fa-
ctus eſt, qui ſuperius aſſeruerat ſe an
te ſecula genitū à patre, dicens: Ego
ſapientia ex ore altiſſimi prodij, pri-
mogenita autē ante omnem creatu-
ram. Tabernaculum uero huius ſa-
pientiæ eſt corpus aſſumptum, de
quo alias dicitur, ī ſole poſuit taber
Pſal. 18. naculum ſuum, id eſt, in manifeſtiſſi
ma uiſione corpus ſuū. In hoc taber
naculo requieuit pater: quia nullum
in eo peccatum inuenit quod eū of-
fenderet, ſed omnem iuſtitiæ plenitu
dinem in qua delectabiliter quieſce-
ret. Vnde & ait: Hic eſt filius meus Matt. 17. b
dilectus, in quo mihi bene compla-
cui. Atque propheta: Requieſcet ſup Eſa. 11. a
eum ſpiritus domini. Loquitur ita-
que, ſicut & ſupradictū eſt, incarna-
ta dei ſapientia, & patris gloriam in
omnibus quęrēs, aſſerit eū ſibi dixiſ
ſe In Iacob &c. Iacob qui ſubplanta
tor īterpretatur, deſignat luctatores
qui uitia cum labore ſupplantant et
deijciunt. Iſrael autē qui rectiſſimus
dei, ſiue uir uidēs deum dicitur, illos
qui ſubactis uitijs perfectam prout
fas eſt rectitudinem uitæ ſeruant &
contēplationi ſtudent. In Iacob ergo Ephe. 3. e
. i. in luctatoribus habitat, ut eis ait
apoſtolus habitare Chriſtum per fi
dem in cordibus ueſtris, quatinus
ſcilicet eius uirtute cōfortati poſſint
uictores fieri, in Iſrael uero hæredita
tur. i. p̄fectos iam non amiſſurus, hę
reditario iure poſſidet, qui iam ſopi-
tis uitijs optimam ſibi partem elege
rūt quę non auferetur ab eis. Hoc et Luce. 10. f
per Eſaiam ipſe ſic ait: Opus manuū Eſaie. 19. d
mearū Aſſyrius, hæreditas āt mea Iſra
el. Aſſyrius. n. dirigēs interpretatur,
ſignificans eū q̄ prauitatē uitiorū lu-
ctādo conať ſupplodere & ſe dirige
re, & huic ē opus manuū Xp̄i. i. adiu
toriū eius ī ſe manētis, Iſrael uero iā
getus, hęreditate poſſidetur. Radices
quoq; ſaluator ī electis mittit, ne ab
eorū cordibus unquā auelli poſſit, iu-
xta illud apoſtoli: Quis nos ſepara- Roma. 8. g
bit à charitate Chriſti? Tribulatio,
an āguſtia, an p̄ſecutio, an fames, an
nuditas, an periculū, an gladius? Qui
enim ſeparari ualet à charitate Chri
ſti, in eius mēte Xp̄s radices nō miſit:
Ab initio & ante ſecula creata ſum & uſque
ad futurum ſeculum non deſinam, & in habi-
tatione ſancta, corā ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion

*firmata ſum, & in ciuitate ſanctificata ſimiliter
requieui & in Ieruſalem poteſtas mea. Et radi-
caui in populo honorificato, & in partes dei mei
hæreditas illius: & in plenitudine ſanctorum de-
tentio mea.* Ab initio mundi & ante
ſecula prædeſtinando ſecundum hu
manitatem creata eſt hæc ſapientia,
quoniam deus ab exordio rerum &
ante tempora ſecularia prædeſtina-
tum habuit in ſecreto conſiliĳ ſui, ut
uerbum eius caro fieret, id ē, ut om-
nium dominus formam ſerui pro
ſeruis redimendis miſericorditer aſ-
ſumeret, & quod is qui fecit quæ fu
tura ſunt, certiſſime faciendum di-
ſpoſuit, iam in eius conſpectu factū
fuit. Sic igitur ante ſecula creauit eū
ſecundum humanitatem, ſicut ele-
git nos in ipſo ante mundi conſtitu-
Ephe. 1.a. tionem. Ab initio, ideſt, ex quo crea
tus eſt primus homo, & ante ſeculū,
ideſt, ex quo factus eſt primus an-
gelus, creata eſt, ut diximus, hæc ſa-
pientia: quia & quando plaſmatus
eſt homo & quando creatus eſt an-
gelus, præuiſum eſt ut unigenitus
dei clementer homo fieret, qui genus
humanum quod grauiter deiectum
erat releuaret, & uſque ad futurum
ſeculum non deſinam: quia nullis
diaboli tentationibus nulliſq́ tyrā
norum perſecutionibus fieri pote-
rit, ut Chriſtiana religio non perdu-
ret uſque ad mundi terminum, pro-
pter quam creata ſum ante mundi
Eccl. 24.d. principium: Hoc eſt enim, quod &
infra dicitur. Non deſinam in proge
nies illorū, uſque in ſæculum ſanctū.
Sed & in euangelio: Ecce ego uobi-
ſcum ſum omnibus diebus, uſque
ad conſummationem ſeculi, *& in
habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui.* Ha-
bitationem ſanctam dicit, habita-
culum ſanctum cœli, ubi mini-
ſtrat coram deo pontifex factus
in æternum. Vnde & apoſtolus ait.
Hebr. 9.f Non enim in manu facta ſancta Ie-
ſus introiuit exemplaria uerorum,
ſed in ipſum cœlū ut appareat nunc
uultui dei pro nobis. Et rurſum: Tā Hebr. 8.a.
lem habemus pontificem, qui conſi
det in dextera ſedis magnitudinis in
cœlis, ſanctorum miniſter & taber-
naculi ueri quod fixit deus & non
homo. Nam quod hic dicitur, in ha
bitatione ſancta coram ipſo, hoc eſt
quod apoſtolus ait, in ipſum cœlū
ut appareat nunc uultui dei pro no
bis, & quod hic ſubditur miniſtrā-
ui, apoſtolus dicitur ſanctorum mi- Hebr. 9.f
niſter tabernaculi ueri. Et ne talis
miniſtratio putaretur aliquid abie-
ctionis habere, ſedet in eadem ſede
cum eo coram quo & cui miniſtrat,
& ſedet in dextera parte ad honoris
cumulum. Qui & ſubdit, *& ſic in
Sion firmata ſum.* Sion dicitur ſpecu-
la & ſpeculatio, & ſignificat illam
beatorum patriam, cuius habitato
res non ceſſant manifeſte ſpeculari
gloriam dei. Vbi ſecundum huma-
nitatem ſic firmatus eſt Chriſtus ut
ſupra dictum eſt, ideſt, ſedens patris
ad dexteram & agens miniſterium Miniſteriū
pontificis, quod eſt oſtendere patri pontificis
pro nobis cicatrices uulnerum ſuæ Chriſti.
paſſionis. De qua eius in ſupernis ſi
ne fine manenti firmatione, dictum
eſt patri: Fiat manus tua ſuper uirū
dexteræ tuæ, & ſuper filium homi- Pſal. 79.e
nis quem confirmaſti tibi, & eius Pſal. 40.c
uoce, Confirmaſti me in conſpectu
tuo in æternum. Sequitur, *& in ci-
uitate ſanctificata ſimiliter requieui.* Quia
in eccleſia quæ eſt ciuitas dei ex
conuerſis peccatoribus ſanctifica-
ta, ſimilem ut in angelis requiem
Chriſtus inuenit. Vnde & orare nos
docuit, fiat uoluntas tua, ſicut in cœ Matt. 6.b
lo & in terra, ideſt, ſicut in angelis
ita & in hominibus. Et in Ieruſa-
lem, inquit, poteſtas mea. In ſuper-
na Ieruſalem quæ non fruſtra dici-
tur uiſio pacis, quia ſemper ibi uera
pax cernitur, eſt poteſtas redempto
ris noſtri, quia potens eſt & ibi face

te quiquid uoluerit. Hinc enim ait:
Mat.ult.d Data eſt mihi omnis poteſtas, in cœlo & in terra. Sequitur, *& radicaui in populo honorificato*. Radix ſapientiæ eſt timere deum. Populus honorificatus, eſt multitudo fidelium quibus ait Petrus, uobis igitur honor
1.Petr.2.b credentibus. Radicauit ergo ſapientia quæ Chriſtus eſt in hoc populo, quia dei timorem credentibus dedit, per quem peccare deſiſtant, quoniã timor domini expellit peccatum, nã
Eccl.1.c qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Item populus honorificatus, eſt cœtus religioſorum. Et in hoc
Eccl.1.c Chriſtus ita radicauit, ut euelli inde
Cœtus religioſorũ populus honorificatus nullatenus poſſit. Fecit enim quod ſuperius à patre dictum ei fuerat, in electis meis mitte radices. Qui & ſubiungit: Et in partes Dei mei hæreditas illius. Partes Dei ſunt electorum eccleſiæ, diuerſique ſanctorum ordines, & bene uiuentium uariæ actiones. Qui & Chriſti Deus eſt, quia & Chriſtus homo. In omnes ergo Dei partes tenditur hæreditas illius, quia et omnes eccleſię iuſtorum & quicunque ei laudabiliter in uariis profeſſionibus et actionibus ſeruiunt, in æterna eius hęreditate erunt. Et in plenitudine, inquit, ſanctorum detentio mea. Plenitudo ſanctorum erit, ubi nullus eorum defuerit, ſed completo ipſorum numero omnis eorum cœtus adunatus erit. Ibique erit incarnatæ ſapientiæ detentio, quia ſine fine detinebitur in eis delectata eorum meritis, nec ad reprobos qui damnati erunt iam exibit quia ulterius ut cõuerſentur, eos non monebit. Sequitur: *Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion.* Sicut cedrus ſua celſitudine ſuperans omnium aliarum arborum altitudines, excelſa eſt, in mõte Libano qui eſt altior omnibus aliis montibus terræ promiſſionis et interpretatur candidatio, ſic mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus ſuper omnẽ primorum celſitudinem angelorum ſublimatus eſt, qui propter clariorem luminis quo fulgent candorem libanus, id eſt, candidatio recte uocantur, & cæteris altiores ſunt. Hanc illius exaltationem declarat apoſtolus, aſſerens, quia pater eum conſtituit, ad dexterã ſuam in cœleſtibus ſuper omnem primatum & poteſtatem & uirtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecit ſub pedibus eius. Ita uelut cedrus eſt exaltatus. Cui rei congruit & quod cedrus eſt imputribilis ac mirabiliter redolet, quia Chriſtus carne iam eſt immortalis & ſuauitatem ex ſe miri ſpargit odoris, quo delectãtur & ipſi angeli & ſpiritus. Vel ſicut cedrus eſt exaltatus in Libano, id eſt, in cãdidatione ſanctificationis, hoc eſt, omnes ſanctos in ſanctitate ſic ſuperauit, ſicut cedrus arbores uniuerſas in Libano, quoniam ea quæ geſſit inter homines ita ſunt præclara & ſublimia, ut omnia iuſtorum ſic tranſcẽdant cacumina, quatinus hi qui multum in deo profecerunt, operum eius ueſtigia uix tangere ualeant admirantes ex uertice cogitationis, & quaſi cypreſſus in monte ſion. Mons ſion, eccleſia ſanctorum eſt in altitudine uirtutum & ſpeculatione contemplationis & ſolicitæ circunſpectionis, cypreſſus autem omni tempore uirẽtibus uernat foliĳs ut pinus, & fructum ſemper habet ac bene redolet. Chriſtus ergo ſicut cypreſſus in monte Sion eſt exaltatus, quia deus ipſum dedit ut ſcriptum eſt, ſupra omnia eccleſiæ, uiriditate ſemper immarceſcibili uernantem, & perpetuis fructibus abundantem, ac redolentiam bonæ famæ ſpargentem: *Quaſi palma exaltata*

Ephe.1.d

Chriſtus cedrus.

Mons Sion eſt eccleſia

ſum in cades. Cades, interpretatur ſanctitudo: Palma uero inferius tactu aſpera eſt & uelut aridis corticibus obuoluta, ſuperius autem et uiſu et fructibus pulcra. Inferius corticum ſuarum inuolutionibus anguſtatur: ſed ſuperius amplitudine pulcræ uiriditatis dilatatur. Sic nimirum Chriſti & membrorum eius uita inferius deſpecta & ſuperius pulcra, in imis quaſi multis corticibus obuoluitur dum innumeris tribulationibus anguſtatur, in ſummis uero quaſi pulcræ uiriditatis folijs amplitudine beatitudinis expanditur. Palma enim, minoris amplitudinis contra naturam cæterarum arborũ ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus ampliori robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, uaſtior ad ſumma ſuccreſſit. Quia electorũ conuerſatio qui membra Chriſti ſunt, plus finiendo peragit, quàm inchoando proponit, & ipſi plerunq; tepidius prima inchoant, feruentius extrema conſummant. Chriſtus ergo uel in ſe & in ſuis quaſi palma exaltatus eſt in cades, id eſt, in ſanctitate, quia ſancti ſemper ad alta proficiendo dilatantur in uirtutibus & qui tenues à radice inchoationis exeunt, fortes in culminis perfectione conualeſcunt. Quod in ipſo capite principaliter apparuit, quia in nouiſſimus tribus annis maiora et plura geſſit, quàm in omni tranſacto tempore ſuo: *Et quaſi plantatio roſæ in Iericho.* Plantatio roſæ, & ipſa inferius eſt ſpinoſa, ſuperius autem florida. Sic & Chriſtus eſt inferius tribulationum ſpinis circundatus, atque ſuperius gloria & honore coronatus. Iericho autẽ quæ luna dicitur, & huius mundi & noſtræ mortalitatis defectum exprimere ſolet. Dominus ergo quia miſſus è cœlo noſtram in hoc mundo mortalitatem induit, quaſi aliunde eſt aſſumptus & in Iericho plantatus. Et in hoc roſæ eſt aſſimilatus: uidelicet humilis & pũctionibus paſſionum obſitus, ſed tandem ſuperius flore purpureo dignitatis regiæ decoratus: *Quaſi oliua ſpecioſa in campis,* Oliuam ſpecioſam in campis uidere poteſt & in eius aſpectu delectari, quiſquis per gyrum & longe & propè fuerit. Ita & Chriſtum undiq; mundo expoſitum, uidere poteſt & in eius uiſu delectari, quiſquis ad eum fideliter et pie aſpexerit, in qualibet orbis parte ſit. Oliua pacis eſt nuncia: & Eſaias miratur pedes Chriſti annunciantis & prædicantis pacem. Cuius etiam miſericordia per oliuam quæ gignit oleum deſignari poteſt, quia & græce eleos, miſericordia uocatur, & oleum cunctis quibus immiſcetur liquoribus excellit, ſicut et pſalmiſta de ipſius domini miſerationibus teſtatur, ſuauis dominus uniuerſis & miſerationes eius ſuper omnia opera eius, & ideo congrue cernitur in campis huius Oliuæ ſpecioſitas, quia qui campeſtrem, id eſt, latam & agreſtem & imam conuerſationem habent, hi præcipue miſericordia ſaluatoris indigent, & ad eam reſpicere ſolent. Oleo ad repellendas noctium tenebras lumen alitur, infirmitates ſoluuntur, & requies laſſis tribuitur. Sic gratia miſericordiæ ſaluatoris noſtri, lucem fidei & charitatis ac ſcientiæ in nobis alendo, tenebras noſtras illuminat, & animarum noſtrarum morbos ſanat, ac ſeculi concupiſcentijs fatigatos requieſcere nos mente facit in contemptu ſeculi. Grandis enim labor eſt terrenis deſiderijs æſtuare, & grandis requies, terrena non deſiderare. *Et quaſi plantanus: exaltata ſum iuxta aquam in plateis.* Cum platanus per ſe ipſam ſit ſublimis et amœna, reſpectu tamen proximæ inferioris aquæ, ſublimior apparet & io-

Palma

Eſa. 52. b.

Pſ. 144. b.

Olei deſcriptio.

cundior. Sic & dominus Ieſus cum
per ſeipſum incomparabiliter ſit ex
celſus & ſpecioſus, reſpectu tamen
ſubiecti Chriſtianorum populi, qui
per aquã deſignatur excelſior & glo
rioſior apparet, *in plateis*, id eſt, in lati-
tudinibus & mundi, & amplæ con
uerſationis. Si enim uitæ noſtræ cõ-
ſideremus humilitatem, & ad excel
lentiam conuerſationis quã Chriſt⁹
inter homines duxit reſpiciamus,
quã ſublimis erit in oculis noſtris il
la eius cõuerſatio? Nam ut platanus
iuxta ſubteriorem aquã eſt exaltat⁹,
id eſt, ſubiectæ fidelium plebi proxi
mus & ſuperpoſitus. Hinc & pſal-
Pſalm. 1. a miſta de illo dixerat. Et erit tanquã
lignum quod plantatũ eſt ſecus de-
curſus aquarum. Id eſt, per myſte-
riũ incarnationis erit poſitus, iuxta
lapſus defluẽtium populorum. Pla-
teę uero, latitudines deſignare ſolẽt,
id eſt, & amplas conuerſationes, in
quibus ſpatiantur qui uita ſunt in-
feriores & labiles, ut aqua & mun-
di latas regiones: quia græce πλάτος
dicitur latitudo. *ſicut cinnamomum & bal
ſamum aromatiZans, odorem dedi.* Cinnamo
mum dicitur, eo quòd cortex eius i
modum cannæ ſit rotundus & gra-
cilis. Eſt enim breuiſſima arbuſcula,
uirgas proferẽs graciliſſimas ac pre
tioſas. Nam id eius quod in craſſi-
tudine, id eſt, groſſitudine extẽditur
deſpectui eſt, quod uero gracilius ꝑ
uenerit eximium eſt. Cinnamomũ
ergo ſignificare uidetur humilitatẽ
Chriſti, quam prædicant ſcripturæ
canna. i. calamo factę, quę uirgas gi-
gnit graciliſſimas & pretioſas, id ẽ,
ſanctos diſciplinis ſpiritalibus exte
nuatos qui membra ſunt eius. Nã
ſpiritales uiri in eo ſunt pretioſi, car
nales autem habentur contemptui.
Balſamum quoque pretioſiſſimum
eſt, & conſecratum ſit Chriſma quo
omnes Chriſtiani ungimur. & ſigni
ficat & Chriſtum & unctionem ſpi
ritus eius, de qua Ioannes ait, uos 1. Ioan. 2. c
unctionem habetis à ſancto & no-
ſtis omnia. Vtrunq; uero, id eſt, &
cinnamomum & balſamum, mira
biliter redolet, et maxime dum quis
eo aromatizatur, Vnde nunc odo-
ri utriuſque aromatizantis odorem
ſuum Chriſtus ſimilatur. quia dum
in omni gente, & natione credentes
dono ſui ſpiritus ungit, eiuſdem
unctionis odor ualidius in toto
orbe fragrat, & ipſe dulcius odo-
rem notitiæ ſuæ per ſuos unctos
in omni loco manifeſtat, ut ubi-
que ei dicatur, poſt te curremus
in odorem unguentorum tuorum. Canti. 1. a
Quaſi myrrha electa, dedi ſuauitatem odoris.
Myrrha mortem redemptoris no-
ſtri, cuius caro corruptionem non
uidit, ſignificat, quia caro mortua
quæ myrrhæ conditur unctione, nõ
poteſt putreſcere. Vnde & hæc myr
rha dicitur electa, quia mors domi-
ni ſingulariter ex omnium ſanctorũ
mortibus electa fuit, per quam om-
nes uiuerent. Ideóque talem mors
iſta ſuauitatem odoris præbet, qua-
lem nemo aliũ ſentire potuit, ita ut
eius fragrantia reuiuiſcant mortui.
*Et quaſi ſtorax & galbanus & ungula & gut-
ta, & quaſi libanus non inciſus, uaporaui habi-
tationem meam, & quaſi balſamum non miſtũ
odor meus.* Storax eſſe fertur arbor odo
rifera quæ ſicut arundo caua eſt,
intus & ſucco plena, & in Chriſto
qui eſt lignum uitæ odoriferum, Coloſſ. 2. b
habitat omnis plenitudo diuinita-
tis corporaliter. Galbanum dicunt,
confectum ex aromatibus. Et in
Chriſto eſt omnium ſpiritalium
uirtutum omnimoda plenitudo.
Vngula quoque dicitur ab ungen-
do quia præcipua eſt ad ungen-
dum, & deſignat ſpiritalem ſalua
toris unctionem de qua Ioannes
ait, ſicut unctio eius docet uos de 1. Ioan. 2. a
omnibus. Gutta uero ſpecies eſſe
medicorum perhibetur, ad tumorẽ

ſanandum idonea, & ad deprimendum & extinguendum omne uenenum, & ſignificat humilitatem domini, quę medecinaliter ſanat tumorem elationis noſtræ & omnia uitiorum uenena perimit. Libanus eſt thus & potius arbor thuris, Chriſtum deſignans, qui lignum eſt uitę & fructum gignit odoriferum qui deo cremetur in ſacrificiũ. Libanus non inciſus, ſpõte profert ex ſe thus odoratius, inciſus uero compellitur proferre thus non tanti odoris, & Chriſtus ut libanus inciſus ſponte edidit omnia quæ in carne geſſit, ideóque melius redolent. Nos autẽ, ut inciſus libanus ſæpe cogimur inuiti bonum facere, quod uile eſt & parum redolens. Hæc omnia quæ nunc dicta ſunt, id eſt, ſtorax, galbanus ac ungula & gutta nec non & libanus, optimum dant odorem, & locum in quo ſunt inde replent. Sic & Chriſtus odore ac calore ſuo uaporat habitationem ſuam: quia mẽtem quam inhabitat, calore ſuæ dilectionis & odore ſuæ ſanctitatis replet. Mens enim quę non ſentit odorem iſtum & calorem, nec dũ Chriſti eſt habitaculum. Balſamum uero cui liquor alius nõ eſt immiſtus: magis redolet: quia Chriſti ſanctitas cui nullum unquam peccatum immiſceri potuit, ſuauiorem quàm cæteri ſancti præbet odorem. *Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ.* Terebinthus eſt arbor magna, & ingentes multos'que ramos undique protendens, quæ reſinam gignit aromaticam & medicinalem omnibus'que reſinis alijs præſtantiorem: & Chriſtus uelut arbor immenſa, diſcipulos ſuos quaſi ramos extendit in omnes mundi partes. Thomam et Bartholomęum in Indiã, Matthæũ in Aethiopiam, Ioannem in Aſiam, Andream et Philippũ in Scythiam, Petrũ in Italiã, Paulum in Hiſpaniam, & cæteros in cæteras orbis plagas. Vel rami quos extendit opera ſunt, quæ in carne geſſit. Et ex his, & operibus uel diſcipulis, profert ipſe reſinam ſpiritalis gratiæ, quæ medicatur omnibus & præſtantior ſit uniuerſis prædicationibus & geſtis teſtamenti ueteris, & rami eius ſunt honoris & gratiæ, quia & diſcipuli eius & actus ipſius, ualde ſunt honorabiles & gratioſi: quoniam & laude digni ſunt, & noui teſtamenti gratiam hominibus afferunt. *Ego quaſi uitis fructificaui ſuauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris & honeſtatis.* Vitis in terra plantata, producit ex ſe palmites & ex his fructum & Chriſtus reſurgendo & aſcendendo, plantanus in terra uiuentium, ſanctos qui ſunt membra eius uelut palmites ex ſe gignit, & ex his in ſe manentibus, fructum operis boni producit. Vnde & ait
illis: Sicut palmes non poteſt ferre Ioã. 15.
fructum à ſemetipſo niſi manſerit in uite, ſic nec uos niſi in me manſeritis. Fructificat ergo in eis, quia quicquid illi bene agunt ipſe facit, & ex eius radice ſurgit fructus operis illorũ. Et fructificat ſuauitatem odoris, quia fructus operum quæ facit in eis, ſuauis odor eſt bonæ opinionis dum uidentes hæc homines glorificant inde patrem qui eſt in cœlis. Et flores eius ſunt fructus honoris & honeſtatis, quia opera quæ in his proponendo inchoat, honorabiliter & honeſte conſummat, honorem'que per hæc & honeſtatem illis grandem præſtat. Flores enim ſunt uota & promiſſa, fructus autem impletiones promiſſorum per exhibitionem operum. Flores ergo ſanctorũ ſunt fructus, quia membra Chriſti quod uouent reddunt, quod promittunt faciunt. *Ego mater pulcræ dilectionis & timoris, & agnitionis: & ſanctæ ſpei. In me gratia omnis uiæ & ueritatis, in me o-*

mnis ſpei uitæ & uirtutis. Sapientia quæ ẽ
Chriſtus, eſt mater pulcræ dilectio
nis, quia dilectionem gignit non tur
pem ſed pulcram, non indecentem
ſed honeſtam, non libidinoſam, ſed
Pſal. 110.b caſtam. Et mater timoris & ſeruilis
Eccle. 1.b uel caſti, quia principium ſapientiæ
timor domini, & caſtum Dei timo
rem gignit pulcra dilectio, cuius ge-
nitrix eſt ſapientia. Et agnitionis, ꝗa
patrem nemo nouit niſi filius, & cui
Matt. 11.d uoluerit filius reuelare. Qui item di-
xit: Palàm de patre annunciabo uo-
bis. Sic enim ſapiẽtia quæ eſt filius,
Ioan. 17.f mater eſt agnitionis. Et ſanctæ ſpei,
quia ſpem de ſanctis rebus non niſi
Chriſtus gignit. Sancta enim ſpes ẽ,
adipiſcendi regnum Dei et iuſtitiam
eius, & hanc uera dat ſapientia. In
qua eſt & gratia omnis uiæ & ueri
tatis, quia niſi per gratiam quæ eſt in
hac ſapientia, id eſt, in Chriſto, nul-
lus uitam perpetuam ſeu ueritatem
incommutabilis eius beatitudinis
ualet conſequi, cum ipſe Chriſtus
ſit ueritas & uita. Ideoque & o-
mnis ſpes uitæ & uirtutis eſt in eo,
quia non niſi per eum quis recte
ſperat uitam beatam & immorta-
litatis eius uirtutem inuenire, &
uirtutem aliquam bonæ conuerſa
tionis habere poteſt: *Tranſite ad me
omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus
meis implemini.* Nonnulli ſapientiam,
quæ Chriſtus eſt, concupiſcunt, ſed
quibuſdam ſecularium rerum obſta
culis retinentur, ne ad eam ueniant
eamque per religioſam conuerſatio
nem apprehendant. Sæpe enim fit, ut
dum quis ad religioſam uitam ſe cõ
uertere cogitat & Chriſtum ſequi,
obſiſtat ei & praua conſuetudo ui-
tiorum quibus delectari ſolet, & a-
mor parentum aut coniugis ſeu fi-
liorum & poſſeſſionum, ſiue blandi
menta carnalium amicorum, & ali-
qua huiuſmodi. Ideo nunc uera ſa-
pientia iubet, ut omnes qui eam mẽ
te concupiſcunt, tranſeant cunctos
huiuſmodi obices & ad ipſam, dum
licet, uenire feſtinent, & poſtquam
ad eam uenerint non remaneant ua-
cui, ſed impleantur generationibus
eius, id eſt, ſenſibus intelligentiæ &
prudentiæ ac uirtutibus, quas gene
rare ſolet in his qui ad ſe uenerunt.
*Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & heredi-
tas mea ſuper mel & fauum. Memoria mea, in
generationes ſeculorum.* Ideo tranſeũdum
eſt ad diuinam ſapientiam calcatis
difficultatum obſtaculis, quia ſpiri-
tus eius quam inſpirat tranſeunti-
bus ad ſe eſt melle dulcior, & hære-
ditas ſempiternæ beatitudinis quam
eis præparauit, ſuperat dulcedine
mel & fauum. Mel dicit propter ani
mas iuſtorum quæ corporibus ſolu
tæ iam aſſiſtunt conſpectui gloriæ
conditoris, & datæ ſunt illis ſingu-
læ ſtolæ albæ, fauum uero propter Apoc. 6.e
electos poſt reſurrectionem tam in
corporibus, quàm in animabus in
ſuperno regno, beatos, quando iam
in terra ſua, duplicia poſſidebunt.
Fauus enim eſt mel in cera, ſignifi- Eſa. 67.e
cans animam in corpore, ſicut mel
ſine cera, animam ſine corpore. Sed
& memoria ſapientiæ iſtius, erit in
generationes ſeculorum, quia laus
eius perenniter ab electis decantabi
tur, & adhærentes ſibi faciet eiuſ-
dem laudis eſſe participes. *Qui edunt
me adhuc eſurient, & qui bibunt me adhuc ſi-
tient.* Qui cordis ore dulcedinem ue-
ræ ſapientiæ guſtant, quanto eius ſa
porem ſentiunt tanto magis in deſi-
derio eius ardeſcunt, & quãto plus
de hoc potu bibunt, tanto auidius
eum ſitiunt. Nam ſpirituales deliciæ
cum habentur in deſiderio ſunt, tan-
toque à comedente amplius eſuriun-
tur, quanto & ab eſuriente amplius
comeduntur. *Qui audit me non confun-
detur, et qui operantur in me non peccabunt.*
Qui Chriſtum obedienter audit, nõ
confundetur, id eſt, non erubeſcet,

quia cum honore magno erit ad dexteram eius in iudicio. Et qui operantur in eo, non peccabunt, quia omne opus quod ſecundum eum fit, caret peccato, *Qui elucidant me, uitam æternā habebunt.* Elucidant ſapientiam, qui ob ſalubriter declarandam Chriſti notitiam ſcripturas explanant, qui ipſum Chriſtum pie prædicant, qui cum luce ſuorum operū glorificant, & ideo uitam ęternam habebunt, id eſt, ipſum Chriſtum, quia hic eſt uerus deus & uita æterna.

Lectio Euangelij ſecundum Lucam,

CAP. XVII. C

IN *illo tempore: Dum iret Ieſus in Ieruſalem tranſibat per mediam Samariam & Galilaeam &c.*

Pręſens lectio ſecūdum hiſtoriam quidē ſemel opere completa eſt, ſed ſecundū ſpiritalem ſenſum quotidie impletur. Nos. n. in Adam à uiſione pacis, quod Ieruſalem interpretaē, receſſeramus, ac in huius exilij rixoſas inquetudines decideramus & ad inferni ſupplicia nihil pacificū ultra uiſuri properabamus. Verbū autem dei p quod facta ſunt oīa, nos miſeri corditer ad ſuæ pacis uiſionē in qua perēniter quieſceremus reducere uolens, deſcendit ad nos qui ad ipſum nequibamus aſcendere, & ſuſcepta in ſe noſtra humanitate, tetendit ad ſupernam Ieruſalem ubi ſemper uera pax cernitur, & illuc nobis uiam aperuit, et quia electos homines ſua membra fecit in ipſis mēbris ſuis adhuc quotidie uadit in Ieruſalem, dū electos ſuos ab hoc exilio reducit ad patriam in qua pax regnat ſine ulla inquietudine carnis aut ſpiritus.

Quæ. ſ. patria, nomine Ieruſalem hic deſignatur, quæ uiſio pacis ut dictum ē, interpretatur. Ad quā pgēs, tranſibat p mediam Samariā & Galilęam. Samaria nanq interpretatur cuſtodia, & ſignificat iuſtorū diligētiam, qui cuſtodiūt mādata dei, qui omni cuſtodia cor ſuū ſeruant, qui actus ſuos oī hora cuſtodiunt. Galilæa uero quæ dicitur tranſmigratio facta, deſignat eorum uitā qui à malis operibus ad religioſam conuerſationem p anguſtam pœnitentiæ uiā migrauerunt. Vadens ergo in Ieruſalem, trāſibat per mediam Samariā & Galilæam, quia quotidie quoſdā ſibi unitos tranſire facit ad æternæ pacis beatam uiſionem, & ex his qui non errauerunt & ex his qui ab errore ad ueritatem redierunt. In eis enim tranſit in Ieruſalem, quos ſua membra factos, de præſenti ſeculo nequam eripit & ad ſupernæ maieſtatis, perpetuam contemplationē perducit. Tranſit per mediam Samariā & Galilæā, id eſt, diuidit per mediū tali tranſitu Samariam & Galilæā, per quas, ut dictum eſt, intelligimus iuſtos & pœnitentes, quia uidelicet & ex iuſtis et ex conuerſis quoſ dā eligens ad terram uiuentium ſecū ducit, quoſdam autem ex eis hic adhuc agozinari pmittit. Verbo autem imperfecti præteriti dicitur qa tranſibat, ut detur nobis intelligi, quia tranſitus ipſe nondū peractus, eſt, ſed adhuc agitur. Illa uero pars electorum quę retinetur in huius uitę laboribus, deſignatur non incongrue per caſtellum de quo ſubditur, quia *dum ingrederetur Ieſus quoddam caſtellum occurrerunt ei decem uiri leproſi,* Nā ſancti, inter pericula tētationum huius ſeculi inſtar caſtelli ſeipſos intra uallum diſciplinæ cauta circumſpectione cuſtodiunt. Caſtellum enim munit aduerſus hoſtes & ſolicite cuſtoditur, ſignificās eccleſiā inter huius uitę diſcrimina fortiter undiq clauſam atq munitam contra malignos ſpiritus, & peruigili ſolicitudine ſeruatam. Quod caſtellū dicitur quoddam, ut iuxta literam neſciatur, & iuxta ſpiritalem ſenſum cognoſcaē. In quo ſcilicet ſpiritali caſtello .i. in

Prou. 4.d

ecclesia

eccleſia ſemper eſt domin⁹ ſicut ait ſuis diſcipulis, ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad con-
Matt. ult. c ſummationē ſeculi, ſed tamen deeſſe uidetur aliquoties, ubi pmittit iniquos multiplicari, et ſuū electis ſuis palā non præſtat auxiliū, ſed tribulationib⁹ & aduerſis eos affligi uelut a ſe derelictos ſinit. Vnde et illa uox
Pſal. 9. c eſt: Vt quid domine receſſiſti longe, deſpicis in opportunitatibus in tribulatione? Cū autem deeſſe dñs uidetur, tunc foras tendūt illi qui per-
Qui lepro ſi. decē leproſos figurant. Multi. n. & aduerſitatibus fracti uolunt a fide recedere et infidelibus ſe iūgere quaſi dicendo, eamus & diſponamus te-
1. Macha. 1. d. ſtamentū cū gentibus quæ circa nos ſunt, uel tentationibus uitiorū ſuperati, mala tot & tanta faciunt, ut gētilibus in actione ſimiles fiāt, dū ab eccleſiæ uiſceribus ad res ſeculi p deſideria foras tendūt. Hi ſunt. n. ſpiritaliter leproſi. Qui propterea dicunt decē, quia cōtra dei præcepta faciūt, quæ propter decalogū legis p denarium numerum intelligi ſolēt. Sicut enim obſeruatores mādatorū cœleſtiū, aſſequuntur inde mūdationem & ſanitatem aīæ, ſic contraria mandatis ipſis agentes, ſpirtalē contrahunt inquinationem & infirmitatē, adeo ut tales in anima fiant, quales in corpore cernuntur qui leprā carnis patiuntur. Qui tāto magis foras tēdunt, quanto peruerſius agunt, & ita fiūt hæc, dū Ieſus abeſſe uidetur. Fit aūt plerunq; per reſpectū diuinæ gratiæ, ut dñs ipſe Ieſus ad hoc eccleſiæ caſtellū palàm uenire & ingredi uideatur, ſubito ſcilicet tribulatiōes ſedans, populumq; ſuū a prauitatibus conuertens, & magnum religionis incrementum ei largiens. Et tūc ſpiritaliter agitur, quod dictum eſt, quia dum ipſe caſtellum hoc ingrederetur, occurrerunt ei decem uiri leproſi. Nam inuenit eos contra ſe tendentes, id eſt, uia ſibi contraria gradientes, dum illi foras & ipſe tendit intus, atque ſiſtit eos & ſtare facit atq; ceſſare, ne pergant ulterius in uia peruerſa. *Steterunt enim*, & ſteterūt a longe, quia non ſtatim potuerunt ei propinquare, ſed *procul ſtantes uerſi ſunt ad preces & magno cordis clamore dixerunt: Ieſu præceptor, miſerere noſtri.* Nam intellexerunt eū eſſe ſaluatorem qui peccatorum morbos omnes ſanare poſſit, & ſe miſeros ob hoc eſſe factos agnouerunt: quia præceptis cōtraria fecerant, ideoq; Ieſum, id eſt, ſaluatorem uocabāt eū & præceptorem, quem ut ſui miſereretur orabant. *Quos ut intuitu clementiæ uidit, dixit: Ite, oſtendite uos ſacerdotibus*, id eſt, per humilem oris confeſſionem, ſacerdotibus ueraciter manifeſtate omnes interioris lepræ ueſtræ maculas, ut mūdari poſſitis, & quod rogabant *factum eſt eis dum irent ad ſacerdotes*. quia ſcilicet *mundati ſunt*, quoniam peccatores licet graui criminum lepra ſint fœdati, euntes tamen ad confitendū, purgantur in ipſa confeſſione propter pœnitentiam quam acturi ſunt. Dum irent mundati ſunt, quia ex quo iter hoc intrant incipiunt operari iuſtitiā, & iuſtitiæ operatio eſt eorū mundatio. Dū irent mundati ſunt, quia ex quo tendentes ad confeſſionem & pœnitentiam, tota deliberatione mentis peccata ſua damnant & deſerūt liberantur ab eis in cōſpectu interni inſpectoris. Vnde & per prophetā dominus ipſe teſtat, quia impietas impij nō nocebit ei, in quacunq; die cō uerſus fuerit ab impietate ſua. Perueniendū tamē eſt ad ſacerdotes, & ab eis quærenda ſolutio, ut qui iā corā deo ſunt mundati, ſacerdotum iudicio etiam hominibus oſtendantur mundi. *Vnus autem ex illis ut uidit quia mundatus eſt regreſſus eſt cum magna uoce magnificans deum.* Vnus iſte deſignat unum in bono perſeuerantē

Confeſſionis ſacramētalis efficacia.

Ezec. 33. c.

Sacerdotibus confitendum.

affectum eorum, qui poſtquã pœniten do ueniã adepti ſunt ꝑmanent in humilitate & gratiarũ actione. Quod .n. dicitur unus intelligendũ eſt, nõ diuerſis iã ſe uoluntatibus uarians, ſed in una deo placendi uolũtate ꝑdurans. Nã et oẽs electi propter hãc bonitatis unanimitatẽ, nõ ſolũ unũ, ſed ẽt unus recte dici poſſunt, ſicut indicat apoſtolus, ubi de oĩbus qui ſunt in eccleſia bonis & malis, my-
1. Cor. 9. d ſtice loquĩt: Oẽs quidem currũt, ſed unus accipit brauiũ. Oẽs. n. Chriſtiani & boni & mali ꝑ modo ſuo qſque currũt ad brauiũ, ſed unus qui legitime currit. i. unitas electorũ ꝑcipit illud, ſicut & oẽs hi leproſi mundati ſunt, ſed unus egit gratias. Vnus itaq; cũ uidiſſet quod a criminũ lepra mundatus eſſet, rediit ad mundatorẽ grates ei referẽs, & ſe magis illi humiliãs & deuotior exiſtẽs ac ſemꝑ ei placere ſtudens. Nã hic unus, ut dictũ eſt, eos q ſic agũt deſignat. Noluit ingratus iã eſſe, ſed regreſſus eſt cũ magna uoce magnificãs deũ. Recte cum magna uoce, qa magna dei beneficia ſe percepiſſe gratulabatur. Magna uoce, deuota potius quã clamoſa debemus intelligere. Non enim exigua uocis deuotione deum magnificare cupiebat, qui ſe de tantis malis magnifice liberatũ gaudebat. Interioris lepræ ſanitatem a Chriſto conſecutus magnificabat deum, ut glorificaretur pater in filio. Et cecidit in faciem ante pedes eius, quia de prioribus actibus erubeſcens ſibi uilis apparuit, & deuota ſe Chriſto humilitate proſtrauit. Statum iam rigiditatis & ſuperbiæ non habuit, ſed tota mentis conſternatione ſub pedibus ſaluatoris bene iacuit *gratias agens* quòd de tanta miſeria liberatus eſſet. *& hic erat Samaritanus*, id eſt, cuſtos: quia ne percepta beneficia poſſet amittere, ſeruabat ea per hpmilitatis cuſtodiam, & ſeipſum caute iam cuſtodiebat ne plagam ulterius lepræ ſpiritalis incurreret, & cor ſuũ actus'que ſuos a malo cuſtodiebat. *Reſpõdens autem Ieſus, dixit: Nõnne decem mundati ſunt, & nouem ubi ſunt?* Operibus huius qui gratias retulit et aliorum qui ingrati fuerũt, reſpondit dominus. Nonne, inquit, decem mundati ſunt, & omnes pariter ad reddendas gratias redire debuiſſent? Decem mũdati ſunt, quia legitimus numerus eſt purgatus. *Sed nouem* quaſi neſciunĩ a domino, quia maluerũt elongari ab eo per peccata, quàm propinquare ei per bona opera. De quibus, ait: *Vbi ſunt?* Quod ẽ dicere: Qui in humilitate & gratiarũ actione deberẽt ad eſſe, ubi ſunt? Qui mihi ꝑ meritũ deuotionis & operis propinquare deberent, ubi ſunt? Qui in obſeruantia mandatorũ meorũ eſſe deberẽt, ubi ſunt? Quia uero nouenarius numerꝰ habet ter tria & ad fidẽ trinitatis ꝑtinet, hi nouẽ deſignant illos q poſtquã pœnitendo mũdati ſunt a præcedentibus culpis exiſtunt deſides & ſecuri, nec ſe in bonis operibus exercent, ſed ſolam ſibi fidẽ ſufficere putant. *Non eſt inuentus qui rediret & daret gloriam deo, niſi hic alienigena*, quia non inuenitur qui poſt acceptã ueniam recordẽs diuinę pietatis et ei gratias deuoto corde reſpõdẽs ꝑſeueret in bonis actibus, niſi qui nõ ſit ex filijs terrenæ Babylonis, ſed ex filijs Ieruſalem cœleſtis, *& ait illi: Surge uade, quia fides tua te ſaluum fecit.* Humiliter adhuc iacenti pro peccatis pœnitendo deletis, præcipiẽ ut ſurgat ad bene agẽdũ, & uadat. i. promoueatur ac proficiat in bonis operibus. Qui. n. infirmitatem ſuæ conditionis humiliter agnouit, ac puluerem & cinerẽ ſe eſſe perpendit: iubeẽ ad robuſta opa ſurgere ac promoueri in ꝑfectu iuſtitię. Cui & dicitur: Fides tua te ſaluũ fecit. Credidit enim grates eſſe referendas, ut deo, ei, qui ſe mundauerat &

Nouẽ neſciuntur à domino.

In ſolius dei iactatores.

opere deus innotuerat, & fidem, quę per dilectionē operatur, habebat, ac per eā a prioribus malis ſaluus erat, in quibus ante perierat, quia non ſine operibus fidem ſibi ſolam ſufficere ſicut illi nouem ęſtimauit.

Lectio Euangelij ſecundum Lucam

Cap. XIIII. A

Luc.14.a. IN *illo tempore: Cum intraret Ieſus in domum cuiuſdam principis Phariſæorum ſabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum, & reliqua.*

Hęc quæ nunc ſecundum hiſtoriā, mira referuntur, ſecundum ſpiritalē ſenſum plus admiranda noſcuntur. Nā phariſæi qui interpretātur diuiſi, ſignificant Iudæos ob oībus aliđs gētibus circunciſione & lege diuiſos. Princeps phariſæorum, myſtice eſt pōtifex olim Iudęorū, Domus principis huius, ſynagoga. In quā.ſ. do-
Pſal.18.a mum, Intrauit dñs, quando tanquā ſpōſus procedēs de thalamo, natus eſt in plebe Iudæorū ex intemeratæ uirginis utero, & hoc fecit ſabbato .i. cum iam ceſſarent iuxta dei uoluntatem carnalia legis opera, & operū edicta: quia lex & prophetæ uſq; ad
Matt.11.b Ioannem. Nam ſecūdum legem ſabbato ceſſabāt ab exteriori actione, & ideo ſabbati nomine deſignatur ceſſatio carnaliū legis ipſius actionū. In huiuſmodi ſabbato dominus in domū prædictam intrauit, & intrauit manducare panem.i. ut caperet cibū, hoc eſt, ut faceret patris uo-
Ioan.4.e luntatem. Ait.n. Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatem eius qui me miſit, & ipſi obſeruabant eū, id eſt, etiā ipſi ad quos uenerat inſidiabanē ei. Significauerunt aūt eam Iudæorum partē in qua & ipſi erant, quæ ei ſemper inuidens inſidiabatur, & quærebat occaſiones reprehēdendi uel accuſandi eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Hydropicus iſte qui erat in domo principis phariſæorum, typus fuit populi qui erat in ſynagoga Iudæorum, auaritiæ morbo laborans. Hydropicus enim, quo amplius bibit, eo amplꝰ ſitit. *Auarus et Hydropicus.* Sic & auarus quo magis pecuniam auget, eo magis pecunię ſiti ardet, & ei creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit. Talem'que dñs ſynagogæ populum inuenit, q ſolam legis literam occidentem ſectabatur & ſpiritum uiuificantem neſciebat, atq; promiſſiones quæ ſecundum literam ibi non niſi carnales inueniuntur, expectabat a deo p remuneratione laborem ſuorum uelut maxima bona, & ideo ſe totum in appetitu talium effuderat, ſolaq; præſentis uitæ bona ſitiebat quæ in ſola dei lege promitti putabat, & ſic eū litera male intellecta perimebat, & propter huius lāguorē ſpiritalem, dominus inſidiatoribus ſuis reſpondens, dixit ad legisperitos et phariſæos qui ſe uolebant reprehendere: Si licet Sabbato curare?.i. ſi iuſte poteſt fieri, ut ceſſantibus legis operibus quorum ocium appellatione ſabbati deſignatur, iſte populus ſanetur ab hoc auaritiæ morbo quo turgidus æſtuat, & re uera non niſi ſabbato curari poterat, quia niſi ceſſaſſet actio carnalium obſeruantiarum, nō exinanirentur carnaliū bonorum in lege promiſſiones, nec eorum cupiditas extingueretur in corde Iudaici populi. At illi qui de hac re fuerant interrogati tacuerunt, qa de abolitione carnalium obſeruationum loqui noluerunt, quas iam debere ſecundum rationē ſtare nequibant oſtendere. Nam & ex illo tempore iam a confeſſione ueritatis ora clauſerant, ex quo de ſaluatore conſpirationem fecerant, ut ſi quis illum Ioan.9.e conſiteretur Chriſtum, extra ſynagogam fieret. Quorum taciturnitas, ſilentio Zachariæ non credentis eſt Luca.1.b deſignata. Dominus autem, ægrotum apprehendit & ſanauit, qa po-

pulũ Iudæorũ morbo auaritiæ ſicut dictum eſt laborantem, apprehēdit in his quos elegit et ab oī terrena cupiditate liberauit, qñ uenditis omnibus quæ poſſederant, & poſitis eorum pretijs ad pedes apoſtolorum pauperem uitam communemq́ ducebāt unanimes ī charitate. Sic ergo per gratiā ſuā Chriſtus eos ab omni illa peſte inſatiabilis auaritiæ ſanauit, & ita dimiſit, id eſt, a iugo legis ſoluit, & i libertate charitatis arbitrio ſuo relaxauit, ut non iam coacti, ſed ſpōtanei bona facerēt. Quiſquis enim charitate flagrat, non neceſſe eſt, ut ei præcipiatur, niſi ut faciat quicquid uoluerit. Dehinc æmulorum inuidiam confutans ſaluator, ait illis: *Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuo extrahet illum die ſabbati?* Quæ ſcilicet ſententia, & inſidiatores conuincit, & ad ipſum noſtræ liberationis authorem ſpecialiter reſpicit. Ipſe enim ſecundum carnis materiā unus Iudæorũ erat, qui carnem ex eorũ gente ſuſceperat. Cuius aſinus & bos in puteũ cecidit, quia gentilis & Iudaicus populus quem utrunq; ipſe creauerat in ima uitiorum corruit. Aſinus.n. gentilem deſignat populum, brutũ nimis & oneribus cunctis errorum ſubſtratum: bos uero Iudaicum iugo legis ſubditum. Non ſolum enim aſinus, id eſt, gentilis populus, ſed & bos, id eſt, Iudaicus, eſt in profunditatem peccatorum delapſus: quia nec ipſe iuſtificari potuit ex legis operibus. Sed utrunque dominus extraxit, quia per fidem ſuam utrũque iuſtificans ad libertatem charitatis eduxit. Et hoc fecit continuo, id eſt, ſine dilatione: quia in baptiſmo deleuit abſque mora culpas eorum, & dedit eis innocentiam. Die ſabbati, id eſt, clara luce fidei & ſcientiæ, in operum legis ceſſatione. Et non poterant ad hæc reſpondere illi: quia eductis de profundo malorum duobus populis, & ad lucem fidei conuocatis, ſic ſtultā fecit deus ſapientiam mundi, ut eius ſapientes qui eccleſiæ ſaluatoris inuident, nō inueniant quid reſpondeāt econtra & rationabiliter dicant, ſed clauſo ore ſilentium teneant, & interno liuore tabeſcant.

Act.4.g — *Amāti nihil præcipiendum.* — *Aſinus gētilis populus, bos Iudaicus.* — *1.Cor.1.c*

Lectio ſancti Euangelij ſecundum Ioannem.
Cap. IIII. B.

IN *illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum*

Quod in lectione euangelica de uno regulo, & eius filio ſingulariter factum audiuimus, humano generi generaliter conſonare uidebimus, ſi adhibita diligentia myſticum intellectum ſuperficiei literæ coaptemus. Regulum autem a rege nomē deductum, & literarum conſonantia demonſtrat, et ſignificatio deductionis approbat. Scimus etiam quia fuere reguli, id eſt, minores reges. Hominē igitur ad excellentiſſimi regis imaginem & ſimilitudinem factum, dum bene ſe rexit, dum ſibi temperanter imperauit, regē fuiſſe quis dubitet? Regnũ uero iſtius regis, paradiſus dei fuit, in quo fel ix homo colonus, in quo operarius poſitus, ī quo rex & dominus ut dominaretur ac præeſſet beſtijs & piſcibus atq; reptilibus, & auibus tanquam rex in ſolio collocat⁹ eſt. Sed proh dolor q̄ hoc modo magnus rex & ſublimatus p̄ſidebat, per inobedientiæ tumorem a regno illo depulſus eſt, et ærumnis ac triſtitiæ expoſitus eſt. Tamen miſerante deo, cuius miſerationes ſuper omnia opera eius, non ex toto miſer homo in perditionis abyſſum redactus eſt: quoniam neque liberũ amiſit arbitrium, neq; a rationis capacitate alienatus eſt. Perdidit ergo p̄ ſeipſum magnũ quid, reliquit autem ei miſericordia conditoris paruum quid. In eo itaq; q̄d amiſit, rex

Regulus quis. — *Adam rex* — *Pſal.144*

eſſe deſiit, in eo autẽ quod præ cæteris animalibus ſibi relictũ eſt, quaſi regulus uictitauit. Quod ipſa euangelij uerba uidẽtur innuere, dicẽdo: quia erat quidã regulus. Per hoc.n. quod dicitur erat, quod imperfectæ ſignificationis uerbum eſt, quod ſic ex parte iam præterijt, ut ex parte uideatur adhuc non præteriſſe, & ſenſum habet ſubſtantiuũ, eſſentia hominis indicatur, quæ iã ex parte trãſierat mortua, et ex parte ægrotabat ſaucia, ut pene nihil eſſet homo qui erat: quoniã infirmabatur & mori incipiebat. Cuius propriũ nomẽ tacetur, & dicitur: erat quidã, quia nõ erat dignus audire noui te ex nomine, nec erat nomẽ eius ſcriptũ in cœlis, ut deus illud dignaret nominare. Nam & nos plerunq; quorundã uocabula, quæ tamen bene meminimus, propter dedignationem prætermittimus, cũ eorum recordationem faſtidimus. Idcirco autem nomen iſtius ſpiritui ſancto uiluerat: quia peccator erat: qa infirmꝰ, quia regulus. Cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Filius eſt, in quo pater affectu paterno ſpecialiter delectatur, quẽ tenerrimo & toto tanquã ſeipſum confouet amplexu. Hoc in homine interiore animum ĩtelligimus, quẽ a primo plaſmate uſq; ad Chriſtũ, multa ſpiritalium febriũ incommoditate præuentũ nequaquam dubitamus. Capharnaum autem ager pulcherrimus dicitur, & mundus iſte creaturarũ ornamentis decoratus, magni opificis ordinatione conſpicuus, ager pulcherrimus non incongrue intelligi poteſt. Cuius colonus homo utpote aduena & peregrinus, quanto licentius peccabat, tanto abundantius ægrotabat. Aegrotauit autem hominis portio pretioſior, animus uidelicet, qui tanquã filiꝰ homini debet eſſe charior.

Adam ex rege regulus.

Exod.33.c

Hic cum audiſſet, quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad eum & rogabat eum, ut deſcenderet & ſanaret filium, incipiebat enim mori. Iudæa quidem confeſſio ſiue laudatio & glorificatio, Galilæa uero interpretatur tranſmigratio facta. Et Ieſus uenit a Iudæa in Galilæam, quando a confeſſione, & laudatione quæ illi ſurſum a ſanctis angelis inceſſanter dabatur, dignatus eſt per carnis aſſumptionem uenire ad nos qui tranſmigrationem feceramus a paradiſo ad huius uallem miſeriæ. Et hunc eius aduentum audiuit regulus: quia illum per Zachariam homo dicere comperit, lauda & lætare filia Sion. quia ecce ego uenio & habitabo in medio tui ait dominus. Cum'que hæc & his ſimilia de eius aduentu uerba prophetarum audiſſet, abijt ad eum pro filio ſupplicaturus, mores mutaturus, in ipſum crediturus. Abijt ad eum, quia cœpit ad eius fidem aliquantulum accedere. Et rogabat ut deſcenderet & ſanaret filium eius quem diximꝰ animum ipſius eſſe: quia per Pſalmiſtam dicebat: Domine inclina cœlos tuos & deſcende. &, domine miſerere mei, ſana animam meam quia peccaui tibi. Rogabat ut deſcenderet, hoc eſt, ad humilitatem paſſionis ſe miſericorditer inclinaret, & filium eius, hoc eſt, chariorẽ eius portionem ſanaret. Non enim poterat animus hominis a peccati morbo ſanari, niſi medicamentum ei fieret mors ipſiꝰ medici. Incipiebat enim peccati languore iam mori. Hic eſt enim ſaucius, quem ſicut alibi dicitur: Latrones in uia ſemiuiuum reliquere. Viuit enim ex ea parte qua deum poteſt cognoſcere, & quid rectũ ſit diſcernere, mortuus uero eſt, ex ea parte qua peccatis tabeſcit & nequitia deficit. Ex toto autem erit mortuus, ſi fuerit in inferno damnatus. Sic ergo incipiebat mori, id eſt,

Zach.2.d

Pſal.1.

Pſal.4.

Luc.10.d

uitiorum languore nimium grauabatur, & morti damnationis æternæ propinquabat. Sed ne ex toto moreref, acceſſit pater ad ieſum pro eo rogaturus, ut ipſe q uita, qui medicus qui medicina eſt, obuiaret morti. Poſt mortẽ enim nulla poſſet inueniri medicina: quia in inferno nulla eſt redemptio. Quiſquis enim ſemel æternę damnationi traditus eſt, nunquã ulterius redemptionẽ conſequi poteſt. *Dominus autem regulo deprecanti reſpondit: Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis.* Inter ſigna & prodigia hoc diſtat, quòd ſigna quidem dicuntur, eo ꝙ pręſentialiter aliqd ſignificent, prodigia uero quaſi porò dicia uocantur, eo ꝙ porrò dicant, porrò ſignificent, & aliquid futurum portẽdant. Et dominus ſigna fecit atq; pdigia: quoniã opera eius alia in præſenti aliquid ſignificabant, alia in futurum proſpiciebant. Regulus ergo deſcenſum eius ad ſalutem filij rogabat, dominus ante deſcenſum ſuum commendabat, & regulo ſubtiliter intimabat, dicens. Niſi ſigna & prodigia uideritis, non creditis. Ac ſi diceret, Deſcenſus meus ad mortem, & ad inferos quem deſideras, ſignũ magnum eſt: quia febricitãtiũ ſalus eſt, & prodigium magnum eſt, quia reſurrectio mortuorũ eſt. Nec fides Chriſtiana in gẽtibus pullulare poterit, niſi ſigna hæc & prodigia uiderit. *Dicit ad eum regulus,* unus credens ex gentibus, gentium primitiæ præſignatus: *Domine deſcẽde priuſquam moriatur filius meus.* Domine quandoquidem deſcenſus tuus ſignum & prodigiũ magnum eſt, nec præputium ab infirmitatibus ſuis poterit cõualeſcere, niſi ſigna hæc & pdigia meruerit uidere: deſcẽde, quoniam melius eſt ſicut pręordinaſti ut deſcẽdas, quã m ut filius meus, id eſt, gentilis populi animus in æternum pereat. Deſcende ergo de incarnatione ad paſſionem, quoniam ex paſſione tua conſequetur anima mea liberationem. Huic tantæ fidei ac deuotioni duntaxat, *reſpondit dominus. Vade filius tuus uiuit.* Durum eſt enim intelligere, quòd incredulo & infideli dixerit: uade filius tuus uiuit, niſi ſupplicantis fidẽ deuotionemq́; cognouiſſet. Præſciuit igitur antequam miraculum faceret, ſubtilem fideliter obſecrantis reſponſionem et ad miraculi proceſſit oſtenſionem, ut & fides iã credentis procederet in manifeſtationem. Vade, inquit, hoc eſt, ad perfectiorẽ tranſmigra cogitationem, & ſicut audiſti meam incarnationem expecta etiam paſſionem. Iam enim ex hac fidei ſcintilla filius tuus, id eſt, animus tuus uiuit. Nec quenquam moueat, quòd omnia hæc uerba ſecundum hiſtoriam non inueniuntur & a regulo, id eſt, ab humano genere dicta eſſe domino, et a domino generi humano. Tales enim ſunt iſtæ locutiones, quales & illæ de canticis canticorum, ubi ſponſus ad ſponſã, & ſponſa ad ſponſum, ea uerba loqtur quæ nuſquam hiſtorialiter reperiuntur. Neq; enim tam uocibus ꝙ rebus fiunt huiuſmodi locutiones. Vade ait, hoc eſt, ad maiora fidei pmouere, & ad ſpiritalem ſenſum progredere, quoniam filius tuus uiuit ex hac fidei inchoatione & ex mea prædeſtinatione. *Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus, & ibat.* Credidit humanum genus, quòd animus ſuus p dei gratiam interius uiueret: quoniam ex ſaluatoris ſermone quẽ ueracem eſſe didicit hoc audiuit, & ibat proficiens in fide & moribus. *Iam autem eo deſcẽdente, ſerui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Et dixerunt ei: quia heri hora ſeptima, reliquit eum febris.* Deſcẽdente homine, id eſt, ad ſe ipſum reuertente, & cogitationes ſuas inſpiciente, occurrerũt

Signa & prodigia

ei ſerui ſui. qui non incongrue ratio
nales hominis ſenſus intelliguntur;
qui debent homini, utpote domino
ſuo ſeruire, & quæ iocunda ſint nũ
tiare, ac de ſoſpitate toti⁹ interioris
hominis & animi reſpondere, ſicut
hic dicuntur nũciaſſe filium uiuere.
Hominem enim a deo deſcendere eſt,
humanitatem noſtram a contempla
tione illa parumper auelli, & ad ea
quæ intra nos ſunt aliquãtulum re-
uerti, quid ſumus, quid egimus, ſo-
lerter intueri. Seruos autem domino
deſcendenti occurrere eſt, ſenſus om
nes toti⁹ humanitatis obſequio do-
mini parêre, & ſuo patrifamilias q̃
ſint placitura deuote referre. Homo
uero iam dei colloquio roboratus,
et ſcripturarum exercitio recreatus,
tanquam indagator diſcretiſſimus
debet perpendere, & tanquã ſeruos
& amicos ſenſus ſuos cõſulere, qua
hora filius ſuus melius habuerit,
quando animus ſuus liberius con-
ualuerit. Et hoc eſt quod dicitur, q̃a
interrogabat horam ab eis in qua
melius habuerat. Sed quid ſerui re-
ſpõderint, audiamus: Heri, inquiũt,
hora ſeptima, reliquit eũ febris. He-
ri, tempus eſt præteritum. Et nos dũ
in hac uita ſumus, duo tempora ſen
timus, tertium expectamus. Totum
tempus ab Adam, uſque ad Chriſti
paſſionem, præteritum tempus eſt.
A paſſione Chriſti, uſq; ad diem iu-
dicij, hodiernum tempus eſt. A die
iudicij quando iam corpora noſtra
fuerint reformata, tertium tempus
erit quod finem habere non poterit.
Heri ergo in paſſione Chriſti reliq̃t
hominem febris, quoniam Chriſtus
uitiorum noſtrorum peregrinos &
inordinatos feruores ac uariarũ in
centiua libidinum cruci ſuæ affixit,
quia languores noſtros ipſe tulit, &
1.Pet.2.d dolores noſtros ipſe portauit. Sed
Eſa.53.b tam magnũ tamq́ diuturnum heri
horas ſuas habuit, dum per tempo-
rum incrementa tempus tempori
ſucceſſit. Ab Adam. n. uſq; ad Noe,
prima hora eſt, quæ in diluuio altera
ta eſt. A Noe in Abraham extende
& horam ſecundam in circunciſio-
ne perpende. Tertiã ab Abraham in
Moyſen, & caue ne prætermittas le
gem. Quartam a Moyſe in Dauid,
ibiq́ Iudæorũ regnum florere uide-
bis. Quintam a Dauid uſq; ad tem-
pus tranſmigrationis, & Iſrael glo-
riam marcuiſſe non negabis. Inde ſe
xtam uſq; ad natiuitatem ſancti Ioã
nis dirige, ibiq́ legem ac prophetas
habere finem intellige. Septimã ab
ortu ſancti Ioannis uſq; ad paſſionẽ
ſaluatoris metire, & ibi totius mun-
di reatum crucifixũ collige. Hæc eſt
enim hora ſeptima, in qua febris do-
cente & monente Chriſto animum
noſtrum quaſi reguli filiũ reliquit.
Et ecce iam in octaua ſumus, atque
pro octaua domino pſalmum decã
tamus. Sumus enim in quadam re-
ſurrectionis gloria, in quadam ho-
neſtatis eminẽtia, ut non ſit iam q̃d
doleamus, niſi forte morticinum ali
quod poſt baptiſmi lauationem ul-
tronei tetigerimus. Itaq; tẽpus præ
teritum, ut imperfectionem ſuam de
monſtret, ſeptem horis conſumma
tur. Nam ſi diem pfectam habuiſſet,
horis duodecim clauderetur. Deſũt
heſternę diei horæ quinq;, ut intelli
gamus, quia nihil lex & tempus il
lud ad perfectum adduxit, & audia
mus uocem pſalmiſtę cõquerentis: Pſal.138.
imperfectum meum uiderunt oculi
tui. Sed quod illi diei defuit, dies no
ſtra dies octaua, dies diẽ illuminãs
suppleuit. Ecce etenim pẽtateuchũ
ablato Moyſi uelamine reuelata fa
cie legimus, & decalogum ad obſer
uantiam quinque ſenſuum noſtrorũ
ſpiritaliter redigimus, & quinque
prudentes a quinq; fatuis uirginib⁹
ſequeſtramus. Dies autem noſtra
horis duodecim extenditur, quoniã

ciuitas noſtra portis duodecim gloriatur, duodecim apoſtolis commẽdatur, duodecim ſportis diuinæ affluentię plenitudo & eccleſiæ ualetudo circunfertur. *Cognouit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Ieſus, filius tuus uiuit.* Omnis qui tanquam pater ſuo pręeſt animo, & ex ratione debet perpendere, & ex ſeruientium ſibi ſenſuum relatu atque ſcripturarum atteſtatione colligere: quoniam heſterno tempore iſ Chriſti, quæ eſt hora ſeptima paſſione, cœpit animus hominis per fidẽ uiuere, hoc eſt, credendo ſicut oportet in Chriſti mortem, meruit illico uitam accipere. *Et credidit ipſe, et domus eius tota.* Credit pater, quia peccato iam euacuato quaſi febre filij extincta, cupit enexplebiliter & indeficienter adhærere domino. Credit & domus eius tota, quoniã omnes qui in ipſo ſunt animæ motus, eius uoluntati obediũt, & de uirtute in uirtutem proficiunt ut ex ipſa conſuetudine iã uelut cogantur benefacere. His ita diſcuſſis, totam adhuc ex ordine lectionẽ breuiter uolumus repetere, ut poſſimus & ea quæ adhuc aliter de illa ſentimus aperire. Erat quidam regulus &c. Quatuor homines in euãgelio dominus ad uitam reuocauit. Iſtum reguli filium, qui incipiebat mori, & ſignificauit ſpiritum hominis, qui per initium conſenſus prauæ delectationis intrinſecus inchoat mori. Et puellam iam mortuam, ſed adhuc domo clauſam, quæ ſignificauit mentem hominis introrſus per conſenſum iniquę delectationis mortuam, et per latentẽ praui operis perpetrationem. Iuuenem quoque delatum extra portam, qui deſignauit hominem, cuius ſpiritalis mors publice patet in opere. Sed & Lazarum quatriduanum ac fœtidũ qui ſignificauit peccatorem longa conſuetudine iacentem in tumulo mortiferę conuerſationis, & ſpargentem de ſe fœtorẽ ſordidę opinionis. In his ergo quatuor mortis gradibus, iſte quo nunc reguli filius laborare deſcribitur eſt primus. Nec eſt ulla in hoc ſeculo mors animę, niſi fallor, quæ in aliquo graduum iſtorum non inueniatur, & idcirco dominus oẽs iſtos reſuſcitaſſe deſcribitur, ut omnes animarum mortes ad uitam reformare mõſtretur. Sed ad lectionem reſpiciamus. Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaũ. Regulus iſte, ratio non inconuenienter intelligitũ. Filius eius, cogitatus qui ex rationabili ſenſu naſcitur. Erat quidam regulus, id eſt, rationabilis ſenſus, cuius potencia defectum patiebatur, cuius ſpiritale regnum fuerat imminutum. Cuius filius infirmabatur, id eſt, cuius cogitatus et ſpiritus infirmiter reſiſtebat peccati delectationibus. Infirmabatũ autem in Capharnaum. Capharnaum uero interpretatũ ager conſolationis, & uilla cõſolationis, & ſignificat hunc mũdum in quo temporalem habent conſolationẽ illi quibus dicitũ: Væ uobis diuitibus: qui habetis conſolationem ueſtram, & de quo legimus, quia ager eſt mundus. Infirmabatur ergo in Capharnaum, quia in proſperitatibus et diuitijs atq; blãditijs huius ſeculi uires internas amittebat, ut iã reſiſtere noxijs delectationibus non ualeret. Hic ergo regulus, id eſt, rationabilis ſenſus, cum a doctoribus audiſſet, quia Ieſus adueniret a Iudæa in Galilæam, id eſt, quia ſaluator ueniret a confeſſione peccatorũ in tranſmigrationem perpetratam, hoc eſt, ad eos qui ad iniquitatem tranſmigrauerant, abijt ad eum, id eſt, per ſpem & deuotionem acceſſit ſpiritaliter ad eum ut eum ad ſe deduceret, & rogabat eum ut deſcenderet, hoc eſt, miſericordiã ſuam in-

Luc.6.b

Matt.13.d.

clinaret & ſanaret cogitatum eius
de imbecilitate reſiſtendi, blāditijs,
incipiebat enim mori, ideſt, conſen
tite peccatis. Dixit ergo Ieſus ad eū
increpans in eo tarditatem eorum
qui hæſitant in fide: Niſi ſigna & ꝓ
digia uideritis, nō creditis. Nō cre
ditis iudicium futurum ſecuritate
torpentes, niſi mirabilibꝰ excitemi
ni. Videntes enim ſigna, ſolēt huiuſ-
modi hominum mētes terreri & cre
dere ad horam. Non creditis manda
tis meis, quia non ea facitis, non cre
ditis promiſſionibꝰ meis, quoniam
has quærere negligitis. Signa & pro
digia ſunt uobis neceſſaria, ut per
hæc ad fidem quæ per charitatē ope-
ratur adducamini. Dicit ad eum re-
gulus in potentia minoratus: Domi
ne deſcende, ideſt, beneficium tuę ui
ſitationis aut compaſſionis ad me
clemēter humilia, priuſquam ex to-
to per conſummatum peccati cōſen-
ſum moriatur cogitatus meus. Di-
cit ei Ieſus: Vade, id ē, collabora gra
tiæ meę proficiens in bonis operibꝰ
cum adiutorio meó, & ſic filius cor-
dis tui per profectum iuſtitiæ uiuit.
Credidit homo, ideſt, obediens fuit
ratio ſermoni quem dixit ei Ieſus, &
ibat promouendo ſe in uia iuſtitiæ.
Iam autem eo deſcendente, id eſt, ſe-
humiliante in pœnitentia & affligen
te, & ad ſe ipſum ab alto contempla
tionis redeunte, ſerui occurrerunt ei,
hoc eſt, membra corporis ſui ſubſer
Rom. 6. d. uierunt ei ad bonū, iuxta illud Apo-
ſtoli: Sicut exhibuiſtis membra ue-
ſtra ſeruire immunditiæ & iniquita-
ti ad iniquitatem, ita nunc exhibete
membra ueſtra ſeruire iuſtitię in ſan
ctificationem. Ex hac obeditiōe ſua
nuntiauerunt ei quòd interior filius
eius uiueret. Non enim caro ad bo-
num ſeruire parata eſſe poterit, ſi in-
terior dominus eius in bona uolun-
tate uiuens nō fuerit. Vel ſerui ſunt
carnales ſenſus, qui ſeruire debent
rationi. Qui occurrerunt ei, dum
ſe paratos ad obſequium offerunt.
Et ſiue corporis artus, ſiue carnales
ſenſus intelligantur hi ſerui, neceſſe
eſt, ut hi nuntient regulo uitam filij
ſui quatinus hunc indubitanter ui-
uere ſciat: quia non poteſt ratio ue-
raciter agnoſcere cogitatum ſuum
uiuere, niſi eius uitam opera bona
ſibi certam iudicauerint. Non enim
ſibi aliquis debet credere, quicquid
ſibi animus de cogitatus ſui uita
ſine operis atteſtatione reſpondit.
Si enim ueraciter interius uiuit co- *In ſolius ſi*
gitatus, mox in opere componun- *dei iactato*
tur exteriores motus. Interroga- *res.*
bat ergo, id eſt, ſubtiliter inueſtiga-
bat horam ab eis, in qua melius ha-
buerat. Opera enim per membra
corporis exhibita, hoc reſpondere
poterant. Et dixerunt, ideſt, cau-
ſa intelligendi fuerunt ei, quia heri,
id eſt, in præteritorum recordatio-
ne peccatorum: in hora ſeptima,
hoc eſt, in inſpiratione ſeptiformis
ſpiritus, reliquit eum febris, ideſt,
conſuetudinaria & feruens ac tre-
mula imbecillitas. Vel heri, id eſt,
dum eſſet coram deo in oratione, re-
liquit cogitatum ſuum febris. Dies
quippe illi erat, dum ipſe deo in con-
templatione, & oratione aſſiſte-
ret, ſed nox facta eſt dum ad ſeip-
ſum rediret. Deinde cum opera ſen-
ſus'que ſuos clara mentis luce uigi-
lanter aſpiceret, dies illi quædam
radiauit, Non tamen in hac, ſed in
præterita die, id eſt, non quando ſi-
bi ipſi uigilans attendebat, ſed quan
do deo precator aſſiſtebat, reliquit
interna febris cogitatum quaſi filiū
cordis ſui. Et reliquit eum hora ſe-
ptima, ideſt, in illuminatione ſepti-
formis gratiæ. Cognouit ergo pater
id eſt, etiam admonitus experimen-
to carnalium ſenſuum & artuum
obtemperantium ſibi in bonum ani
maduertit rationales ſenſus: qa illa

datorum, propter legis decalogum. Millenarius uero conſummatam perfectionem. Talentum autem dicitur eſſe maximum inter omnia ponderum genera. Decem ergo millia talenta, perfectionem grauium multorumq; criminum deſignant, quæ per plenariam tranſgreſſionem mandatorum dei ſint facta. Et tam graui debito conſtrictus erat iſte, qui nunc dicitur oblatus fuiſſe regi, id eſt, qui ad mortem in infirmitate per angelos urgebatur. *Cum autem nõ haberet unde redderet, iuſſit eum dominus uenundari, & uxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi.* Non habebat unde redderet, quia ex ſeipſo habebat unde in culpam caderet, ſed ex ſeipſo non habebat unde ad ueniam reſurgeret. Et ideo iuſſit eum dominus uenundari, id eſt, poſſidendum dæmonibus in æternam damnationem tradi, & pœnas de illo ſumi. Et uxorem, id eſt, carnalem uoluptatem eius & concupiſcentiam, & filios, id eſt, iniqua eius opera, & omnia quæ habebat, id eſt, uerba & cogitationes eius.

Vendi peccatorem quid.

Venditur enim cum uxore & filijs & omnibus quę habet, ut debitum reddat, qui per mortem corporis ab hac uita ſubtrahitur, & cum reatu carnalis ſuæ uoluptatis & cupiditatis, & operum atque uerborum & cogitationum, traditur malignis ſpiritibus in æternum poſſidendus, ut perpetuas luens pœnas, diuinę iuſtitiæ ſatisfaciat. *Procidens autem ſeruus ille, rogabat eum dicens: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Tunc ſeruus domino procidit, & ut uenditionẽ, id eſt, damnationem effugiat, ſubmiſſꝰ obſecrando depoſcit, cum is qui propter peccata ſua iminentẽ ſibi mortem, utpote damnandus metuit, humiliter ſe ſubdit diuinæ clementiæ, et per ueram pœnitentiam ac puram animi intentionem cõuertit ad deũ, promittens ſe in reliquo redditurũ deo omnia quæ debet illi, ſi impendentem ſibi ſententiam mortis euaſerit. Qui enim uniuerſa quæ male egit emendat, & deinceps religioſe uiuit, omnia quæ debebat domino reddit.

Quomodo debitũ reddatur deo.

Miſertus autem dominus ſerui illius, dimiſit eum, & debitum dimiſit ei. Seruus humiliter petebat dilationem, & dominus miſericorditer conceſſit remiſſionem. Nam dimiſit eum, id eſt, proprio arbitrio relaxauit, concedens ei rurſus ſpatium uiuendi. Et per confeſſionem ac pœnitentiã, dimiſit ei debitum omne culparum. *Egreſſus autem ſeruus ille, inuenit unum de conſeruis ſuis qui debebat ei centum denarios. Et tenens ſuffocabat eum, dicens: Redde quod debes.* Dum ſeruus eſſet in anguſtia prædictæ diſtrictionis, ſtabat quodammodo poſitus ante faciem domini. Sed quando dimiſſus eſt, ut iuxta uoluntatem liberi arbitrij ſui bonum adhuc ſiue malum facere poſſet, tunc a domino ſuo egreſſus eſt. Dominus enim deus ubique eſt, nec poteſt alicubi quiſquam egredi ubi ipſe non ſit. Sed ut dixi, tunc egreſſus eſt, non loco ſed relaxatione ſui ſeruus a domino, quando rurſum dimiſſus eſt arbitrio ſuo. Egreſſus autem inuenit unum de conſeruis ſuis, qui debebat ei centum denarios. Conſeruus iſte, alius homo erat, qui Chriſto regi cum hoc ſeruire propoſuerat. Sed debebat ei centum denarios, quia peccauerat in eum, aliquas illi iniurias faciendo.

Centũ denarij peccata in hominem ſignificant.

Centum enim denarij, ſignificant peccata quæ homo in hominem committit; ſicut decem milia talenta, ſignificant ea quæ in deum agit: quia ſicut quantitas centum denariorum exigua eſt ad comparationem quantitatis & numeri decem milium talentorum: ita quidquid in nos homo peccat exiguum eſt & rarum ad comparatio

nem culparum , quas in deum no-
cte & die & ſingulis horis commit-
timus. Licet enim centenarius per-
fectionem ſignificet , multo tamen
pleniorem conſummationem deſi-
gnat millenarius . Talentum quo-
que mira granditate ſuperat exigui-
tatem denarij . Et quibus liquido
demonſtratur, quod ea quæ nos in
deum peccamus magna & multa
ſunt, ea uero quæ homines in nos
peccant, exigua ſunt & pauca . Et
idcirco ſi deus libenter nobis tot
& tanta mala quæ in eum commi-
ſimus dimittit, multo facilius nos
hominibus dimittere debemus pau
ca & parua quæ in nos ipſi deli-
querunt. Sed iſte ſeruus non ſic age
re uoluit. Inuenit enim, ut dictum
eſt, unum de conſeruis ſuis, qui de-
bebat ei centum denarios , & te-
nens ſuffocabat eum. Tenebat eum,
quia nolebat ei dimittere quod in ſe
peccauerat . Et ſuffocabat eum, id
eſt, coauguſtabat ſpiritaliter, & ex-
tinguere nitebatur in reatu pecca-
ti in ſe ab eo commiſſi . Debitorem
enim conſeruum, id eſt, fratrem in
ſe peccantē tenet, qui non dimittit ei
q̄d in ſe peccauit, ſed memoriā iniu-
riæ quam ab eo paſſus eſt in corde
ſuo reſeruat. Quem & ſuffocat, dum
animam eius ſpiritaliter ſtrangulat
& opprimit atque coanguſtat in pe-
riculo peccati non dimittēs ei quod
in ſe commiſit, ſed alligans eum in
culpa . Redde, inquit, quod debes,
id eſt, iam nunc ſine mora porſol-
ue mihi rectum de omnibus iniu-
rijs quas mihi feciſti . *Et procidens con-
ſeruus eius rogabat eum dicens: Patientiam ha-
be in me, & omnia reddam tibi.* Procidens
conſeruus eius rogabat eum , quia
humiliter ab eo ſaltem dilationem
poſtulabat, dicens: Patientiam ha-
be, id eſt, patienter expecta me, &
omnia reddam tibi, hoc eſt, uniuer-
ſa quæ in te peccaui emendabo tibi,
& bene deinceps me erga te habe-
bo . *Ille autem noluit, ſed abijt & miſit eum
in carcerem, donec redderet debitum* . Noluit
conſeruum ſuum patienter expe-
ctare ut poſſet emendare, noluit in-
ducias illi concedere, ſed abſque re-
uerentia domini ſui abijt, & miſit
eum in carcerem. Abijt, hoc eſt, apo-
ſtatando & in deteriora retrorſum
eundo, perrexit : & miſit eum in
carcerem donec redderet debitum,
id eſt , quantum ad ſuæ uoluntatis
malignam obſtinationem demerſit
eum in infernum , donec pro culpa
ſempiternas perſolueret pœnas .
Sunt enim nonnulli malignæ men-
tis homines , quorum iſte ſeruus
imaginem tenet, qui grauium pec-
catorum quæ ipſi perpetrauerunt
immemores, ſi & leuiter culpa fra-
tris in ſe peccantis offendantur, in
tantam obſtinationem prorum-
punt , ut quod dictu quoque ne-
fas eſt , optent fratrem ſuum æter-
nis ante perire ſupplicijs , quàm
quod in ſe peccauerat indulgeant.
*Videntes autem conſerui eius quæ fiebant, contri-
ſtati ſunt ualde , Et uenerunt , & narrauerunt
domino ſuo omnia quæ facta fuerant* . Con-
ſerui eius hoc loco ſacerdotes & re-
ligioſi uiri intelliguntur, qui uiden-
tes ea quæ nequiter in fratrem ab
eo fiebant , contriſtati ſunt ualde.
Et uenerunt , & narrauerunt hæc
omnia domino ſuo : quia redierunt
ad cor ſuum , & ibi diuino conſpe-
ctui intendentes, conqueſti ſunt in
precibus ſuis coram eo de his om-
nibus. Vel ſancti angeli poſſunt in-
telligi conſerui. Cum enim Ioannes
in Apocalypſi uellet angelum ado- Apo.ult.c
rare, dixit ei angel9: Vide ne feceris,
conſeruus tuus ſum et fratrum tuo-
rum. Conſerui ergo ſunt angeli. Qui
uiderūt ea quæ fiebāt a malo ſeruo
et contriſtati ſunt ualde: quia nobis
ad cuſtodiam deputati cūcta quæ fa
cimus diligēter aſpiciūt, & de bonis
actibus

actibus noſtris lætantur, de malis uero contriſtantur. Non tamē triſtitia poſſunt affici, quia perfecte beati ſūt, ſed non quod eis mala noſtra diſplicent, uocatur eorum triſtitia. Valde ergo cōtriſtati ſunt, id eſt, ualde diſplicuit eis quod inique fieri uiderunt. Et uenerunt, & narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant: quia ipſi cuncta quæ gerimus, ſiue bona ſiue mala renuntiant deo, ut ſciant quid ipſe de his omnibus fieri iubeat. *Tunc uocauit illum dominus ſuus, & ait illi: Serue nequam, omne debitum dimiſi tibi, quoniam rogaſti me: Nónne ergo oportuit & te miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus ſum?* Ingratum ſeruum dominus rurſum uocat, & cur ipſe miſericordiam conſecutus a domino miſereri conſeruo noluerit arguit, cum illum qui perceptæ a deo indulgentiæ immemor noluit indulgere fratri quod in ſe peccauerat, ad mortem per corporis infirmitatem reuocat & ſic ad iudicium, atque peccata etiam illa in caput eius denuo replicat, quæ ſibi iam fuiſſe per pœni-

Iaco. 2. c. tentiam dimiſſa gaudebat. Iudicium enim ſine miſericordia, illi qui non fecit miſericordiam. Vnde & ſubditur: Et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet uniuerſum debitum. Qui enim fratri indulgere noluit, ſed eum in carcerem pro debito miſit, merito ipſe indulgentiam quam perceperat amiſit, & in manus tortorum uenit. Nam quiſquis hominem ad imaginem dei factum a peccato non ſoluit rogatus, ſed obdurationem mentis ſuæ quantum in ſe eſt, tartareo carceri puniendum tradit, deo eſt odibilis, & eandem ſibi damnationem indubitanter acquirit. *Iratus eſt ergo dominus eius*, id eſt, aſperitatem iuſtæ ultionis in eum exercuit. Non enim in natura ſua deus iraſci poteſt, qui ſemper tranquillus & incommutabilis permanet, ſed iratus uidetur eis quibus uindictam reddit. Ideóque uindicta ipſa uocatur eius ira. Iratus itaque *tradidit eum tortoribus*, hoc eſt, malignis ſpiritibus qui torquerent eum in inferno, *quoadusque redderet uniuerſum debitum*, id eſt, ſine fine. Quiſquis enim ſemel traditus irreuocabiliter fuerit crudelib⁹ angelis, quorum officium eſt reprobos torquere, nunquā ulterius ualet debitum reddere, quia nō poteſt per pœnitentiam & opera bona quod male geſſit emendare, & propterea ſemper cogitur pœnas ſuſtinere. Ad quid autem hæc parabola intendat conſequenter dominus ſubdendo manifeſtat: *Sic & pater meus cœleſtis faciet uobis, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo de cordibus ueſtris.* Sicut autem a ſeruo cuncta quæ dimiſerat repetijt, eumque cum non poſſet reddere damnauit: quia ille conſeruo ſuo dimittere noluit, ſic & pater meus a quolibet ex uobis iterum exiget quicquid illi per pœnitentiam dimiſit, ſi ille fratri ſuo cuncta quæ in ſe peccauit ex corde non dimiſerit. Ita uos ſingulos pater meus ad iudicium reuocabit, & quæ miſericordia flexus primo dimiſit, repetet, uoſque tortoribus angelis tradet, ſi non remiſeritis unuſquiſque fratri ſuo, peccatum omne quod in uos frater ille commiſit, & remiſeritis illud non ſimulatorie, ſed ueraciter de cordibus ueſtris, ut non remaneat in corde, cum remiſeritis illud ore. Non tamen per ſeipſum pater huiuſmodi iudicia faciet, ſed per filium: quia ſicut Apoſtolus teſtatur: Iudicabit deus occulta hominum per Ieſum Chriſtum. Rom. 2. c Idcirco de cordibus ueſtris remittendum eſt fratris peccatum: quia iudicabit deus occulta hominum, ne nunc in occultis cordium noſtrorum latere illud uideat &

tunc manifeſtam pro hoc damnationem inferat. Miſericordiam & charitatem erga proximum habere ſtudeamus, remittentes ei miſericorditer quod in nos deliquit, & puro corde illum diligentes, ut & nos ſimilem uiciſſitudinem a pio iudice noſtro conſequamur, qui uiuit & regnat in ſecula ſecul Amen.

D. ANSELMI ENARRATIONUM IN EVANGELIA NONNULLA FINIS.